



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

LEGUÉ

à la Bibliothèque de la Ville de Lyon

PAR LE COMTE


SÉBASTIEN-GAËTAN-SALVADOR-MAXIME
DES GUIDI

né à Caserte (Italie), le 5 Août 1769

mort à Lyon, le 27 Mai 1863

J U S T I L I P S I
V. C.
O P E R A O M N I A,
N U N C P R I M U M
Aliorum ejusdem auctoris tractatum hactenus
desideratorum adjectione locupletata &c
C O P I O S O R E R U M I N D I C E
I L L U S T R A T A.

THE
JOURNAL
OF
THE
AMERICAN
MEDICAL
ASSOCIATION
PUBLISHED WEEKLY
CHICAGO, ILL.
1917



VERSALIS

APUD ANDREAM DE HOOGENHUYSEN ET SOCIETATEM. Anno 1675.

SERENISSIMO & CELESTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO

D. FRIDERICO,

D. G. MARCHIONI BRANDENBUR-
GICO, Electoratus HÆREDI,

DUCI BORUSSIÆ, MAGDEBURGI, JULIÆ,
CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POME-
RANIÆ, CASSUBIORUM, VANDALO-
RUM, CROSNIÆ, CARNOVIÆ, &c.

BURGGRATIO NORIBERGENSE,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ
& CAMMINI,

COMITI MARCÆ & RAVENSBERGÆ,
DOMINO RAVENSTEINII & terrarum LA-
WENBURGI & BUTOVII,

Domino suo Clementissimo.



SERENISSIME PRINCEPS, CLEMENTISSIME DOMINE.

ANtiquis temporibus, bonarum artium studia mandandi literis, atque in libros redacta offerendi Principibus, morem inolevisse, tradit luculentissimus rei militaris scriptor, Flavius Vegetius. Neque enim rectè aliquid inchoari ait, nisi post Deumnaverit Imperator; neque quenquam magis decere vel meliora scire, vel plura, quàm Principem, cujus doctrina omnibus potest prodesse subditis. Quo ipso Vir Illustris, palàm collaudans, Orchestræ sistit Principis cùm eruditionem, tum propensum in eruditos favorem. Quæ duo, si cuiquàm clientum, tum verò præprimis consideranda edenti in lucem libros. Etenim si virtutum ulla, quæ mentem perficit, diligenda Principi, divinarum humanarumque rerum scientia primas sibi vendicat. Nam præter cætera, divinæ legis & lectionem, & meditationem, infessuro regium Israël solium, indicit æternum Numen. Itaque Salomo, etiamnum adolescentulus, patrio impositus throno, optione sibi à Deo datâ petendi, quæ vellet, non opulentiam, non gloriam illustrem, non vitam longævam, non superbam de hoste victoriam, non ampliorem regni molem, nec quicquam eorum, quæ regis adolescentis animum à regia pietatis via abstrahere quirent, sed prælatam illis omnibus sapientiam unicè exoptat, ratus

D E D I C A T I O.

ratus, hanc sibi si conciliaverit, reliqua omnia suapte sponte ad se confluxura. Hunc secuta morem Aula gentium, regio capiti multifariae eruditionis coronamentum indit, cidari gemmis radiante splendidius. Persis imperaturo ad edita sapientum templa facem præfert laudabilis Magorum disciplina. Nam Quatuor-Viri sapientiæ, fortitudinis, temperantiæ, justitiæque laude celebres, Parenti successurum, Principem regium, exquisitissimâ institutione maximi Susorum regni capacem reddunt, totidemque virtutum gemmis, quot regiæ adolescentiæ Ephori, regale pectus exornant. Quid omnium literarum præclara custos & altrix Græcia? Quos in splendidissimum Amphictyonum confessum allegit? Quos sublimi folio imponit? Num alios, quàm immortali literarum, nectare & ambrosiâ enutritos? Nec aliâ de causâ, Philippus Macedonum Rex, Alexandri Magni genitor, nato filio, tantùm sibi gratulatus dicitur, quàm quòd ejus natalia in magni Philosophi, Aristotelis, ætatem incidissent, cujus curâ rectissimis vivendi imperandique artibus erudiretur. Et Alexander, par summis Philosophis, inter tubarum armorumque strepitum, quo totum percelluerat Orientem, inter maximas de Persia victorias, audito, Acroamaticos commentarios, quos sibi secretiore disciplinâ tradidisset Aristoteles, in vulgus ab eo editos, ægrè tulit; quippe qui cæteros doctrinâ anteire maverit, quàm copiis atque opulentiis. Quid Roma, gentium domina, terrarumque caput? Quos fascium sellæque curulis fecit participes,

nisi

D E D I C A T I O.

nisi Marte pari & arte spectatos, Quiritium principes? Nec literarum minus, quàm armorum præsidio tot jam secula stetit Romani imperii Majestas. Sed quid antiqua nimis commemoro? Domesticum, velut in speculo, intuemur Aureæ Bullæ edictum, quo præter sagi togæque artes, Latinæ etiam linguæ gnari esse jubentur Germanicorum Principum filii, Electoratus hæredes. Nec suo caret fructu, si liberalibus Musis studioque humanitatis litarit Princeps. Hinc in eundem redit gloriæ perennitas, in Rempublicam grata felicitas. Non sic purpuræ splendor, non unionum pretium, non corporis venustas augustum Dominum ornat, ac doctrinæ dignitas. Nam lingua addit gratiam, frontique coronam ornatissimam laureâ non inferiorem. Utenim laurus continuò viret, sic eruditionis fama nullo marcescit ævo. Apagæsis ergo pestiferum Licinii, inficeto illotoque ore effluentis symbolum, pestes Reipublicæ esse literas. Quantò saniori judicio, cùm in Curiam Pompilianam ordo amplissimus confedisset ad eligendum Imperatorem, omnis Senatus Tacito Augusto, cui in deliciis historiæ Romanæ Princeps, Tacitus, acclamavit: Quis meliùs, quàm literatus, imperat? Contrà, dum in Principe virtus languet literarum, armatæ quoque militiæ infirmata est manus, & ipsiusmet principatûs præcisa radix. In emblematis hieroglyphicis non rarò cernimus oculum sceptro appositum, quem Ægyptii flamines regiam interpretantur prudentiam. Nam quod acies visûs in oculo, id prudentia est in animo. Si fulminantis

Bello.

D E D I C A T I O.

Bellonæ furiaë intonant, parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi. Tutiùs autem de toga saggoq; censet ipse oculatus, ipse auritus, quàm si ab alienis oculis, ab alienis auribus semper dependeat præpotens sceptri Dominus. Ex utroq; Cæsar audit Cæsar, & stylo, & pilo insignis. Itaq; Imperatoriam Majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportere esse armatam, præfatur ipse Justinianus, ut utrumque tempus & bellorum, & pacis rectè possit gubernari. Quid verò in provincias resq; publicas hinc redundaturum confidimus, nisi beatam copiae cornu publicam securitatem, æternamq; felicitatem? Providum enim Domini pectus, forti conjunctum dextræ, aut pacem civitatum regionumq; conservat, aut exortam belli tempestatem maturè profligat, & optata subditis halcyonia, Deo annuente, redonat. Triumphet igitur Aulæ eruditio, æternumq; inscripta Principum animis sedeat divini Platonis sententia, quam in ore & pectore circumtulisse fertur M. Antoninus, cognomento Philosophus, Cæsarum Optimus Maximus: tum demum florere civitates, si aut Philosophi imperent, aut Imperatores philosophentur.

Alterum, quod in Principe respiciendum, favor in literas & literatos est. Eruditi enim calami partus tutelarem operam enixè poscit Principem: qui quantò sapientiâ, quantò potentiâ cæteros antistat mortales, tantò facilius feliciusque opem præstat supplici. Atque hic quidem mihi videtur doctrinæ principalis genius, ut docti ordinis homines plenâ animi lubentiâ suscipiat,

D E D I C A T I O.

piat, patrocínio defendat suo, atque indies provehat in majus. Qui Gratiis Musisque litavit propitiis, suâ quoque gratiâ dignum novit bene de se, bene de Republicâ meritum. Sol, mundi oculus, porenisque calor genitor, nusquam terris invidet radios, sed beneficum jubar latè spargit ab ortu ad Hesperium cubile. Sol orbis eruditi, ipse eruditus Princeps est, qui nulli clientum, nulli sapientiæ filiorum Serenitatis vultum subtrahit. Quin ideo Clementis, ideo Gratosi titulum divinitus consequitur populorum Dominus, ut clementiâ gratiâque utatur erga gratiâ principali dignos. Nec fieri potest, quin, si humano generi à Numine se præfectum cogitet, humanitatem fide optimâ in homines exerceat, atque hoc, quod dicitur, esse pro viribus allaboret, vereque audiat **DELICIUM HUMANI GENERIS, ET ORBIS AMOR:** quem laudis lemniscum Titi Vespasiani laureæ innectit felix temporum notitia. Bene enim facere, regium est, & gratiam conferre humano generi, id solum habet Princeps cum Deo commune. Quid porro? Ex ubere gratiâ, uberio-rem sibi suisque metit gloriæ messem. Est enim augusta Principis gratia, & propensa in eruditos defensio, novi cum pro Augustæ Doanûs, tum pro Reipublicæ gloria suscipiendi laboris proxenetria. Quis enim diviniore ingenii, vocato etiam in auxilium omni Camœnarum choro, augustum Reipublicæ caput Palladio gloriæ peplo non inferat, æternisque fastis, cedro dignum, Principis nomen non inscribat, qui præmia labori proposita viderit? Athletam ad Olym-

D E D I C A T I O.

Olympiorum certamen victrix accendit laurus: militem ad campum Martium sudoresque bellicos excitant coronæ, phaleræ, armillæ, torques, hastæ: & Musarum filios ad suggestum virtutibus heroum carmine celebrandis sacrum, non invitaret præmium? Nutrit scilicet præmiorum largitio virtutem; nec quisquam est, qui non ad artium summa nitatur ascendere, quando cernit irremuneratum non relinqui, quod conscientia teste laudatur. Ut frugum copiam bona aëris temperies gignit: ita bonorum ingeniorum incrementa efficit Principis benignitas. Est igitur literarum tutela ut fructuosa clienti, sic gloriosa Principi. Nam dignum laude virum Musa vetat mori: Cælo Musa beat. Literæ nomina Principum immortalitati transcribunt, tubamque subministrant successorum auribus. Quis fortissimorum Heroum res domi militiaeque gestas nosset? quis imperiorum, regnorum, principatuum successiones evolveret? quis Principum stemmata & familias in tabula suspiceret, si literarum monumenta filuissent? Absque his Assyriorum, Persarum, Græcorum, Romanorum, Germanorum, cæterorumque populorum laudes exspirassent, caliginosoque sepulchro demersæ æternum jacuissent. At manet nunc Nebucadnezaris potentia; manet Cyri in Medos, in Lydos, in Scythas expeditio; triumphat de Asia Pellæ subjecta Alexander; Aquilas latè per Europam victrices ducit Julius Cæsar; Augustus Jano tertium clauso pacem indicit Orbi: Hierosolymam totamque Judæam subjugat Titus: Imperium in Orientem transtert

Con-

D E D I C A T I O.

Constantinus Magnus, & Occidentis ſceptrum ad Germanos reducit Carolus Magnus. Denique ut res patrię propius attingam, felix potentia Comitum Caſtri Norici coaleſcit in dignitatem Electoratûs Marchici Brandenburgienſis, eodem anno, quo in Concilio Conſtantienſi è Comitatu in Ducatum Clivia evehitur. Quemadmodum igitur Fridericus Caſtri Norici Comes creatur Septemvir Brandeburgicus: ita Adolphus Victorioſus è Comite fit Dux Clivicus. Quare quod hodieque virtus Heroum celebretur, quod æternitati conſecretur decus gentium, novo theatro expoſitum, id unicè debetur vigili literarum curæ. Æternitatis appetentes Pharaones profundant theſauros in pyramides; Veſpaſianus erigat amphitheatrum capax octogies amplius mille hominum; triumphales arcus ſtatuat Trajanus: at æterna Auguſtorum Principum tropheæ ſunt literarum monumenta, quæ quovis metallo perenniora nec fulmen edax, nec imber impetuoſus, nec ulla ſeculorum abolebit vetuſtas.

Cauſas Auguſtis Principum nominibus dedicandi libros expoſui, Sereniſſime Princeps, ut quidem reor, prægnantes, à Viro illuſtri, Flavio Vegetio, quemadmodum ab initio memini, indigitatas. Eaſdem inſtituto meo accommodare non dubito, Celſitudini Tuæ inſcripturus quatuor Juſti Lipſii, Viri Clariſſimi, operum tomos. Primò quidem tuam ſuſpicio mentem, iſtis Muſis & ad ardua natam, quam indeſide ſtudio, optimis literarum diſciplinis quotidie exornas, curâ Illuſtris Ephori, quem tuæ adoleſcen-

D E D I C A T I O.

Iescentiæ præfecit Serenissimus Parens. Nam
 in divinarum humanarumque scientiarum Circo
 strenuissimè, supra ætatis robur, citatis quadri-
 gis contendere non subterfugis; ubi decurso ar-
 tium humaniorum stadio, lustratâ etiam histo-
 riæ universalis & terrarum metâ aureâ, in do-
 ctrinæ Civilis latifundia exspatiaris, viam præ-
 monstrante Justi Lipsii, Aulis & Academiis na-
 ti, Politice; & quod sapientiæ caput, pietatem
 in Deum summâ cum veneratione imbibis. Quo
 facto, Celsissimorum tuorum Majorum imagi-
 nes intuitus, maturè, ut voveo, exprimes Al-
 berti, Achillis Germanici, fortitudinem; Jo-
 hannis, Ciceronis Germanici, facundiam;
 Joachimi, fundatoris ad Viadrum Academiæ,
 sapientiam; Joachimi Friderici pietatem; ac
 denique Friderici Guilielmi, Serenissimi Paren-
 tis, Academiæ Teutoburgensis Statoris, muni-
 ficentiam. Quare, ut id, quod sentio, dicam
 liberè; posthac & spes, & ratio studiorum in
 Te, Celsissime Juventutis Princeps, recumbit:
 Te hac tempestate, quâ Gallici Gothicque
 Martis furor latè per Germaniam intonat, tri-
 stes respectarum Cameenas confidimus, ut tuis
 auspiciis spiritum & sanguinem recipiant, quas
 temporum immanitas, si non exilio, at gravi
 jacturâ afficit. Dein Lipsius, qui Tuæ Celsitu-
 dini consecratur, tanto Principe dignus est scri-
 ptor, ex quo ceu locupletissimo sapientiæ pro-
 mo condo, abundè hauries imperantium ordini
 pernecessarias, pacis bellicque artes. Non hic
 commemoro Criticum illius opus, non Episto-
 larum volumen, quo varia de variis ad varios
per-

D E D I C A T I O.

perscripsit: sed rei civilis ac militaris scripta in partes voco. Sic enim universis, sic singulis, cujuscunque demum Ordinis, voce ac stylo prodesse semper studuit, ut non unius Reipublicæ, sed totius humani generis curam gessisse videatur. Quid enim tessellato Politicorum opere elaboratius? quid monitis divinius? Ut phrygio è varii coloris filamentis contexit aulæum: sic Lipsius è millenis veterum Doctorum sententiis, politissimum illud Politicorum corpus concinnavit. Nam ut in Constantia civem ad patiendi parendique morem excitat; in Amphitheatro ludorum spectaculis reficit; & in Philosophia Stoica ad veterum sapientum placita manuducit: sic civilis doctrinæ præceptionibus, ut sceptro reddatur habilis, informat Principem. Quàm verò luculentam rei militari præfert facem historicam! Nam in Commentariis ad Polybium, quicquid ad militiæ ordinem, arma, legesque spectat, aperit. In Poliorceticis machinas, tormenta, tela Veterum exhibet. Admiranda etiam Imperiorum in ordinem digesturus, Romæ urbis, à qua velut Orbis capite & Imperiorum arce feliciter orsus est, magnitudinem ob oculos ponit. Quicquid igitur eruditionis antiquæ, quicquid novæ apud varios latè dispersum, id omne in unum Lipsii pectus, velut in centrum suum confluit: adeo ut non tantum divinæ humanæque sapientiæ Antistites, sed etiam summæ potentiæ Principes summo honore & favore prosequuti sint Lipsium, literarum seculi sui lumen ac columen. De quo vel Serenissimæ Heroinæ, Isabelle Claræ

Eu-

DEDICATIO.

Eugeniæ Hispaniarum Infantis, Belgii Principis, iudicium literis proditum : sese amare æstimareque Lipsium, & ut aurum inclusâ gemmâ, ita Belgicam illo Viro illustrari, dicentis. Tanti igitur nominis Doctorem, qui ubique dulci miscet utile, Serenissime Princeps, avidâ mente leges, atque ita leges, ut memineris, esse sine palpo, sine dolo monitorem, rebus & togâ & sago gerendis utilem. Quare & eundem crebrò consules, recordatus morem Alexandri Severi, qui de jure aut negotiis Aulæ consulturus, solos doctos ac disertos adhibuit: sin de re militari, milites veteres ac bene meritos, locorum castrorumque peritos, omnes literatos, maximè eos, qui historiam nôrant. Quid restat, nisi ut redivivi Lipsii patrocinium ab Illustris sapientiæ & potentiæ Domino supplex exorem? Ipse enim Author, in vivis adhuc cùm esset, non nisi Præpotentes Illustresque Animas tuendo suo operi delegit. Quem verò Ego nunc potius, ac Tuam Celsitudinem, Serenissime juventutis Princeps, Electoratûs hæres, deligam Illustris Scriptoris Tutatum? Prodit is eâ in regione, eâque in urbe, cujus ipse hæreditarius es Dominus, novâ formâ ac novâ facie conspicuus, qualem tanta nominis celebritate, tantâ mole, tantisque sumptibus Clivia nunquam edidit Autorem. Sereno igitur vultu, Potentissime Princeps, accipere dignaberis dignum tuo patrocinio, utique aliis terrarum Principibus in deliciis habitum, Lipsium, atque in eo respicere æternum obsequii mei humilimæque clientelæ pignus. DEUS OPT. MAX.

DEDICATIO.

MAX. Celsitudinem Tuam , unà cum Serenissimis Parentibus , & universa Domo Brandenburgica quàm diutissimè fospitet , florentissimamque semper esse jubeat ! Ita voveo animus

Celsitudinis Tuae

humillimus Client

ANDREAS ab HOOGENHUYSEN.

TYPOGRAPHUS AD

LECTOREM.

Priusquam in præsentis operis adytum Te introduco, Benivole Lector, antepagamentum quoddam affigere convenit, hac quæd editione sit præstitum, paucis exposituro. Anno hujus seculi tricesimo septimo, omnia JUSTI LIPSII, Viri Clarissimi, opera, in certos digesta tomos, eleganti admodum caractere, Antverpiæ, celebri Brabantix urbe, in lucem edidit eximium artis nostræ decus, Balthasar Moretus, formâ majore, ut loquuntur, in folio. Sed & sparsim antè excuderat Joannes Moretus aliâ formâ in quarto, superstitè etiamnum Autore, qui copiam typis exscribendi concesserat. Distractis autem latè per Orbem Europæum exemplaribus, quæ mole suâ in immensum excreverant pretium, unde & emptorem, nisi pecuniosiores invitabant neminem; cum magnæ autoritatis, operam conferentibus suam Viris, agitare cœpi consilium, ut novâ formâ, quæ nec mole suâ oneraret, nec pretio abstergeret emptorem,

* * *

rem,

rem , prodiret omnis literaturæ & antiquitatis parens , Lipsius. Collatis itaque in commune symbolis , tandem bono cum Deo, ex officina nostra in vulgus exit eâ , quam vides , facie; locuplete insuper augmento peculiarium tractatum , quibus priores editiones destituebantur , ut . conferenti facilè patebit. Septem autem habentur numero ab eodem conscripti LIP SIO , diversisque vicibus ac locis olim editi , at nunc demum tertio inserti tomo : quorum hic attexo seriem : *I. de Magistratibus veteris populi Romani : II. de vetere Latinorum scriptura : III. de pecunia veterum Romanorum : IV. de nominibus veterum Romanorum : V. de ritu conviviorum apud Romanos : VI. de Censura & censu : VII. de Anno , ejusque ratione & intercalatione.* Quare , quin visâ & accessione novæ materiæ , & novitate formæ , editio nostra in sui amorem pellectura tuum sit animum , nullus dubito. Nam cum antehac non nisi in Magnatum , aut Doctorum bibliothecis conspiceretur magnus LIPSIUS , jam quoque Studiosorum Academicorum circumferri

AD LECTORUM.

ferri terique manibus, ac denuò recondi gestit forulis. Itaque pretio facilem, dextrâ portatilem chartâque nitidum, quisquis es, sive ex Doctorum Senatu, sive ex Candidatorum coronâ haud invitus in tuam bibliothecam alleges. Porro LIPSIUM, cujus ingenio meus succumbit calamus, ecquis delineabit, præter LIPSIUM? Nec meum in illo exprimendo laborem amplius prædico. Notum quippe omnibus adagium: *Vino vendibili suspensa hedera nihil opus.* Et altera, cuncto probata Mercurialium foro, Plautina circumfertur sententia: *In vendibili merci oportet ultro emptorem adducere: proba merx facile emptorem reperit.* Tuo igitur suffragio, Lector, uti confido, meus, novo habitu in publicum emissus, stabit LIPSIUS: quem si pressò pollice exceperis, mihi demum meisque invigilatis noctibus gratulabor. Quod superest, bene valere Te, nostroque labore ævitemum frui, jubeo.

ORDO ET INDEX OPERUM

-70091

J U S T I L I P S I

FAMA L I P S I Postuma
initio Primi Operum To-
mi præponitur: in quâ
ipsius Vita ac varia Poeta-
rum & Oratorum de eo E-
clogia leguntur.

TOMUS Primus CRITI-
CUS est, complectiturque
Opera omnia quæ ad Cri-
tam propriè spectant.
quorum hic ordo est:

Variarum Læctionum Libri
tres.

Antiquarum Læctionum Li-
bri quinque: in quibus
varia Scriptorum loca,
Plauti præcipuè, illustran-
tur aut emendantur.

Epistolicarum Quæstionum
Libri quinque: in quib.
ad varios Scriptores, ple-
ræq; ad T. Livium; Notæ.
Electorum Libri duo: in qui-
bus, præter Censuras, va-
rii prisca Ritus.

Ad Valerium Maximum
Breves Notæ.

Animadversiones in Tragœ-
dias quæ L. Annæo Sene-
cæ tribuuntur.

Judicium de Consolatione
Ciceronis.

Satyra Menippæa. Somni-
um. Lusus in nostri ævi

○ Criticos.

Tomi bujus appendix,
De rectâ pronuntiatione La-
tinæ linguæ Dialogus.

TOMUS Secundus EPISTO-
LAS continet: quarum de-
cem sunt **CENTURIAE**:

Miscellaneæ quinque: & qui-
bus Quarta & Quinta Po-
stumæ.

Centuria singularis ad Italos
& Hispanos.

Centuria singularis ad Ger-
manos & Gallos.

Centuriæ tres ad Belgas.

Tomi bujus appendicula,
Epistolica Institutio, exce-
pta è distantis ore, atque
ipso approbante edita.

TOMUS Tertius ad PRU-
DENTIAM ducit utpote
HISTORICUS; & **ANTI-**
QUITATEM omnem, ma-
ximè **ROMANAM**, variè
illustrat.

De Militiâ Romanâ. Libri
quinque: Commentarius
ad Polybium.

Poliorecticæ, sive de Ma-
chinis, Tormentis, Telis,
Libri quinque.

Admiranda, sive De Magni-
tudine Romanâ, Libri
quattuor.

Saturnalium Sæmonum Li-
bri duo, qui de Gladiato-
ribus.

De

De Amphitheatro Liber:
in quo forma ipsa Loci
expressa, & ratio spe-
ctandi.

De Amphitheatris quæ ex-
tra Romam Libellus, in
quo formæ eorum aliquot
& typi.

De Veita & Vestalibus Syn-
tagma.

De Bibliothecis Syntagma.

De Cruce Libri tres, ad sa-
cram profanamque histo-
riam utiles.

Diva Virgo Hallensis, Bene-
ficia ejus & Miracula fi-
de atque ordine descripta.

Diva Sichemienfis, sive Af-
pricollis. Nova ejus Bene-
ficia & admiranda.

Reje&tiuncula Sannionis cu-
jusdam Batavi.

Lovanium, sive opidi & A-
cademiæ ejus Descriptio.

TRACTATUS PECULIA-
RES, qui hactenus in prio-
ribus editionibus desiderati,
ut:

I. De Magistratibus veteris
populi Romani.

II. De vetere Latinorum
Scriptura.

III. De pecunia veterum Ro-
manorum.

IV. De Nominibus veterum
Romanorum.

V. De Ritu conviviorum a-
pud Romanos.

VI. De Censura & censu.

VII. De Anno, ejusque ra-

tione & intercalatione.

TOMUS Quartus propriè ad
PRUDENTIAM & Civi-
lem Doctrinam, itemque
ad SAPIENTIAM perti-
net:

Politicorum sive Civilis Do-
ctrinæ Libri sex, qui ad
Principatum maxime spe-
ctant.

De unâ Religione adversus
Dialogistam Liber: in
quo tria Capita Libri
quarti Politicorum ex-
plicantur.

Monita & exempla Politica,
Libri duo, qui Virtutes
& Vitia Principum spe-
ctant.

Leges Regiæ & Leges De-
cemvirales.

Dissertatiuncula apud Sere-
nissimos ALBERTUM &
ISABELLAM Belgarum
Principes.

Commentarius in C. Plini
Secundi Panegyricum
Trajano dictum.

De Constantiâ Libri duo,
qui alloquium præcipuè
continent in publicis ma-
lis.

Manuductionis ad Stoicam
Philosophiam Libri tres,
&

Physiologiæ Stoïcorum Li-
bri tres, L. Annæo Sene-
cæ, aliisque Scriptoribus
illustrandis.



JUSTI LIPSI
DE

RECTA PRONUNCIATIONE

LATINAE
LINGVÆ

DIALOGVS.

AD ILLUSTRUM V.
PHILIPPUM SIDNEIUM
EX ILLUSTRISSIMA
WARVICENSIIUM STIRPE.

QUÆRIS à me seriò , Vir illustris PHILIPPE SIDNEIE, de Pronunciata Latinae linguæ quid sentiam ? Germanumne & verum hunc, quo nunc utimur : an alium fuisse antiquitus, qui, ut multa alia, exoleverit tenebris ignorantiae obrutus & longi ævi. Tenuis subtilisque inquisitio: nec scio an non gloriæ solùm expers, sed & fructus. Illam enim qui speres ex agello tam sterili? Quem ipsum quòd colimus & invertimus paulò studiosius, carpent magis quàm ignorent. Ambitionem appellabunt, & frivolam in parvis jactantiam. Quì etiam fructū? Cùm & pauci hæc ad animū sive aures admittent: & siqui, tamen hæcenus, ut scire eavelint, nō uti. Quis enim erit ille rantis cervicibus, qui primus hæc novata inferet sive efferet? Qui os aperiet contra vulgi totius sensum, contra ætatum aliquot consensum? Et si faciet, quid merebitur nisi risum? Itaque ego ipse qui hæc adsero, noscere ea satis habeam, non promere: nec umquam illic impellar, ut brachia dirigam contra imperitiæ hunc torrentem. Quis ergo finis? Tibi ò SIDNEIE parere. Quia durus, sive improbus, si illi quidquam negem, *cui dii ipsi* (usurpabo Laberianum illud de Cæsare) *nihil negaverunt.* Corporis tui bona intueor? Ad robur pariter

factus es, & ad decorem. Animi : cultissimus ille : & uberrimæ in te ingenii judicii que dotes. Externæ stirpe nobilissimus es, opibus splendidissimus. Nec quid quam facile tibi deest, quod Naturæ aut Fortunæ adest. Ma-
 cte his dotibus ! eò magis, quòd non ad ambitionem, ut pleraque ista nobilitas, aut ad pompam abuteris : sed confers eas, quà potes, ad tuam & publicam salutem. Idque domi & foris, toga & sago: cùm vegeta illa animi vis ad omnia sufficiat : & Marti ita lites, ut sacrum numquam deferas Sophiæ & Musarum. Quod Archilogus ille de se gloriatus olim ; tu magis jure:

* Sum
 quidem
 ego fa-
 mulus
 cultorque
 Dei armi-
 potentis:
 Sed ta-
 men &
 Musarum
 inclutæ
 dona
 habeo.

* Ἐμὶ δ' ἔγω θεράπων μὲν ἐναλλοίοιο ἄνακτος,
 καὶ μουσῶν ἑταρὸν δῶρον ἐπισάμεντος.

Sed libo hoc laudum tuarum limen, non penetra. Quia ut sacratum silentio potius, quam plausu spectamus: sic tuas ego virtutes. Quas veneror, non exsequor, adoro pænè dixerim, non adorno. Tu tantum, ô Britannia tuæ clarum fidus, (cui certatim lucem affundunt Virtus, Musa, Gratia, Fortuna) tenuem obscurumque hunc laborem à me libens accipe, & paullisper instar doni pendere patere in Famæ templo. Non enim ut verum legitimumque donum : sed ut illius obfidem, & velut sponforiam tabellam. Alia sunt te & me digna. Quæ dabo, dedicabo, si vivam : atque ita vivam. Salve à LIPSIQ. Qui scripsi hæc Lugduni in Batavis xvi. Kal. April. ∞ · Io. LXXXVI.

LECTO-

LECTORI MEO

SALUTEM DICO

ACCIPE, *Lector*, *Grammaticum* hoc à me opus, tenue, subtile, imò vile. *Laudem quæsierim? Ludum.* *Meditici jamdiu abesse me jubent ab omni cura: absum.* *Seria non ago: & tamen ne nihil agam (id est, ne mortuus ambulem inter vivos,) hoc ago.* *Tesseris aut talis tempus fallunt alii: mihi nugæ & nuces hæ placitæ puerorum.* *Scilicet ad elementa mea redii, dum corpus quoque paulatim ad sua.* *Carpis? Magni à me, & qui ante me, auctores.* *Senatores, atque ipsi Principes fecere hæc olim: & nostro ævo Scaliger ille Cæsar, qui non vilior mihi Augusta omni stirpe.* *Gallinæ ova quædam subventanea edunt, paritura mox vera: nobis interdum fas, ingenii istos inanes fetus.* *Nec minuihur per hæc minuta, si re ipsa magni.* *Non magis quàm columna, si in vallem demittitur: quæ apparebit minus alta, non erit.* *Myrmecidis quadrigæ aut formicæ, Praxitelis operibus granditate cesserit; numquid arte? Nec opus tamen magno opere excuso, magis*

ejus modum. Produxi enim fortasse, quàm
 conveniebat, longius. Agnosco. Sed rerum
 id ingenio, non meo. Ego paucorum Capi-
 tum rem censebam: factus liber est, dum
 vara vibiam sequitur, & cathena me tra-
 hit. cohærentium inter se rerum. Syrtes in
 terra Africa esse dicuntur, in quibus homi-
 nes obruantur aestu reciprocantium arena-
 rum. Illæ hîc sunt: & Scholicum hunc pulve-
 rem qui semel ingressus, cum poterit exhibet,
 non cum vult. Cur tamen acriter excussem?
 Grammaticus per contemptum sæpè audi vi.
 En, favere convicio huic semel volui, &
 Grammaticum me approbare bona fide. Tu,
 Lector, his fruiere: ea lege, ut gradum tibi ad
 majora & altiora struant. Vale.

DIA-

2

DIALOGI
DE RECTA PRO-
NUNTIATIONE
LATINÆ LINGVAE

CAPUT PRIMUM.

*In Italiam meus adventus. Mureti ibi reperti
laus. Ad sermonem hunc preparatio: &
quiddam de juvenilibus meis scriptis.*

ADOLESCENS in Italiam cū venissem: acre deside-
rium mihi res antiquas noscendi, & viros, qui eas
docti. Inflammabar cupidine doctrinae veteris
& magni apud me omnes illi, qui in ea essent magni. Inter
quos M. Antonium Muretum jure censebam. Virum, in
quo non eruditio solum varia, sed comitas etiam & lepos
multus. Atque ut illa nos externos in admirationem sui
rapiebat; ita ista in amorem. Cū erga omnes tam prom-
pta ei humanitas, ut raro domus aut lingua ejus cuiquam
essent clausa. Itaque & mihi crebra ad illum itio: nec
facile reditio, nisi cū fructu aliquo & velut doctrinae
spico, quod colligebam ex fecundo illo agro. Quod ac-
cidisse mihi recolo statim sub initia: cū pereger adhuc
& novus ad illum viserem, tunc aëstivantem in Quirinali.
Nam patronus ejus Hippolytus Estensis, vir nobilis ju-
xta ac splendidus, domum ibi alteram habebat in despe-
ctu & crepidine ipsa collis: salubrem aëre, amoenam hor-
tis, laxam aëdificiis, adornatam picturis, statuis, & cetero
omni elegantiarum cultu. Eoque se conferre cū plera-
que familiā solitus sub aëstivos dies. Ibi igitur cū Mu-
retus, perrexi & conscendi ad eum satis manē; aëstum
enim vitabam, qui, ut mense Julio, in iis locis grandis. At-
que cubiculum ejus cū pulsassem, dictus mihi à puero in
hortis esse. Quos iniens, video cū molliter sanè ac lentè
inambulantem cū libello. Salutavi. Atque illo nec au-
diente, ut videbatur, nec respondente (lectionis enim
totus erat:) ego iterum, Vacasne Murete? An intempe-
ratus advenio? Dic, sodes, & abeo. Jamque avertebam.

*M. Anto-
nius Mu-
retus.*

*Domus
Cardinalis
Estensis.*

*Varia le-
ctiones
nostræ.*

Sed ille quasi excitatus, blandiore ad me voce & accit-
so, Tun' Lipsi est? Inquit. Ignosce. Dum unum te video, te
non video. Quidni enim videre te dicam & tenere in
hoc libello, in quo imago ingenii tui tam expressa? No-
stin' huic? (& simul Varias meas ptopius admovit, quas
Antuerpia recenter erat nactus.) avidè & calide lege-
bam: nec, ita me deus amet, explebar. Et ô pulchrum
pulchri ingenii tui factum! Vulpecula tamen hominis,
cur me celasti? Erubueram ego ad laudationem ejus, &
ad libri conspectum. Et, Itane properiter, inquam, ad te
hæ nugæ? Quæ quidem delatæ in tam cultas istas oras, au-
dace nimis & infelice penna. Placituras eas aliis quî spe-
rem? Odi ego pater. Et (verbo dicam) perisse vellem:
adèd non lætor peperisse. At quòd te celaverim, ne cul-
pa. Per absentiam enim meam editæ: & nec nunc quidem
in manu mihi exemplar. Ceterum non ista. Murete, (ne
nescias) vobis Italis & togatis scripta, sed braccatis meis
& pellitis. Itaque nec si habeam, prodam. Ille subridens,
Hem! inquit, tàmne inclemens in novam istam prolem?
Quam tamen deprimis & abjicis frustra. Tollam enim
ego, & velut Levana ero tenello huic factu. Quid autem
meruit libellus tersus, lepidus, & in quo ingenii judicii-
que tui præclaræ notæ? Ego excipiens, Certè, inquam, notæ:
sed ingenii ac judicii juvenantis. Quàm vaga & vana ple-
raque illa scriptio? Censuræ quàm leves, futes, & sæpe fal-
sæ? Repeto iterum. Pudet & piget genuisse, sperno alle-
vare aut educare. Tantum nunc ad judicium vel annus unus
addidit, vel cælum hoc Italiæ vestræ. Muretus jam seve-
rior, Parce, parce, inquit: in adfectata ista severitate pec-
cas. Nam ut libere & ut mos meus dicam, Non ego li-
brum tuum usquequaque à culpis præstem (video alibi in
stilo juvenilem in censuris calidius judicium:) sed tamen
nec vinum, vinum esse desinit, si aquæ in eo aliqua par-
tis: nec liber tuus adprobus, si labeculæ intersperse aut erro-
res. Utique in Critico isto genere. Quod quis percurrit sine
lapsu ac relapsu? Non Varrones illi aut Ælii olim, non
Scaligeri hodie aut Turnebi. Itaque fide Lipsi, & perge
in hac via. Quam si firmiori paullo pede (ætas hoc dabit)
insistis: profectò Musa tibi ferit, ut cum Pindaro dicam,
* ἡνέκα τὸν δόξαν, benigne nimis & honeste, inquam sed tu
mone, quæso, sicubi aberrem, ac dirige: obnoxium reperi-
& parentem. Ut enim vitæ pedamentis quibusdam ac ri-
diculis opus est, ne jaceat: sic juventuti monitis, ne cadat.
Fiet hoc quoque, ait ille. Nec minùs monere amicum ego
promptus, quàm laudare.

*Critica
scriptio
parum
coria.*

** amabi-
lem fa-
mam.*

CAP. II.

Ad sermonem hunc ingressio. Prædictum de dignitate & de fructu cognitæ Veræ Pronunciationis. Suetonius correctus.

SED ne plura de te, apud te : ecce cùm maximè intrasbas Lipsi, avidus lector ego in * sermone tuo conviviali, qui de Effatu prisco est Latinæ linguæ. Avidus, sed non satur : quia parciter convivis tuis suggeris, nec imple nos cupit illâ dape. Diu jam ipse quero, quæ vetus illa & vera pronuntiatio : sed adhuc eo fructu, ut quærens assiduè, magis quæram. Oram aut finem repperi nondum. Tu autem quid ? Injicis quædam & objicis, sed ad extremum nil decernis aut statuis : & cùm nodos aliquot bene nexuisti, pendulum & judicii incertum relinquis lectorem. Ut apis injecto & relicto aculeo fugit : ita tu. Ego arridens, Adeò hoc non nego Murete, inquam ut profitear ultrò hanc solam mihi fuisse mentem. Vos magni Senatores hæretis hîc & controvertitis : ego de plebe litteratorum interponam decretorium stilum ? Plus oris mihi, plus cordis. Quis igitur sermoni meo finis ? Ille ; ut inquirente eo velut pugiunculo, elicerem & educerem judicia vestra. Caprificum ajunt, cùm ipsa maturas ficus non gignat, insecta tamen quædam producere quæ veras ficus maturent, scalpendo, morsicando. Eadem mihi mens, utinam & effectus ! Litem ego ad tribunal attuli, tu aut tui aliquis similis, decidito eam Prætor. Sed tu Murete potius, qui idoneus valdè Palæmon ad sedandos Grammaticos hos fluctus. Muretus resiliens, Me huc vocas ? Inquit. Ineptè. Adeò enim alios hîc sistere non idoneus, ut fluctuer ipse ego. Nec tamen fugiam nimis, fateor, sermonis huius viam (præsertim si secanda illa tecum :) nisi tenue illud me absterreat & inutile quæstionis. Quæ enim hîc dignitas ? Qui fructus ? Anxia inquisitio Lipsi, nec res tota tanti. Et sanè peccamus jam sæpè curiosâ istâ curâ nos litterati. Quidam eo ingenio sive vitio oculorum esse feruntur, ut de die cecutiant, in tenebriscernant. Vide ne nos iis similes, qui ad minuta & tenebrosa hæc acriter oculos pandimus, claudimus ad Sapientiæ lucem. Ego jam irritator, Moram Morete injicis, inquam, sed, cum Plauto nostro dicam, more. Vilescit tibi hic sermo. Itane ? Scilicet Mureto aut Lipsio indignum decurrere Grammaticum hæc æquor, quod tot olim Senatores, imò addo, Imperatores ? Messalla orator, è cla-

* Quem
infrui
secundo
lib. V. ad.

Difficilis
inquisitio
prisca pro-
nuntiatio-
nis.

De qua
parum
plenè ego
olim scri-
psi.

Tenuis et-
iam inqui-
sitio : &
vulgi judi-
cio, sine
dignitate.

At non
sensu me-
licrum, &
melioris
ævi.

*Principes
viri olim in
Gramma-
ticiis curis.*

è clarissima Coruorum gente, non librum integrum De unica littera S. composuit? Et cum laude quidem nominis sui, adeò sine fraude. Claudius Imperator, quanta cura, & pæne dicam ambitione, tres novas litteras invexit, usque Romanam linguam auxit? Non alia, quàm si totidem regnis imperii fides. Jam Cæsar ille Julius De Analogia, id est levibus Grammaticorum tricis, binos libros conscripsit: & triumphales illas epulas variare & interstinguere non erubuit scholica ista dape. Augustus ipse majestatis suæ usqueò retinens Princeps, ut deorum sibi honores vindicaret adhuc vivus, quàm sollicitè apud nepotes suos, quid & quomodo scriberent, cavit? Quint ipse eos & litteras & notare (ita in Suetonio legimus, non *natare*, quod obtinuit, & quod remotius à Tran-

*In Suetonio
emenda-
tio.*

quilli mente) *aliaque rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil aequè laboravit quàm ut imitarentur chirographum suum.* En, ad ferulas istas serio descenderunt ipsa scripta: & nos fastidimus ac delicias facinus, si per lulum in iis consumamus pauca verba? Dico per lulum. Ne tu curiosas mihi curas ingeras: quas tecum sperno, & inter remissiones hoc agri saltem postulo, ambulando, garrendo. At enim non istis fructus. Quis dicit? Pullari fortasse & bullari. At non hoc mei purpurati quos adduxi, non magni omnes viri, apud quos ea semper magna. Speciem non habent, fateor; rem certe & usum.

*Quatenus
hac tra-
ctanda.*

*Quæ utili-
tas eorum.*

Ut litirpe arbores, fundamento ædes; sic litterariis istis elementis ardua illa doctrinarum nixa, & Sapientiæ ipsa templa. Sed ut ista latent, etiam illa. Ecce in navi vela & armamenta omnium oculis se munusque suum ingerunt: delitescit in puppi gubernator ille clavus. Idem in scientiarum isto corpore cense: in quo speciosæ aliæ, aliæ occultæ sed efficaces. Quamobrem, mi Murete, aggredere, & fuge formidines istas vani vulgi. Ille cum risu manum mihi premens, Vellem tuam hanc Formidinem, inquit: quâ callidè in retia ista me compellis. Sed tunc valdè vacuus? Quid jam! inquam. Quia, inquit, longiorem textum prævideo hujus sermonis: qui nec ordiendus est, si abrumpendus. Alacriter ego: At non Vacua magis vacua Murete, quàm ego. Lustrare, vagari, discurrere; hoc opus meum Romæ. Age, incipe cum deo. Ille doceat, ducat, inquit. Sed ego te prius, nisi abnuis, ad viæ hujus caput, extra æstum qui adsurgit. Valdè placet, inquam. Et en, opportune hic scamellum sub statua ipsa facundi dei. (Mercurius ibi è marmore.) Insidemusne? Insidemus, ait Muretus, vel ominis certe causâ; ut mentem ejus partici-

*Occultam
eam esse, ac
non parvâ.*

mus, & interpretem linguam. Sed heus tu, in parte sci-

te scilicet juvabis ? In partu , inquam ego. Nam , ut Socrates ille tuus (quem ita amas ut in * anulo gestes) obfetricis munus fungi se ait , & interrogando , dubitando , elicere veritatem : sic ego parturientem te aliquid fortasse juvero movendo , quærendo. Ille risit , & sic cœpit.

* Effigie
ejus veteri
signa-
bat.

CAP. III.

Quæ causa corruptæ Pronunciationis ? Ea aliùs petita , à propagatione sermonis : quæ per Romanum totum orbem. Afros , Gallos , Hispanos , Britannos Latine vulgò scripsit. Hanc causam corrupti soni germani : item Barbarorum incursum. Italica lingua quando cæperit ? Penula Grammatica vestis. Capellæ , Augustino , Tacito lux.

PRIVSQUAM hoc stadium seriò ingredior , Lipsi , si placet , ad carceres ipsos paulùm resistam. Nam corruptam aliamque à veteri Pronunciationem nostram esse , universus hic sermo te docebit : quomodo , quibusque causis , nōne jure breviter prælibabo ? Mihi videor , ad rei tuamque lucem. Lingua igitur , quam Latinam appellamus , exiguis olim finibus , ut ipsa gens , contenta , circa Romam fere & finitima infero Tiberi hæsit. Italiam ceteram adeò non pervasit , ut quæque gens suo usa sit , & diversissimo ab hac sermone. Volci , inquam , Oscis , Hetrusci , Samnites , Brutii , Apuli , peculiare & suæ indolis linguas usurparunt : quas diu , aucto etiam imperio , tenuerunt. Nam Romanis etsi arma inferre finitimis acris cura fuit : non etiam mores , sacra , linguam : quin contrà , aliquamdiu arcuisse ista videntur , & communicari ea cum aliis recusasse. Certè ut beneficium indulgere , & venia ad eam rem opus ac permissu. Livius clare suggerit , lib. XL. *Cumanis* (* Osca , aut Græca eorum lingua) *eo anno petentibus permissum , ut publicè* (id accipio de scriptis decretisque publicis) *Latine loquerentur , præconibusque Latine vendendi jus esset.* Hoc narrat sub annum Urbis D. LXXII. Ut videatur etiam tunc , post Punica bella finibus valde auctis , haud valde auxisse lingua. At mox immensum : & diu cœrta velut rupto obice , se effudit. Occasione quidem & causa duplici. Missu primùm coloniarum : deinde Communionem civitatis. Nam de coloniis , cum Romani eas spargerent , firmando imperio , per omnes gentes : necessariò unà etiam linguam. Quia numerosi isti coloni : & equabant plerumque aut superabant civium veterum partem.

Haud lasta
fusa olim.
Rom. lin-
gua.

Varia Ita-
lorum gen-
tes sermone
variabant.
Romani
parci et
tardi in
communi-
candâ suâ
linguâ pri-
munt.

* Siti e-
nim in
Oscis , &
tamē quia
colonia
Græciani-
ca , suspi-
cari & de
Græca
possis.
Postea lar-
gi.

Quomodo
diffunde-
runt ?
Per coloni-
as primo.

Ita si

Ita si commercia aut colloquia futura inter eos : alteros in alterorum linguam migrare paullatim necessum erat. Et quot potius, quàm qui victi ? Ingenium & natura ipsa ita fert, ut flectant se omnia ad mores, cultumque victoris. Et inprimis sermo : cujus lenis & lenta mutatio gravis nemini, curiosis nonnullis suavis. Discendi enim speciem habet, & sciendi. Hæc ratio incredibile quàm citò, quàm latè diffuderit Romanum hunc sermonem : & frugifera semina ejus jecerit per orbem terræ. Non aliter quam Græcos olim, hac ipsâ viâ, propagasse observo suum. Colonias enim interspersis, Asiam illam totam minorem impleverunt scientiæ & linguæ : inde Rhodum, Cyprum, insulasque finitimas. Sed & loca mox ita longius, Siciliam, Italiam (ora enim illa maris quæ magna Græcia dicta, habuit & * linguam:) quin Massiliensium operâ Galliam ipsam, & Hispaniam per Emporienes. Denique in Syriâ, & Orientis magna parte, imò apud ipsos Parthos, * auctores mihi, valuisse & increbuisse hunc sermonem. Jam causa altera, Communio civitatis. Romani videlicet paulatim munes magis & benigni, jus illud grande suæ urbis, non solum cum aditis gentibus communicarunt, Etruscis, Umbris, Samnitibus aliisque Italorum : sed & cum diffitis. Nec pudori iis, non dicam Græcos & palliatos; sed barbaros & braccatos miscere suæ togæ. Res clara. At qui donati eo jure : quomodo uti frui honeste eo poterant, sine conscientia linguæ ? Quomodo cives Romani haberi & censerî, nisi ut Romanè intellegerent ac sonarent? Quin adeò nescisse id, non turpe solum, sed periculo junctum : ut essent exempla, ob unam hanc noxam, ademptæ civitatis. Claudius certè Imperator, * *Splendidum virum Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modò albo judicium erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit.* Jamque Romani honorem suum agi palàm censebant, in honore suæ linguæ. * Ita ne legatis quidem gentium exterarum permissum in curiâ, nisi per interpretem, loqui : iisque Latine semper responsa data. Primus Molon Rhetor in Senatu auditus gentis suæ linguâ, circa annum Urbis DC. LXXII. Idque servatum non in urbe tantum nostrâ, ait Valerius, *sed etiam in Græciâ & Asiâ. Quò scilicet Latine vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.* Quin nec Præfides provinciarum aut Prætores, nisi Latine jus dicebant : & quidquid publicè gestum, elatum eâ lingua. Adeò ut Tiberius Imperator (Suetonio scriptum) *militem Græcè testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuerit.* Benè igitur & vere * Augustinus, de hac Romanorum, ut ipse interpretatur, ambitione : *Data est opera, ut ci-*

Uti &
Græci
olim suam.

Ex Li-
vii xxxi.
*. Plutar-
chus in
Crasso.

De inde
per com-
municata
tam civi-
tatem.
Turpe
enim cives
linguam
nescire
civium.
Imò & pe-
riculosum.
*. Sueton.
cap. xvi.

*. Hæc
Valerius
lib. ii. cap.
11.
Solutus Rom.
sermo pu-
blicè in
usum.

*. Lib.
xix. de

ut civitas imperiosa non solum jugum, verum etiam linguam suam dominis gentibus per pacem societatis (corrige velim, sociatis, aut certe, speciem societatis) imponeret. At * Plinius beneficentiam id accipit; & meo animo, in Italiæ laudibus jure ponit, quod ut populorum discordia seque linguas sermonum commercio contraxerit ad colloquia, & humanitatem homini dederit. Præclarum enim revera donum, & exitu utile, quacumque tandem id fini à Romanis. Separatio illa linguarum, gentem à gente separat: & ut vetus quispiam scripsit, efficit loquendi varietas, ut externus alieno non sit hominis vi.e. Ita sparsa igitur, bono generis humani, hæc lingua: tam longè, latè, ut Plutarchus scripserit, omnes ferè homines, suo ævo, eâ usus. Pauca, sed notanda ejus verba, in Quæstionibus Platoniciis, hæc: Ὡς δὲ κρίμοι παρὰ τῶν Ῥωμαίων λέγειν, ὅτι μὲν λόγῳ νῦν ὁμῶς πᾶντες ἄνθρωποι χρῶνται. Sed sparsa tamen versus occidentem Septemtrionesque maxime: quia Græci & Orientales, haud æque faciles cedere & fascies submittere sermoni, quem præ suo putabant parum cultum. At Afri, Galli, Hispani, Pannonii, Britanni, avide arripuerunt: & inducto novo, paullatim abòlitum inerunt veterem sermonem. De Afriis, Apulejus in Floridis index: & Augustinus, Cyprianus, nostrique illi proceres, qui plebem in sacris conventibus allocuti sunt Latine. Conciones nōne exstant? De Gallis, & quidem jamine ab Augusti ævo, Strabo: quos negat dicendos ultra Barbaros, μετακειρῶν τὸ πλεον ἐς τὴν τῶν Ῥωμαίων τέχνην καὶ τὴν γλώττην καὶ τοῖς βίοις, πᾶσι δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ, mutatos jam in Romanum morem, & linguā & viā, quosdam & civili gubernatione. Idemque de Hispanis: οἱ περὶ τὴν Βαίτην, πλεῖστοις ἐς τὴν Ῥωμαίων μεταβέβηκωσι τρόπον, ἔδωκε δὲ τὴν ἀρχαίαν τὴν σφετέραις ἐπιμενῶν ῥῆσιν. Qui ad Bætiam colunt, plene planeque conversi jam in Romanos ritus, adeo ut nec sermonis sui patrii meminerint. Et Vellejus, de Pannoniis: In omnibus Pannoniis non disciplina tantum, sed linguae quoque notitia Romana. Nec ambigam etiam de Britannis, ex Tacito, qui de Agricola eorum Præfide: Jam verò Principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre. Ut qui modò linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Itaque ex fide, Juvenalis:

Gallia caussidicos docuit facunda Eritannos.

Qui idem, etsi per Satyricum risum, ostendit de Thule. Atque hæc, Lipsi, diffusio Romanæ lingvæ. De qua ego satis fuisse, ut causas hinc peterem confusæ Pronuntiationis. Hæc enim prima veraque occasio. Quod sparsa lingua per gentes tam varias, variavit ipsa: nec patrium illum colorem diu tenuit, aut succum. Vires arboresque translatae dege-

Civit.
cap. vii.
Correxit
leviter
Augusti-
nus.
* Lib.
iii. cap.
v.

Utilis hæc
diffusio
humano
generi:
Quæ ta-
men in
nostris oris
maximè.

Afri,
Latini.

Galli
pariter.

Item His-
pani.

Pannonii,
& Britan-
ni.

Tam latè
fusa lin-
gua, pura
non mansit.

degenerant : cur non & sermo ? Aquæ in fonte suo aliter, aliter in rivis sapiunt : sermonem tu ubique indolem suam servare vis ? Non potuit, & colorem, ut ita dicam, saporemq; mutavit transfusus in tot gentiû canales. Ipsos Italicos

* III. De Oratore.

Pronunciatio germana ægrè migrat in exeros. Et quod ejus fuit, hostes corrumpere ac Barbari. Per eos novæ linguæ invectæ.

Côfusanea illa Italica, Gallica & Hispana. Latine matris nostræ proles. Quando Italica cœpisse videatur.

* Quod Italis, Verre, aut Redi.

Si sermo corruptus; qui non pronuntiatur

Quæ a vis ad vis tantum pariter transit. Quando hoc corrumpitur?

abisse in pronunciando à germanitate illa * Cicero fateatur, quæ in Romanis : Prænestinos Plautus irridet, verba quædam vitiosè efferentes : in nobis barbaris horum nihil sit ? Qui jam inde sub initia, ut opinor, rectam pronunciandi lineam firmiter numquam institimus : & magis ab eâ excidimus, post mixtionem & influxum tot gentium barbararum, Gothi, Hunni, Vandali, inserti nobis; nec vitium aliquod sermoni fecerit hæc contagies Magnum. Præsertim cùm non perambularint hæc loca, sed infederint; & ut Romani, arma sua pariter intulerint, mores, linguam. Hoc modò interfuit, quòd mansio eorum minùs diuturna. Itaque non Pronuntiatio tantùm per eos corrupta sonique verborum, sed ipsa verba; & facta ex variâ illâ facie miscella quædam & nova lingua. Hinc Italica ista originem suam habuit, hinc Gallica & Hispania : in quibus Latii vestigia clara vides, & semen prisici ortus. Igitur Festus jure scripsit : *Latine loqui à Latio dictum est: quæ locutio adeò est versa, ut vix illa ejus pars maneat in novitiâ.* Ego hîc interpellans, Hôcne Festus ? Inquam. Et jam tum illo ævo ita desit præscia lingua ? Vix, Murete, fides. Mihi hoc fidum, inquit. Et ante mille annos in usu & via fuisse Italicum hunc sermonem scio, languido aut emortuo Latino. Argumentum mihi ex narratione, quæ in Historia Miscella de rebus sub Maurilio Imperatore gestis. Ait : *in exercitu cum animans cecidissent, clamante quodam* * TORNA TORNA FRATER, universas copias in fugam versas ambiguo illo vocis. Agnoscis clarè Italicum in iis verbis. Et alterum firmitus, ab instrumento quod Lutetiæ in Bibliothecâ Regis adversatur. Transactio eo continetur Stephani tutoris cum Gratiano pupillo, scripta anno Justinianæi imperii trigésimo octavo; & scripta hac vulgare linguâ. At si sermo ipse Romanus periit ; quî ambiges de sono ? Id est, de re fragili ac flexili, & ad omnem occasionem factâ frangi. Sed enim sermonem è liberis iterùm instauravimus. Ita, Sed quâ arte istum ? Non enim scribitur aut pingitur; nec hauriri eum fas nisi à vivâ voce. Quid verba facio ? Sponsione provoco, Ni tam corrupta hodierna pronuntiatio ista sit, ut si quis è veteribus Togatis illis prædeat & nos audiat, & vix verbum capiat è denis meis verbis. Sed exspatio fortasse. Rem nunc aggredior, & calcare incipiam has spinas. Tu penulam mihi, Lipsi, das ? Quid i a ? Inquam. Ut seriò Grammaticum agam, ait : & ea me velem in has puncturas. Nam, ne nescias, veterum Grammatici-

maticorum ille mos, penula vestiri. Martianus Capella doctè & scite ingerit. Qui libri III. initio Grammaticam suam, in *Senatum deorum ingressam* describit *penulatam*. Augustinus I. Confessionum ab hac ipsa causa, minutos istos Magistros dixit penulatos. *Quis autem penulatorum magistrorum audiat aure sobriâ, ex eodem pulvere hominem clamantem, Finget at hæc Homerus.* &c. Et jam apud magis priscos, Advocati & Causarum actores prodibant in hac veste. Tacitus, sive Quir. Etilianus, in eo De Causis corrupte eloquentiæ: *Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & veluti inclusi cum iudicibus fabulamur?* Bene Astricti & Inclusi: quia talis illa ipsa vestis. Stricta inquam, corpus ambiens, & velut pressim includens. Ideo Somniorum peritus ille interpret, Angustias & timores nunciari vult, angusta ea velle. Verba * ejus libro II. *Χλωὺς οἷς, ὡς εἶναι * μανδύου, οἱ δὲ ἐφ' ἐσθίδας, οἱ δὲ ἐξ ἑσθίων, (Anne ἑσθίων, ἐν Suida? Qui ἱμάτιον Πρωμαῖον interpretatur?) καλεῖται, ἐλπίδι καὶ σπουδῇ καὶ καυτεύεται, ἀπὸ τοῦ ἐμπιέχειν τὸ σῶμα. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ λόγος τοῦ * φαίνεσθαι.* Euge! beas his sermonibus, inquam. Doces & dicis ore alio nondum dicta. Sed pergisne celeri hoc pede?

Penula, olim Grammaticorum propria.

Etia Ad vocatū, aut patronorum.

Tacito lux, & quod genus ea vestis?

* Artemidori.

* Lacernā intellege, quæ penulæ haud ab- similis.

* Ita Graeci penulā, sive pānulam.

C A P. IV.

Pronuntiatio generatim definita: divisa: & quis dicendorum hic ordo.

Imo clementer nos volo Lipsi, ait, & *καὶ ποδὲς εἶσιν*. Simulque silentio aliquo interposito, sic cœpit. Age, age. Spero jam carceres, & seridū ingredior in ludicrum hunc Circum. Vere ludicrum. Grammaticum enim sacrum ordior: & fio, cum Aristophanæo Socrate, * *ἱερεὺς τῶν λεπτωτάτων λόγων*. Me quidem iudice, ista nugæ: sed tamen difficiles subtilisque nugæ. Et bene * ille in hac re,

Fronte exile negotium

Et dignum pueris putes:

Aggressis labor arduus.

* Sacerdos tenuissimarum numerarum. * Terentianus Maurus.

Sed & nugæ fortasse utiles: si id saltem pervinci possit, ut non lucem solum ista veniant, sed in usum. Dignitas certe & splendor per ea concilietur Latinæ linguæ. Sed Deus & Fatum hoc viderint: tu Prætor mappam mihi jam misisti. PRONUNCIATIO, Lipsi, de qua agimus, à me definitur *recta & legitima verborum expressio per syllabas, litterasque*. Rectam, capio eam, quæ antiqua. Valet quidem in omni re Fabianum illud, *Vetera majestas quædam & ut sic dixerim, religio commendat*: hic maxime, ubi nihil tenes, nisi

Quid sit Pronunciatio. Ad usum ea, non ad Rationem exi. nia.

Quotuplex
illa?
Elementa-
ris.
Accentua-
lis.

Ordodi-
cendorum,
& mate-
riis.

nisi tenes priscum usum. Ratio aut acumen quid te adju-
vent? Jaceant in hac parte necessum est. Et frustra ali-
quis à se sapiat in lingua, quæ peregrina tota & aliena. In
qua una veri via, olim tritam viam vidisse. Tu advena &
novus si in Italica hac, præter ipsos Italos, præcipias ali-
quid aut præcipias; risum vobis jure debeas. Pariter Bar-
bari, si in Latina. Dixi *per syllabas litterasque*: ut duplicem
eam offenderem, ELEMENTAREM & ACCENTUALEM.
Illam appello, *quæ in notis ipsis litterarum exprimendis cer-
nitur*. Hanc, *quæ in syllabis apto tono ac modulo attollendis
sive deprimentis*. In his enim duobus tota Pronunciatio
posita. Ordiam ab Elementari igitur, & decursa ea tran-
sibo ad Accentus. Elementa sive Litteræ (etsi Priscianus
distinguit, & illa proprie dici de sono litterarum vult, has
de figuris sive notis.) viginti tria Latinis. Ea divisa in duas
classes, Vocalium & Consonarum. Quibus addo & ter-
tiam Diphthongorum, quæ ex Vocalibus mixtæ. Omnes
eas, certe plerasque, aut male à nobis efferri aut inutile,
hoc docebo. Tu attende. Ego de Vocalibus vocalis pri-
mum ero: quæ quinque sunt, A, E, I, O, V.

C A P. V.

*Vocales omnes Latinis Pluri-sonæ. Eadem modulo &
quantitate ancepsites: ideoque olim Pronunciata
& scriptu distinctæ. Geminatio earum qualis?
Apex qualis?*

Vocalium
plures soni.

Duo cui-
que, ut
minimum.

Idque
prout bre-
ves, aut
longæ.

Commodū
id ad am-
phiboliam
vitandam,

EARUM omnium Latinis plus uno sonus. Priscianus
denos aut plures cuique tribuit, ex enunciatione, ex
flatu, ex accentu. Tu cum vide. Nam ego cur subtilia
illa persequar, sine bono ullo usu? Sonos eos tantum
exigam, qui in natura ipsa litteræ & in solitario ejus pro-
prioque effatu insunt. Talis, ut minimum, cuique vocali
duplex. Ego interrupti, Duplexne? Inquam. At nobis, mi
Murete, simplex. Quiesce, inquit, audies. Imò non du-
plex modò, sed quibusdam triplex quadruplexque. Sed
minimum duplex. Cum enim Vocales omnes anticipi-
tes sint Latinis (de quantitate loquor) & modò longæ
eæ, modò breves: curæ inprimis habuerunt prisci, ut sono
ipso distinguerent, quantæ illæ in quaque dictione. Ex
ipso inquam enunciato colligebas, A, an I, longum in Pa-
lus, in Sinus dicerem: o, an v, in Populus, in Uter: & Legi-
mus, præterito tempore efferrem, an præsentis. Decore,
imò utiliter. Nam hodie quæ confusio & turbela? Omnium
pariter-

pariter idem sonus, brevium longarumque. adeoque Vocalem unam non discernimus, ut nec eam à Bivocali. Itaque jure ambiguitatibus scatet & sordet hic noster sermo, præ antiquo. Nec cura iis solùm hæc in enunciando: etiam in scribendo fuit. Aliter omnino Vocales longas pingere soliti, aliter contractas. Nam has solitarias ponebant, ad exemplum hodiernum: illas geminabant, ut duplicatione ipsâ duplicem & productum in iis ostenderent illum sonum. Hunc usum scriptores prisce mihi firmant, ut Victorinus Afer: Nævius & Livius. *cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant.* Quintilianus: qui mansisse id ad Attium vult, his verbis. *Usque ad Attium & ultra, porrectas syllabas geminis vocalibus scripsere.* At Terentius Scaurus Attium ipsum auctorem facere ejus inventi videtur: ut cenleo, falso Attius inquit, *geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas* * *voluit: cum aliqui adjecto vel sublato apice longitudinis vel brevitatís nota* * *possit ostendi.* Qui bene tamen de Apice monet. quem secuta ætas, ut compendi faceret, usurpavit pro geminatione. * *Apicem appello. lineam transversam quam superjicere vocalibus longis soliti,* hoc modo. A. E. O. V. Nam, I, consultò omisi: quæ sola nec geminata olim, apicata, ut dicam infra. Hæc linea est, quam Græci dixerunt *ῥήγος* Quintilianus de eâ fusè & commodè: *Ut longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est, quia plurimæ, natura ipsa verbi quod scribitur, patent: sic interim necessarium, cum eadem littera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit. ut Malus utrum arborem significet an hominem non bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat. Et cum eadem littera nom. nominativo casu brevis, ablativo longa est, utrum sequamur, plerumque hac nota monendi sumus.* Atque ut geminatio dudum, sic Apex iste nunc prorsus aboluit. majorum ævo in tam crebro usu, ut Isidorus autemet habitum eum inter legitimas ipsas litteras, his verbis. *Inter figuras litterarum, & Apices veteres duxere. Est autem linea jacens super litteram, equaliter ducta.* Nos utimur, sed longe alio sum, & N. vel M. litteræ velut suppositivum eum, compendiarîâ quâdam scripturâ, habemus. Quod tamen haud novit plane inventi videtur, siquidem in prisce etiam libris hic apex occasione erroneæ isti scripturæ præbuit, * *Quotiens, Totiens, Vicensimus, Formonsus, Aquosus:* cum scilicet invenissent, *Quotiens, Vicensimus, Formonsus.* Hæc universè de Vocalibus, earumque sono: singulas nuuc mihi vide.

*Quod dicitur
scriben
etiam in
scriptura.*

Nam longas duplicabant.

*Quo avo
id solutum.*

* Forte, noluit.
* posset.
*Apex in duplicatio-
nem suc-
cessit.*

* Ego ejus loco. Accentu flexo utroque vel abuttor in me-
is libellis: quia Typographis ita visum.
At prisce illud reduci velim
Quid is, eiusque usus.
Et ille, & geminatio, nunc peris
Aut quidem in nobis usu.
* Tamen hæc in vetustissimis tabulis æreis marmoreisque legas. Ideo amplius temere daramus.

C A P. VI.

Vocales primos affectus naturæ exprimere : & plurimum, mastos. Artemidorus illustratus. A, littera geminus sonus, Crassus & Exilis. In Crasso, duplex ea scripta : sæpè cum flatu interposito.

*A, littera
naturæ
princeps.*

*Index ad-
fectuum.*

*Qui ex-
pressiōi
per vocales
alias.
Ut in Eli-
sæ obser-
ves.*

*Ut in O.
In I.*

In V.

*Ido-
ro facula.
* Lib. III.
c. XXXIV.]*

*Quod duplex
A littera
sonus.
Lenis
prior : &
que modo
asserendus
Crassus al-
ter : & qui
expressi
Ad distin-
ctionem ea
res valuit.*

** Suevi
enim in-
ter Ger-
manos
Pingue il-
lud in ple-
risq; litte-
ris retinet
Lucillius
dānat ge-
minamē.*

ATQUE agmen mihi totum, A, ducet. Jure. Cur enim non ea princeps, quæ naturæ ductu, principium voci dat? Infantes vide: per hanc vagiunt. Pueros: per hanc babant, lallant, tatant. Viros, fæminas: præcipuos affectus efferunt per istam. Gaudet? *ha ha*, audies. Dolent? *ah, ah*, ingeminabunt. Nec dissimilis observatio (permitte mihi curiosam paullum curam) in vocalium ceteris. E quibus, E, pariter gaudii dolorisque index. Illius. cum *Eu*, *Euge*, *Evoe*, *Evare* dicimus: istius, cum *He*, *Hei*, *Heu*, *Hejulare*. Sicut O item nos letos exclamamus, & *Ohe* saturos ac benè habitos, & Ovamus exultantes. Contrà, O, & *Oh* nos miseros, etiam audies in dolore. At, I, in admirationem valet, cum II ad novitatem iteramus, itemque Io ad triumphum. V, majoris tantum nota est: ab eâque *Hu*, *Hui* & *Vlulare*. Cum tamen attendis; magis est ut mæstificæ omnes sint, & dolor in iis prævaleat, sicut in omni vitâ. Ideò benè & peritè de interpretatione earum * Artemidorus: *Τὸν γογγυλῶντα καὶ πρὸ φωνῆς αἰ, καὶ φόβος καὶ πρὸς πικρίαν. Litterarum quæ vocales, metus ac turbellas significant. Sed missis deliciis, redeo ad meas spinas. A, igitur litteræ Pronunciatio duplex, Crassa & Lenis. Illa, cum longa: hæc, cum breviata. Lenem sic efferes: ore diducto, flatu valentulo, suspensâ modicè lingua, nec dentibus appulsa. Ita dices, Amo, Facio, Adigo: sic ut audis, & paullum modò attenuatius subtiliusque quàm vulgo. At crassam in crassabis pariter. Efferes eam spiritu lento & haud æquè valido, ore modicè aperto, & pressim (me vide) rotundo. Denique in longâ eâ enuntiatio longior, & velut AA. geminatæ. Sic dices, Amaabam, Ejsaari, Aaram, Fatum. Sic distingues Maa-lum in navi aut in pometo, ab homine Malo: sic Anum ebriam ab Aano obscæno: sic Lingua tibi secernetur à Lingua. Hæc * Suevorum in suâ linguâ etiam hodie, ut audio, pronunciatio & scriptura est: hæc veterum fuit. Quam Lucillius, & ii qui Apices prætulerunt, ejicere conati frustra. Nam illius versus apud Victorinum sunt, è 1x. Satyr. A, primum est, hinc incipiam, & quæ nomina ab hoc sunt. Deinde:*

*A, primum longa & brevi syllaba: nos tamen unum
Hoc faciemus, & uno eodemque, ut diximus, pacto*

scri-

Scribemus PACEM . PLACITE, JANUM , ARIDUM, ACETUM.

À pes à pes Græci ut faciunt.

Damnat ecce manifesto hanc in scripturâ geminationem: Tandem frustra: quis non auditis vulgè. Certe libri & lapides servare.

sed nec Apices, ut videtur, agnoscit. Damnat tamen ita, ut non omnes iudici illi fuerint audientes. Nam etiam post, in libris & lapidibus hæc scriptura. C. NUMONIUS. VAALA apud Horatium in manuscriptis est, itemque in Numis: & Aletri legi in lapide, L. BETILIENUS. L. F. VAARUS. Ab hac ratione in Fastis & monumentis passim est SERVI- LIUS AHALA. antecè, & an non verius *Ala*, frustra litigant viri docti. Ego eos maneo *Aala* fuisse olim, ex ratione geminandi, quam dixi: & flatum solitum interponi sæpe, ad sustentandum, sive etiam molliendum. Simile est, quod * *Mehe*, pro *Me*, antiqui Litteratores notant, & *Melecum* atque etiam D. interstitâ, *Medecum*. Nec ab alio fonte *Prebendo*, *Vehemens*, cum vera sint *Preendo*, *Veemens*. Idemque *Mil* hodie, quod *Mi* & *Mii* antiquis. Ahalam quidem quod Alam valere, Cicerone ostendit clare in Oratore ad Brutum: *Quomodo noster Axilla* (malim *vosser*. Nam in Servilios adoptione Brutus translatus.) *Ala factus est, nisi fuga litteræ vastioris?* De primo elemento ejusque duplici sono, satis.

C A P. VII.

Quadruplicem videri sonum in E litterâ fuisse. Et ii ordine expositi. Hanc ipsam pro I sæpè scriptam Julii Casarii Scaligeri laudatio.

E Me * rogat & prensat. Cujus enunciatio certo duplex est, arbitrario quadruplex. In Exilem & Pinguem ea divisa, ut vocales omnes: sed, nisi fallor, duplex iterum in illâ sonus, & in istâ. Acute hæc indagem & observitem fortasse: quid refert, si verè? Primum igitur, E, pinguius enunciata ut EE duplex: enunciata, sed & scripta. In Nummis legimus, FAUSTUS. FELIX. in lapide: BASILICAM. CALECANDAM. SEEDES. Quæ autem hæc pronuntiatio? Me iudice, illa quæ apud * Gallos in plerisque Latinis vocibus hæsit. *Miel*, *Fiel*, dicunt, pro *Melle*, *Felle*: ipsis verbis prisca, & fortasse germano sono. Nam olim fuit *Meel*, *Feel*. In scripturâ tamen peccarunt Galli: etiam isto, quod extenderunt, ut solet vulgus, ad sillabas breves. Nam *Bien*, à *Bene*, habet hanc stirpem. Quæ corrupta enunciatio tamen jam olim: ut discas è lapide (enimvero

* Reverà hoc item blandiens in ejus sono.

Duplex EE. elatū & scriptū

* Etiam nos Belgæ EE duplicem sic efferrimus: Decl, Parm Gehel, integrum: Neen, non. Lapidis ab avo barbaro lux.

sculptores illi aut marmorarii plerumque imperiti, & ideo in scripturâ sonum attendentes modo & exprimentes) qui in hac Urbe conspicitur: PATRONII. SVAE. BIIANI I. MERENTI. FECIT. quod non aliud quàm Crasso enunci-
 atu *Benè*. Simile in altero, SI ISTIA. HII LLAS. quod acci-
 pio, *sestia, Hellas*. Hic prior sonus ut videtur) non enim
 adfirmem prorsus) in E longâ, quem efformabis, ore pri-
 mûm semiclusò, dein aperto, cum intentione spiritu, labiis pro-
 ductis producè, appulsu nonnullo linguae ad primores dentes.
 Alter in eâdem, non productus æquè, sed magis latus, &
 ad A tenue nonnihil inclinans, quem exprimes, aperto ma-
 gis ore, lento sed forti flatu, lingua suspensâ & fastigiata le-
 viter, nec ullam in partem mota. Denique verbo uno, Lipfi,
 insonat hoc E Latum (ita appellare malim, quàm Pin-
 gue aut Crassum) idem quod Eta Græcum. Firma ac cer-
 ta hæc pronunciatio) supra primam illam, cui primus au-
 ctor ego: eique stabilitor Aufonius:

Eta quod Aeolidum quodque valet, hoc Latiare E.

Mens enim ejus carminis, E Latinum æquiparare sono
 *9æ & Græcanicum. Et Terentianus Maurus.

Litteram namque E videmus esse ad Eta proximam.

Adde Cappellam: E vocalis duarum Græcarum vim possi-
 det. Nam cum corripitur, E Græcum est, ut ab hoc Hoste:
 cum producitur, Eta est, ut ab hac Die. Manet hodie hæc e-
 nunciatio in multis: Ascendo, Effectus, Obses, Dens, Mens,
 Lens, Mensis, Estur, Endo. Novum & acutum aliquid Do-
 natus huic rei dixerat, sed locis corruptis, ita ut mentem
 ejus non tam capiam quàm captem. In illud Terentii, Fi-
 lium perduxere ut unâ esset, scribit, *Id est, ut cibum capiat,*
 & correptè. Legam, E correpto. Iterum in illud, *Ut de sim-
 bolis essemus*, sic Melius *Essemus* producta E littera. Quod
 scholium clarè pugnat in illud prius: & sanè hic quoque
 corrigam, *Melius quam Essemus*. Nam, mea mente, hæc
 mens: Ab Edo ed's, Esse cum formatur: originis adpectu,
 E primam correpte enunciari debere, cum à Sum, produ-
 cte. Præfert autem utroque loco, ex sententia carminis,
 Esse Edo! ideoque monet, & distinguit ab effatu. Habes
 duos sonos, qui in Longâ: duos reperio etiam in Brevis.
 Tenuem alterum, sub-tinnulum & sub-acutum. qualis
 est in *Enno Lego, Teneo*, quem promes *rictu rotundo, satis*
quod sit aperto, lingua ad inferiores dentes dirigente. Alterum
 tenuem item sed obscurum, mixti cujusdam & ambigui
 inter E & I effatus. Præterisse eum poteram, sed Quinti-
 lianus mihi sedulo ingerit, qui notat: *In Here ultima, ne-
 que E neque I plane audiri*. Et ab hac incertâ elatione, in-
 certa item scriptura veterum: qui (eodem Fabio teste)

*Quasi**

*Efforma-
tio soni.*

E pro Eta.

*Efforma-
tio soni.*

*Donati
intricata
sententia
verba: nec
sine an-
sa-
na.*

*Prior so-
nus in E
brevis.*

Alter.

*E pro I,
vulgo scri-
ptum.*

**Atque
ita*

Quasi * & *Quase* sibi & Sibe promiscuam scripsere. Sed & in lapidibus ab hac causâ reperio NAVEBVS, pro Navibus, EXEMET, pro Exemit. ORNAVET. CEPET. DEANA. MERETO. SOLEDAS. & * talia plura. Præter Fabium, Iulii quoque Cæsaris Scaligeri (deus bone , cujus viri ne vir sim ego, si acutius aut capaciùs ingenium inter homines fuit ab illo ipso Iuliano ævo.) Scaligeri inquam teretes aures etiam advertere: qui hoc ipsum in subtili scripto tangit De Causis Linguae Latinae. Ab eo nunc. Mane, mane paullum, inquam ego. De Apice nihil hic doces? Dictum puta semel, inquit ille. Omnes longæ congeminarunt, aut Apicem sumpserunt, præter unam. De istâ quidem Terentium Scaurum audi: *Apices ibi poni debent, ubi eisdem litteris alia atque alia res significatur. ut Vennit. & venit: Lengit, & legit. Teneo, inquam: nec te jam teneo; curre tuum cursum.*

TLivium scripsisse idem Quintil. asserit. cap. XIII

* Vt Quintil. Item notat, *Magester, Magerua, & Dixeris* (ica is corrigend is, pro *Dixi*) lib. I. cap. V.

C A P V I I I.

Litteræ I, triplex sonus. Quæ in Plauto sit longa littera? EI diphthongus passim pro I longâ: deque eâ scripturâ priscorum variantes sententiæ.

VELLEM decurrille, inquit. Sed ad tertium velut spatium veni litteræ I: cujus sonum triplicem deprendo. Primum ejus longæ: & vere longæ, quia non, ut ceteræ, geminatur aut apice insignitur: sed productior fit, & longitudine velut duplâ. Exempli causâ PLISO. VLVUS. AEDLIS. QUINQUENNALIS. Ideo *κατ' ἰσχυρῶ*, inter omnes litteras hæc propriè dicta longa. Plautus scivit, & jocus captavit in personâ Staphylæ.

I, longiusculum ipsâ formâ. Plautina anni quæ longa littera est

— ex me unam faciam litteram

Longam, meum quando laqueo collum obstrinxero.

Apagè enim vulgus interpretum, qui de litterâ L capiunt, quia longiuscula ea in nostrâ scriptione, apagè & Lambinianam facem, qui ad quamvis grandiore litteram vult aptari: certo mecum Plautus cepit de istâ: quæ sola inter grandes & Romanas illas litteras (nam hæ ignotæ olim) super ceteras eminebat, & formâ ipsâ pensilem prætulit ac porrectam. Hac eadem mente Ausonius in liguritorem Eunum scripsit:

Quid imperiæ. p, putas ibi scriptum

Ubi locari Fota convenit longum?

Nam suspendio censet eum dignum. Terentius Scaurus in hac re: *Super I litteram apex non ponitur, melius enim I in longum produceretur, ceteræ Vocales quia eodem ordine posita*

Item Ausonius.

Senus ejus legitimus. *ſi:æ (lego ordine & poſitu) diſverſa ſignificant, apice diſtinguuntur.* Hujus autem ſonus, diſſuſus, latus, quem ut *for-*mes, os mihi laxius ſperi & cū conatu, inferiori manibus *lax-*nonnihil in latus flexa. P onunciant etiam nunc (ita accepi) rectè ſoli panè omnium Europæorum Britanni: quorum *m* est *Regeina*, *Ameicus*, *Veita*. Rectè dico, quia reverà non aliud inſonuit hæc longa, quàm El diphthongum. Itaque & Græci interdum diphthongum pro illâ aſſumebant. Ut in lapide priſco: *πρυι* *α'νέμους*. Nam ex lege eſſet, *πρυι* At ipſi Latini magis promiſcue & hanc ſcripſere & illam; non ævo ſolū eodem, ſed lapide ſive libro. In ve-

El invocatus illi compar.

*Itaque à ſua qd pos aliter pro aliter ſcripta. Latium de h: cre veterum. * vide Notata in fine Capituli.*

Secundus, l, ſonus.

Tertius ſonus.

Ineptia hic Viſtorini.

*Prifciani regula, ſed examinanti fallax. * Reipſa autem pinguedinem aliquam ab V conſonante ſumit.*

tuſtiſſimâ illâ Duillii columnâ, CASTREIS. & SOCIETIS. legas: nec ininus. PRIMOS. & CARTHAGINENSIS. In Faſtis: TRIUMPHAVIT. DE. GALLEIS. POENEIS. &c. In lapidibus aliis: VIAM FECIT. ET. PONTEIS. IN. EA. POSEIVI. & ſexcenta hujus fornæ. Libri etiam paulummodò veteres evariant, & nunc *Omnes*, *Naves* ſcribunt, nunc *Omnis*, *Navis*, &c. Ab hoc pronunciatio & ſcripto Ciceronis illud facetum, ad Pætum: *cū te. neiloquimur. nū il flagitii eſt: cūm binei, obſcenum.* Reſpicit enim ad Græcorum illud *Βινεῖ*, quod Latino reſpondebat examuſſim. Uſitata valde hæc olim ſcriptio, ſed & agitata. Cū ſeorsū inter ſe irent non Grammatici ſolū, ſed magni illi patres. * Lucillius & Varro diſtinguerent conati, quando & quatenus El ſcribendum: ſurrexere in eos Grammatici, nihil præter morem mori & moroſi. Et tamen vicit & perripuit leges omnes ſive vincla uſus. Hoc tibi prius igitur ſonus in I, litterâ. Alter eſt in eâ Brev; & item alter. Prior, tenuis, exactus, quem effingas, *le viter aperi labis cum ſibilo aliquo, & dentib; s velut renidendo paulum reſtriſtus.* Hoc audis in *Igitur*, *Via*, *Inibi*, *Iur*, &c. res enim hæc liquet. Alter tenuis item, ſed fulcus ſubobſcurus, & inter I & V, quaſi medius. Servius de iſto: *I, & V, interdum expreſſum ſuum ſonum non habent. I, ut Vir V, ut optimus.* Ubertius paulò Viſtorinus: *Sunt qui inter V quoq; & I litteram ſupputant deeſſe nobis: quæ pinguius quàm I, exiliuquàm V ſonet. ſed pace eorum dixerim, non vident I litteram deſiderari. Sic enim Gylam, Miſerum, Syllabam, Proximum dicebant antiqui.* Ubertius, ſed nugaciùs, quia de ſcripturâ itâ quam adfirmat, vetus ei lapis aut licet nunquam aderit ſubſcriptor, At ſonum tamen indicat vere & clare. Prifcianus, ſeu quis alius auctor libelli non in docti De conſtructione Virgilianorum verſuum, univerſe notat: In omni dictione cui initium a * Vi ſyllaba, pronuſciari huc ut Y, Græcum, ſequentibus D, vel R, vel S, vel T, vel X. Hæc enim ejus regula. Et dat exempla, *Videō*, *Videbam*, *Virago*, *Vitium*, *Vir*, & plura vide, haud ſcio an uſquequaque vera. Nam ad Grammaticorum liras ſi ple-

trum

Et rum hoc linguæ semel attemperem: quis finis? Valde deli-
 rem ipse: nec Mercurii omnes aut Lares reducerint me
 in viam rectam.

N O T Æ.

AD Capitis hujus opus, Lector, hoc tibi velut præter-
 opus adtexam: quia Grammaticæ hæc quædam lites
 quas secabo æquus judex. Tu lege, si valde vacas: neglege,
 si leviter sapias.

Dixi initio, I non duplicari. Et est id ex mente omnium
 litteratorum, etiam ex usu: nisi quod interdum deviat u-
 nus aut alter lapis. Ut ecce iste ab ævo Augusti: HERO-
 DIAN. PRÆGUSTATOR DIVI. AUGUSTI.

*Interdum
duplicant.*

Dixi productam scribi: verissime. Sed addo, eam produ-
 ctam interdum æquiparare se duabus, quæ divisim scri-
 bendæ. Ut in lapide Munatii Planci. FECIT. DE. MANIBUS.
 valet enim *Manibis*. item in illis poetarum,

*Sapè pro
II duplices
posita. §*

— Ignobilis ot I.

— urbem Patau I.

& in trito sepulchrorum, DI MANIBUS.

Dixi promiscuam veteres scripsisse EI, vel I, longum. Pri-
 scianus aliter: qui veteres vult semper EI scripsisse, sequen-
 tem ætatem, I productum. Errat ipse, non ego: & refutant
 clare æra & marmora vetusta, in quibus fere omnibus
 (quasi si nihil interfit) confusanea hæc scriptura. Puti-
 dum sit citare: cui mens aut oculi, legat. Illud non impor-
 tune monea, soluisse veteres EI illud scribere, etiam cum
 I breve. Præter rationem, fateor: sed purgat ab errore eos
 tunc receptus error. Ita legimus in Agrariis, & Judicariis
 vetustissimis tabellis, quæ apud Cl. V. Fulvium Ursinum:
 QUASEI. SIBEL. UBEL. SEINE. LEITERAS, quasi, sibi, ubi,
 sine, literas. Repperi etiam pro E brevi, in prisca tabulâ Ge-
 nuatæ: AB. FONTEI. AD. FLUVIUM. *Ab fonte.*

*Prisciani
error, aut
propria
adfirmatione.*

*EI, pro I,
brevis etiam
scriptura.*

Atti de Lucilliano & Varroniano præcepto. Id, si aues,
 hoc est: Uti plurali numero, *Hi pueri, Amici*, & talia scri-
 beres; singulari, *Hujus Pueri, Amici*. Item illi, dativo casu,
 sine E: at *Illei*, nominativo plurali, per eandem. Quod
 præcipit non aliâ re, quàm ad discrimen. Similis Varro-
 nis sententia, quam habes apud Terentium Scaurum. Hujus
 verba non pretium est adtexere: illius, magis. Quæ
 plusculis versibus complexa eademque foedata, purgavit
 Josephus Scaliger, ab aureâ stirpe aureus ille ramus. Ex-
 stant partim in Quintiliani, partim Victorini:

*Lucillius in
hac re ar-
guente seu
discrimina.*

*Et Varro-
nis subscri-
ptionis.*

Fam pverei venere, E postremum facito atque I.

Ut plures pueri fiant. I si faci solum,

pvpilli. pverl. lucilli: hoc unius fiet.

Hoc illi factum est uni: tene hoc facies I.

Hæc

Hæc ILLEI fecere: addes E, ut pinguius fiat.

MEILIE hominum, duo MEILLIA, item huic utroque opera.

MEILES,

MEILITIAM, tenues I, PILAM quâ ludim' : PILUM.

Quo pinso, tenues I. Plura hæc feceri' PILA

Quæ jacimus, addes E, PEILA ut plenius fiat.

Addo ego ex Fabio & hunc versum, eidem rei :

MENDACI FURIQUE addes E, cum dare FUREI

Fusseris. —

Qui nonne pugnax aperte in priores? Nam ibi ILLI, dan-
di casu vetat cum E scribi : hic eundem casum jubet.

Sed purgo, quod confusionis non hic metus : quoniam
pluralis Mendaces, Fures. Itaque lapides ad Lucillium

apte : EIQUE, OPEREI, DIEM, DEIGITO, item : QUAN-

TA, EI, PRÆCONEI, VIATOREI, DARE, OPORTEBIT. Sed

& iidem sæpe avertunt ab hac lege. Negat Amiceii scri-
bendum gignendi casu. Ac vetustissimæ tabulæ : QUOD.

EJUS, AGREI, LOCEI, PUBLICUM, POPULEI, ROMANEI.

ERIT. Et crebrò. Vide nunc quàm sani qui hodie liti-

gant, Omnis an Omnes, Pluris an Plures exarandum. Quasi
interfit scilicet in pronunciari. Quòd si nil in isto : sciant

nec in scripto. At magistelli etiam veteres ludunt hic
suos ludos. De nulla scriptura (ait Victorinus) diutius

inter Orthographos quæsum est quàm de ista. Pilum ajunt

(tangit Lucili versus, qui supra) militare, te vinea, sifit
supra quàm milites aggerem institutum, per EI, scribenda : ac

si pilum sit quo pinfitores utuntur, & Vineæ quæ ruricolitur,
per I. Quem corrige & exple à me obiter : Pilum ajunt

militare telum & Vineæ subter quàm. Non enim certè su-
pra Vineam, sed eâ recti milites opus instituunt. Et Quin-

tilianus pariter ista & Lucillium damnat, vultque obti-
nere tantum I longum. Vide tu eum lib. i. cap. xiii. Te-

rentianum, Charisium, Priscianum. Ego ultrà dixerem
has nebulas?

— non, puto, si sapio.

C A P. IX.

O duplex esse, quod ad tempus & ad sonum. Ausonii ver-
sus aliter lectus. Tranquillus illustratus.

Duplex so-
nus in O

OME sifit, & poscit sibi suum sonum. Quem ajo du-
plicem. Adsonat enim O magno Græcanico, & eo-
rumdem O exili. Grammatici vulgò attestantur : & Au-
sonius, ut ego eum lego, versu isto :

Ausonii
huic res
ecce fuit.

O quod & O Græcum, compensat Romula vox o.

In tri.

utroque opo.

LUM.

LLY, dan-

um jubet.

quoniam

ucillium

QUAN-

BIT. Sed

icei leri-

quod.

MANEL.

die liti-

Quasi

diant

t hic

utius

ajunt

si sit

: at

tur,

unt

su-

in-

ti-

e-

e-

e-

In tritis libris aliter, qui Y *Græcum* ingerunt, scripturâ incertâ; imò verò, ex vi & potestate litterarum, falsâ. Nam quis Y cum O comparavit umquam? Migrant interdum, scio, altera in alteram, sed non hoc evicerit, ejusdem eas soni. Lugdunensis scriptus codex, (cujus filo multos poetæ ejus Labyrinthos feliciter diu Scalligeri ingenium evasit) habet: *Ω quod U eoy*. Ex quo ille, *Ω quod U ov*, me tamen lentè approbante. Non enim verum planè, O Latiare valere quod *ov* Hellenicum. Malim, *quod U o Græcum*. Quoniam ea constans Grammaticorum veterum dictio, O nostrum æquiparare duplici Græcorum, magno & minuto. Crassè autem efferebant O illud Crassum sive Majus: sic ut in sono ipso eluceret vise ejus duplex. Nam dicebant *Poöpus* de arbore, *Vöcem*, *Oöram*, *Prætoörem*, & talia; propemodum ut nos Galli *Foy*, *Voix*, *Noise*. Vos Belgæ (ita docuere me tui populares) meliùs: qui & scribitis pariter & effertis, *Broot*, panem: *Schoot*, finum: *Boom*, arborem. At casci tamen Latini sublevant in scriptione nonnihil Gallos: qui ipsi in Dativis casibus *Populoi Romanoi*, & similia exarabant, efficiendo huic longo sono. Victorinus & alii, testes. Neronis impius sed non inscitus jocus, stabiliendo huic duplici effatu: qui de Claudio mortuo idemtidem, * *Monrari eum inter homines desisse illudebat*. Simul & advulgatum illud adspiciens, quo morari in vivis desisse à morâ, homines *ἐνφύμω*, dicimus: & eadem fatuitatem Claudio opprobrians, sono ipso pingui & gemino, quo ostendebat verbum hoc se formare à * *Mooro*. De hac Vocali quoniam res minimè turbida, sermone meo cur illustrem? Versus tantum Terentiani Mauri licet addam firmandæ totius rei, hosce:

O longum
qui sonus
est?

Galli per
O I, effert.

Belgæ ea
geminant.

Jocus Ne-
ronis.

* Ut Sugh-
tonius
scribit
cap.

xxxix.

Primâ sit-

labâ, pro-

ductâ.

* Id est,

fulso.

*Ω Grajugenum Longior, altera est figura:
Ater sonus est U nota temporum, Minori.
Compendia nostri meliora crediderunt:
Una quoniam sat habitum est notare forma,
Pro temporibus quæ geminum ministret usum.
Igitur sonitum reddere cum voles Minori,
Retrorsus adactam modice teneto linguam,
Rictu neque magno sat erit patere labra.
At Longior alto tragicum sub oris antro
Mulita, rotundis acuit senum labellis.*

C A P. X.

De litterâ V. quadruplicem ejus sonum esse: sed Primarium & eximium, duplicem. Plauto, Aufonio lax immissa. Quæ Feralis littera, & quare? Maurus & Charisius correcti.

* Qui singulos
multis à
septenis
spatiis
ad quina
corripuit.
Sueton.
De soni
in V.

Varroni
lux.

Et Plauto.

Et Aufo-
nio.

Feralis lit-
tera.
Longa V.
scribenda
non una
ratio.

VMIHI superest: per quam quinto & ultimo hoc spatio (* Domitiani scitum ita voluit) decurram. Sonores ei præcipui, duo: Latus, & Exilis. Ille, qui in Græcum planè & plenè exprimit: iste, qui Y eorundem. Victorinus ab hac mente: *V similiter posita est pro brevi, & pro longâ.* Et magnus Varro sic discriminat clarè, in his verbis: *Quidam reprehendunt, quod PLUIT & LUIT dicamus in præterito, & præsentit tempore. Falluntur. Nam est, ac putant, aliter quod in præterito V dicimus longum, PLUIT, LUIT: in præsentit, breve. Ideò in venditionibus lege fundi RUTACRASA ita dicimus, ut V producamus.* Hoc enim vult, *Pluit, Luit*, in præsentit tenuitur efferri, in præterito *Ploruit, Lovit*. Sonum hunc Crassum nemo melius expresse- rit Pa-
ralito illo apud Plautum, cui quæsitus hinc jocus:

— *Tu, tu, istic, inquam, vini' adferri noctuam*

Quæ Tu, Tu, usque dicat tibi?

Comparat enim ecce illud, *Tu*, cum noctuino gemitu: quem *Tou* esse omnes scimus. Eum quoque Aufonius respiciens, de hac litterâ scripsit: *Cecropius ignota sonis, feralis sonans V.*

Feralis idèò, quia refert feralem illam avem. Quòd ait Græcis ignotam, verum est in litterâ unâ, nam quin diphthongo suâ eam disertè exprimant, quis neget? Hæc (longam dico) Latinis scripta tripliciter. Primum solitaria, sed, ut opinor, cum Apice. In Terentii Epigraphis: *Græca Appollodoru, Græca Menandru*: quæ clarum est valere & æquiparare illis Græcis, *Ἀπολλόδωρος, Μενάνδρος*. Huic illud Aufonii:

Una est in nostris, quâ respondere Lacones,

Littera, & irato regi placuere negantes.

Significat enim V, perinde valere atque *ov*. Secundò, geminata: ritu scilicet aliarum Vocalium. Tabulâ æreâ Fulvianâ: P. MUUCIOCOS. quod est, *Maucio*. Eâdem: SIREMSSQUE. OMNIUM. RERUM. LEXQUE. JUUSQUE. ESTO. quod est, *jousque*. Terentianus ita scripserat, sed corru- perunt vulgò:

*Græca diphthongus sed * ov litteris nostris vacat:
Sola vocalis quod vv complet bunc satie sonum.*

* Divisum
leges, aut
versus
claudicat.

Non

Non habent Latini, inquit, *eu* diphthongum: quoniam VV
 geminata (sic nisi scribis, illex est verus) satis faciet do-
 mae sono. Tertio, scripta ritu Græco. Victorinus de diph-
 thongo eâ locutus, addit: *Nostri etiam quoties eiusdem soni*
onga sçz. lba scribendi esset, & ipsi V adjugebant O litteræ.
inde scriptum legitur Loucetios, Nuntios, Loumen &c. Hinc
in Festo, Oufentina tribus. In veteri tabulâ, INDUCEBA-
MUS. item: EDITO. COURATOQUE. pratercâ, JOUSIT. &
JOUDICAVERUNT. &c. plura. Quin & cùm brevis ea litte-
ra, reperio nihilo secius hæc scripturam. In lapide: SO-
VOM. MAREITOM. CORDE DILEXIT. SOVO. In Duillianâ
columnâ, qui intentis oculis fugientes litteras adspiciet
(aliis neglectum) reperiet, NAVBO. litterâ utrâque ve-
lut mistâ. Ut non sine causâ prorsus Priscianus scripserit
communiter: V modò correptam. modò productam habemus,
quâvis videatur eu diphthongi sonum habere. Confundit
enim ecce sonum illum, & tribuit utrique: ex usu aliquo
vulgi tamen potius, quàm ex vero. Nam qui tenuior et-
iam illi fuerit, quis neget? Is autem respondit Y Græco, Ita
Σύκας, Σύλα: δύο, duo: τύβη, turba: φύγν, fugâ: Πάουλῳ,
Romulus: Τούλῳ, Tullius: Σύρα, Suria. Charisium obi-
ter mihi corrige: Gulam ait Julius Modestus per V scribe-
mus, non per Y, quæ Græcis vocibus necessaria est & sæpè in
V transit. Ut insuemur ait ignaro, inter se degularunt omnia.
scribe ut in Sue, Mure. Aut in Atreo: Inter se, &c. Nam Sus &
Mus à Græcis. Itaque per eam litteram inveni FORUM
SYARIUM in marmore sculptum. Terentianus ad hanc
rem:

Terentianus
 nus corre-
 ptus.

Priscianus
 non causâ
 simâ scrip-
 ptu.

V, exilis,
 res in des
 Y Græco.

Charisius
 correctus.

Tertiam Romana lingua, quam vocant Y, non habet.
Hujus in locum videtur V Latina subdita:
Quæ vicem nobis rependit interim vacantis Y:
Quando communem Latino reddit & Græco sonum.

Nam ejus sententia, ista. Y nihil opus Latinis: quoniam
 unica V utramque vicem & vocem subeat, soni crassi, soni
 exilis. Nec plura dico de re minimè incertâ. Pronun-
 ciatur longa optimè hodie ab Italis, Hispanis, Germanis:
 brevis à Gallis: & à vobis Belgis. Habes, Lipsi, duos so-
 nos primos & præcipuos: propius si intueare, quin duo
 alii sint, non negabis. Venim O adsonat in istis, *Frun-*
Fundus, Dederunt, Seruum, Maritum, Aeternum: quæque ad-
 similis formæ. & ideo priscis sæpè O hic scriptum sive
 sculptum, LAVATIONUM. IN. PERPETUOM. DEDIT. legi: &
 alibi: AIRE. MOLTATI. COD. DEDERONT item, SOVOM. MA-
 REITOM: & centena alia. Quin passim, ab hac soni vi-
 cinâ, litteræ eæ commutarunt. *Epistula, & Epistola;*
Nomenclator, & Nomenclator: Adolescens, & Adulescens,
 tibi

Maurus
 explicans.

Terminus
 sonus V,
 velus O.

tibi nota : & observavi magis nova, *Florivom* pro *Fluvium*, *Detolerit*, pro *Detulerit* ; *Aorelium*, pro *Aurelium*. Sed & alterum sonum deprehendas , ad I accedentem : quin in istis, *Proximus*, *Lacrumæ*, *Manubiæ*, *Gulæ*. Ideoque *Vipsum* pro *I* usurpatum crebrò , præter legem & usum in lapidibus. UT STUPEND. pro stipendiis : STUPLA, pro *Stiplis* sive *Stipulis* : item *AURUFEX*. & *INFELICISSUMA*. Plura possem : temperò. Non enim ego ambitiosè loquax in iis quæ aut dicta jam , aut vulgo litteratorum non ignota

C A P. XI.

Ad Diphongos ventum : Latinum iis nomen fidenter positum. Quot eæ , & in quibus enunciandis peccamus ? AE quomodo efferenda ? Quomodo OE ? Dio Cassius emendatus. De EI obiter dictum : & quis ei sonus ?

Diphthongi sive Bivocales, quid, & quot ?

Quatenus in iis esse vendis peccatur ? Et id ostensum.

IGITUR cursum verto aliò : & Bigam istam, Missu altero, flectere incipio ad Bivocales. Ita indigeto , quas Græci Diphthongos : si noviter , numquid ineptè ? Andeamus enim & nos aliquid : & per occasionem fas sit exhaustum Latium augere diu optatâ cive. *Eæ ex vocalibus binis constatæ sunt sic , ut transeant in sonum unum , sed in quo reliquæ soni utriusque.* Latinis eę quattuor : AE. OE. AV. EV. Duas ex iis ultimas rectè pronunciamus hodie : duas priores nec rectè. Nam cum E & quidem tenui, confundimus utramque. O turduli, quî potest ? Jugulo vos uno telo : quia frustrâ quæsitæ aut repertæ diphthongi, si sono à Vocalibus nil divertunt. Terentianum saltem audite :

Et sonos utrosque jungit. Unde diphthongos , eas Græci dicunt magistri: quod duæ junctæ simul Sillabam sonant in unam, vique gemina præditæ Semper effectum duorum temporum custodiunt.

En, ait utrosque sonos jungi : ait vi geminâ eas præditas. At cum *Phœbum*, *Phebium* dicitis: cum *Musæ*, *Musæ* effertis: ubi id apparet ? Pipillones ! digni quos pueri pipulo differant , in pertinaciâ si perstatis. Sed tu Lipsi , vide, disce. AE, antiquioribus paullum AI scripta, ritu Græco. AIMILIA. & AIRA , & similia occurrunt in monumentis. Et cum circiter Tullii Augustique ævum exolevisset, retrahere conatus Claudius Imp. publico etiam scito. Itaque lapides omnes illius ævi eam habent. Sed obiit abiitq; iterum cum illo. Sonus ejus quis ? Idem qui Græcanicæ : quem bene

Ac olim AI scripta.

bene adstruxere contra vulgus Checus Britannus & Merkerchus vester, viri non è vulgo. In hoc tamen seorsum ab iis sentio, quod visi mihi præter modum latas diphthongos facere, & ut sic dixerim, hiare nimis in sonando. Subrustice hercle efferunt, & vaste. At mihi certum, mollius eas sonuisse olim, nec ut A plenum aut E audires; sed ut mixtum quemdam suavemque sonum. Fallor, aut Galli aptissime exprimunt & scribunt, in *Paix*, pax: *Fais*, onus: *Jamais*, numquam. Vos Belgæ item adsonatis etsi aliter scribitis) *Peysen*, cogitare: *Reysen*, iter facere: *Seyl*, Velum: & talia. Ita qui Latinis *Cesar* est, verissime vobis *Keyser*. Supposuistis enim El vel Eū huic diphthongo. *Ajacem* igitur, *Majam*, *Bajam* ipsas: itemque, *Aulæ*, *Pictæ*, &c. Non crassiore illo A pronuntiem: sed attenuem magis, & pæne ad Eta flectam, dicamque, *Eejacem*, *Meejam*, *Beejam*, *Auleei*, &c. quod audis à me facilius, quàm ut scribam. Germanorum ritus hîc usum & locum aliquem habeat, qui ad significandum A illud tenue, E superscribunt. Lapidibus aliquid hîc me juvant. Illud enim semel pono; indoctos fuisse qui eos scalpserint, aurium sensum & soni vestigium secutos, sine Grammaticâ ullâ lege. At ii ostendunt, sonum hunc finitimum in parte fuisse E pinguiori. Hinc illa per errorem insculpta: *EGRÆGIUS*, pro *Egregius*: *ÆJUS*, pro *Ejus*: *ÆVOCATUS*: & *UTRIUSQUE*: & quod magis rideas, *VENÆRI*, & *FUNÆRI*, pro *Veneri*, *Funeri*. Quî peccatum huc peccassent illi bardi, si hiansille & pinguis sonus Diphthongo? Cui ad E adsessio nulla. Sed hoc à vulgo, inquires: qui ut E pronunciant. Nihil. Medium enim illum sonum æquiter evincit: pugnax ille qui torqueat ad extremum. Nec plura addo. Sensuum enim magis res, quàm rationum. Et verè hîc valet illud Quintiliani: *Non esse cuiusvis auris exigere litterarum sonos, non hercle magis quàm nervorum.*

Jam OE diphthongus olim item scripta * *OL*. Sic *Oionem*, pro *Oenone* Capella ingerit: sic *Oitier* pro *Utier* Victorinus notat. Et in vetustissimo Sc. de Tiburtinis legi: *NEQUE. ID. VOBELIS. NEQUE. REI. POPPLICÆ. VOSTRÆ. OITILÆ. ESE*. Sed alia scriptio evaluit. Sonum ejus verum (verum mihi fas dicere) non vidi, qui viderit. Nam qui Græcæ linguæ Pronunciationem instaurarunt, crasse pleneque eam sonare volunt, ut Gallorum, *Moy*, *Toy*, *Sey*. Non mihi probant viri probissimi. Primùm quia nimis expressus ille sonus, qui ex Diphthongorum ingenio debeat esse confusus. Deinde, quia non exprimat eum ullo modo aut assequatur OE. Latinum. Quomodo enim ex O & E platysmum illum elicias? Tertio & auctores mihi, qui alia suadent. Victorinus Afer hanc Diphthor.

Ejus legimus sensus.

Qui confusus & temperatus est utraque vocalis.

A lapidibus arguuntur aliquod penitus.

Difficilius hîc soni scripto exprimitur.

* Cui prorsus par. Ita ab oleis & pilinis poplos. Festus notat: ad ritum scilicet Græcum. Sonus ee diphthongus quasitus. Non illum videri, qui propinguis

Visorini
notatilis
lucus.

Prisci
commuta-
vunt sem-
per se & n.

A Dione
argumen-
tum pu-
gnax.

Is primum
corrigens.

Oe, Gallo
recte effe-
runt.

thongum cum Y Græco æquiparat disertè in Arte sua Grammatica : *Litteræ peregrinae sunt*, inquit, *Z & Y quæ propter Græcæ quædam assumptæ sunt, ut Hylas, Zephyrus, quæ si non essent, Hoelas & Dsiphurus diceremus.* Attende, tecum quæso. Hylas, inquit, scriberetur Hoelas, At quæ adfinita hic sonorum, si vero adfines illi? Nam Y Græcum, respondet placet V tenui Latino: quod & ipsi fatentur, & litteratores prisci adfirmant vno ore, An f. Illic nos forte ille Afer? nihil hac in parte: cum testimonium ab eo dicat casta & casta illa omnis ætas. Nam prisci velut promiscuè scripsere *Ossum, Oesum, osum*: *Pœnes, Punos*: *Coravit, Coeravit, Curavit*: *Moenera, monera*: *Moeros, muros*: *Meinicipium, muni ipium*. Quid nisi tantum non vociferantes paritatem inter ea fuit? Inorqueo & pilum è scriptore Græco, firmum, validum, & Triarii manu dignum. Scribit in Nerone Dico, Principem illum duos Sulpicios vitâ imminuisse, quia viti imminuere scelericâ ejus lasidè. Viti autem minuire sole nomine; *Ὅτι, inquit, Περικλοῦ ἐκ παρθένων ἐπιγαλουμένοι, & ἐκ τῶν σπαντῶν πρὸς τὴν γένεσιν, ἀλλ' ἐς τὸς τῶ Νέρωνος ὅς Περικλὸς ἐκ τῆς ἐκαστίας ἐτέβων*, id est: *Quod ab antiquo a quoque majoribus Pythici cognominati, non desinerent ejus cognominis: sed patam in Neronis Pythicas victorias impii essent, nominis vicinia*. Quid juvat me hic locus? minimum: si ego prius illum. Adfirmo enim emendandum, *Ὅτι Περικλοῦ* id est, *Pœtici*. Nam hoc liquens, clarum, Sulpiciæ genti Pythicum agnomen adhæsisse numquam. *Pœtici* illi dicti: & Fasti, scriptoresque historiæ mihi testes locis viginti. Quod si est: vide nunc, quomodo indignari citæcedus Princeps potnerit, quasi in pariente cognomine, si pronomiatio illa olim? Nam litteris certè abludit. Sono igitur ad Pythicum sive Puthicum (ira efferebant) accessit: & quod ex his concludo aptè, *OI* sive *OE*, diphthongus haud dissonuit *Vleni*. Quis igitur ille sonor? mixtus quem apud Gallos meos habes in dithongo istaci ipsâ, Illo um enim est, *Cœur*, pro corde: *Vœud*, pro voto: *Nœud*, pro nodo, Et fasne mihi etiam vestra tangere? si pecco, ne ride. Ita & vos Belgæ sonatis, *Oelsiet*, p. paver: *Moelen*, molam & quæ tibi plus nota. Hæc sententia mea, nova potius quàm improba, apud mentes & aures probas. Certè non crassum istum ei & vastum effatum fuisse, quem cum audio (ignoscant mihi viri docti, & quibus litteræ æternum debent) vix lienem com- primo: docent etiam nonnulli lapides, in quibus pro *E*, perperam substituta, ut *CROETA* pro *ROVINCIA*, pro *Creta*. Tu Lipsi, numquid mutas, aut etiam nutas? an transeo jam ad Consonantes? Alacer ego, Nihil nihil, inquam. Bono argumentorum pondere (ut hæc quidem res fert) me firmas. Consonantes tamen mihi pro-

protolle, & de Bivocali EI, nodum prius tolle. Ille cum risu Græculi viderint, inquit: non ea in Latini classe. Nam ejus loco I nobis longum esse Grammatici te docuerint, & ego suprà. Sed enim mi Murete, inquam, in sono ejus germano etiam hæreo. Nam Nigidius nihil differre illam Græcanicam ab istâ simplici voluit: & Græcos irridet, qui discrevère, Quod si est: ruunt quæcumque de Bivocalium sono sonuisti. Par enim omnium ratio. Eludens Muretus, imò tuum fulcrum ruit, inquit, quo stabilita à te vulgi hæc * *ignominia*. Non enim ea mens Nigidianis verbis, quæ, si lubet, audi; Græcos non tantæ incitiæ arcesso, qui ex * *U* scripserunt, quantæ qui ex * *Si*. Illud enim in opia fecerunt; hoc, nulla necessitate subacti. Hoc saltem vult litteratissimus ille litterator Græcos justè repperisse & diphthongum, quia non illis V Latinum, quod exprimeret hunc crassum sonum, non justè eosdē idem in * *fecisse* quia, subire utramque vicem potuisset longæ aut brevis. Ne autem, Lipsi, erres: I longum (dictum etiam mihi anteà) incidit in sonum prorsus EI. Quis igitur ille? me arbitro, qui vobis Belgis in * *My, Ghy, Sy*. Imò illud primum plane Latinum *Mi* est, & significatu & prisco sono. Soli enim pæne vos Europæorum duplex istud II rectè scribitis, rectè effertis, nec aliter *Oveis, Omneis, Preimos*, Latini. Minus accedunt iidem illi pronunciandi Magistri hodie, qui Gallico *Sein, Feint, Plein; Sinu, Ficto, Pleno*, æquiparant. Nam scriptura quidem ista-ipsa: sed effatio magis Ae accedit. Et vereor hercle ut idem hic peccent, quod priscus ille Cotta: quem *Fota* litteram tollendo, & *E* plenissimum pronunciando, non oratores antiquos sed messorum imitari, Crassus apud Ciceronem jocatur. Vocem à me, Lipsi, de Bivocalibus ne ultra exspecta. Tu Nigidi habe etiam istam: Quid Græcos imperitiæ arcessis, cur non in culpa simili tuos Opicos? Nam illos EI pro I longa passim scripsisse, an nescis, an dissimulas? Si illud, parum doctus: si istud, parum bonus.

CAP. XII.

Ad Consonantes ventum, de vicinis inter se, quoque Capite dictum, isto, de B. V. P. F. Quid in Be efferenda, & à quibus gentibus peccetur? an defendi possint? Dubitatum de sono V Digammæ, & pluscula ad eas argutias. De F germano sono. A Scaligero abimus & Fabio. Ausonio lucem damus, & medicinam Charisio.

CONSONANTIUM æquor nunc insistam, tertio isto velut missu. sed vere æquor Planiciem enim meram video, fine

Et suprà. Et tunc non in consensu diphthongorum

Objectione jam dicta è Nigidio.

** tenuitatem*

Remota ea, & veramen Nigidius errat

Quis sonus in EI & I longa.

Germani bene etiam, qui Mein, &c. sic scribunt, sic efferunt.

Ciceroni facta laus

Consonantes, quæ consonant

*De se jun-
na.*

sine salebris, ac pæne sine clivo. Plerasque eas, plerique oranes, recte & germaniter pronunciamus: & si quas male, nec vitium nec emendatio ejus obscura. Vulgatas hic distinctiones non sequor. Mutarum aut Semivocalium. Per se enim frigida, & ad meam rem ineptæ. Potius, ut aurigæ equos in curribus per colorum quædam paria disponunt: sic ego consonantes jugabo, ex viciniâ quadam sonorum. Quadriga mihi prima hæc:

B. V. P. F.

De primâ Ausonius:

*Æstia
sonum non
habent.*

Dividuum Betæ monosyllabon, Italicum B.

*Latini ad-
juvant per
E adjun-
ctam.*

*Quod sal-
lis in sa-
peruacuis
litteris, aut
Græcis.*

*B, qui esse
tenda?*

*Teccant
Germani
& Hispani
diverso
limite,*

*Germani
juvantur
non nihil
à priscis.*

*Quis P pro
B crebrum*

Ideo Dividuum: quia mediâ illius & primâ parte effertur Be. Nam cum habeant hoc consonantes, ut solitariae sonum non efficiant, luctenturque, ut sic dicam, intra claustra oris: subveniendum adjunctâ Vocali est, quæ velut obstetrix educat. Sed Græci aut Hebræi pluribus id fecere: compendio magis nostri, qui unam omnibus litteram dederunt & eandem. E enim præposita in effatu auditur, aut subjuncta. Præposita in istis, EF, EL, EM, EN, ER, ES. Subjuncta his: BE, CE, DE, GE, PE, TE. Nam HA, nec littera quidem est: QV, & KA, supervacua: IX, Y, Z, Græcæ, & Græcâ idèò nomenclaturâ. nisi quòd XI illorum, nos IX fecimus litteræ translatione. Sed ut de argumento meo propriè: B, sonum habet medium inter P & F. exprimitur labiis cum celeri quodam impetu reclusis. Benè Europæi plerique hodie. Excipio Germanos qui indurant, & ad P deflectunt, cum gaudent Poeno suo Vino, & Hispanos itemque Vuscones; qui emolliunt & ad V digamma torquent, homines sobrii & quibus non placet Bibere sed Vivere. Nec miror. Crebrum enim nimis, ut litteræ inter se vicinæ migrent & alternent. Quod pro Germanis sit; P, pro B, frequentarunt prisci: & est in loco ejus sonus. Quintilianus fatetur, cum dico OBTHUIT, secundam B litteram rationem poscere, aures magis audire P. Et sanè auribus paruerunt plerique olim scriptores. Sic in Tabulis antiquissimis Fulvianis, APSOLUTUS ESTO, leges item, QUEICUMQUE. VOLET. SUPSIGNET: & in lapidibus vulgò, APSENS: OPSIDES: PLEPS: POPPICUS: actalia. Festus etiam sive Verrius, qui Brascam à præsecando derivat, quomodo non durus, nisi ad spectu adduriorem hunc sonum; Benè igitur Terentius Scaurus: B cum P. consentit, quoniam origo eorum non sine labore conjunctione: revelli à quoquam potest. Græci Πόπλαν, nostri Burrham: & quem Pyrrhum, antiqui nostri Byrrum: Palatium, Palatium. Item Poplicolam, Poplicolam aliis Scapillum, alii Scabillum dicunt. Nec dissimile quod

**In Quæ-
stionibus
Græcis.*

Plutarcho

urcho notatum, Delphenſes B, pro Π, uſitatos eſſe:
um fuit *βάρη* & *βίχον*, pro *πάρη* & *πίχον*. Jam de
anis quid, Lipſi, excuſem? bene, ſi non accuſent ipſi ul-
ta multi errori eorum ſuffragatores, Grammatici, lapi-
libri. Me iudice, tamen errori, ſed priſco. Ecce * Ada-
tius Martyr jam olim librum integrum hoc titulo &
mento ſcripſit. *De V & B litteris*. Quæ voces ſcilicet
aut illam recipere; quaſi in brevi diſcrimine, &
d confunderet ſæpe vulgus. Quamquam ille non uſ-
quaque * *ἀδελφάρη* & mihi *μάρη*. Miſcet enim è ſcho-
ſuo pulvere: & ſcribes, inquit, *Beſicam*, *Nebum*, *Bal-*
pro foribus ædium, *Bernam*, pro eo qui ſervo natus:
i *Veficam*, *Nevum*, *Valvas*, *Vernam*. Item *Manuvias*
i *Manubias*: ab *Ambio*, *Ambibi* non *Ambivi*: apud Per-
m — *balvâ de nare*, non *balbâ*: & argutiarum ejuſ-
di dapes, haud ſatis ad meum guſtum. At lapides, vi-
quàm hîc Hiſpani. DANUVIUS: VASE: VENEMEREN-
: PLACAVILE: ſculptum in iis clare vidi, pro Danu-
is, *Base*, &c. Contrâ etiam, *VIBA*: *CIBICA*: *UNIBERSUS*:
TABIS: *SIBE*: *PROBINCIA*: *ALBEI*: *CABATORES*:
to, *Viva*, *Civica*, *Univerſus*, *Atavis*, *Sive*, &c. Et tu, Lipſi,
ter luſtrandum, vel aliud agens hæc obſervabis. Jam
bros veteres ſi vidifti, nōne in iis aſſiduum hunc erro-
em? Piget exempla adferre. Pandeſtas ſaltem Florenti-
as (quarum ætatem pauci libri ſcripti æquaverint) in-
pice: & videbis in ſingulis paginis peccatum hoc, non
peccatum. Cur enim vere peccatum dixerim, quod pec-
cabant tam vulgo? quin mores jam id, non culpa. Cùm
paulam hîc aliquam faceret, ego interpellare ſuſtinui ri-
dens, Hem! ut acriter tu, inquam, pro pugnace gente pu-
gnas? Et jamne è Gallo Iberus? Arriſit & ille. Quidni? In-
quit. Placet Plautinum illud,

Utrumque in alto eſt ventus, exin velum vortitur.

Et nōne cauſa mihi, cur non ameni meos Gallos? Sed
ſuſpiro, & ſileo: nos, Lipſi, hoc agamus. Crebram igitur
commutationem litterarum harum vides. Quæ occaſio?
adſinitas. Quæ nunc quoque magna: & olim, niſi fallor,
major. Non enim celabo te meum ſenſum: quem vulgus
hîc fortalle rideat, tu & probi probent. Litteram V, cùm
pro conſonante eſt, paulo aliter ſonuiſſe cenſeo, quàm
ill. m. Nunc enim ut F infirmum & elumbe proferimus: at
priſci mollius, & minùs impreſſe, quaſi VV duplex. Quod
dico, tale eſt *Vinum*, *Vallum*, *Servum*, ita dicimus, quaſi eileſ
Finum, *Fallum*, *Serſum*. Reipſi enim Faudi-mus, ſed fractum
& imminutum. At ego exiſtimem pronuntiaſſe eos, *VV* i-
men, *VVallum*, *Servum*, ita inquam, ut V illud conſo-
nans ſive Digamma ſonum molliorem & velut ſuſpenſum

*Ab Hiſpani-
ſis qui V
pro B uſur-
pant.*

* Cujus
excerpta
in Caſſio-
dori
Orthogra-
phiâ.

* ſirmus
teſtis.
Adamanti
ineptia.

*De ſono V.
conſonantiæ
nov. cia no-
ſtra ſententi-
a.*

©

habu-
it.

*Ea firma-
ta quinque
argumen-
tis.*

* Nam
Helena &
VVelena,
pariter
valdè so-
râ: & est
in Digam-
ma mani-
festus sta-
tus.

* Vide
Notas in
fine
Capitis.

* Germani
& Belgæ,
VVin,
VVall,
VVick,
VVan,
VVec.

*Litteræ P
enunciatio.*

*Litteræ F
sonus.*

habuerit, qualis est in *Quare, Quis, Quando*. Ego hac inopi-
natâ sententiâ percussus, Quid profers? Inquam. Persuasur-
us hoc speras? Si rationem audis & Veritatem, inquit,
spero: si vulgus & opinionem, despero. Sed argumenta
huic rei audi. Nemo veterum V cum Digamma aut potius
pro Digamma est (non enim verba hæc captabis) dupli-
cem ei affinxit sonum: Digamma autem in *Anguis*,
Quando, Suavis, Aqua, & talibus est. Habet igitur eundem
illum etiam in aliis verbis sonum: id est, natantem hunc
& mollicellum. Item: Pro adspiratione veteribus Digam-
ma fuit, ut *Jircus, Jædus, Jælena*, pro *Hircus, Hoedus, Helena*
(Grammatici omnes testes): et vulgata hæc expressio ad ad-
spirationem sive halitum non accedit, * accedit mea novi-
cia. Vera ista igitur. Tertiò: Græci cum *Varum, Valerium*,
Veliæm, Octavianum, & has formas scribunt, Οὐάρον, Οὐαλή-
ριον, Οὐέλιον, Οὐκταύριον scribunt, proximè sonum illum me-
um exprimentes. Sonum ergo hunc veterem iure censeo.
Ni esset: cur non Φάρον potius, & Φαλίριον? Quod durius
quàm Latinum illud fateor: sed propius tamè ad Vi vulga-
tam vocem. Nam quòd interdum Beta his talibus addunt,
Βαλήριε, pro *Valère*. &c. hoc quoque à me est quia cum Di-
gammæ illius verum sonum haberent nulli, * inopiâ co-
acti ad quemvis potius quàm ad φ decurrerunt, à quò ma-
ximè scilicet abesset. Quartò: Tritum illud omen quod
Crasso naves conscendenti factum, vanum & longinquum
est, si efferas more vulgi. Venditabat quispiã in portu, inquit,
caricas Cauno advectas, & clamabat idemtidem *Cau-
meas*. Hoc alludere & valere volunt, *Cave ne eas*. Nónne
ridicule, nisi efferas meo isto more? Quintò: Verba pleraq;
à Latinis integra sumpta exteri enunciant hoc sono, * *Vi-
num, Vallum, Vicum, Vanum, Ve*, & infinita alia. Pariter
Latini *Batawos, VVandalos*, & exterorum talia, scribunt
per hoc Digamma. Par pronuntiatio utrobique igitur. Et
versus ad me, Quid ad hæc Lipsius? persuasi? Ego moto levi-
ter capite, Illud vetus Murete, inquam: Cras credo, hodie
nihil. Quid possim tam nova? quin totam Pronunciationem
nostram non convertis hac viâ, sed evertis. Tu autem ipse,
per fidem, seridè ita sentis? Ille ridens, Si probas, sentio, in-
quit: sin aliter, ludo, & pomum hoc velut Eridos jecerim
in magistrorum cohortem. Illi turbent, nos per-
gamus.

De P litterâ nihil dico. Plane res: nec vidi qui in effe-
rendo peccaret. Assidet B litteræ: nisi quòd *validius expri-
mitur, labris cum spiritu adductis pariter & diductis*.

Fin loco quanto. Cujus sonum princeps Grammaticus
(ita sentio) efformat Maurus:

Imum

*Imum superis dentibus apprimens labellum
Spiramine leni (velut hirta Graja, vitis)
Hanc ore sonabis.*

Et, qui à Mauro mutuatus, Victorinus : *F litteram, imum labium supremis imprimentes dentibus, reflexâ ad palati fastigium lingua, leni spiramine proferemus.* Efferenda igitur leni quodam spiritu (uterque ita suadet) nec tam hirtè & asperè quàm ϕ illa Graja. Julio enim Scaligero hîc quî credam? validius sonare, quàm Græcam vult : quæ mollior est, & ut ejus verbis utar, *dilutior sono.* Errat ipse, aut mei illi. An Fabius dux ei in hanc mentem? Malè. Diceret tale aliquid videtur, non dicit. Nam convicium ejus (ita verè appellem, non judicium) de hac litterâ istud : *Ille quæ sexta est nostrarum, penè non humana voce, vel omnino non voce potius, inter discrimina dentium afflanda est: quæ etiam cum vocalem proximam accepit, quassa quodammodò; utique quoties aliquam consonantium frangit, multò fit horridior.* Non enim hoc ponit, valentiùs sonare quàm Græcam, sed inamoenius. Nec tamen id ipsum cur ponat, satis scio: nisi quia illam adspiratio fortasse mitigat, quæ reverà vegetatio quædam & velut anima litterarum. Hâc destituta nostra, gravior quodammodò fit & tristior. Sanè quin discrimen inter utramque sit, non negandum: etsi neglegi id video à nostro vulgo. Cicero auctor clarè, in eâ pro Fundanio : ubi testem Græcum irrisit, quòd primam ejus nominis litteram dicere non posset. Et cur non potuit? Aspiravit videlicet? & P illud insitum magis expressit, ritu suæ gentis. Itaque dupliciter peccans, sic pronuntiavit, quasi si esset *Psfundanius*. Hoc ridet Catoni ridiculus ille consul. Quæ dico, Priscianus allaudat: cum ait *F Latinam ferè similem ϕ Græcorum.* Ferè, ait. Cur? quia (hoc enim post addit) *non fixis ea labiis pronuncianda, ut P & H.* Optimè. Experire enim: figuntur tibi labia & pressum cum risu clauduntur, cum illud ϕ exprimis, servata vi P litteræ, & adspiratione non neglectâ. Aliter in Latinâ est: me audi. Græcæ illius sonum ostendit, & in eo lusit Ausonius, obsceno & obscuro Carmine in Eunum:

Cui ipse linguam cum dedit suam, Δ est:

Veramque in illis esse ϕ notam sentit.

Vult enim indicatum putorem & sentinam turpissimæ illius partis: quam cum liguritor ille attigisset, meritò ϕ illud pronunciabat, quod solemus in odore tetra. Apud Plautum senex, cum Pseudolus ei in os irruerasset: *Phi, in malam crucem.* Ita leges. In Charisio pessime scriptum de Interjectione: *Fasæ, ut cum putoris aliquid perhorrescimus, quæ res & numquid Ægyptium pathos ducit?* Repone, *Fu, fu, cum putoris;* &c. Et usurpant hodie in abhorrendo

In quo abimus à Scaligero.

Fabius iniquus in hæc litteram.

Discrimen inter ϕ & F.

Ausonii lata lux.

Phi, vel Phu, in tetra odore.

Corruptus Charisius.

*Floce B
scripta.*

* In
Quæst.
Græcis.

plereque hominum gentes. Sed de Flitterâ: ab it ea quidem à B longioscule: altera pro alterâ tamen scripta olim & dicta. *Bruges* pro *Frigibus* apud Ennium Cicero & Fabius agnoscunt: *Sifilum* & *Sifilare* pro Sibilo Nonius: & Macedones Βίλιπποι pro Φίλιπποι, Βαλακρὸν pro Φαλακρὸν dixere, auctore * alibi Plurarcho. Quin legi imò, in simplicissimæ antiquitatis Sc^{to} de Tiburtineis: DE. EEIS. REBUS. AF. VOBIS PECCATUM. NON. ESSE. Quadriga hæc peregit suum cursum.

N O T Æ.

*Quintili-
ani verus
intellectus.*

*Græcis V &
I consonan-
tes ignota.*

*Digamma
quid. &
cur dicta?
* Quam-
quam &
in parte
inclusus
ille.
Nam sepe
ubi W du-
plex, G
scriptum
reperi-
es: ut
Wilhel-
mus, Guil-
helmus:
Walthe-
rus, Qual-
terus.
Obiectum
cuius ali-
quot re-
mota.
Correpti
Gramma-
tici pluries,
Vauferius.*

NEGAVI Græcos litteram habuisse, quâ exprimerent V digammon. Et vere: quia perierat illa Æolica, non minùs quàm apud nos Claudiana. Quintiliani dictum sic capiendum lib. x. cap. xii. *Ipsæ etiam vocales duæ efficiunt sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum litteris non potest.* De veris Vocalibus accipis: erras. Nullæ enim nobis tales, quas non assequatur & signet deserta illa Hellas. Duas intellegit, I & V cum transeunt in Consonantes. Nam nec hunc quidem sonum qui est in *Fugurtha, juba*, & talibus, exprimunt Græci: quibus Jota numquam coalescit. At de V, clarum quàm fudent.

Diducere ad finem Capitis tenuia hæc nolui: si aves Lector, cape hæc pauca. Digammos à figurâ dicta, non à * sono. Picta enim ut & inversum, id est Gamma Gam-mæ superpositum. Claudiani imperii lapides (nam eo Principe nova littera in gratiâ & usu) referunt, *ΔΙΕΑΙ, ΑΥΓΟΥΣΤΑΙ, & ΑΜΠΙ ΙΑΕΙΤ. ΤΕΡΜΙΝΑΙ ΙΤΟΥΕ.* ac plura, quæ legi & descripsi Romæ olim. Grammatici aliquot veteres de novicio hoc, quem injeci, sono, me pugnaturire videntur. Falsò: quia falsa in iis Verba. Tereptius Scaurus ait: *hanc litteram V consonantis vice fungi, & poni pro eâ quæ sit F.* Si pro F, quomodo stat illa mea elatio? Sed scripsit ille disertè, *quæ sit F:* Corrupta ab ignavis est nota. Ut Anuei Cornuti istis: *Est quedam littera in Flitteræ (Verte I) speciem formata quæ Digamma nominatur.* Ad hujus similitudinem soni, nostri coniunctas vocales Digammon appellare voluerunt: ut est, *Votum, Virgo.* Itaque in primâ syllabâ digammon & vocalem oportuit poni, *Fotum, Virgo:* (eadem corruptio, rescribe) quod & Æoliî fecerunt & antiqui nostri, sicut in quibusdam libellis scriptura declarat. Hanc litteram Terrentius Varro dum vult demonstrare, ita perscribit *V A.* Qui ergo in hac syllabâ sonus est, item littera erit. Adscripsi locum, quia me ali-
quâ

quâ juvat. Ait Varronem, magistrum illum magnum ad sonum exprimendū scripſiſſe *V* *A*. hoc falſum. Unde enim ego nunc ſcitor, *Va* an *Vi*, an *Vo* ſcripſerit? ſed corrige *VV* *A*, geminatâ littera: ſive mavis *VV* *AV*, ex Viſtorino. Ille enim ſic: *Æoliis* *P* (corrige, ut ſuprà) idem valet quod apud nos *V*, cū pro conſonante ſcribitur, vocaturque *pau* & Digamma. Ambigas an non ille voluerit ſcribere & exprimere, *ſaū*. Scaurus nos juvat, qui diſertè *V* conſonantis loco ponit, id eſt pro *Va*, in *Quis* & *Qualis*, adſignat. Atqui *VV* hīc audis, non *Va*. Quinſtilianus de eādē: *Antiqui* *adum* *Æolūſque*, (ita ſcribo) pro aſpiratione *Vau* ſimili terā utentēs. Priſcianus idem: *Digamma*, id eſt *Vau*, & pſius voce proſectum teſte Varrone & Didymo. De ſono Terentianus aliquid:

Ut Vade, Veni, Vota reſer, teneto Vultum:

Creviſe ſonum perſpūis, & coſſe craſſum.

ſed ambigūe, uti reverā etiam ego ambigo: & diſſerta hæc à me, non aſſerta. Illud mearum aurium judicium non celo: ſuaviorem litteram hāc duplici natam non videri, poſt litteras natas.

C A P. XIII.

De C. K. Q. G, vicinis litteris. Reſutati qui primæ ſonum duplicem adſingunt. In K. litterā Auſonius illuſtratus. Idem iterum in Q. & correctus. In C. Feſtus emendatus. Singulæ hæc litteræ, quando natæ. Quid convenient, quid diſcrepent? Et plura Grammatici pulveris.

IU N G O quadrigam alteram, quam trahent mihi equi non concolores ſolū, ſed gemelli, imo iidem. C. K. Q. G. iis nomina. Quos à vi, aut ſoni indole, qui diſcrimines? ægre poſſis ex mente veterum: qui aded eaſdem cenſuerunt, ut unam vice omnium diu ſint uſi. C ſola iis locum munuſque aliarum trium tenuit: donec natæ invectæque illæ, vix ob neceſſitatem, ſed ornatam. Videbo tamen ſingulas & ſi quid in aliquā eximium, dicam.

*C. littera
vetus.*

C prima & vetuſtiſſima eſt. Quam in locum Kappa Græcanici veniſſe non eſt dubium: in locum, ſed & in ſonum. Plane pleneque ut K elata ſemper. Nec aſſertione res egebat. Quis enim Grammaticorum aliter umquam tradidit? Niſi quod hodie pravus & pertinax in eo error inolevit. Duplicem ei ſonum dedimus: alterum ut debuimus, alterum ut voluimus. Et cū à vocalibus quidem A. O. V.

*Ejus ſonus
geminus,
ut K.*

*Nos cor-
rumpimus.*

aut diphthongo *Au* excipitur, suum ei relinquimus & priscum sonum, efferimus enim *Caput*, *Corpus*, *Cubitum*, *Caudum*. cùm ab E. I. Y. Æ. OE; novum ei damus & ante-ævo inauditum. Enunciamus enim cum crasso & molesto quodam * sibilò, *Ceram*, *Cippum*, *Cyrum*, *Cænam*, *Cœnum*: effatu, quem littera nulla habet, nulla habuit. Ad *Z* aut *S* accedere videtur, non attingit. Quæ hæc perversitas? quis auctor? apex non est in veterum scriptis qui stabiliat: & mos ille tantùm à malâ quâdam libidine peccandi. Omitto Grammaticos omnes, qui *C* cum *Kappa* æquiparant clarè: ratio ipsa quàm repugnat? *Capio* rectè effers: *Cepi* ab eo, cur non aliter? cur *Incipio*? *Eccum* & *Eccam* audio: *Ecce* producit in aliâ soni veste. A *Casso* incestum formari, quæ vox tua me doceat? & multa alia, quæ labem & ambiguitatem invexere in Latinam linguam. *Silicem* aut *Cilicem* ex enunciatu nostro aures non discernant: non *Cyrum* aut *Syrum*: *Sepio* aut *Capio*: *Cellam* aut *Sellam*: *Servum* aut *Cervum*: *Discere* aut *Disserere*: & quæ millena. Pudet non tam erroris, quàm pertinaciæ. quia corripi patiuntur, at non corrigi; & tenent omnes, quod defendat nemo. Itali, Hispani, Germani, Galli, Britanni in hoc peccato: à quâ gente initium emendandi? Andeat enim mihi una aliqua, & omnes audient. Sed de *C* satis; cui verum pronunciatum dabis, si efferes, adductâ leviter palatum versus linguâ, ejusdemque ad dentes, cum spiritu aliquo, appulsu.. An & hoc addo? cùm *S* eam præcedit, malè exprimi hodie: efferendam autem velut *SK*: hoc modo, *Skamnum*, *Skenz*, &c. quæ nobis sunt, *Schamnum*, *Schena*.

*Nec am-
biget, quin
isti sibili à
Barbaris
sint.
Refutatus
is error, si-
ve contra-
macia.

Se. qui ef-
ferendum.

K littera
superflua

Vfus tamen
ejus, ut vo-
lunt ante
A.

Et ad no-
tandum.

Sequitur *K* littera, quæ Græcanicæ mera est, & in Latium venit non ob usum, sed ob luxum. Verè enim superfluit: & saniorum litteratorum nemo id negavit. Nam quòd nonnulli usum & locum ei faciunt, quoties *A* excipit: ut in *Kaput*, *Karina*. *Karthago*, ac similibus: novitia ea regula, sed & falsa. Fateor sæpè locum ante *A* habere, imò vix alibi: atque ita in lapidibus lego, *KARUS*. *KASTITAS*. *PAR-KARUM*. *PALIKANUS*. *EVOKATUS*. *DEDIKAVRRUNT*. sed sæpius aliter, & firma non ei sedes, nisi in notis. Quintiliani ista mens: *K* quidem in nullis verbis utendum puto, nisi quæ significat etiam ut sola ponatur. Terentiani eadem:

K similiter otiosa ceteris sermonibus,

Tunc in usu est cùm *Kalendas* annotamus aut *Kaput*,

Sæpè *Kæ* sonos notabant hac vetusti litterâ,

Vult *K* solitarium tribus vocibus notam esse, *Kalendis*, *Kapiti* (in legibus capita ita notabant,) & prænomini *Fabiorum*. *Capella* item in triplici saltè nomine locum dat; sed pro *Kæ*sonibus, *Kalumniam* supponit. *K* nunc nota

nota esse putatur, nunc littera: nam ejus effectus C integrare non dubium est: absque his Capita. Kalendæ, Kalumnia. Vbi nescio an verius legeris, non littera. Quia igitur ex plurimum usu sedes ejus in trinâ tantum sede, Aufonius scripsit:

Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K.

Aufonius illustratus

Ita enim lego & clarifico versum, in quo interpretes caligant. Quando nota hæc littera, haud liquidò scio. vix opinor ante bella Punica, sed nec diu post illa: quia in SCto de Tiburtinis reperio *SVB. AED. KASTORVS.* Isidorus ad Sallustium quemdam refert: *K litteram, inquit, Sallustius Ludimagister postea Latinis adjecit, ut in sono discrimen duarum litterarum faceret, C & Q.* Ad discrimen autem duarum aliarum repertam vult. quod illud? ceddò Isidore, si potes: & hilum si invenis, nihil homo ego. Sed credo, jam tunc tuo ævo obtinuit barbara hæc in C pronuntiatio, quam dixi & refutavi. Tu Priscianum mihi audi: *K & Q, quamvis figurâ & nomine videantur aliquam habere differentiam: tamen eandem, tam in sono vocum quam in metro continent potestatem.* Et Terentianum:

Quando nata K.

Isidori alacina. 10.

Refert nihil K prior sit, an Q, an C.

Ad Q venio, quæ ipsa reverà non tam interest litteris, quam superest. Cur enim C non satis ad ejus vires? Fuit olim: sed visum hanc addere, quoties V sequeretur (neque aliter) ad efficiendum pinguiorem illum sonum. Sed dicant, cur in G non idem factum? Aliter enim paullò & illa sonat in *Anguis*, quàm in *Angis*. sed hoc non litterarum naturâ fit, verum vocalium à quibus exceptæ & quibus mixtæ. *Capella: Q quidam litteram non putabant: & vincerent, nisi in Equo & Equitatu appareret expressè. Constat autem ex C & V.* Aufonius eam componi vult ex duplici C, recto & inverso. Eam enim ego mentem obscuri versus illius censeo, quem non vidi qui explicaret, imò qui legeret rectè:

Q litteram videri superare.

Aufonio lux & corruptio.

Prævaluit postquam Gamme vice functa prius C.

Atque alium pro se titulo replicata dedit Q.

Legō, *titulum*. C, inquit, replicata & conversa novum pro se titulum sive indicem litteræ dedit Q. Inspice enim. ex duplici C, recto & inverso, illud Q aptissimè compinges. Possis & legere. *Atque aliam pro se titulo.* Hæc est illa littera, quam magister Fabius duritiei damnat: *Duras & illa syllaba facit, inquit, quæ ad conjungendas demum subiectas sibi vocales est utilis, aliàs superflua: ut Equos ac Equum scribimus.*

Q dura littera.

G quartam posui. quæ ipsa, * vi & sono à C quantum abicit? Ne miremur priscos diu hunc usitatos, pro illâ. *Acnâ, Lece, Acro, Cabino: pro Agnâ, Lege, Agro Gabino.* Victorinus notavit, & in tabulis judicariis ego ipse legi, *QVI*

* Imò vix formâ A-persaltem ut Maurus notat, ad cornu C infra additus C & G vici.

*Festus cor-
rectum.*

JOUDICARE. NECARINT, pro *Negarint*. Et Grammatici testantur hoc vulgò. Festum emendare hac occasione censeam, *Camelis virginibus supplicare nuptura solite erant*: & scribi, *Camelis virginibus supplicare*. Nam intellegit *Gamelios deos*, priscâ hac ratione per C scribendi: quos virgines & puros ad rem nuptialem advocare sane stultum. Terentius Scaurus; *Cognitionem cum G habet*. Et ideo alii dicunt *Gaunacem*, alii *Caunacem* item *Camelum*, *Gamelum*.

*Bello Puni-
co primo G
non nota.*

Hanc scripturam retentam arbitror ad bella Punica: argumento nec infirmo nec infido, quòd in illa Duillii Columnâ sola C nota. Ibi enim LEGION. MAGISTRATOS, PUGNANDO. pro Legion. Magistratus Pugnando; & non simplici archaismo, EXFOCIUNT pro Effugiunt, sculpta. Atque hoc est quod Aufonius scripsit, --- *Gamma vice functa prius C*.

**In Prodi-
gia. vide.*

*Festus se-
viter e-
mendatus.*

**In Orat.
G littera
sanus &
expressio.*

*In eo vi-
tium.*

*Germanis
hac littera.
incorrupta.*

Nam * Festus quod obviâ videatur; *Quæ nunc C appellatur, ab antiquis G vocabatur*: nihil est. Fallit scriptura, & non ille: quam dirige, *Quæ nunc G appellatur, ab antiquis C vocabitur* sive etiam, notabatur. Ipsemet * alibi: *Antiqui per C litteræ formam nihilominus G usurpabant*. Viciniam vides. Nec nego tamen, quin sonus G litteræ paulò diffusior sit & mollior: quem referes, *appulsa ad palatum lingua, modicello intervallo, lenem spiritum emittens*. Nos hodie quàm peccamus? Italicorum enim plerique ut Z exprimunt, Galli & Belgæ ut I consonantem. Itaque illorum est *Lezere*, *Fuzere*: nostrum, *Lejere*, *Fujere*. Omnia imperite, inepte. Germanos saltem audite, quorum sonus hîc germanus, *Legere*, *Tegere*; ut in *Lego*, *Tego*. Nec umquam variant. At nos ante I. E. Æ. Y. semper dicimusque *Femmam*, *Fætulos*, *Iiniuiam*, *Iyrum*, pro istis, *Gemmam*, *Getulos*, *Gingi-ram*, *Gyrum*. Mutemus, aut vapulemus,

C A P. XIV.

De litteris D & T. Hujus vitiosum hodie in parte sanum esse: nec juvari à falso Papisio. An T, Virum significaverit? Isidorum fortean correxerim. Lapidibus data lux.

*D & T
vicina.*

BIGAM ecce levem interpono: in quâ D. T. jugales. Qued vicina inter se, quodque adsonent, cur te moneam? Ipse vides. Et passim etiam nunc in libris paullo antiquioribus, *Set*, & *Sed*, *Haur*, & *Haud* alternant: inque lapidibus, QUODANNIS: ADQUE: CONTRA AUFINIS: ATLECIUS: QUI pro *Quid*, ac talia. Effertur hodie utraque recte (nec præitione meâ ad sonum opus:) excipio, quod

quod peccant in T, quoties ea vocalem lanteit, & hæc aliam. Q. Papirius quispiam auctor & tutor huic culpæ advocari potest: cujus hæc legi verba. *Iustitia cum scribitur, tertia syllaba sic sonat, quasi constet ex tribus litteris T. Z. & I. cum habeat duas, T. & I. Sed notandum, quia in his syllabis sonus iste litteræ Z inveniri tantum potest, quæ constant T, & I, & eas sequitur vocalis quælibet: ut Tati^{us}, Otia^{us}, Iustitia^{us}, & talia. Excipiuntur quædam nomina propria, quæ peregrina sunt. Sed ab his syllabis excluditur sonus Z litteræ, quæ sequitur littera I, ut Otii Iustitii. Item non sonat Z, cum syllabam ei antecedit littera S: ut Justius, Castius, Onugator! vere enim sic appello nebulam Grammatici, non Grammaticum, & quem mihi certum nec esse quidem à prisco ævo. Unicum hoc Fragmentum hominis exstat, nec aliud: cui ipsi utinam lumbi & renes diu fracti! At enim Murete, inquam, etiam Ciceronis jocus in *Actium* quemdam id stabiliat: qui allusione nominis subiecit, A. & O. Ergo ut Græcorum illud & pronunciatum T. In fronte, inquit, aliquid est: in re & inspectione nihil. Allusio fuit, sed in propinquo sono, non eodem. Et age, si ea pronuntiatio; cur nemo veterum de littera T. tale aliquid prodidit: aut quæ causa cur sonum ante Imagis, quam vocalem aliam, mutet? non dixeris. & sperno audacter hasce ineptias vel uno argumento, quod nulli Consonantium (aliter quam in Vocalibus) sonus duplex. Tu igitur, Lipsi, ne audi, non item Isidorum: qui magnum scilicet arcanum hujus litteræ vulgat, *In brevibus quibus militum nomina continebantur, T notam in capite versiculi positam, superstitem designare: O verò ad uniuscujusque defuncti nomen solere apponi.* Ille mihi sæpe sublesta fide: & certe hic. Quæ enim ratio cur T vivum notaverit? aut quid alibi exemplum? Ego de V illud verum scio: & valde inclino, ut litteram eam potius hic sit reponendum. Nam ecce in sepulcralibus lapidibus, quoties pluribus monumentum aliquod exstructum, adscalpi solet, qui ex iis super terram, qui sub terra. Illis V præponebatur, prima scilicet in *Vivus* littera: istis O, quæ in *Thanato* capitalis. Noto. & vulgo adhuc non vulgatum, & firmo his exemplis. In ista urbe, domo Episcopi Aquinatis:*

© CN. OGULNIUS. CN. L.

NICEPHORUS

* (©) GULNIA. CN. L NICE

V. L. SAFINIUS. O. L. SURUS.

Ubi duo mortui signantur: postremus vivus. Item ad Marianum templum:

T hodie in
paris vi-
tiatur

Falsus ne-
scio quis
Papirius

Isque cum
vulgo
fuit.

De Isidori
affirmati-
one hesita-
tio.

For: asse in
corrigenda
dus

V & O in
sepulcris
quid nota-
runt.

* Hoc The-
ta inclu-
sum ita ©
litteræ.

Q. EPPIUS. Q. F. CORRUPP

O CLODIA C. L. SILENIO

O EPPIA L. F. PAULI VOTE

NNIANA MATER.

EPPIA M. F. POLLA.

* Item alibi:

V. D. LABERI. DD. ET. O. L. SYMMACHI.

O LABERIA. D. L. ET. O. MUSA.

V. D. LABERI. D. L. EUTICUS.

* In xdi-
bus Franc.
Porcari.*Theta cur
mortalis
littera.**Aufonius
explicatus** Scaliger
in Aufoniu-
um acu-
tissime id
vidit &
monuit.

Atque hæc fortasse causa verior, cur Theta mortiferum dictum, quam quod in judiciis damnandi ea nota. Aufonium quidem ego huc adspexisse confirmem, cum in impuram illum Eunum scripsit:

*Miselle doctor & tibi sit obsceno.**Tuumque nomen Theta scetilis signet.*

Mortem enim ei precatur, & quidem in laqueo (ea forma est in * & contracta) & adscribi ad defuncti ejus nomen optat Theta.

G A P. X V.

*De sex litteris facillime pronuntiationis junctim dictum.
Nâ Græcis aut Latinis sæpe omitti: sed malè.**H littera,
qui efferen-
da.**Et l conso-
na.**Item Lin
quo liberi
peccant.**N scire
neglecta a
Græcis.*

DABO & sejugem. sed quæ Circum pervolabit levi rotâ. in H. enim, I. L. M. N. R. quid insistam? De sono & elatione constat: & vix, si quis velit, in iis peccet. Naturam autem aliam litterarum indagare, non hic meum * opus. H sive littera sive flatus est, molliter efferranda, nec ut robusti illi Germani. Post consonantes item molliter, sine strictura aut sibilo; quod malè in usu quibusdam. Quamquam & veteres quosdam populos eam fortius pronuntiasse censeam: utique quibus ea pro F fuit. ut Faliscis. Nam istorum est *Haba*, pro Faba: *Hanula*, pro Fanulis, & quæ talia. I autem consonans, mihi sic sonat ut aliqui teneat e. Vocali, non fixè nimis pressèque proferenda, ut Gillud corruptum: sed eo pænè modo, quem dixi in Digammâ ejus sorore. L facillima & liquidissima litterarum, quis in eâ peccet? nisi Hispani fortè cum gemina est, qui nescio quid ex I & L mixtum proferunt & fractum. M mugientem illam litteram, omnes rectè. N tinnientem, omnes rectè. R item: nisi quos ligavit aut vetuit natura. quod in Demosthene, Alcibiade, Aristotele, Scaligero patre. Sed de N hoc addo; mirari me, cum tam suaviter ea sonet, omissam sæpè à Græcis aut mutatam. Illorum enim est *Μέλλιος*, qui Latinis *Manlius*;

lius : * Ο'ρτάνσιος, qui *Hortensius* : & plura. Quamquam & Latini in hac culpâ: certè sculptores in quorum lapidibus lego, CLEMETI, pro *Clementi* : COIVX, & INFAS: *Conjux*, *Infans* : MESES denique, *Menfes*.

CAP. XVI.

De litterâ S, quæ multis veterum in visa, & culpata. A nobis ea relevatur. Romani quàm crebrò usurparint, & pænè ante omnes litteras? X crucem referre. Quædâm de variâ crucium figura. Artemidorus, & Maximus & Isidorus Episcopi illustrati. De littera Z. & ordine omnium soni.

* Quod Lambinus contra receptam scripturam approbat, male studio notatis.

ULTIMAM in Consonantium hoc Missu trigam habe, ex S. X. Z. E quibus Sigma prius stabiliendum leviter & defendendum est: quia famam ejus multi petunt, imò vitam. Pindarus conviciatur, & * κίεθλον appellat: ejusque odio versus composuisse dicitur αἰσῖμος. Dionysius Rhetor cum R attollat, hanc abjicit & turpi voce appellat *Ἰμεράδν*. Attici omnes (quod non nescis) oderunt, & succedaneum ei ferè T dederunt. Jam nostri velut compacto conspirant. Et inter proceres * Messalla, *ne litteram quidem esse, sed sibilum* ait. Inter magistros Fabius, *asperam* pronunciat, & in commissurâ verborum *rixantem*. Quin ipsi prisca, Atticorum exemplo, ejecere: & *Mertare, Pultare* illorum fuit, sicut Ennii *Adgrettus fari*. Sed & poëtæ tracti in partes: & in versu ibi consonans exciperet, plerumque hæc jugulata. Inde -- *vitâ illâ digni' locoque.* & -- *omnibu' princeps*: & in Plauti Terentiique fabulis obvia exempla. Misella! quis tibi tutor in tam validos & tam callidos? affectu ego, nescio an viribus: & fortasse fuerim, ut ille ait, *solatium potius litis, quàm auxilium*. Pindari convicium primò qui refellam? Nec capio quidem. Adulterinam incertamque litteram esse vult. Quid ita? Nihil video. Hoc scio, siue sonum, siue indolem aspicias, germanam esse germanæ Vocis prolem. Si qua justæ litteræ nota ei abest, magne vates: pro eâ noter ego. At enim sibilat. hoc, credo, voluisti: & tecum Rhetorista ille, qui appellat *Theriôde*, quod Serpentinam siue Viperinam interpretamur, (malè alii *Ferinam* & *Brutalem*) quia sibilus serpentum. En crimen! Quin tu litteram R igitur spernis, quia canum? M, quia boum? B, quia ovium? Nam irriunt hæc animantia, mugiunt, belant. Tamen cedò, cum invidiosum hunc sibilum serpentium dicis: de ventis, arboribus, hominibus quid censebis? Quorum sibilos. fle, & quidem suavissimos, non negabis.

Sigma litteræ multis hostes.

*Eorum in hanc convicia. * adulterinam.*

* Capellæ hoc scriptum.

Nos defendimus. & illa illosque refellimus: Pindaro responsum.

Et Dionysio.

Sibili quidam non insuaves.

Quid

*S littera
vobis opti-
mâ infusa.*

*Suavitatis
ea index.*

*Responsum
de Atticis.*

**Qui T. i.
tem sub-
stituiamus:
Wat, Dat,
&c.*

*Ad Fabii
convictum.*

*Qui ni-
mus in ef-
ferendis
Gracis,
premendis
nobis.*

*Ad Lati-
notum,
morem,
responsum.*

*Qui crebri
olim in hac
litterâ.*

** In voce
Arbosem.*

Quid tibiis & fistulis facies? quas hoc argumento abjicies ex humana vita. Ipsæ serpentes utinam hoc uno malæ! amem ego eas, adeo non culpem. Amplius dico, res optimas, res suavissimas, prisca nomenclatores hac litterâ notarunt, velut Natura duce. In cælum suspice: occurrent, *Stellæ, Sol, Sidera*. In terram despice: agnosces *Sesamum, Saccharum*, inter dulciaria. *Susurrus, Suavia, Basia* inter amatoria. & inter vitæ gaudia, *Somnum, Salutem, Sanitatem*. Litterarum ipse *Sonus*, qui sine hoc sono? Inepte igitur & vane tu, qui humanissimam litteram indigetes *Theriodæ*: Plato verius, qui *ἡδυμυγία*. Recte enim ita vegetam & spiritalem notulam agnominat: quamque homines amant & æstimant, qui i. si tales. Maurus bene: *Vivida est hæc inter omnes, atque densa littera.*

Attici spreverunt, inquis. Quid mirer mollissimos mortalium? At non Lacones aliqui aut Thebani. Hoc ipso tempore, robustum hunc Sibilum robusti illi Germani adamant: fugitis vos (ne ægre sit meo Liplio) mollicelli * Belgæ. Perperam. nec id doceo: quia egit & peregit hanc causam ante me Iulianus apud Vocalium tribunal. Et hæc eadem in Messallam opportune dicta mihi sunt. Fabius sequitur, qui asperam criminatur & rixantem. *Bona* venia Magister, à quavis causa tibi odium in hanc litteram, non à Ratione. Te, in te, aduoco. Tu enim ibidem. Z mollissimum & suavissimum appellas, qui potest si S inuavis? Quidquid enim mollitiei in illa est, debet esse ab hoc fonte. Nam D quæ immixta, etiam te iudice aspera est & duri casus. In illam igitur si æquus, quomodo iniquus es in istam? Sed profecto in toto illo iudicio, quo Græcanicum effatum supra Latinum ambitiose tollis, plura tibi exciderunt iudicii non similia: & inter ea, istud. De prisca Latinis, quod obijciunt bellum. Unam aut alteram voculam adferunt; in quâ hæc mutatio: ego secetas, in quibus aliâ. Nam hoc verissimum, prisca illos vere viros frequentasse virilem hanc litteram, & inseruisse aut substituisse, pæne dicam, affectate. Ecce *Casimenæ* illorum sunt, *Dusmosus* & *Cosmittere*, pro *Camenis*, *Dumoso*, *Committtere*. Eorundem *Alæ* pro *Aris*, & *Fusui* pro *Furuis*, & *Valesui* & *Fusui*. Jam *Odos, Vapos, Arbos, Robos* dixere: & ab iis *ὀδῶσῃ*, *ὀδῶσῃ*, *ὀδῶσῃ*, *ὀδῶσῃ*, *ὀδῶσῃ*, *ὀδῶσῃ*; quod * Festo credes. ejusdemque generis, quod Fabius notat, *Clamos* ac *Passes*. Nec *Silatum, Silitem, Silotum* ignoras: pro *Lato, Lite; Loco*. Item quæ Græcis commutat, *ἑρπῃ*, *Serpo*: *ἑρπῃ*, *Sex*: *ἑρπῃ*, *Septem*: *ἑρπῃ*, *Sal*: *ὀδῶσῃ*, *Sylvæ*; & multa. Postremum, ubi geminata ea: ut in *Cassus, Cassa, Divissio*. Quod Ciceronistemporibus paullumque infra facturum ait Fabius. A quo

more

more etiam in lapide legi, *BASSIS*, pro *Basis*. Quod poetæ tamen hanc omiserint: (id enim etiam objicitur) quæso omittant, Quis tam imperitus est, qui nesciat à versuum lege id esse, non à contemptu? & fatin' hæc, *Lipſi*, ad veterum in hanc litteram amorem & honorem? satis. Sonum potius ejus videamus, qui lenior paullo, quam hodie efferrunt, molliorque. *Incrassamus* enim, & haud longe pronuntiamus à *TS*, *Sonum*, *Saccum*, &c. quasi essent, *i' sonus*, *i' saccus*. At lenis ille effatus verior est, quem servamus in mediis vocibus, *Misſi*, *Pisſo*, *Asinus*, &c. Viros doctos non audio, qui efferrit ut corruptum illud *C* volunt, *Seleucus*, *Simia*, *Sanus*. Male; & transeunt in vitium, quod *Συεργμός* dictum Græcis. Terentianus à lenitate hæc nostra est:

--- agitur pone dentes

Sic lenis, & unum ciet auribus susurrum.

Ubi, *Sic lenis* malum: ex * *Victorino* qui fere hæc transcripsit.

Ad *X* jam venio, cruciariam illam litteram. Non enim male sic appellem; quia & figura hæc illi, & aures linguamque cruciat duro sono. Hic ego, *Resiste paululum*, inquam, etſi properas. De figura non fallis? vereor. Nam ea in *T* littera consensu omnium, non in ista *Vel Tertullianum* audi: *Ipsa est littera Græcorum Tau*, nostra autem *T species crucis*. Ille prompte: *Hoc*, *Lipſi*, non nescio, inquit. Sed tu quoque scito, *Crucis* non unam olim formam. Formabant, ut dixisti, recto & transverso ligno ad *T* faciem, live ad mali cum annexa antemna. Ita enim *Ausonius*:

Malus ut antemnam fert vertice, sic ego sum T. Et ideo cum navi *Artemidorus* comparat lib. II. *Εκ ξύλων*, inquit, καὶ ἡ λαν χέρονεν ο σαυρὸς ὡς καὶ τὸ πλωϊον, καὶ ἡ ἐξ ἑσπέρης ἀτ εἰκόμια ἐστ σαυρὸς. *E lignis & clavis crux componitur, ut & navis*, sicut conformatio etiam navis, similis cruci. Apposite *D. Maximus Taurinensis Episcopus*: *Cum à navitis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur; ut cruce Domini facta, aquarum fluentia rumpantur.* Atque hæc vulgata forma. Sed nec illa infrequens ex lignis decussatis, quam *X* littera representat. De eâ *Isidorus* *X littera & in figura crucem, & in numero decem demonstrat*. Utraque ista in *Constantini* nummis conspicitur, cum adscriptione *IN. HOC. VINCE*. * *Seneca* ad hanc varietatem: *Video istlic cruces non unius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatas.* Sed redeo ad meam lineam, & pergo de sono: qui in ista durus, ex *C* & *S* mixtus. Idèd in monumentis altera ea littera sæpe etiam juncta, ut, *VICXIT. IUNCXIT. & CAPPADOXS. CONIUXS* *Quin veteres CS*, aut *GS*, pro ea scripsit; nec reperte *X*

*De Poëtis.
responsum.*

*Quis verus
ei sonus?
* Quem
Belgæ re-
tinent,
Sien,
Saech,
Sous.*

* Vide
verba e-
jus, si vis,
in fine
libri.
*X littera,
crucis for-
mā refert,*

*Crucis?
vario signi-
cata olim.
Ut T. sive
ut malus
in navi.*

*Item trans-
versa ut X.*

* Conso-
latione ad
Marciam.

*Sonus lit-
tera X.*

ante

ante Augusti ævum, si credo Isidoro. Nigidium quidem in libris suis sprevisse uti, lego apud Victorinum. In hac effrendâ peccari admodum non video: igitur pergam.

* Etſi Latini sæpe vertunt iſt S duplex, *μαζα, maſſa; παριζω, Paſiſſo, &c.* Z littera aliquid ex D trahit.

Superest mihi Z quam valere * DS consensu tradunt, ideo & sic efferenda. *Dſona, Dſeno, Dſelus, Madſa, Medſentius.* Nos hodie peſſime, qui mollis quam ipſum Sigma. Quia adſinitas cum Dilli: ideo in eam sæpe mutat, & contra. *Zetha, Dietha: Αλγεαδω, Ζαβανω: & Zabolus* pro Diabolo fere ſemper apud Paulinum Antiftitem Nolanum. *Quintiliano Z & Y apud Græcos nulla dulcius ſpirant.* & approbo: etſi Appius Claudius (Capella refert) *hanc litteram reformidavit, quòd dum exprimitur morientis dentes imitetur.* Ita aurium judicium, Lipſi, varium, ut & ſenſuum aliorum. At ego de Elementariâ Pronunciatione campum hunc decurri: reſtat ille, qui de Accentuali.

C A P. XVII.

Ad Accentus tranſitum. Eorum in Pronunciatione utilitas, ſive neceſſitas. Definiuntur, dividuntur.

QUEM veteres aliquot novique decurrerunt, fateori ſed cur non levi rotâ etiam ego? Ordo ſermonis huc me ducit: & quis ſcit an non planius aliquid aut plenius dicam? Conabor. Tu tantum Lipſi, ſcin' quid te velim? Jube, inquam. Illud Cælianum, ait: *Dic aliquid, ut duo ſimus.* Nam hæcenus audis me nimis obnoxie, non ſolum intente. Ut autem ex lapidum attritu ignis elicitur: ſic ſæpe veritas ex alternantium, imò & altercantium ſermonum conſictu. Sed enim quid obloquar aut interloquar, inquam, ubi res non anceps? Sic mihi viſa, quæ adhuc dicta. In aliis ſiqua mihi ſalebra aut abruptum, revocabo libere & ſiſtam. Tu perge, nec reſpice. Ridens illa, At enim Plautus noſter, inquit, hoc probi agitatoris eſſe voluit. Sed capio iterum lora, & quo cœpi, aurigor. Pronunciationis pars mihi facta altera, Accentus. Jure. Elementaris enim illa quæ ſufficiat? Quin ut in citharâ parum ſit nervi cujuſque ſonum noſſe, niſi efficere poſſis junctim ex iſdem concentum: ſic fruſtra elementa mihi recte efferas, niſi ex iis & voces. At has non potes, ſine juſto legitimoque ACCENTU. Quem communiter & large cum Grammaticis definio, *modum omnem quo ſyllaba afficiuntur, in loquendo ſeu ſcribendo.*

Accentus in rectâ pronunciatione adhibendus. Definitio ejus, largiter ſumpti.

Eum

Eam in quatuor partes distinguo. In

Divisio.

TEMPUS:
quod du-
plex:

LONGUM : quo syllaba talis producitur in effatu aut in scriptu. Cujus nota lineola producta sive Apex -: sic, *Manlus*.

BREVE : quo syllaba talis contrahitur in effatu aut in scriptu. Cujus nota Sigma supinum v: sic *Mâlus*.

SPIRI-
TUM:
qui du-
plex:

LENIS : qui syllabam tenuiter & sine flatu effert. cujus * nota olim sinistra pars H divisæ ¶: sic *¶amo*. nunc semicirculus lævus usurpatur: sed à Græcis. Nam Latini rectè omiserunt, contenti defectum flatus notare defectu notæ.

* ¶: illud
dicta
Græcis.

DENSUS : qui syllabam uberiore flatu stipat & inspirat. cujus * nota olim dextra pars H incisæ ¶: sic *¶amus*. Nunc nobis H integrum servit, Græcis semicirculus dexter.

* Δασύς
dicta Græ-
cis.

CONJUNCTIO sive ὑφίεν: quâ duas discretas voces sic jungimus, ut unitæ videantur. ejus nota semicirculus pandus -υ: sic *Ante υ volans. Ante υ dux*.

DISCRE-
TIONEM:
quæ tri-
plex:

DISJUNCTIO sive Ἀσφαλῆ, opposita priori: qua voces, quas imperite possimus jungere, dissipamus. ejus nota, dextra pars circuli ad imas litteras deposita, : sic

--- in litore conspiciuntur, sus. ne legas ur sus.

AVERSIO sive ἀντροσφῆ: qua litteram litterasve supprimimus & advertimus loquendo scribendoque. Ejus nota pars circuli sinistra ad summas litteras deposita, °: sic

---tantum me crimine dignum.

&, Multi ill' & terris.

TENOREM:
qui triplex:

ACUTUS. } de quibus deinceps singillatim
GRAVIS. } dicimus.
FLEXUS.

C A P U T XVIII.

De Tenoribus propriè, quibus aliis nominibus dicti? Quid sint? quotuplices sint? Definiti omnes, & notulis suis insigniti. De Sigmæ formâ per occasionem disertum ubersus.

ATQUE hæc generalis divisio Accentuum posita sic à præcis, paullo aliter à me disposita. è quibus loco postremus ille, re primus. Si enim dignitatem & usum spectes,

Tenor inter
Accentus
præcipuus.

sp: ctes, anteit alios: & eximie Accentuum nomen sibi vindicant inter omnes. Reliqui affectionem aliquam sillabæ dant, & sæpe leve: hic vim & vitam. Marcianus de isto bene: *Animam vocum esse, & Musives seminarium*. Nec alius sane est, qui aut Pronunciationem magis ornet rectus, aut deformet pravus. Itaque paullo magis cum curâ mihi de eo dicendum, ut qui proprie spectet ad meam Spar-

Varia ejus nomina.

ταύτης: Latini ab eo *Tonores* olim, post *Tenores*: atque etiam, *Uculationes*, *Moderamenta*, *Accentuunculas*: imò exoche quâdam, ἀπλῶς *Accentus*. Revera enim eleva-

Fastigium.

tio illa & depressio sillabarum, quæ per *Tenores*, super omnes alias species, simile quiddam habet cantu. Capella *Fastigia* etiam & *Cacumina* appellat: me jud ce metaphoris aptis valde & honestis. Caput suum huic argumento inscribit, *De Fastigio*: & inserit, *Accentus partim Fastigia vocamus, quod litterarum capitibus imponentur, partim Cacumina*. De voce habes: rem definit one nunc explico.

Definitio Tenoris.

TENOREM mensuram esse ajo sillabæ, in scriptu aut effatu, ex lege sive more. Mensuram pono: quis neget? Ad quantitatem enim Tenor pertinet. In quâ cum dimensio triplex, Alta, Lata, Longa: ad primam hîc referendus, ad alteram Spiritus, ad tertiam Tempus. Discretio aliena à

Divisio.

Quantitate est, ideoque nec proprie Accentus. Mensura autem hæc in sillabis pariter triplex: quæ attollit pronunciando. Quæ deprimit. Quæ utrumque, Inde totidem *Tenores*: quos indigitamus *Acutum*, *Gravem*, *Flexum*. ACUTUS est, qui sillabam intendit acuitque,

Quid Acutus, ejusque signum.

& cum ea vocem. Ejus notam in scripto faciunt lineolam dextroorsum ascendentem sic / Fastigii scilicet dimidiatam partem. GRAVIS, qui sillabam dimittit, & cum ea vocem. Ejus adversa nota index, lineola descendens sic \. pars altera fastigii inclinantis. FLEXUS, qui unam eandemque

Quid Gravem?

Quid Flexum?

sillabam longiore vocis ductu & tollit & demittit. à quo flexu ei nomen. Ejus nota jure ex utraque composita sic Λ, id est 1 fastigium plenum. Hoc Victorinus rectè vocat V transversum. Circumflexus, inquit, transversa littera

notatur hoc modo Λ. Interrumpens hîc ego, Ad Cælium illud M. Antoni: dicam aliquid, imò contradicam. V transverso notari cum vis? Negat Marcianus, qui *Flexi signum* facit *Sigma* super ipsas litteras de vexitum. Hæc autem nota ab illâ quantum distat? Muretus, Benè, inquit, injicis. Sed ego quoque me non malè expediam, si

scies quæ *Sigmæ* Græcicæ (eam intellegit) olim forma. Non enim illa, quæ nunc, flexilis & serpentina Σ, cui nihil cum Accentuali umquam notulâ commercii: sed

Flexi duplex signum.

lunaris aut semi-orbiculata quædam, sic C: prorsus ut Cæ-



Sigma prius.

Lati-

Latinum. Maurus ab hac causâ, inter litteras quæ figurâ ambigüâ fallere possint, hanc ponit.

A Latina, sæpè ut Alpha, sæpè Lambda, scribitur:

I similiter l'alpha credi, & C potest quod Sigma sit.

A, inquit, sæpè ut Lambda scribitur (vidi in l'p'idibus inferioris ævi, A, sine transversâ lineolâ) & I nostrum ut l'ota, & C ut Sigma. Ita enim reverâ scripsere, sed, ne te fallam, non nimis olim, medio dumtaxat illo Principum ævo, Antè enim flexa illa obtinuit, & post iterum evicit; adeò ut illius meæ non vita non mæmo ia sit, nisi in monumentis lapidum, & pauculis si fortè libris scriptis. Sed in lapidibus crebra ut, ΔΙΟΚΚΟΡΟΣ. & ΚΑΡΑΠΙΔΟΣ. & in hac urbe marmoribus tricenis. Quia igitur inter notandum Tenorem illum flexum, lapsu quodam properantis manus factum, ut non angulare illud signum exprimeretur, sed curva linea uno ducto, sic  *: Marcianus receptum vulgò notam ingerens, scite appellat, *Signum de vexum*. quia reverâ tale est: sicut contra Sigma Supinum in brevis sillabæ notâ, sic . Iterum ego, capio, inquam, & approbo: & jamante non ignotum mihi istud Sigma, quò etiam Martialem referebam,

*Aspice lunata scriptum testudine * Sigma.*

Sed quòd addis de medio principum ævo: caves mihi, ancavillaris? Hoc potius, si dextre poëtas aliquot veteres accipio: qui auctores mihi jam olim de Lunari istâ formâ. Agathon Tragicus, ubi Thesei nomen argute per imagines scribit, Sigma cum arcu Scythico comparavit & per eum expressit:

* Σκυδικὰ πειτίζω τρίτον λόγον τετραφύρες.

En, Tertia, inquit, littera ΘΗΚΕΥC refert Scythicum arcum. Arcus autem facies nōne semi-lunaris? Sed & Euripides in eadem re & nomine ludens, tertium elementum comparat cum crinii cicino:

* Τρίτον δὲ βορρυχὸς πρὸς ὡς εἰλιγμύC.

At cicinni illi calamistrati sive anuli, mihi quoque videntur facere orbiculatæ huic formæ. Muretus contracto vultu: Quæ adducis, inquit, specie firmâ sunt, re vanescunt. Cum arcu Agathon comparat. Ita: sed adde, Scythico, cujus ego formam paullò aliam à communi hac fuisse adfero, flexu illo triplici qui etiam nunc apud Turcas, Scytharum scilicet stirpem. Cum cicinno Euripides, sed nōne flexili & tortuoso? adjunxit enim εἰλιγμύC. Non autem una in uno crinii anulo hæc contortio, sed per gradus multiplex, ut in capreolis vitium, & ut olim in capillis pendulis comatorum. Ad hanc aspectum. Nec plura ego: ne excidam à lineâ, quam insisto,

Mauri notatus locus.

Sigma Lunare quando in usu fuit

Cur de Flexus Tenor notatus

** Quæ nota etiam in Prisciani vetustis libris, De Accentu*

** Quod de Menisio capiendū: ut alibi illustravi.*

De prisca formâ Sigmae indicatæ in cinnis.

+ Schythico sed arcu tertium compar fuit.

** At tertium cicino ut contutulis. Verus intellectus eorum veterum.*

C A P. XIX.

*Accentus olim nec Latinis nec Græcis scriptitatos esse.
Lapides, qui adserere videbantur, reiecti aut aliorum tracti.*

*An scripti
olim Ac-
centus?
Non vide-
ri.*

*Ut nec
aspirandi
nota in
Græcis?*

TENOR igitur Mensura vocum est, & quidem in specie illâ trîâ quam dixi. Definitioni dehinc addidi, *in scriptu sive effatu*. De effatu quis ambit? Non nemo de scriptu fortasse: quia notulæ istæ Accentuum in priscis libris raræ, imò in magis priscis nullæ. Nec id in Latinis solum, sed & Græcis. Miraris? vagare mihi per hanc urbem, & quære. Multa monumenta in utrâque linguâ, multi lapides: lapis ego, si Accentuuncularum istarum usquam apex. Sed nec ψιλη̃ ulla aut διασῆς in Græcis, quas nobis flagitium grande sit omisisse. Quòd si Grammaticos tamen audis: scribes, & plerasque omnes voces digeres sub Tenorum suis signis. Idque discretionis & intelligentiæ, ut ajunt, causâ. Mihi priscus mos placeat: quem in his talibus teneam (audeo dicere) etiam contra rationem. Hic ego non sine risu, Solvisti Murete frenum huic linguæ: quis reponet? Vide ne fiam tibi Arabius tibicen: de quo Græci,

**Numero
canit, sed
quattuor
nummis
filiat.*

*An non
Accentus
in lapidi-
bus.*

* Δραχμῆς μὲν αὐλῆι- τετραράν δὲ πέννεται.

Nam denuò interpello. Negas Accentuunculas scribi aut sculpi solere: & (da veniam) erras, nec erras. Quòd raro, verum est: quod numquam, vanum. An lolio fortasse ego victito, & fefellerunt me oculi in lapidum aspectu? non opinor. Hac urbe, in domo Delphiniorum:

P. STATIÓ. P. L. BIONI

PEDA'G. DOMINI. DEC. VI. A. XCVI.

P. STATIUS. P. L. ANTEROS POSUIT.

ibidem:

LIBERTA. ET. CONJUX. PETRONIA.

CARA. PATRÓNÓ

THALLUSA. HÓC. TUMULO. CONDITA.

LUCE. CARET.

Et in eodem lapide, ne sim longior, VICENÓs. &, LUCIBUS. &, FATA. &, OCULOs. &, TERRAS. Sed & extra urbem, in agro:

L. PEDANIÓ. L. LIB.

EUPHRONI

L. PEDANIUS. CLEMENS.

Item

Item viâ Prænestinâ:

DIS. MANIBUS

M. JUNIO. CURIONE

E Q. R. LEG. XXII. VIC.

Atque hæc clarè vidi, legi Murete, & cum fide exscripsi. Movit ille caput. Et, fidem ego tibi quidem adolescens habeo, inquit; ne tu illis. Imperita aliqua sculptoris manus hæc scripsit. Imperita, sed & nialè curiosa. Dic enim seriò, quomodo PEDANIÓ, & STATIO, & PATRÓNÓ, rectè insculptâ lineâ duplici, si hi Accentus? Nam singulos eos singulis vocibus esse, lex & mos jubet, nec tu infiteris. Quomodo item in CURIONÆ primam sedem Tenor teneat? Denique quid ita in omnibus vocibus Acutus tantum, sine notâ ullâ Flexi? Hæc inepta, stulta, & à bardis. Nisi id tamen voluerant, Apices eos esse, quis insignerent (ita suspicor) vocales longas. De quo ritu mihi prædictum. Etiam me moraris? Nihil ego, inquam. Te sequor, illos sperno.

Videri eoi
per impe-
ritiam esse.

Aut potius
loco Api-
cum.

C A P. XX.

De legibus Tenorum, quas Grammatici tulerunt. Eas promptas facilesque esse, à Fabio benè & strictè comprehensas. Plura in Notis, quæ ad rei totius locum.

PERGO igitur, ait, ad Definitionis meæ reliqua. Addidi enim & hanc clausulam, *ex lege sive more*. Nec disjuxi frustra: quia non legem solam in Accentibus agnosco, sed video aliquid olim fuisse etiam ex More: & recepta quædam, quæ non præcepta. Sed de Lege, Lipsi, nonne obvium promptumque est? exstant Grammaticorum libri, nec nos hodie aberramus valdè. Transibo, si vis, aut transilibo potius: & flectam ad orbitam de More, quæ minùstrita. Vultu & manu renui ego, Minimè magister, inquam. In ceteris cum per te mihi luceat & liqueat, in caligine hîc relinques? Non grandi aut spissâ eâ forsitan: sed in quâ tamen non compareant pura illa (cum Lucretio dicam) diei tela. Tu infer, & quæ veteres confusè aut parum munditer exsecuti, resequare distinctè & tuo more. Ille gravatus, breviter igitur, inquit: & magis quia vis, quàm quia opus. LEGEM in Tenoribus appello, *veterum literatorum de iis disponendis scitum ac jussum*. Scripsere enim, & habuerunt hanc inter Grammaticæ primas partes. Sed ea lex nec operosa, nec longa. Simplex tota, uniformis, & ad unâ ferè Temporum normâ. Nam pro sillabarum

Duo in Te-
noribus spè-
tanda.
Lex, &
Mos.

Quid Lex.

Ea facilis.

*Et ferè ex
monjura
syllaba;*

*Idè sim-
plices La-
tinorum
Tenores.*

*Quos Fa-
bius brevi-
ter & sciè
compro-
bavit.*

**Id est:
sive tri-
syllaba
tantum
sive pluri-
syllaba,
& eas aliq
præce-
dant.*

dimenso plerumque acimus, gravamus, flecimus: aliter quàm Græci, qui variant variâ & vanâ sæpè (ita judico) causâ. Hac re Fabius nostros accentus parum elegantes aut politos putat & abjicit eos atque vilitat (Turpili verbo utar) præ Græcis. *Sed accentus quoque*, inquit, *cum rigore quodam tum similitudine ipsâ minus suaves habemus: quia ultima syllaba nec acuta umquam excitatur, nec flexa circumducitur, sed in gravem aut duas graves cadit (lege cadis. non enim ultima syllaba in duas potest cadere.) semper.* Et de præstantiâ, alius viderit, aut ego aliâs: de paritate quidem adèd verum est, ut paucis omnino verbis universam accentuum legem complexus sit idem ille doctor. Quem Lipsi audi, & me mitte.

I. In omni voce, acuta intra numerum trium syllabarum continetur: * sive ea sint in verbo sola, sive ultima.

II. Et in his aut proxima extrema, aut ab ea tertia.

III. Trium porro, de quibus loquor, media longa aut acuta aut flexa erit.

IV. Eodem loco brevis, utique gravem habebit sonum: ideoque posita ante se, id est, ab ultimâ tertiâ acuet.

V. Est autem in omni voce acuta, sed numquam plus unâ.

VI. Nec ultima umquam:

VII. Ideoque indissyllabis, prior.

VIII. Præterea numquam in eadem flexa & acuta: quia eadem flexa ex acutâ.

IX. Itaque neutra claudet vocem Latinam.

X. Ea verò quæ sunt syllabæ unius, erunt acuta aut flexa, ne sit ali qua Vox sine acutâ.

Hæc dena (ita lucis causâ distinxi) legis ejus capita Lipsi: quæ brevia, sed plena, & nisi fallor, etiam plana. Abnuis? Frustrâ. Non hæreo diutius in sordidanti hoc pulvere, nec tenuerit me sufflamen ullum precum.

N O T Æ.

*Explicatio
Fabiana-
rum legû.*

*Capitis
primi.*

*Accentus
non ante
tertiam
syllabam.*

FABIANA, quæ posui, leviter erudito non obscura sunt; & pervadere viam illam poterit sine minutione aliâ, sine duce. Tironi tamen me dabo, & sternam ac planiorem eandem reddam, velut aggestu aliquot verborum.

Primum eius capat *πρωτός*, adfirmatum voluit, in omni voce Tenorem (primarium dico, id est, acutum sive flexum; nam & hunc Fabius comprehendit sub acuto, quia ex illo; Gravis autem sive secundarius insuper habetur, nec notatur intra tres syllabas esse. Idque verum, & si vox quadri- aut plurisyllaba, tamen Tenor numquam ante tertiam. Lex Gram-

Grammatica ita voluit : sed & **Natura**, quia vocem si prius attollas, id est, acus sive flectas, ægrè per tot sequentium sillabarum gradus eam demittas. Re videbis : experire. **Nec magni Scaligeri argutias** hic audio, quæ veræ non veræ.

Secundum generale quoque est : omnem tenorem aut in penultimâ aut ante eam sillabâ esse. Non enim supra tertiam, ut jam dictum : non item in ultimâ, ut firmabo capite nono.

Tertium & Quartum, magis distinctè Tenores in Tri- aut Plurisillabis assignat. Ipse edisserit obscuriùs : cape à me explicate & velut in tabellâ.

In plurisil- labis pæ- nultima aut	LONGA est: idque vel	POSITIONE, & tunc acuitur : ut, <i>Camillus, Prælegisti.</i>	
		NATURA, & tunc flectitur : ut, <i>Romānus, Perdoçere.</i>	
	BREVIS	EXCIPIO, si ultima quoque longa tunc enim Acuitur ; ut <i>Romāno,</i> <i>Perdoçebant, Athēnæ, Mycēnæ,</i> & tunc quæ ante eam, id est, tertia à fine acuitur : ut, <i>Cælius, Pōpu- lus, Horténsius</i>	

Hæc regula est nec apud Latinos (ex Grammaticorum quidem scito. Nam de More fortassis olim aliter, ut videbo) umquam fallax. Græci evariant, qui primam sæpè acunt, mediâ longâ. Quò respexit Fabius alibi : *Latini*, inquit, *Olympo & Tyrânno acutam mediam sillabam dederunt : quia unâ aut duabus longis sequentibus, primam acui noster sermo non patitur.*

Capita v. VI. VII. ad bisillabas voces diriguntur, eorumque hæc mens. Cum in omni voce acutus unustenor sit (flexum etiam, ut antea, comprehendere) nec is in ultimâ umquam : clarum quoties duæ tantum sillabæ, sedere eum in priore. Sed hoc quoque distinctiùs dicendum erat, quando proprie acutus, quando flexus. Tu sic habe.

IN BISILLA- BIS prior aut	LONGA. idque vel	BREVIS est, & semper acuitur : ut <i>Déus, Sálus, Dócent.</i>
		POSITIONE, & semper acuitur: ut <i>Dóctus, Fáctum, Sálus.</i>
		NATURA, & semper flectitur: ut, <i>Rôna, Mêta, Lêge.</i>
		EXCIPIO, si ultima quoque longa. Tunc enim acutum adsumit : ut <i>Róma, Métas, Lêges.</i>
		D 3

Prio-

*Cur in unâ
vocali varia-
tâ. Accen-
tus variat?*

*Error hodie
in Flexo
enunciâdo.*

*Qua veri-
tas.*

*Tenor La-
tinis non in
ultimâ.*

*Metalingua
excusatio.*

*Gravem
non posse
esse in ulti-
mâ.*

*Idque per
naturam
vocis.*

Priora clara. Hoc postremum cur ita sit, fortasse ambi-
gas: Cur, inquam, Accentus mutetur longâ ultimâ, &
abeat è Flexo in Acutum? Causa est. Quia Flexi, longior
quædam, inter efferendum productio: quam haud facile
adhibeas ubi excipit etiam longa, sine istius nimîâ corre-
ptione. Eadem causa supra in Trisyllabis valuit: ubi &
hoc exceptum. Nam ut id quoque moneam, Flexum
hodie quis apte enunciat? Plerique omnes ita, ut nihil
abeat ab Acuto. Peccant. Discreti enim; & iste, celeri
quâdam sublatione vocis efferendus est, sine institutione
ullâ aut morâ, *Tullius, Dicere, Homo*. Ille magis tractim
& cum vocis longiore ductu: sic ut sillaba cui incumbit
velut geminanda sit, elatâ eâdem pariter & depresso, *Méeta, Hôdra, Prætorém*. Idque etiam in Græcis, per in-
dolem & naturam ipsam Toni, verissimum scito. Caput
VIII. clarum.

Caput IX. firmat, Latinis Tenorem primarium in ul-
timâ dici aut scribi numquam. Hoc Capella, hoc Pri-
scianus, hoc omnes tradiderunt. Ut jure mirer tam vul-
gò peccare nos hoc peccatum. Ego ipse nōne in eâ
navi? Etiam hîc, ubi damno. Sed non tam insitiâ quam
comitate, qui do me & permitto sive Typographis sive
vulgo. *Meta, Casta*, & similia scribo discriminandj caus-
sâ, quoniam Apicem usus diu perit, nec restituo primus
ego. At pro Apice mihi (semel testor) nota illa flexa
servit. Turpius illud, cum Gravem accentum ultimæ
dant, idque in Adverbiis fere & Interjectionibus; ut
sepârent (ajunt) secernantque à Nominibus ejusdem
casus. Peccant dupliciter. Primò in Grammaticas le-
ges: deinde in Vocis. De illis, clarum. De istâ, nego
per naturam in ullâ sillabâ primariò efferri posse Gra-
vem, ergo nec scribi. Accessorius ille Tenor est, nec uf-
quam illi sedes, nisi in omni sillabâ in quâ non sedes duo-
bus primis. Ubicumque, inquam, Acutus aut Flexus
non est, illic necessariò & ex annexu Gravis. Vox e-
nim elata, deponitur per gradus & inclinât. Itaque bene
& ex Naturæ fonte Fabius tulit, pertulit: *In omni voce
Acutam esse nec plus una*. Si in omni voce Acuta simplex,
aut ea comp. lita, (hanc enim quoque Fabius intellegit:
) quis locus Gravi? quî eminebit? Depressionem
notabis, omisso acumine? Non debes: quia nobilius
illud vocalisque. Quid, quòd ipsi in se testes? Cum
enim *Serò, Palâm, Doctè* efferunt sic efferunt quasi esset
Serò, Palâm, Doctè. Nōne Acuisigitur? Clare. Idque
necessarium, ut affatu discernas à *Serò, Doctè*. Si enim
demisse & depresso effaris (quod primum sane Gravi
est, nec ab eo avellitur;) Acuis ecce primam vel in-
vitus.

utus. Consule vocem. * Non Scaligerum meum : **cuius** cortina haud hīc mihi (Enniano verbo utar) verat. **Sed** quid ? Inquies. Discrimen signari tibi nullum placet ? Non meā quidem causā. Si ob rudes & tirones **lectores**, signato : sed ad legem. Acue in iis talibus ultimam, aut flecte. Dictatoris Fabii edictum in totā hac re mihi audi : *Ceterum jam scio quosdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos sic docere ac loqui, ut propter quædam verbum discrimina verbum interim Acuto sono finiant, ut in illis — quæ circum litora circum Piscoscos scopulos, ne si Gravem posuerint secundam, Circus dici videatur, non Circuitus. Item * Quântum, Quāle, interrogantes, Gravi comparantes Acuto tenore concludunt. Quod tamen in Adverbis fere solis ac Pronominibus vindicant : in ceteris veterem legem sequuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quod his locis verba conjungimus. A quo nihil abit Grammaticorum alia manus, qui Ergo, ubi causam significat, flectunt : Ponē, cum ordinem, acunt : pariterque in aliis, nec * gravem agnoscunt usquam. Illud tamen miror, quid ita Fabius & Romani omnes acui vocem fugerint in fine ? Græci aliter : ut scimus : sed & Natura. Quæ enim res aut ratio me vetat vocem tollere finientem, æque atq; ordientem ? Nulla. Nec illi ipsi Prætores nostri causam interdicti sui aliam attulerint, præter noluisse.*

Caput decimum ad unisyllabas, ut vides, spectat : & confuse adfirmat Acui eas omnes, aut Flecti. Tu cape distinctius.

UNISYLLABA aut	{	BREVIS est, & Acuitur : ut Fār, Sāl.	{	POSITIONE, & Acuitur : Tabella in
		LONGA		ut Pix, Nūx, Fāx.
				NATURA, & Flectitur : ut
				Mōs, Rēs, Lūx.

Magnus Scaliger non hīc à nobis : qui breves aut Positione longas omnes gravat. Haud probo : & arma in Cæsarem hunc sarnam cum Grammatico Senatu. Placet illud Fabianum, *Vocem nullam sine Acutā esse*, quia effatus non est sine efflatu : nec hic sine connisu quodam & elatione : ergo nec sine acuminis sensu aut signo. Capella fidenter & verè : *Omnis vox aut acutius aut circumflexu non solum habeat necesse est, etiamsi Monosyllaba sit. Monosyllaba enim gravi carent.*

Dissensus noster à Scaligero. Causa.

CAP. XXI.

*Moris in Tenoribus prisca indagatio haud obvia. Legibus
& Acumine suo prefferunt Grammatici. Quaedam
tamen ex iis ipsi eruta contra leges. Non videri Tenores
semper accommodatos ad syllabæ modum.*

AD MOREM veni : in quo jure mihi mora. Simulque
siluit. Quod cum fieret longius, appellavi : Quid jam ?
inquiens. Itane abjungis ? Atqui nondum, ô Murete, in
candidâ illâ calce. Ille severior, properas adolescens, in-
quit, aut potius festinas. Salebram hanc, quæ ante pedes,
non vides ? haud faciliè transeo eam sermonis volante isto
curru. Sine ut interquiescam paullum, & velut strigem.
Iterumque aliquo silentio, sic coepit. Ad eum locum ven-
tum Lipsi, qui origo huic sermoni. Nam de veteri Tono-
rum more cum in Convivio tuo disputasses : injeci ego, &
tu rem voluisti uberius veriusque à me explicari. Utinam
istud possem ! nam de illo non laboro. Sed reverà res ejus-
modi est, in quâ video aliquid nō video, capio non capio : &
quam suspicionum potius pede trepido tango, quam scientiæ
vestigio firmiter premo. MOREM hîc intelligo, qui ad-
versus Legi, quique abit à Grammaticorum scito ac jussu. Quem

*Quis mos
olim in Te-
noribus,
obscurum.*

*Et prefe-
runt cum,
datâ ope-
râ, Gram-
matici.*

*Nulla gens
in Tenore
ast rîdâ
perpetuum in
quantita-
tione.*

*Nec Roma-
ni quidem;
ut exem-
pla hac
paucâ
vincunt.*

**Lib VII.
cap. VII.*

Pronunciationi etiam nunc intervenire, nihil nego : sed
magis, si fallor, olim, priusquam evaluissent Gram-
maticæ argutiæ & oppressissent. Nam ut prisca il-
li, & verè liberi Romani adstricti serviliter ad tenues,
quas dixi, Leges fuerint : haud temerè crediderim, & regnū
suum, ut in verbis, sic in eorum sono habuisse censeam Do-
minum illum usum. Quod Græci, quod Barbari hodie
in suâ quisque linguâ : cur non Romani habuerint, & quæ-
dam pronunciarint ad morem potius, quàm ad normam ?
Ad suavitatem, quàm ad quantitatem ? Ego censeam : etsi
adfirmare aut illustrare id mihi fas paucis argumentis vel
exemplis. Quomodo enim penetrem aut oculos adij-
ciam in tenebras illius ævi ? Omnia silentio & oblivione
obruta : & scimus in eâ parte hætenus, quatenus scire nos
Grammatici voluerunt. Quibus tamen ipsis expressa
quædam contra suam legem, præsertim eam, quæ Tenores
ligat ad modulum syllabæ & mensuram. Nam Mer-
curi, Virgili, Sulpici in vocandi casibus ne illi quidem abro-
gant. Et Priscianus *Mulieris* etiam recipit : Festus *Adæ*
cum adverbium est, magisque miranda illa Priscianus :
Exinde, Deinde, Subinde, Proinde, Périnde, Siquando, Nequan-
do, Aliquando, Quo exemplo nec Enimvero ego spreve-
rim, nec quod apud * Agellium Annianus adfirmat, *Exad-*
versum. Compositionem enim elucere ipso Tenoris po-
tuit

situ voluerunt. Eâque re Priscianus & hæc suadet, *Tepefacis, Suavérubens, Orbis terræ, Vir illustris, Prædictus fabrum, Jurisconsultus, Intereâloci*; & Charisius, *Sacrâvia*. Ab hac in mente idem ille Annianus *Affatim* primâ acutâ non mediâ pronuntiabat: *causamque huic accentui dicebat* (verba Agellii sunt) *quod affatim, non essent duæ partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset*. Bis miror. Primum quid ita periculum hîc, ne duæ voces censeantur? cum ne possint quidem. Nisi rescribas tamen (quod censeo) *Adfatim*. Deinde cur vulgò mediâ longâ extulerint? cum constet certè de brevi sillabæ ejus modo. Sed & in hoc & pluribus nihil ambigo quin lex neglecta: quæ singillatim Lipsi, quis indaget? Nisi cui facem aliquam ab æthere accenderit ille Phœbus.

Agellio illatam lo-men.

C A P. XXII.

Laquei & velut ænigmata hæc in re soluta. Agellii multis locis immissa lux. Item Festi, Victorini, ante omnes Ciceronis. Offensum de litteris eos loqui, non de sillabis. Tu lege, vide, disce aut doce.

NAM illa quæ tu in Convivio collegisti, mira & nova fateor: sed vide ne aspectu primo talia, explorata non faciant tuæ menti. * Agellius, inquis, verbum *Quiescit*, perpetua lingue Latine consuetudine è littera correpta pronuntiatur adfirmat. *Quiesco* igitur dixere. Lipsi erras. Non enim hæc doctissimi viri mens, & de littera se loqui non de sillabâ clamat clarè. Ergo nec de Tenore, cui in sillabâ sedes. Quid igitur vult? An potest E littera illuc corripì, quam duæ consonantes excipiunt? Non potest, fateor. Sed ad meam illam Elementarem pronuntiationem referenda isthæc. Quâ docui B litteræ duplicem sonum; Tenuem siue brevem, Pinguem siue Longum. Hoc igitur tunc quæsitum *Quiesco* E subtili & brevi, ut *Here* diceretur: an longâ, ut *Nescio, Calesco*. Et abit illuc, ut in usu pronuntiatum breviter velit, etsi longiter *Quies*. Simile in *Adtito*. Disputat enim idem ille * scriptor, *Adtito & Adtitavi*, prima littera correpta an producta dicenda sint? Ipse productâ censet: etsi quidam non indocti viri, correptâ. Tu infers, *Adtito* igitur quosdam pronuntiasse. Hem! os Lipsianum retine & frontem. Impudenter hoc dicitur, sed & imprudenter. Nam hæc controversia. *Agolitterâ* A brevi pronuntiatur: an igitur & derivatum

Soluti modi in Agellio.

* Lib. vi. cap. xv.

Quiesco E. correpta: quomodo.

Adtito. A longâ. * Lib. ix. cap. vi.

*Ungo, quo-
modo V
brevi?
* Obser-
va. Nam
nos hodie
malè &
crasè.*

** Libro
VII.
cap. XVII.
Obijcio, O
brevi.*

*Festo lux
aliquoties,
in re pari.*

*Et Videtur.
na.*

*Ciceronis
dicitur obijcio.*

ab eo *Actito*? alii negant, alii dicunt. Sed ipse efferri pro-
ductè probat, id est, *Actito*, A latiore & quasi geminatâ.
Nos enim hodie pessimè, qui *Ago* pinguem sonum damus,
istipfi *Actito* exiliorem. Atque hanc certam ejus men-
tem esse ex eo certum, quod idem etiam ambigit in *Actina-
vi*. Sodes, si Accentuum resest, an in quartâ à fine con-
troverti potest de Tenore? Hac ipsâ luce perfundo, quæ
ibidem obscurissimè scripta: *Ab eo quod est Edo & Ungo,*
in quibus verbis prima littera breviter dicitur, Esito & Uncti-
to, quæ sunt eorum Frequentativa, prima littera longâ, promi.
& contrâ, Dictio, ab eo quod est dico, correptè. Hæc enim
nullâ vi mentis persuades, si pedem firmas in Accentu. Ae
non ita est. Hoc agit & ait: *Edo*, E brevi dici; *Ungo*, U
brevi: contra tamen *Esito* eadem latâ & longâ, itemque
Unctio. Dicebant igitur, *Edo* * *Ungo* (profer quasi Y
Græcorum, ut suprâ doctum) & *Eesito*, *Unctio* sive *Cun-*
ctio. Contrâ autem in *Dico* & *Dictio*. Nam illud vulgò
erat *Dico*, *Il* longâ: istud *Dictio* eâ brevi. Huc etiam illa
* *Agelliana* refero: qui *Obijciebat* quosdam O litterâ pro-
ductâ dicere miratur; item *Subjices*, *Conjicere*, *Injice*, primis
litteris longis. Quid? an non longæ eæ sint? clarum quidē.
sed de sono agitur, non de Tono vultque ipse non *Obijces*,
Soubjices *Einjice*, *Coonjice* latè efferri, sed *Objices*, *Subjices*,
Injices, tenuiter. Hæc tibi mira? magis ista quæ tunc certè
non vidisti. Ecce in Festo scriptum: *Muscerdas prima sil-*
laba producta, stercus murum appellari Potestne in Accen-
tu corripere? Idem: *Lustra significant lacunas lutosas. At*
tum ejusdem vocabuli prima sillaba producitur, significat nunc
tempus quinquennale, nunc populi lustrationem. Vides, et si
sillabam nominet, de litterâ tantum agi: quam ex more
produci vult in alterâ significatione, *Loustra*: in alterâ
tenuari, *Lustra*. idemq; in *Muscerdas*. Simile illud ejusdem:
Parret, quod est in formulis, debuit & produci et priori sillaba
pronunciari, & non gemino RR scribi Jam Victorinus Afer,
ex tuâ quidem mente, quàm, supervacue moneat, mō
stultè, *Hesternum*, productè dici debere? *Hester-*
num, inquit, productè dici debet. Nemo enim qui Latine loqui
sciat, qui aliter quàm producta sillaba *Hesternum* di-
xerit. Dī tibi benè faciant provide senex. In Accentu
quis aliter potuit? Sed de priore sillabâ sive litterâ potiùs
tu quoque intellegis, & mones longam esse, ne quis bre-
vem ducat & dicat, quia ab *Herè*. Quæ res simillima illi
in verbo *Quiesco*. Hæc seria, mi adolescens, nec nuga-
rum aliquis ludus. Videsque vel ex Agellio quàm inten-
tè de iis egerint, imò litigaverint, viri magni. Sed ve-
nio jam ad scopulum, in quo mens omnis & ratio tibi fra-
cta. Ciceronis lccus est, qui miras facit tibi turbas: *Quid*
acc.

però hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? *Inclutus* dicimus, brevi prima littera, *Inhumanus* brevi, *Infelix* longa. Et ne multis, in quibus verbis eæ primæ sunt litteræ quæ in *Sapiente* atque *Felice*, productæ dicuntur; in ceteris omnibus, breviter itemque composuit, concrepuit, consuevit, coniecit. Consule veritatem; reprehendes, refer ad aures: probabunt. Et verba hæc sunt, inquis, an portentosa? Mihi quidem verba, *Lipsi*, & *proba, sana*; si examinata à sanâ mente. *Inclutus* & *Inhumanus* ait primis brevibus dici. An sillabis? Imo expressim addidit, *litteris*. Ergo de *I* brevi aut longâ hæc dissertio est: sicut de *O* eadem in *Composuit*, *Confecit*, & quæ reddit. Igitur illud *In*, semper breve: nisi cum ab *F* aut *S* excipitur, si vera norma illa Ciceronis. Ita dixeris, *incipit*, *Indoctus*, *Ingenuus*, breviter & hodierno more, contrâ, latè *Einfelix*, *Einsuavis*, *Einficetus*, & talia, ad priscum ritum non ad nostrum. Pariter *Composuit*, *Concrepuit*, *Coniecit*, exiliter effabere: pinguis, *Coconfecit*, *Coconsuevit*, *Coconfiteor*, *Coconfigno*. Hæc *Tulii* germana mens, quam adfirmat mihi satis * *Agellius*: Sed neque *OB*, inquit, neque *SUB* præpositio producendi habent naturam: neque item *CON*, nisi cum eam litteræ sequuntur quæ in verbis, *CONSTITUIT* & *CONFECIT* secundum eam primæ sunt: vel cum eliditur ex ea *N* littera, sicut *Sallustius* inquit *Fœnibus* * *coopertus*. Idemque *clarius* lib. II. ubi caput totum dat hisce *Tullianis* illustrandis: additque mirari se cur *Pro* præpositio neglexerit hanc regulam, quæ non semper ante *F* producta ut in *Proficisci*, *Profanum*, *Profugere*, *Profectum*, *Profundum*. Ea enim correpte dicimus, inquit, *Proferre autem*, & *Profligare*, & *Presficere* productæ. Quæ ex monitis meis nō ultrâ obscura. Sit enim, *Proôferre*, *Proôfligare*, &c. Hæc an nota aut notata adhuc vulgo, nescio: scio vera, & momentum grande habere ad germanum litterarum effatum. Tu *Lipii* quid? Quid, inquam, nisi stupeo, quia non stupeo? Antea in *Cimmeriorum* tenebris mihi videbar, nunc per te subito in liquidâ & clarâ ætheris illius luce, nec occurrit quod objiciam, nec velim.

rum (nobis quidem) locum illi præsumit

Inclutus, qui primæ brevibus

Et talia

Con, præpositio, quomodo effabenda. longa seu brevibus?

* Lib. IV. cap. XVII.

* Dicebant igitur. *Coopertus*, sicut & *Coconfexus*, *Coconfignatus*, *Coconfignatus*, quæ *Agellius* præterea notat lib. I. cap. XVII. Item, *Pro-*

C A P. XXIII.

Clausula operis. Votum, ut hæc locum vulgò reperiant: quod facile, si velint pueritiæ doctores. Res ipsa honesta, & utilis in primis ad originationes vocum.

GAUDEO, inquit, quod in his mihi fides: & magis, quod *Sermonis* mei finis. Metam enim jam attingi, nec

*Padagogi
& doctores
hac docere
debent.*

*Ad digni-
tatem lin-
gue*

*Ad etyma
variorum
vorum.*

Nec habeo quod addam, præter monita aut veriùs vota. Utinam mens iis qui instituunt juventutem, hæc docendi ! non deesset ratio aut via inducendi. In Græcâ pronuntiatione id jam pervicimus : quidni Latina hæc & cottidiana pariter niteſcat ? Cujus usus cùm latissimus sit, imò cùm necessarius ad commercia conjunctionemque tot gentium : de germanâ facie ejus tam exiguam nobis curam esse, jure mirer. In pronuntiatione autem illa est. Atque ut hominis formæ vestis cultusque non parum addit aut detrahit : sic Sermoni effatus. Communio quidem sermonum linguarumque, & derivatio vocum, non aliâ re magis illucescet, quàm germano isto enunciato. Ad quem legitimam viam tibi prævi, Lipsi : tu eam meliorem mollioremque calcando reddes. Dura enim pleraque initia videntur, confiteor : usus est qui mollit & consuetudo. Attu salve. Te enim prandium, me patrenus jam vocat. Et sub hæc ipsa verba aderat puer, qui innuebat.



INDEX

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

IN Italiam meus adventus. Mureti ibi reperti laus, ad sermonem hunc præparatio : & quiddam de juvenilibus meo scriptis.

CAP. II.

Ad sermonem hunc ingressio. Prædictum de dignitate & de fructu cognita vera Pronunciationis. Suetonius correctus.

CAP. III.

Quæ causa corruptæ pronunciationis ? Ea altius petita, à propagatione sermonis : quæ per Romanum totum orbem. Afros, Gallos, Hispanos, Britannos Latine vulgò scripsisse. Hanc causam corrupti soni germani : Item Barbarorum incursum. Italica lingua quando coeperit ? Penula Grammatica vestis. Capella, Augustino, Tacito lux.

CAP. IV.

Pronunciatio generatim definita : divisa : quis dicendorum hic ordo.

CAP. V.

Vocales omnes Latine Plurisonæ. Eadem modulo & quantitate ancipites : ideoque olim pronunciati & scripti distinctæ. Geminatio earum qualis ? Apex, qualis ?

CAP. VI.

Vocales primos affectus naturæ exprimere : & plurimum, mæstos. Artemidorus illustratus. A, littera geminus sonus, Crassus & Exilis. In Crasso, duplex ea scripta : sæpe cum flatu interposito.

CAP. VII.

Quadruplicem videri sonum in E littera fuisse. Et ii ordine expositi. Hanc ipsam pro I sæpe scriptam. Julii Caesaris Scaligeri laudatio.

CAP. VIII.

Litteræ I triplex sonus. Quæ in Plauto sit longa littera ? Et diphthongus passim pro I longa : deque ea scriptura priscorum variantes sententiæ.

CAP. IX.

O duplex esse, quod ad tempus & ad sonum. Ausonii versu
aliter lectus. Tranquillus illustratus.

CAP. X.

De littera V. quadruplicem ejus sonum esse: sed primarium
& eximum, duplicem. Plauto, Ausonio lux immisit. Quæ Fe-
ralis littera, & quare? Maurus & Charisius correcti.

CAP. XI.

Ad Diphthongos ventum: Latium is nomen fidei-
ter dictum. Quot ea, & in quibus enunciandis peccemus? Æ quo-
modo efferenda? quomodo OE? Dio Cassius emendatus. De EI
obiter dictum: & quis ei sonus.

CAP. XII.

Ad Consonantes ventum, de vicinis inter se, quoque Capi-
te dictum. isto, de B. V. P. F. Quid in Be efferenda, & à quibus
peccetur? an de fendi possim? Dubitarum de sono V Digammæ,
& pluscula ad eas argutias. De F germano sono. A Scaligero
abimus & Fabio. Ausonio locum damus, & medicinam
Charisio.

CAP. XIII.

De C. K. Q. G. vicinis litteris. Refutati qui primæ sonum du-
plicem adfingunt. In K littera Ausonius illustratus. Idem
iterum in Q. & correctus. In C. Festus emendatus. Singulæ
hæ litteræ, quando natæ. Quid conveniam, quid discrepent? &
plura Grammatici pulveris.

CAP. XIV.

De litteris D. & T. Hujus vitiosum hodie in parte sonum esse:
nec juvari à falso Papyrio. An T. Viduum significaverit? Isido-
rum forte an correxerim. Lapdibus data lux.

CAP. XV.

De sex litteris facilissimæ pronunciationis junctim dictum.
Næ Græcis aut Latinis sæpe omitti: sed male

CAP. XVI.

De littera S, quæ multis veterum invisa, & culpata. A nobis

63

ea relevatur. Romani quàm crebrò usus, parint, & pæne ante omnes litteras? X crucem referre. quædam de varia crucium figura. Artemidorus, & Maximus & Isidorus Episcopi illustrati. De littera Z, & ordine omnium soni.

C A P. XVII.

Ad Accentus transituum Eorum in Pronunciatione utilis, sive Necessitas. Definiuntur, dividuntur.

C A P. XVIII.

De Tenoribus proprie quibus aliis nominibus dicti? quid sint? quotuplices sint? Definiti omnes, & novis suis insigniis. De Signæ forma per occasionem dissertum uberius.

C A P. XIX.

Accentus olim nec Latinis nec Græcis scriptitatos esse, lapides, qui adferere videbantur, rejecti aut aliorum tracti.

C A P. XX.

De Legibus Tenorum, quas Grammatici tulerunt. Eas promptas facilesque esse, à Fabio bene & stricte comprehensas. Plura in Notis quæ ad rei totius lucem.

C A P. XXI.

Moris in Tenoribus præsci in dagatio haud obvia. Legibus & Acumine suo preßerunt Grammatici. Quædam tamen ex ipsis eruta contra leges. Non videri. Tenores semper accommodatos ad syllabæ modum.

C A P. XXII.

Laquei & velut enigmata hac in re soluta. Agellii multis locis immissa lux. Item Festi, Victorini, ante omnes Ciceronis. Oñsum de litteris eos loqui, non de syllabis. Tu lege, vide, discere aut doce.

C A P. XXIII.

Clausula operis. Votum, ut hæc locum vulgò reperiant: quod facile si velint pueritia doctores. Res ipsa honesta, & utilis in primis ad originationes vocum.

A B-

A P P R O B A T I O.

DI A L O G U S iste de rectâ Pronuntiatione Linguae Latinae, à J. Lipsio clarissimo Academiae Lovaniensis Professore conscriptus, præter voluptatem, hanc quoque utilitatem adfert, quòd non priscis modò libris, verum etiam lapidibus, & lucem immittat & correctionem adhibeat.

*Guilielmus Fabricius Norvium.
Apostolicus ac Regius
librorum Censor.*

R A T I O

R A T I O

P R O N U N C I A N D I

L I T T E R A S E X M A R - T I A N O C A P E L L A .

MARTIANUS Capella formationem litterarum ad hunc modum exsecutus est:

- A, sub hiatu oris congruo solo spiritu memoramus:
- B, labris per spiritus impetum reclusis educimus:
- C, molaribus super lingua extrema appulsis exprimitur:
- D, appulsu lingua circa superiores dentes innascitur:
- E, spiritus facit lingua paullo pressiore:
- F, dentes labrum inferius deprimentes lingua palatoque dulcefcit:
- G, spiritus cum palato:
- H, contractis paulum faucibus ventus exhalat:
- I, spiritus prope dentibus pressis:
- K, faucibus palatoque formatur:
- L, lingua palatoque dulcefcit:
- M, labris imprimitur:
- N, lingua dentibus appulsa collidit:
- O, rotundi oris spiritu comparatur:
- P, labris spiritus erumpit:
- Q, appulsu palati ore restricto:
- R, spiritum lingua crispante corraditur:
- S, sibilum facit dentibus verberatis:
- T, appulsu lingua dentibus impulsis excluditur:
- V, ore restricto labrisque promulsi exhibetur:
- X, quidquid C & S formavit, exsibilat:
- Y, appressis labris spirituque procedit:
- Z, verò idcirco Appianus Claudius deestatur, quod dentes mortui, dum exprimitur imitatur.

EX T E R E N T I A N O M A U R O .

Nunc singula quam possideant in ore sedem,
 Ictusque suos concipiant, & unde rumpant,
 Ut quid vero & versu blaterabo Sotadeo.
 A prima locum littera sic ab ore sumit;
 Immunia rectu patulo tenere libræ,
 Linguamque necesse est ita pendulam reduci;

Vocalium
 son.

E

Ut ni-

Ut nifus in illam valeat subire vocis,
 Nec partibus ullis aliquos ferire demes.
 F. quæ sequitur vocula dissona est priori,
 Quia deprimit altum modico tenore ictum,
 Et lingua remotos premit hinc & hinc molares.
 I porrigit ictum geminos prope ad ipsos,
 Minimumque renidet supero tenax labello.
 O Grajugenium longior altera est figura,
 Alter sonus, atque temporum nota variata.
 Compendia nostri meliora crediderunt,
 Vocalibus ut non nisi quinqueungeremur;
 Productio longis ut daret tempora bina,
 Correptio plus tempore non valeret uno.
 Hinc nunc minus scribimus, hinc & ω supremum;
 Unâ quoniam sit habitum est notare formâ
 Pro temporibus quæ geminum ministraret usum.
 Itur sonitum reddere cum vales minori,
 Retrorsus adactam modicè teneto linguam:
 Rictu neque magno sat erit patere labra.
 At longior alto tragicum sub oris antro
 Mota, rotundis acuit sonum labellis.
 I quam memorant, vocibus arvia est Latini;
 Vocalibus autem quoniam jugata Græci,
 In nostra etiam verba dabit frequenter usum.
 Subiicimus illam, cui nomen V dederunt,
 Vocali, sonantes sibi quæ jugaret omnes,
 Et sola sonum redderet ex suâ figurâ,
 Quem scribere Graius, nisi jungat OY, nequibit:
 Hanc edere vocem quoties paramus ore,
 Nitamur ut O di ere; sic citetur ortus:
 Prodi elius autem coërentibus labellis,
 Natura soni pressior altius morabit.

Consonan-
 ti in soni

Jam cetera, non ordine quo solent, loquemur:
 Verum ut cuique est proximitas loci, sonive.
 Ne dicta prius me subigat referre rursum
 Vicina vorum, modico dirempta puncto.
 B, littera, vel P, quasi syllabæ videntur,
 Junguntque sonos de geminâ sede profectos:
 Nam muta jubet portio comprimi labella:
 Vocalis at intus locus exitum ministrat.
 Compressio porro est in utrâque dissonora:
 Nam primæ per oras etiam labella fit,
 Velut intus agatur sonus: ast altera contra
 Pallit sonitum de mediis foras labellis.
 Utrumque latus dentibus adplicare linguam
 Cpressius urget, sed & hinc hincque remittit,
 Quod vocis adhærens sonus explicetur ore.

G porro

G porro retrorsum coit, & sonum prioris
 Obtusus ipsi propè sufficit palato.
 At portio dentes quoties suprema linguae
 Pulsaverit imos, modiceque curvâ summos;
 Tunc D sonitum perficit, explicatque vocem.
 T, quâ superis dentibus intima est origo,
 Summa satis est ad sonitum ferire lingua.
 K perspicuum est littera quod vacare possit;
 Et Q similis: namque eadem vis in utraque est.
 Quia qui locus est primitus unde exoritur C,
 Quascumque deinceps libeat jugare voces,
 Mutare necesse est sonitum quidem supremum,
 Refert nihil, K prior, an Q fiet, an C,
 Aut G quoque, vel C, simili parique lege
 Addi, quasi desit, numero potest priorum.
 Nulli dubium est, faucibus emicet quod ipsis
 H littera, sive est nota, quæ spiret anhelum.
 Quin hanc etiam Grammatici volunt vacare,
 Quia non adicit litterulis novum sonorem:
 Sed Græcula quædam scholicæ nitela vocis
 Vocalibus apta, sed ante posta cunctis:
 Hastas, hederas, ciam loquor, Hister, hospes, hujus,
 Solum patitur quattuor ante consonantes:
 Græcis quoties nominibus Latina forma est,
 Si quando choros, Phyllidas, Rhamnes, thyma, dico,
 Septem reliquas hinc tibi voce semiptenas,
 Vix lege solutus poterit ponere sermo:
 Hæc versibus aptè quoniam loqui negatur;
 Instar tituli fulgidulâ notabo milto.

F.

Imum superis dentibus adprimens labellum
 Spiramine leni, velut hirta Graja vites,
 Hanc ore sanabis modò quæ locata prima est.

L.

Adversa palati superâ præmendo parte,
 Obstansque sono, quem ciet ipsa lingua nitens,
 Validum penitus nescio quid cogit inire,
 Quo littera ad aures veniat secunda nostras,
 Ex ordine fulgens cui dat locum finopsis.

M.

At tertia clauso quasi mugit intus ore.

N.

*Quarta sonitus fingitur usque sub palato,
Quò spiritus anceps coëat naris & oris.*

R.

*Vibrat tremulis iëctibus aridum sonorem,
Hæc quæ sequitur littera.*

S. X.

----- *Max duæ supremæ
Vicina quidem sibila dentibus repressis
Misere videntur, tamen ictus, ut prior
Spromptus in ore est; agitur pene dicens
Sic levis, & unum ciet auribus susurrum.
Mixture secundæ geminum parat sonorem:
Quia C simul & quæ prior est jugando nisum,
Retrofus adactum solidant premuntque vocem.*

EX VICTORINO AFRO.

A. littera rictu patulo, suspensa, neque impressa dentibus lingua enuntiatur.

E, represso modicè rictu oris, reductisque introrsum labiis effertur.

I, semicluso ore impressisque sensim lingua dentibus, vocem dabit.

O, ut E, geminum vocis sonum pro conditione temporis promit. Qui correptum enunciat, nec magno hiatu labra referabit, & retrosum actum linguam tenebit: longum autem productis labris, rictu tecti, lingua arcti oris pendula, sonum tragicum dabit. Cujus observationis & in E littera similis pene ratio est.

V, luteram quoties enunciamus, productis coëuntibus labris efferemus.

B, & F, litteræ dispari inter se oris officio exprimuntur. Nam prima explosio è mediis latius sono: sequens compresso ore, velut introrsum attractu vocis ictu, explicantur.

Cæteram

C, etiam & **G**, sono proxima, oris molimine nifuque dissentiant, nam **C**, reducta introrsum lingua, hinc atque hinc inter molares surgens, hærentem intra os sonum vocis excludit: **G**, vim prioris, pari linguæ lapsu palato suggerens lenius reddit.

D, & **T**, linguæ sublatione ac positione distinguuntur. Nam cum summos atque imos conjunctim dentes suprema sui parte pulsa verit, **D**, litteram exprimit. Quoties autem sublimata partem, qua supernis dentibus est origo, continget, **T**, sonore vocis explicabit.

K, & **Q**, utramque exprimi faucibus, alteram distento, alteram producto rictu manifestum est.

F, litteram inum labium supremis imprimentes dentibus, reflexa ad palati fastigium lingua leni spiramine proferemus.

L, validum nescio quid per partem palati, qua primordium dentibus superis est, lingua trudente, diducto ore personabit.

At **M**, impressis invicem labiis, mugium quemdam, intra oris specum attractis naribus, dabit.

N verò sub conuexo palati lingua in hærente, gemino naris & oris spiritu explicabitur.

Sequitur **R**, quæ vibratione vocis in palato, linguæ fastigio fragorem tremulis ictibus reddit.

Duæ supremae **S**, & **X**, jure jungentur; nam vicino inter se sono, attracto sibilanti rictu: ita tamen, si prioris ictus pone dentes excitati ad medium lenius agitetur: sequentis autem, crassa spiritu hispidum sonet, qui per coadjunctionem **C**, & **S**, quarum & locum implet, & vim exprimit, ut sensu aurium ducamur, efficitur.

Z, apud nos ultima, in qua non sonus litteræ sed vocabulum, & duplex syllaba est.

F I N I S.



JUSTI LIPS I
SAPIENTIÆ
E T
LITTERARVM
ANTISTITIS
FAMA POSTVMA.

ÆTERNÆ MEMORIÆ
V S T I L I P S I,
Q V E M
TUS NASCENTEM EXCEPIT,
CTRINA NATUM EXCOLUIT,
DESTIA SUPRA ÆQVALES EXTULIT;
IN CUJUS AMORE
INÈS BONI CONSPIRARUNT,
VIDIA FRUSTRA INVIDENTE;
AMA HAEC POSTVMA,
MMUNIS AMICORUM AFFECTUS
PERPETUA TESTIS,
M. SE DEDICAT CONSECRATQ.



(2)

JUSTI

IUSTI LIPSI DE EPITAPHIO

QUOD SIBI SCRIPSIT ET PONI MANDAVIT

EPISTOLA.

J. LIPSIUS JOANNI WOVERIO *semper suo* S. D.

Non equidem æger animi aut corporis sum, ne te p
cutiam: tamen nescio quis impetus noctu incidit
pitaphium mihi carmen scribere. quod feci, & l
habes. sed tibi adhuc uni. Legem dico, ut siquid mihi subit
eveniat (Deum ne fiat deprecor) in monumento nostro infu
patur. Quid ad me? inquier. Vita mea ad te ivit, eant q
ad mortem. Nam ita vivo, mi Woveri, ut nihil ultra moliar
cogitem extrema, & non timidus expectem. Jamdiu scis
imbecillis & exhausti corporis fuisse: quod, ut caducum æ
fium, sustinui, fulcivi, & velut concinnavi. Sed cum unive
ruina impendit, cedendum est; & non quâ resistas, sed evad
cogitandum. Hoc ego nunc facio, paro me ad ultimum & i
gnum diem, & non invitus relinquo hæc turbida omnium
dicio, meo etiam minuta. Sanè viribus deficio, animo con
qui verè mihi dicit, carcere aut custodiâ se teneri, & adspir
ad cælestem patriam & originem sui. ô jucundam cogitat
nem & sensum! illum sapere, & capere experimentum q
futurus sit sine vinculo quod coërcet. Adestes, plura dicere
Amavi enim te, amo: idque in vitâ ostendam & post eam, qu
carus, quàm altè insitus huic adfectui sis. Imò si gratia mihi
vita apud posteros sit (nec planè diffido;) & tuum nomen,
que amor in me, jure vivent, sicut Pomponij illius cum Tul
Lucilij cum Seneca, si magnis exemplis concedis uti. Utin
ut in pecuniæ, sic adoptare in famæ partem liceret! sed tu
nitere, & potes arbor esse quandoque.

----- *seris factura nepotibus umbram.*

Vale mi optime, & semper meus, quia non desinam esse tu
nec cum desinam. Lovanij, M. DC. 1 V. 111. Id. Febr.

JUS

JUSTI LIPSI EPITAPHIUM;
quod Lovanii visitur in æde D. Francisci.

IS HIC SEPULTUS, QUÆRIS? IPSE EDISSE.
M. NUPER LOCUTUS ET STILO ET LIN-
A FUI; NUNC ALTERO LICEBIT. EGO SUM
PSIUS: CUI LITTERÆ DANT NOMEN,
TUUS FAVOR. SED NOMEN. IPSE ABIVI. A-
IT HOC QUOQUE: ET NIHIL HIC ORBIS,
OD PERENNET, POSSIDET. VIS ALTIORE
CE ME TECUM LOQUI?

UMANA CUNCTA FUMUS, UMBRA, VANI-
S, ET SCÆNÆ IMAGO, ET VERBO UT ABSOL-
M, NIHIL.

EXTREMUM HOC TE ALLOQUOR:
ETERNUM UT GAUDEAM, TU APPRECARÉ.
JUSTUS LIPSIUS VIXIT ANNOS LVIII.
ENSES V. OBIIT ANNO CHRISTIANO
. MDCVI. X. KAL. APRIL.

Lapidis sepulchralis Inscriptio, in dictâ
Urbe & Aede.

JUSTI LIPSI
QUOD CLAUDI POTUIT,
HIC JACET.
S. P. Q. ANTVERP.
INCLYTI VIRI
FAMÆ, ORBI NOTÆ;
VIRTUTI, CÆLO RECEPTÆ,
H. M. P.

D. O. M.

V. C. JUSTO LIPSIO: TANTO ERUDIENDÆ PUBLI
ARTIFICI, UT SOLUS DIGNUS VISUS SIT, QUI SCHOLAM
INTROIRET: RERUM AUTEM CIVILIUM, MILITARIUM,
ALIARUMQUE SCIENTIARUM ADEO INGENUITATE
RITO, UT SOLUS DIGNUS VISUS SIT, QUI EO NON
ACCEDERET: QUI ID APUD POSTEROS OBTINUIT,
UT NON HOMO, SED DOCTRINÆ ET ELOQUII
TILÆ NOMEN HABEATUR: CUIUS ANTIQVIOR STILUS
TANTAM SPECIEM HABET, QUANTAM RECENTIOR
GIONEM: RECENTIOR COMPOSITIONEM ADEO INGENUITATE
LIGENTEM, VT NEC CVRA REPREHENDI QUERERE
IMO QUEM SEMPER SVO INGENIO, NUMQUAM
ALIENO IUDICIO SCRIPSISSE QVIS VELIT: ET CUIUS
JUS SALSAM JUCUNDITATEM, NULLIUS AFFECTUS
TIO, LICET AB ARGUTULIS SCIOLIS INCASSO
TENTATA, CONSEQUI POTVERIT: VIRO DENIQUE
DIGNISSIMO, VT QUEMADMODVM SUMMA IN
VM RELIGIONE, IN PATRIAM PIETATE, MORVM
TEGRITATE, ET IN OMNES HUMANITATE SUMMA
CETERIS ÆVI SVI DOCTORIBVS PRÆCELLVIT, IN
EI FIRMIOR VALETUDO, AC VITA LONGIOR CO
TIGISSET.

SEB. ROLLIARDUS
AMICITIÆ EPISTOLIS CONTRACTÆ
MNEMOSYNON MOER. POSUIT.

IN OBITUM
MAGNI LIPSI
REIP. LITTERARIÆ
PRINCIPIS

Mimesis Ovid. Eleg. vi. Amor. ii.

Ad R^{edum} & Cl^{um} DIONYSIUM VILLERIUM,
Cancellarium & Canonicum Tornacensem.

LIPSIVS Aonidum summus Sophiaeque sacerdos
Occidit, exsequias Palladij ite chori.
Ite p^{ij} juvenes, & tundite pectora palmis,
Et calido juvenas imbre rigate genas.
Squalida pro ni. ido sumatur vestis amictu,
Nenia pro læto carmine mœsta sonet.
Quid judat Autolycis querulos impendere versus?
Indigna est numeris decolor umbra sacris.
Triste viri clari tristes deducite funus,
Non est in toto dignior Orbe cani.
Omnes qui Sophia colitis duce & auspice Musas,
Tu tamen ante alios VILLERI amate dole.
Magna fuit Magni tecum coniunctio LIPSI,
Et stetit in nullâ saucia parte fides.
Inter se quales Damon cum Pythiâ amici,
Mutuo in affectu talis uterque fuit.
Quid tamen ista fides? calami quid gratia docti?
Quid mens omnigenis nobilitata bonis?
Quid vixisse judat non ullâ labe notatum?
Inclita Belgarum gloria nempe jaces!
MORIBUS ANTIQUIS poteris superare Catones,
Tincta serens docto plurima scripta sale.
Non fuit hoc ævo, nec erit præstantior alter,
Sæcula prisca etiam non habuere parem.
Reptus es invidia; neque enim tu bella movebas,
Integer, & niveæ non nisi pacis amans.
Atqui se va inter vivunt Læstrygones arma,
Et durant multi per fera bella senes.
Magnus eras; magnum neque te tamen ipse ferebas,
Grata fuit semper vita modesta tibi.
Pascere diam sincero dogmate mentem,

Curaque erat puro fonte levare suum.
 Vivit hebes Bavius, turbatque sacraria Phœbi
 Mæcius, & Clarie Zoilus osor aquæ:
 Vivit & astrifero Timon inuisus Olympo,
 Et rabido dectos sanctaque dente petit.
 Occidit ille sui decus indubitabile sæcli
 LIPSIVS, ætheriâ munus ab arce datum,
 Optima quæque rapit prima, inclementia fati,
 Extendunt cursum deteriora suum.
 Vidit iners Drances animosi funera Turni,
 Occubuit mœchum Troilus ante Parin.
 Quid porro referam pro te pia vota bonorum?
 Vota suos, eheu, non habitura Deos!
 Ultima nox aderat, noctis caritura sequelâ,
 Depleratque tuam Parca maligna colum:
 Nec tamen extremæ titubas in pulvere Luctæ
 CHRISTE PIA, dixi, CUM GENITRICE FAVE.
 Sublimi in cælo locus est, doctorum ubi Manes,
 Assidue gaudent concinuisse DEUM:
 Tristia perturbant animas ubi nulla beatas,
 Sontibus accessus quod via nulla patet.
 LANGIUS est illic, est culti BENCIUS oris,
 VICTOR ibi bellè se GISELINUS habet:
 Spectat & usque sacros virtus BUSBEQUIA iussus,
 DEFINIUS ac de se Lemmata amica legit.
 LIPSIVS hos inter geniali sede receptus,
 In sua convertit Cælituum ora choros.
 Osa sacrata tegit tumulus, pro nomine, parvus,
 Hoc cæstro inscriptum qui breve carmen habet.
 Colligor è lacrymis coetu placuisse proborum:
 Equa fuit semper mens mihi, dante Deo.

Adeumdem Rdum & Clmum VILLERIUM.

VILLERI ab Illustis calamo mihi cognivè LIPSI,
 Memis ab aspectu note deinde magis:
 Quando vel absentes sese agnoscuntque videntque
 Pui animi, Philio rite litantque Iovi:
 Accipe communi celebratum finis amico,
 Nosse tuum OUDARTUM, fors, quoque ut inde queat.

2. 5. 4. 3. 1.
 JVs LAude COrONat.
 2. 3. 5. 6. 1. 4. 7.

IIR.

HIRMEIÆ PIERSSSENÆ I. C.
IN OBITUM
AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE V.
JUSTI LIPSI

AD V. V. V. C. C. C.
PETRUM PANTINUM
NICOLAUM OVDARTUM &
JANUM LERNUTIUM

Elegeia funebris.

QUAM res parva voluptatum est atate in agundâ,
Præ quàm quòd misero vita molesta homini est!
Verùm ita DIs placitum, ut sedeant post gaudiâ curæ,
Utque voluptati sit comes anxietas:
Quin etiam exemplo ad veniat plus sæpè malorum,
Hilum si cuiquam fortè boni obtigerit.
Hoc de me experior, toties edoctus amaris
FUNERA Amicorum fletibus abluere.
Quod VOBIS, nostri tria maxima LUMINA BELGI,
Phœbi & Musarum gloria Pieridum,
VOBIS, formosos resoluta ELEGEIA capillos,
Flebilis indigno conqueritur gemitu:
VOBIS, quorum eadem rerum variantia mentes
Adfligit, casu nobilitata novo:
Quo nostro nullus funestior accidit orbi,
Nec puto genti hominum tristior eveniet.
En post IPRENSIS MYSTÆ defleta SIMONI
FUNERA, cuius adhuc nostra dolore dolet
Mens, tacito æternum servans sub pectore vulnus;
Quod curare herbæ, sæcla nec ulla queant:
Tristior ad nostram defertur nuntius autem,
Hei mihi quàm surdâ tum aure fuisse velim!
Eximium LIPSI, morbo languescere FLOREM,
Quin etiam summum tandem obiisse diem:
Iuisse ad plures, solus qui Nestoris annos,
Atque adeo æternum heic videre dignus erat.
Quo consternatus rumore, ita inhorruî, ut ego
Protinus extinctus sit mihi corde vigor:
Mensque oblita sui, curisque ingentibus impar,
Cesserit, ut sævo sorpta repente mari.
Quâ reduce, & factâ ad lægèbria murmura voce;
Consciùs acceptæ cladis, ob interitum

Illius, & nimio pandens mea corda dolori,
 Dicebam hæc tristes Carmina ad inferias:
 LIPSI, delictum Phœbi, Sapientiæ ocellus;
 Flos vatium, Rudij mellinia eloquij;
 Romani interpres ô consultissime Iuris,
 LIPSI, divina Mistra sacer Themidos;
 Prisci Moris bonos, prisci Fax aurea sæcli,
 Æternum Antiquæ præsidium HISTORIÆ:
 Immortale decus patriæ, SOL VNICE BELGI;
 Diæ Virtutis perpetuum columen:
 LIPSI, solatium Charitum mellita voluptas,
 Cunctarum Venerum feruida cura & amor.
 Ec tu heic, JUSTE, jaces, hominum clarissime vitam, heu!
 Fatalisne etiam pausa secuta tuam est?
 Tun', LIPSI, cuius certatim Numina mentem
 Ditarant donis omnia cælitibus?
 Uberim & dederant genera omnia doctrinarum,
 Divinâ memoris mente tenenda animi?
 Ad quam, discendi causâ, fluxisse frequentes
 Vidi alios inter, duplicis Hesperia,
 Græciæ item populos, & quos largo æquore Rhæmus
 Adluit, & Ligerim quique bibunt Thamesin;
 Atque alios, tamquam scûatum oracula Phœbi,
 Alterius Diui aut Numina fatidica.
 Tene igitur, MIRACLVM HOMINIS!

Et tua divina violans sacraria mentis,
 Nomine solo Orbi tollere tanta bona?
 Ten' vicit, qui omnes acie ingenij superasti,
 Ingeniâ & cordati integritate animi;
 Præstringit Stellarum uti fulgida lumina Solis
 Clarior, ubi Eoi nascitur amne maris?
 JUSTE, jaces certè, & BELGI SOL occulisti,
 Non ullâ nobis exoriture die.
 Lugete Aonides & tundite pectora Musæ,
 Cunctaque vos GRVDII Numina Gymnastis;
 Namque unâ interit vestri laus nominis, unâ &
 Præsidium vestri concidit imperij.
 Ecquis iam vobis, palamia Numina, amœntum
 Præbebit sancti pectoris hospitium?
 At tu gaude hominum fortunatissime, LIPSI,
 Quot sunt, quot quot erunt, quotque fuere alias.
 Maiori nec enim quisquam cum laude superstes
 Vixit, nec quisquam, lumine adempto, animam
 Maiori cum laude piè magis exspiravit;
 Nec tati humano flebilior generi.

ALBER-

ALBERTVS, BELGI PRINCEPS, te AMPLISSIMI HO-
NORE

ORDINIS adfecit; te sibi ab HISTORIIS
Inlustri adsumpsit titulo REX ille PHILIPVS,
Cui terra Hesperia atque India tota subest;
Addentes decori regalia munera, tantæ
Debita virtuti præmia & ingenio.
Et nunc sis de gente suâ licet, haud tamen omnis
Mortuus. at FAMA, PARS MELIORQUE TVI,
Letifera indomitæ dispellens spicula Mortis,
Eusit Lethes flumina Tartarea.
HÆC, veteris Patriæ meminens & originis altæ,
Æterni adscendit cælica regna DEI.
Libera ubi humanæ vitæ anxietate, malisque,
Et peccatorum libera servitio,
Sanctorum fruitur clementi Numine Diuum,
Semper nectareis ebria delicijs.
ILLA, memor præclari animi, tantumque laborum,
Uberis atque OPERUM nobilium Ingenij:
Quæ non ulla dies, veniens neque temporis ætas
Perdet. Virtuti nec comes Invidia
Tabisco audebit dentis corrodere morsu,
Demeritum pote. it nec decus eripere:
MNEMOSYNÆ nec enim quidquam divinius illis
Consecrare queat, ANNA PERENNA, Deæ:
ILLA, inquam, pennis vecta altivolantibus ales,
Ætheris & liquidi vasta secans spatia,
Magnæ, triumphali, resonat tua Nomina, cantus;
Et Maiestatem tam eximij DECORIS
Concelebrans, æterna tibi statuit Monumenta,
LIPSI: nam solo vivitur Ingenio:
Nullus ut in toto jaceat terræ angulus Orbe,
Qui te non laudet, Fataque nec doleat.
Verum ubi sic placitum Diis, neque fletibus ullis,
Non ullis votis, non prece, non opibus
Posse, sciam, ad superas quemquam revocarier auras;
Ut mutas redeat spiritus in cineres:
Hoc cape, FORMATOR, nostræ, doctissime, mentis,
Atque rudis sensus lima polita mei,
Nostri MNEMOSYNON LUCTUS, pia munera AMORIS;
Quæ ingratum grato hoc solus tibi officio.
Pepetui interea LAURUS Phœbeæ viroris,
Floridæ vidtricis atque HEDERÆ folia,
Omni cum FLORUM sæclo hæc MONUMENTA coronant;
Sitque æterna tuo PAX & HONOR CINERI.

FAMÆ

F A M Æ
DE V. C. JUSTO LIPSIO
PRÆCONIUM.

QUÆ loquor, a Striferi domus audiat omnis Olympi,
Et fecunda Ceres multicolore sinu:
Ac per inane Poli spatium diffusilis ær,
Quæque fluit vitreo purior unda mari.
Fam placidos spirent Aquilonæ flabra susurros;
Aut specus Æolii carceris illa premat:
Neu piceam retegens nimbosus Aquarius urnam,
Solis anhelantes imbre morctur equos.
Clavior at radius, cæli convexa repurget
Phosphorus; Unitido proferat axe jubar.
Nec minùs auritæ gentes, ipsius ab ortu
Limen ad Hesperium, conciliare velit:
Seu quâ marmoream, sub caudâ Erymantlidos urse,
Transuolat ærifero Sarmata calce nivem:
Aut ubi per tepide silius sylvaque Sabææ;
Auster olei propriis fumida thura focis:
Denique speritencens quacunq; subingemit Atlas,
Quadrifidisque rotat sidera cardinibus:
Omnia jam reclusa vacent; pulsoque tumultu,
Fure meis ferveant proisus amica sonis.
Nam mihi nunc magno, magno nunc pangitur ore,
Unicus Aoni LIPSIIUS orbis honos.
LIPSIIUS, Augusti primus qui flectere sceptri
Palladiæ potuit fascibus imperium,
LIPSIIUS, ignotam Musas qui duxit in Aulam,
Et Procerum docuit stare ministris.
Solus alire Scholâ dignus, qui publica nosset:
Solut ob ingenium dignus adire Scholam.
LIPSIIUS, cunctis qui cum prorexit Artes,
Laudibus emeritum posulat Artificem.
Nec mihi Stentoreo tumeant signitura flatu,
Pulmoque largifluis spiræ anhelitibus,
Nec si millonæ strepitem quasi classica lingua,
Multifori-ve satum murnat ab ore tonet;
Nec vaga si celeri vox currae Iapygis alâ,
Præpes & à Zephyro tranet adusque Notum;
Sol' vere LIPSIIADÆ præconia digna potissit,
Aequitresque viro concelebrare modos.
O felix tantæ propagine SCALDIS Alumni!
Ipsaque vel tanto BELGICA sole minor!

BELGI-

BELGICA sole minor, cuius splendore coruscet,
 Latius indigenæ finibus Oceani.
 O pueri felix ISCANIA villula cunis,
 Exortuque navo prosperioris Heri!
 Cujus in ora favos roseis infundere rostris
 Distentas suavi Nectare vidit Apes;
 Et violis fluido circum blandirier imbre
 Gratificas Veneres fontis Acidali:
 Cuique simul blandos cecinisse Genethlia Cygnos,
 In seriem positis audit agminibus;
 Hunc fore, conditum cui se debere leporem
 SVADA fateretur nobiliore Thymo:
 Cujus & ad latices jam rarior Hippocrene,
 Vertere labra suum cogeret ipsa Gregem.
 Hinc quoque præsigni Doctore LOVANIA Pallus,
 Nunc li. et erepto, jure beatæ clivis:
 Qui reliquos supra Permessi atollere montes
 Virgo tuum potuit solstitiale caput.
 Ac velut omnigeno fragrans Panthera vapore,
 Pelliti errantes post sua terga feras:
 Sic ille obstrictam linguæ compede pubem,
 Ad sua pressu evans Pulpita ferre gradum:
 Seu dedit Ausoniae cui fax Euandria lumen,
 Laurigeris-ve ferax GALLIA palmitibus;
 Aut quam celsa fovet rutilo Germania crine,
 Cui-ve Tagi fuscum versat arena latus;
 Aut rigidos glacie trux Vistula perluit agros,
 Quam-ve suis effert Anglia littoribus;
 Advocat aut juvenes quibus unde vel unde Cythæron
 Finibus, ad Clarios nocte dieque Choros;
 Omnibus egregium via recta tetendit ad Hermen:
 LIPSIUS in votis unus Apollo fuit.
 LIPSIUS ardentem in se convertit ocellos,
 Atque sui Tripodis prætulit ipse jubar:
 A quo homines peterent dubiis Oracula Griphis,
 Ægyptique Pharo certius indicium:
 Cujus ad exedram cuperet studiosa Juventus
 Sugere Cecropiæ mella salesque dapis:
 Quemque Cleombæo pascentem pectora fructu,
 Jugis ab attentâ pasceret aure favor.
 Verborum nec enim solos ad lumina flores
 Pieris studuit strinxeracuminibus;
 Ast penitus Sophiæ terebra vit ad usque medullas:
 Incoxitque pium religionis jejur;
 Certus & antiquos proz votum effingere mores,
 Vitæ hanc cum scriptis comulit harmoniam,

Ut gravis exempli perpes Censura probaret,
 Vivere sic juvenem, sic statuisse senem.
 Vnde tot eximias cælesti munere dotes,
 Tot meruit laudum fidere culminibus :
 Parcior ut reliquis promit quos Condus honores,
 Ac solet exili quod tribuisse manu ;
 Omnia LIPSIADÆ Genio cumulari in uno,
 Vel cumulo veteres exsuperante modos.
 Nam quis Hyantiæ tacitus latet angulus ora ?
 Ecquod Athenæis mercibus emporium ?
 Aut quis Appollineo celebris viret hortulus Hæmo ?
 Quis de loquax Cyrrhæ manat ab amne latex ?
 Quæ sibi foverunt hilares melimela Camœnæ ?
 Qualæ de plantarum percoluere genus ?
 Vnde avidis cassiam costumque haud legerit ulnis,
 Pubentesque crocos, puniceasque rosas ?
 Mentis & in pristum, maturo tempore messem,
 Tritaque Nectaræo feruida musta lacu ?
 Ac miseris olim coitura viatica rugis,
 Imò ultra comites lictibus Inferias ?
 Quid gravis Vranie celso libavit olympo,
 Quid Sophiæ stillis arida corda riger ?
 Ecquid in Annales retulit verisus Clio,
 Dum veterum sæclis edita gesta sonat ?
 Quid fera Melpomene Tragicum si davit ob hircum,
 Comica lascivis quid de Thalia jocis ?
 Quas minor Euterpe labijs inflare cicutas,
 Fundere quæ potuit júbila Terpsichore ?
 Quos Erato cytharis adungere carmine motus,
 Hymnia quo gestu detinuisse chelyn ?
 Quid de tot auriferis Heroïum aptare Triumphis
 Pegaseum studuit Calliopæa melos ?
 Quid fata est Pitho ? quid in omni Helicone profudit
 Phœbus Olorigenæ quid de Minervæ gregi ?
 Quod sibi non totum, solido non asse paravit
 Impiger à teneris LIPSIUS unguiculis ?
 Atque ita Doctorum medio diluxerit orbe,
 Inter ut umbrarum splendida Luna facies ?
 Pluribus hinc florens Academia crevit alumniis,
 Vel per bellicrepam Marsspiris ære tubam.
 Omnibus hinc LIPSI visendi animosa cupido:
 Nec tam plebeia sorte Librariolis,
 Quam quibus alta ferit vertex fastigia rerum,
 Et datur in bello pacæque primus honor.
 Ipse etiam Aulaï pompas DUX BELGICUS, altæ
 Sustinuit LIPSI supposituisse Scholæ:

Inf-

Insignemque Virum (quæ gloria rara Camœnis)
Nestoris arcani iussit obire vicem.
Scilicet armifonos inter tristesque tumultus,
Et sua doctrinæ præmia certa manent.
Verius, aut tanti p̄duisset Apollinis artes
In patrio sp̄retas deseruisse solo:
Cum Tyberinus Apex, magnoque Bononia plausu,
Insulaque Adriacas inter opima rates,
Largior & Rhenus pingui hunc mercede beatum,
Optaritque suis SEQUANA littoribus.
Deinde quis illius cum laude ambire favorem,
Haud studuit lepidis creber Epistolis?
Cuius at obrixo non mox impensus amor,
Vel meritis maius reddidit Elogium,
Quod bona posteritas, hominis mirata decorem,
Insculptum solido firmius ære leget?
Nempe tot inter o'vans titulos, urbanus in omnes
Vixit, & invidiæ charus in invidiam.
Una tamen Juno Heroûm contraria votis,
Et genio illius semper iniqua fuit:
Tabificamque NOSON, Luctus Mortisque sororem,
Acciit ex Erebi deteriore lacu:
Continuis tenues morbis quærumperet artus,
Inque salute viri dira Megæra foret.
Hoc chorus Aonidum tulit ægrè, hoc magnus Apollo,
Fronte pilos vellens, dilaceransque comas.
Atque ASCLEPIADEN (sæpè his sermonibus usus)
Ut primum è gnatis sic pater increpuit:
Quis pudor, ô fili, quidnam tibi cessat amicæ
Nativæque artis dulce ministerium?
Ecquæ Pæonios rapuerunt fascina succos?
Ecquis odoriferum livor Amaracinum?
Heu stabili multus quàm Ganeo robore pollet,
Penelopeque avidos gens imitata procos!
Natus at ornandis vulgari haud lumine Musis,
Præstansque artifici LIPSIUS ingenio,
Heu! jacet assiduo confectus membra dolore,
Deficit & tantis, heu! medicina malis
Subiicit at contra paucis ASCLEPIUS Heros,
Hocque patrem mulens detinet alloquio:
Sic stata Fatorum series, Pater optime, sanxit:
Mollia nec FATIS unguina restiterint.
Hanc DEUS humanis variat cum pondere sortem:
Sic admixta favis porgere fella solet.
Qui vastum implevit famâ Tiryntiius orbem,
Millibus ærumnis nullo pericla tulit:

Nec

Nec nisi per medias cælum pertingere flammæ;
Nominis aut potuit fixe perenne decus.
Sic LIPSI haud solis radians fulgoribus Astrum;
Heu! depressit humo corporis atra lues:
Ut se hominem sciret, doctis neu sæpe nocenti
Perderet Heroëm gloria vana typho.
Nec Deus Athletæ mediocria lucra rependit,
Cui manet in terris non periturus Honos:
Ac animæ æthereo Superis congaudet Olympo,
Partimque Ambrosias pascit anhelæ dâpes.
 Sebastianus Rolliardus I. C. & in supremâ
 curiâ Franciæ Advocatus.

ELEGIA

In obitum V. C. JUSTI LIPSI
 Polyhistoris.

LIPSIUS occubuit raptus vitalibus auris,
 LIPSIUS Aoniÿ gloria prima chori:
Cui cersbro expressie meliis; quàm Regis achate,
Præsîde cum Phæbo turba novena Deæ.
Hunc Suadela suis puerum dea foverat ulnis,
Foverat & blando culta Minerua sinu.
Olli divinum dedit altera mentis acumen,
Altera linguæ mille fluentis opes.
His anicos pellæce potens sermone trahebat,
Sive stylo vellet scribere, sive loqui:
Illo doctrinæ flavissas hauerat omnes
Antiquo ex Graiùm, Romulidumque penu.
Vidit, & invidit tantum decus Atropos orbi;
Extremum anticipat mox properata diem.
Scilicet undenis vixdum trieterida lustris
Addiderat Lachesis de tribus una soror:
Martis erat mensis, quo tempore sævus Orion
Conditur Hesperii Pleiadesque salo:
Luxerunt fatum; ac cælum imbribus omne replerunt,
Funderet ut riguas fluminis instar aquas.
Inde per æstatem frigidæ obnubila celi
Usque fuit, lætus testificata suos.
Luxerunt quoque Naiades, laticesque refusos
Non iscuere lacrymis Doris amara tuis.
Ipsæ etiam Musæ sua fletibus ora rigantes,
Turbaverunt sacros ex Helicone lacus:
Aique dolorifico Parnassia culmina planctu
Impleverunt latè Pieriumque nemus.

Uidi-

*Vidimus ad tumultum stantes lugubria mœstis
 Carmina flebiliter concinuisse modis.
 Indoluit Phœbus, venturi conscius Augur,
 Ac solers varias rerum aperire vices.
 Ecquid (ait) vanis jureat indulgere querelis,
 Unguibus & roseas dilaniare comas?
 An speratis Anus convecta revolvere pensa,
 Et solido intortos ex adamante glomos?*
LIPSIUS ante diem pallentibus occubat umbris:
*Parcarum stabiles sic statuere colus.
 Dignus erat certè Euboïcos transcendere fines,
 Atque trisæclisenis tempora longa Ducis,
 Verùm sat vixit, quem sat vixisse laborum
 Mansura eternùm tot monumenta probant:
 Cui virtus meritis cæli ardua templa reclusit,
 Lactea quæ rectum linea pandit iter.
 Et quia Iustitiæ cultor, dum vita manebat,
 Nomineque & facto JUSTUS ubique fuit:
 Sedem habet Astræam juxta Chelæque sequentes,
 Fulget ubi nostro sidus in orbe novum.
 Hæc memini Phœbum cecinisse interprete lauru,
 Fletibus & Musis imposuisse modum.
 Tum manibus plenis lectos inspergere flores
 Ad tumultum, & Iustio solvere iusta viro:
 Certatimque pios venerari carmine manes,
 Quod celebret patrijs Anna perenna sacris.*

Jacobus Denyautius in Senatu
 Norm. Patronus.

In obitum JUSTI LIPSI Elegia.

PONE leves calamos, quos Pegasis ubere lactat,
 Martia Phœbe tuas armet arundo manus.
 Pensa trahunt alij, non jam bellatur Arachne:
 Saxifica Pallas Gorgonis ora gerat.
 Soluite obe choreas, modulatos spargite gressus,
 Virgineâ Charites tela vibrare manu.
 En piceâ exultans trabe Mors immanè minatur:
 LIPSIADÆque ferox involat umbra caput.
 Purpureum tentat Proserpina rumpere crinenz
 Fatalique metit forcipe Parca colum.
 Eripite, ô tandem! rapidis è faucibus Orci,
 Eripite, ô! vestrum nobile delictum.
 Castris castra decet, ferrumque opponere ferro:
 Par numerus vobis, par quoque sexus erit.

) () (

Quid

Quid comessarîs dolor improbe? sola ligurit
 Heu frustra lacrymas fatilis aura tuas.
 Omnes urni citat Minorâ. nemo catenam
 Solvere fatorum, fallere nemo potest.
 Ditis avara fames, & inexorabilis urget;
 Vixque Deus pensum persoluisse finit.
 Gravior est tenero futicit dum victima cornu;
 Decrepita infernæ non placet agna gula.
 Imminet ante diem. nondum Venus excita somno est,
 Pubescens celeri carpitur ungue rosa.
 Præcipit ame cadunt juvenantia poma colono:
 Rugosam senij prævenit ille cutem.
 Perfuga siste dolor, quæ flectis in arvia gressum?
 Una satis lacrymis area vasta tuis.
 Phoebe vale, Pallasque vale, Charitesque valete,
 Ferale en naulum LIPSIUS ore gerit.
 Ergone jam frustra ad lychnum vigilata Cleanthis
 Nox fuit, in Sophiæ te recubante sinu?
 Ebrîum Athenææ pectus fuligine testæ,
 Atque Stoæ frustra pulvere senta cutis:
 Nec juvat in varios torquere sophismata rhombos,
 Et Labyrinthæas ire redire vias?
 Non legum cohibet sævam reverentia Clotho:
 In Themidos mystas injicit illa manus.
 Baccatamque molit pedibus mors improba laurum:
 Nil prodesse suæ Daphnidi Apollo potest.
 Sed magis exuviis majoribus emicat Orcus,
 Et spolia excelsis figit opima tholis.
 Sessitat ambresis incassum Suada labellis:
 Nil sata crudeli corda adamante morvet.
 Florida Suada licet, cui mille & mille corollas
 Aonidum innodat deliciosa manus;
 Palluit ad mortis jaculum: mens excidit & vox,
 Cerussam lacrymis diluit ipsa suis.
 O piceo murita olim Mors improba lacte,
 Vipereis pendens matris ab uberibus!
 Ausa nefas, immane nefas, dignumque parente,
 Belgadum nuper funerat orbe diem;
 Dum caput obsurâ LIPSI ferrugine opacat,
 Æmulaque auratis lumina sideribus.
 Jam vespertina accelerasse crepuscula cerno,
 Et studiis tenebras præcipitasse suas.
 Jam magis hybernanti solito Parnassidos horti,
 Pegæsci stomachum fœnis acerbatur hyems.
 Jamque rebellanti non imperat alveus undæ,
 Pieridum effrænâs depopulatur agros:

Si quem fortè juvat Helicon revifere vatem,
 Ufus in in immundà pes natat illuvie.
 Flent nervi, citharæ lacrymantur, & undique lutor,
 Undique feralis carmina pædor habet.
 Nec potis in folium verſus animare vigorem;
 Flendo oculos Muſæ diſſecutè ſuos.
 Illa ſuum vocat Historicum, vocat altera Vatem.
 Cuilibet in titulos undat adulta ſeges.
 Omnia luctus habet. primas ante omnia partes
 Lurida pullato ſymmate Roma gerit.
 Admiranda ſacrum nuper caput intulit aſtris,
 Invida nunc iterum fata, deosque timet.
 Purpura ſit procul hinc, nigro prætoris panno,
 Atque nigro miles nubilat arma ſago.
 Ecce lacertosas amiſit machina vires,
 Tartareique aries jam timet ora canis.
 Inferias LIPSI moeſtus gladiator adornat:
 Cetera ſopitis ſterit arena jocis.
 Roma ſuo, cernit nil triſtius amphitheatro:
 Flent impendentem rudera viva necem.
 Sed minimum eſt tellus; & vix ſemiuncia luctus.
 Aſſe putes toto condoliſſe Stygem.
 Jam novus Elyſiis decurrit rivus in arvis,
 Heroùm lacrymis omnis inundat ager:
 Et Seneca & Tacitus mutila in ſuſpiria anhelant,
 Jamque vident plagis hiſcere membra novis:
 Fruſtrà, eheu! nuper, fruſtrà eſt obducta cicatrix;
 Sicam barbaries inſidioſa vibrat.
 Cetera quid memorem magnorum ſchemata Divum?
 Tetra magis Stygij fumigat aula Fovis.
 Tertia nec regio luctu vacat: aſtraque moerent:
 Hiſpidus aſſiduo lacrymat imbre polus.
 Et ſi fata ſinant, MARIAM quoque moeror haberet,
 Aurea dum Letheſ flumina penna bibit.
 Illa ſed in tetricos jam degit inhospita planctus:
 Quam circum illi miſeria gaudia fronte volant.
 Nos tamen haud fictis implemus planctibus urnam;
 Finge alibi leſos Præfica docta tuos.
 Nos gemitus, nos ſingultus, nos carmina buſto,
 (O utinam Fato dexteriore!) damus.

N. S.

JUSTO LIPSIO Parentatio.

DUM tua mœrentes animos simulacra pererrant,
 O LIPSI, patriæ gloria rara tuæ;
 Scinditur in varias mentis sententia partes,
 Alternant dulcias tristitia, læta, vices:
 Applaus une sequar, an mœsto si nera fletu:
 Fama vetat lacrymas, quas tamen urna sitit.
 Indigetum sociata choris mens gaudia versat:
 At mea mens luctu saucia triste melos.
 Triste melos Phœbus plectro meditatur eburno,
 Et quisquis Phœbum Castalidæque colit.
 Ergo vince dolor, parituraque nubila rumpe:
 Verba sonent bustis officiosa novis.
 Si fors in laudes me verba resolvere malis;
 Unâ eademque viâ lausque dolorque fluent.
 Laude dolor crescet, & laus testata dolore:
 Quis scit, an & causâ in funeris ipsa dedit?
 Erueras scriptis torpentem à gurgire Lethes,
 Invidi quod Stygio merserat amne dies:
 Romulidum gestis dederas, quod fata negarant,
 Remigio æthereum carpere honoris iter:
 Multiplici ut ludum redidit vireret aristâ,
 Temporis, heu! dudum falce resecta seges.
 Vidit, & invidiis sævissima Parca, suæque
 Ingenuit per te jura perire colus.
 Nec mora, ferrato restantia stamina fuso,
 Heu! nimium celeri mesuit agra manu.
 Hinc Heliconides atratâ in veste sorores,
 Quarum de vestro vulnere sanguis iit:
 Hinc siluere lyrae, hinc languentia barbita Phœbi,
 Pymplaque mutatis falsior iuit aquis.
 Hinc dæcturum hederæ marcent in frontibus: omnes
 LIPSIADEN cupiunt, LIPSIADENQUE gemunt.
 Ecquid Phœbe preces, suspiria, vota secundas?
 Sicne aditus animi duro adamante seras?
 Heu meus! Aonides clamant, mœrensque Minerua,
 Heu meus! ingeminat, heu iteratque, meus!
 Ecquid Phœbe preces, suspiria, vota secundas?
 Sicne aditus animi duro adamante seras?
 Antibi, dum sinuat mors arcum in fata clientum,
 Languida fluctivagans otia nervus agit?
 Antibi Pæoniæ nullum est medicamen ab arte,
 Membra affixa toro dum vorat agra febris?
 Dum vorat agra febris flammâ populante medullas,
 Nullane Phyllidæ rupibus herba venit?

Nil

Nil opibus terræ prægnans tibi sufficit Ida?
 Nilne Machaonio gramine foetus Eryx?
 Dum tergo trepidæ venantium hæserè sagittæ,
 Dictamnium Idæis cerva requirit agris.
 Herculeâ volucris panaceâ inimica colubris,
 Lenæâ morbis fronde medetur aper.
 Non fugit insomnes Progne chelidonia curas,
 Dum capta est soboles garrula luminibus.
 At tu quem Chiron, quem omnis susceperat Læpox,
 Non potis es medicâ Phœbe levare manu?
 Huic quondam Euboicæ vovisti sæcla Sibyllæ:
 Nec potis es medicâ Phœbe levare manu?
 Sed video, heu! video, dum mors Rodopeia vibras
 Spicula, dum crines infera Iuno secat;
 Nec medicâ Phœbus Lachesis, nec Phasias arte
 Thessalicâ, aut modulis vincere Musa potest.
 Unica, quam celebras, Hallensis, DIVA valebat
 Auxiliatrices, LIPSI, adhibere manus.
 Illa tamen (voto quod singultante petebas)
 Maluit æthereis te sociare choris.
 Quæis dum te sociat, longos firmata per annos
 Dulcis amicitie vincula dissociat.
 Dans animam Superis, uobis in funera corpus
 Linqvit, Pierio funera mœsta choro.
 Quid tamen impendam tumulo? lachrymâsne? vetabis.
 An magè tangentes sidera pyramidas?
 Anthalami consors hausta quod fida favillâ
 Conjugis è Pario marmore struxit opus?
 Saxa alios memori commendent postuma sæclo:
 Nam tua plus saxis scripta vigoris habent.
 Molibus excelsis vitam si scriptâ negassent,
 Iamdudum excisus fama sileret anus.
 An tibi mendaci spirantes marmore vultus,
 Frondenti ornatos stemmate, constituam?
 Nil opus est: vivis cordis penetralibus imis,
 Vivis doctrinæ lumine conspicuus.
 Dent alij tumulo silicernia: ridet inane
 Obsequium æthereis mens satiata favis.
 Cyllenes alij Dirum triacontæ plecent:
 In te nil Lethes numina juris habent.
 Cippo alios donet siticem, mœstoque susirro
 Murmuret; Hic situs es, sit tibi terra levis.
 Te, quem fama æchit per Solis utroque penitus,
 Non situs, & squallor, non brevis urna capit.
 Mens tua sidereo statiat in reuore terras
 Gloria pervolat, scripta Minerva fovet.

*Quantula pars busto quantillo tempore cedit,
 Dum resoluta dabit vincla corâre Deus?
 His tamen exuijs, his mœstâ voce compressis,
 Solvere sincerus iusta coëgit amor.
 Solvi: dumque meos vegetabit spiritus artus,
 JUSTE tibi memori pectore iusta dabo.
 Ne mihi pollinctor, ne febilis insonet auri,
 Illicet, extremâ Præfica voce canens.
 Ire licet? non ire libet: dum vita manebit,
 JUSTE tibi memori pectore iusta dabo.*

I. T.

JANI LERNUTI
 IN OBITUM JUSTI LIPSI
 ELEGIA.

EXEQUIAS mecum comites simul ite frequenter,
 Cura quibus culti cordis & oris adest.
 Non rediturus abest nam flos populi, unicus ille
 Qui modò formator cordis & oris erat.
 LIPSIUS Aonidum antistes, Sophiaeque medulla,
 Par cui ad eloquium nobile nemo fuit;
 En jacet inpositus feretro sine luminis usu,
 Voce sine, & digitis quinque movetur onus.
 Ne fletu tumultum vano rorate dolerem:
 Facta Viri potius tollite laude pia.
 Nam quamvis merito fatis lugemus ademptum,
 Et desiderij vis animum acris agat:
 Sors tamen in planctus prohibet nos illius ire.
 Cur? cælo missus, cæli iterum alta tenet.
 Quem Themis in superis voluit socium esse Deorum,
 Hunc mœrere minùs nos Ratio ipsa manet.
 Ennius antè pater vetuit sua funera fleri:
 Pectore non poterit LIPSIUS esse pari?
 Major erat, dum noster erat, tot scripta diserta
 Testes virtutis prærata signa ferunt.
 Luce tuâ fulgens voluit LIPSI omnium in ora;
 Et tuus à sero funere vivet honor.
 Nil ultra nervos morti concedis & ossa:
 Ingenio nullam vim Libitina tulit.
 Ducla tibi Ausonidum præscas ita vita per artes,
 Crederet ut Latium te genus esse Remi.
 Cecropio maduit sic mens tua plena lepore,
 Accola ut Hymetti cederet ipse tibi.
 Non petere externas merces orientis ab orbe,
 Nec captare lucrum trans mare cura fuit;

Non gladio munire latus, non casside vultum;
 Bellaque civili cæde cruenta sequi.
Nec te per cuneos egit populi æstus hiantem:
 Sprevisisti fallax ambitionis iter.
O: iam diæ tibi placuere, novemque Sororum
 Orgia, per quæ laus cresceret aucta tua.
Crevit, & in cælum plausus se sustulit alis,
 Cedere quas cani falx nequit unca senis.
Porticius admisit adytis te Stoïca apertis,
 Zenonis socium teque Cleanthis habet.
Quam penitus decorare volens, Senecæ antra subisti,
 Pressa situ veteri, sentibus hirta novis:
Detergens runcansque solum, nitidi æquoris instar
 Illa iterum cogis luce vigere sacrâ
Judicij ingenijque tui. Constantia parta est
 Hinc tibi, fortune nullâ agitanda vice:
Tersum, & pus eximiumque, satis quod nemo celebret,
 Divinum planè nifateatur opus.
Hinc fines animo certi, moresque sine ullâ
 Labe, per incertum te statuere mare
Mortalis vitæ aurigam dextrumque probumque,
 Qualem sæcla patrum vix habuere prius.
Horum ope post quoque fata perenni es nomine clarus.
 Et, dum Sol mundolumina sparget, eris.
Horum decretis semper feliciter usum,
 Aeris te numquam cepit adarus amor.
Cum tibi Rex Gallus montes promitteret aureos,
 Et puppim veheret aurea secunda tuam,
 Sorte tuâ contentus amasti vivere tecum,
 Velorum plenos & tenuare sinus.
Nec potuit te Roma caput rerum allicere ad se,
 In te prona licet Principis aula foret:
Principis Augusti, Domino qui primus ab illo est,
 Quo majus nihil est, nec prius esse potest.
Nec sibi Doctorem potuere adsciscere Senæ,
 Larga esset Thusi cum tibi dextra Ducis.
Nec te Felsinei colles, Pataul ardua nec te
 Mœnia traxerunt in sua sacra suum:
Hinc Veneti quamvis instarent sedulo, & illinc
 Purpura Boiorum sollicitaret idem:
Omnes certatim te præmia ad amplâ vocantes,
 Qualia nec genitis se penes addere ament.
Sed visum in patriâ tibi degere corporis ægro:
 Lovanii placuit dulce piumque solum.
Ergo hic fixa domus, nulli non hospita docto:
 Quam proprium virtus prisca libens coluit.

Hic tibi Romanæ miracula prodita gentis:
 Hic celebrata Crucis sunt monumenta sacræ:
 Plurimaque in lucem missa immortalia scripta:
 Posteritas omnis quæ venerata leget.
 Nulla quibus rubigo ævi cariosa nocebit,
 Non si Livoris dente sit acta nigri.
 O vulgi mens læva levis! quis fingere pectus
 Artibus his capitur! quis bona sortis adit
 Ingenue rectis oculis! vix commoda pauci
 Expendunt dociles quæ dare Pallas habet.
 Formatur studiis istis inscita juvenus:
 Decrepitum oblectant erudiuntque senem.
 Ornamenta ferunt rebus jucunda secundis:
 Perfugium adversis præsidiumque gerunt.
 Sive domi maneat, sive fomenta domesticæ præbent;
 Ad latus ire parant, seu libet esse foris.
 Post obitum quoque persistunt in amore, & honorem
 Cultori adfirmant, nec periisse sinunt.
 Hinc populi pendent cupidi, Regesque Ducesque
 Qui secum nolunt gesta sua alta mori.
 Nam virtus celata jacet velut obsita nocte:
 Gnævus ab ignavo distat abestque parum,
 Si careat calamo fidi scriptoris uterque;
 Qui bene facta probans, improbet acta malè.
 Tamen etenim quisque est, decoris quantum adstruit illi
 Gloria, præclaris maesta virum ingeniis.
 Hæc primis hortor juvenes colue impigri ab annis;
 Vos pudeat steriles frugis obire dies;
 Si vestri vobis cura est patriæque, nec esse
 Vultis fatali mortis in arbitrio.
 Adspicite ut LIPSI nomen totum impleat orbem,
 Et tumuli rupto marmore celsa petat.
 Pectoribus nostris præsens ceu numen inhaeret;
 Spernit & è Pariis eruta saxa jugis.
 Illius ergo sacros Manes celebremus, & Urnam;
 Cuius in angusto tot bona clausa sinu.
 Justa que solvamus JUSTO si lœnnia notis
 Annua quæ referat sæpè colenda dies.

IN

IN OBITUM
Magni atque incomparabilis Viri
JUSTI LIPSI
Rei litterariæ Principis.

ET cupio, & verè tibi debeo, MAXIME LIPSI,
Flebile supremi carminis obsequium.
Hos summæ virtutis honos, doctrinaque summa
Poscit, & ANTIQUIS MORIBUS apta fides.
Cur igitur tristes cessant, epicedia, versus,
Cur silet ad tumultum Nenia nostra tuum!
Fallor, an infando simul extenuata dolore
Mens animæ, atque animi nuntia lingua stupet!
Vista stupet certè: quis enim non fulmine tanto
Sensibus attonitis excidat ipse sibi!
Sed tamen exsuperat, velut alto expergita somno,
Unica nos homines quæ Ratio esse facit:
Et quod lenta dies, vim molliùs illa benignâ
Temperat, & placidâ mentis in arce sedet,
Sceptra tenens, longæque hyemes & nubila pellens,
Dum sua lux animo pura quiesque redit.
Tum vires at tollit amor, victrixque recurrit
Ultima quæ cineri debita cura pio.
At quæcumque tibi pietas litat, optime LIPSI,
Nec satis illa tibi, nec facit ipsa sibi.
Nam vitæ velut antè tuæ, sic gloria mortis
Clara piæ, officij vicerit omne decus.
Nec tum iusta tibi, sibi quàm feraliæ vivo
Busta struit, lesum qui tibi JUSTE struit.
Cesso igitur, cesso; tumulo ne præficus impar
Mergar in eulogij naufragus amne tui.
At tu qui numero & cumulo laudum omnia vincis,
SALVE anime, atque omni maior honore VALE.

IN XII. FACES FUNERIS LIPSIANI.

QUÆRENDÆ soboli geminæ pro lampade pinus.
Orbe vagans toto, sustulit orba Ceres.
Justius at quanto DUODENAS, JUSTE, Cupressos
Pro totidem facibus nos tibi ferre decet!
Singulæ ut ante gerant operum monumenta tuorum
Singulæ, & exultas tot tibi ritè DEAS.
Quarum prima nigram ducens ex ordine pompam,
Ardua CONSTANTI fulta virago pede,

Musas &
Charites.
i. Con-
stantia.

Te-

JUSTO LIPSIO V. C.
JUSTA FACIT

Adrianus Flerontinus I. C

AD MEMORIAM.

O QUÆ fatorum domitrix, lethoque superstes
Effugis evicti lurida busta regi:
Per te aliquid si sunt manes, si nomina vivunt,
Et reparas famâ temporis invidiam:
Huc ades, æternisque favens allabere penmis,
Quæis post fata, virum grata per ora volas.
Huc ades, ecce tuam pia turba parentat ad aram,
Et tibi, LIPSIADÆ JUSTA dicata, vovet.
Accipe supremum quod mœsti munus amici, hinc
Publico, & hinc privo nomine persolviunt.
Accipe: & æternis divini si monumentis
Ingenii, Mis sis reddita vita tuis;
Fac Vivat, per quem nata es, per quem ipsa revixti,
Sentiat & vires invida Parca tuas.
Cetera sint cæli, terris saltem asere nomen.
LIPSIADEM quondam fama loquatur anus.

AD V. C. GERARDUM CORSELIUM
JCtum & Antecessorem.

O DECUS eximium; Grudiis ubi Pallas Athenis
Fundit inexhaustas pleni Heliconis opes:
Quætibi pro gratâ referat præconi i mente,
Quæve tuis studiis præmia posteritas,
LIPSIADÆ dum sollicitus sic JUSTA rependis,
Supremum & tantis manibus obsequium?
Nec modò funebri elogio, scriptòve parentas:
Scilicet affectum non capis ipse tuum:
Latiùs effusis sed corripis omnia flammis,
Et toto vates ex Helicone cies.
At mihi cordolium mihi circumfusa doloris
Nubila, penè omnem mentem animi eripiunt.
Nec potis est genius se in carmina solvere tristis;
Tabuit in tantis arida venæ malis.
Adde quòd Aonidum JUSTUS secum agmina traxit;
Munera nec nobis, quæ priùs, ulla super.
Dum flos ille hominum BILLÆUS, Consilii fons,
Fatorum invisus occidit arbitriis;

Tum

<i>Despectam calcabit humum; luctuque metuque</i> <i>Fortior, atque ipsâ se quoque morte geret.</i>	
<i>Altera penè animo polluta, sed ore POLITA,</i> <i>Syrma trahet pillæ sesquipedale togæ.</i>	II. Politica.
<i>Aptior inde SAGO, rigidoque assueta QUIRINO,</i> <i>MILITIÆ veteris signa animosa feret.</i>	III. Militia.
<i>Succedet varias telorum instructa per artes</i> <i>OPPIDA Diu ruens, oppida Diu struens.</i>	IV. Poliorcetica.
<i>At procul admirata, virum tot ROMA triumphis</i> <i>ADMIRANDA, suum planget obisse decus:</i>	V. Admiranda.
<i>Quemque decet titulum statuet, statuamque sepulcro;</i> <i>Æmula quam TULLI spectet Umbra TITI.</i>	
<i>Quin etiam THERMÆ, & magni labor AMPHITHEA-</i> <i>TRI,</i>	VI. Amphitheatra, Thormæ, &c.
<i>Quilibet & CIRCUS LIPSIADÆ esse volet.</i>	VII. De Vestâ, &c.
<i>VESTA super tumulum raptas de vertice vittas</i> <i>Sparget, & incanis liliæ mista rosis.</i>	VIII. De Cruce.
<i>At pia RELIGIO nostræ manifesta salutis</i> <i>Signa gerens, sanctam præferet alia CRUCEM.</i>	IX. Libri Critices.
<i>Illæ Crucem; CRITICE lucem faculamque micantem</i> <i>Atrollet veterum mille voluminibus:</i>	
<i>In quibus & TACITUS, SENECA, atque PATERCULUS,</i> <i>atris</i>	
<i>Detergi à maculis, nomina pura, nitent.</i>	
<i>Illud at antiquum studiis que illustre LICÆUM,</i> <i>Pulcher ubi GRUDIVM Dilig opimæ agrum;</i>	X. Lovanium.
<i>Historicâ nuper vix cultum veste, repemè</i> <i>Morte sui Historici, mortui ad instar habet.</i>	
<i>Sed tamen est aliquid cineres servare sepulchri:</i> <i>Quis scit an ò Phoenix pullelet inde novus?</i>	
<i>Omnem qui pennâ redidit postumus orbem</i> <i>Lustret; ut ille suis nuper EPISTOLIIS,</i>	XI. Centuriæ Epistoliarum.
<i>Perque manus, perque ora virum conferta cucurrit;</i> <i>Nominis & famæ dum satur usque novæ,</i>	
<i>EMERITAM PENNAM suspendit postibus HALLÆ,</i> <i>Victuram auspiciis, CHRISTIPARA ALMA, tuis;</i>	XII. Mirac. B. Virg. Hall. atque Aspricol.
<i>Dum tua per cunctas MIRACULA dedita terras,</i> <i>ut tubam LIPSIUM ad astra vehent.</i>	

Pietatis & benivolentiæ ergo
Maxæmylianus Vriendtius,
Senatui Gand. à Secretis,
merenti mœrens P.

JUSTO

Tum mihi perculso perierunt pectore sensus,
 Tum patriæ luxu tristitia fata meæ.
 Ah quantum illius tetigerunt funera! quantum
 Publico, & dicitur nomine perditum est!
 At mihi LIPSIADÉS, casu commotus eodem,
 Conscriptum lacrymis mittit epistolium;
 Solaturque gravem, naturæ lege, dolorem.
 Me miserum! Cygni hæc vox morientis erat.
 Littera vix lecta est, luctus præsaga futuri;
 Ecce aures mortis fama repente ferit.
 Quis mihi tunc, heu! geminato funere, sensus!
 Quos, sæva incusans fata, dedi gemitus!
 Illicet abruptis renovantur vulnera venis:
 Atque impar tanto mens stupet icta malo.
 Alius afflatus trifido sic fulminis ictu,
 Attonitum hæc atque hæc fertque refertque gradum.
 Ergone debueras nostros lenire dolores,
 Durius ut subito mens recidiva cadat!
 Ite oculi in lacrymas, clarum flete orbis ocellum,
 Aut oculo si quid clarius esse potest.
 Tu mea, tu moriens si egisti gaudia LIPSI:
 Tecum una studia, heu! interiøre mea.
 Tecum una nostros aufers vir maxime sensus:
 Tecum & Athenæ gloria lausque perit.
 Heu! quo manes, quo carmine compellabo!
 Numquam ego te LIPSI lumine amabilior
 Afficiam! numquam velut antè, docentis ab ore
 Dulcem secundi pectoris ambrosiam
 Excipiam posthac! at ce tē semper amabo,
 Semper in hoc gratis pectore vivet honor.
 Tu tu in me vivis, tecum mors me abstulit atra:
 Una tuos cineres corque habet urna meum.
 Felices animæ, quas nexu & fœdere junctas,
 Mors quique divisa tollere non potuit;
 BILLAEE, & LIPSI, si vos mortalia tangunt,
 Hæc vota, atque piæ accipite has lacrymas:
 Puræ animæ, patrium posito jam corpore cælum
 Vos habet, & Campis luditis Elysiis.
 Nos turba infelix, per acerba & turbida rerum
 Voluimur, incerti quid sera fata ferant.
 Inspicite, & nostrum memores misere scite casum;
 Et quam summa tenent, o date pace frui.

ÆTER-

ÆTERNIS MANIBUS

JUSTI LIPSI

Viri Amplissimi & Nobilissimi

Hubertus Audeiantius Brugenſis

PARENTABAT.

ET merito: quis enim mentem celaverit agram!
Præruptis di. am cautibus eſſe ſatum,
Qui potuit ſucis oculis tua funera, LIPSI,
Spectaſſe, ad gemitus quæ quoque bruta vocant.
LIPSI delictum Latiae Graeque Camoenæ,
LIPSI hominum pariter delictum atque Deum:
Cuius ad affatus effuſa eſt primæ iuventus,
Cuius congreſſu limina trita ſenum.
Omnibus unus amor reſponſa capeſſere docto,
Atque tuo Muſas ore videre loqui.
Sarmata, teque adiit ſtudio inflammatus utramque
Qui colit Heſperiam, genſque Boryſtenidum.
Nec tam longinquo quiſquam fuit exter in orbe,
Auditor qui non ambiit eſſe tuus.
Ipſa tuis laribus ſubmittens purpura faſces,
Dicentis quoties pendula ab ore fuit!
Vidimus, & vidiffe iurat, quantum illice vocis
Aurea mens potuit, ſuadaque lingua, ſono.
Vidimus, & vidiffe dolet me præ omnibus unum,
Qui mihi eras gnato quod ſolet eſſe parens.
Optima ſunt ſpatio conſiſtere neſcia longo;
Augeſcunt annis deteriora ſuis.
Eſt ea fatorum præſcripta licentia; ſurdus
Verba dolor fundit diripienda Notis.
Nondum contigerant ægentia ſæcla ſenectæ,
Autumnus vitæ letifer ipſe fuit.
O feſtina dies! exhauſtis libera curis
Debuerat famæ mens ſuperſeſſe ſuæ:
Sacraque Palladiis ſuſpendere poſtibus arma,
Poſt vigiles noctes otii grata terens:
Tu properata vetas, pallentibus excita lucis,
Ferali peple circumamiſta caput.
Nec modo patulus honos tituliſque inſignia proſunt,
Quæ Muſarum ergo poſtera ſæcla legem,
Inprimi accitum collegia ſancta ſenatus
Cum voluit PRINCEPS conſilij eſſe ſui;
Spernentem quamvis, ſolaque à mente peritum
Stemmata nobilibus non niſi vera peti.

Majo-

Majorum ostentat ceras (ais) atria circum,
 Degener & priscis quisque superbit avis.
 Quæ faciunt alij, Virtus, aliena fatetur;
 Solaque stat pretii terminus ipsa sui.
 Nectamen haud poteras censeri laude tuorum,
 Ac quæ jactares nomina stirpis erant,
 Musa fuit potior, perque omnia docta parari
 Ingenii natum nobilitate decus.
 Delictant alios fasces populi atque secures,
 Virgaque cum verbis imperiosa præit.
 Aut opibus turgent alij, & prædivite censu
 Venosæ in parvo est ambitionis amor.
 Cuique suæ Nemesis instant post terga, flagello
 Insequiturque suis dira cupido deus.
 Te secreta quies, & vulgi segrega plausu,
 Contentum propriis jurvit imaginibus.
 Bella infesta nimis, per bella infesta fuisset,
 Quam foret ISCANO gloria lata tuo!
 Hic ubi differeres quæ Tullius & Maro magnus,
 Ac quidquid Latia conditur historia:
 Quæ consulta patrum, veteris quæ stemmata Romæ,
 Quæque aperit centum Varro voluminibus.
 Tantus ruris erat sedata in mente cupido,
 Lussisset Strygius ni bona vota furor:
 Armorum furor, in Superos quæ tela ministrant,
 Et lentæ dedunt Belgica tesqua neci.
 Nam quæ finis erit? pereat quicumque nefasto
 Impius armatum protegit ense latus.
 Despicis hæc, cæloque incedens liber aperto,
 Otia pacis agis, quam loca summa tenent.
 Et forte ingenii monimenta perennia cernens,
 Digna quibus solvet præmia nulla dies;
 Gaudia mente capis, quod per tua scripta vagando
 Fortius hæc aliquis publica damna ferat.
 Sola etiam hæc contra tua nos CONSTANTIA firmet,
 Ut sileam quidquid discitur esse tuum.
 Hinc verò inferias persolvimus, & tua rapti
 Est operæ mœsto carmine fata queri.
 Belgica se in luctum penitus, quin aspice, vertit,
 Nascenti primum Belgica tacta tibi:
 Horrificamque dedit propè jam lapsura ruinam,
 Indigetis fr̄ etu cum viduata tui.
 Tunc etiam tellus motu tremefacta doloris
 Aquoraque indomiti signa dedere maris,
 Obvix cum undantum late furibundus aquarum
 Proluit insano vortice cuncta furor:

Et

Et campos per liquentes armenta, per ipsa
 Cum stabulis merfit pascua læta greges.
Ipse dies radios cæcâ ferrugine textit,
 Æternæque pavor nil nisi noctis erat.
Non aliàs afflictâ solo, ca sumque tulère
 Edita tot cælo culminæ, templâ, lares.
Flebilis occasus tuus omnibus : ultima regna
 Testor, hyperboreâ canaque sæcla nive.
Et quis ibi, famâ saltem tua nomina noscens,
 Corda licet longo diriguère gelu,
Temperet à lacrymis? Nec tu reprenderis illas,
 Devote quoniam symbola mentis habent.
Nos genus huc primum lux prima accepit in auras:
 Ferreus est animus qui prohibere potest.
Nil te Stoa moror, nullo Zenone movebor,
 Hauriat & gemitus Porticus ipsa meos.
Musarum hisce patri scellenni more parento;
 Manibus & facio, quâ pote, justa sacris.
His desiderium longum testabor, amantis
 Finiri poterit quod nisi morte meâ,
Pectore donec erit reditivum nomen in isto
 LIPSIUS, officii symbola tristis erunt.

Elegia de obitu Cl^{mi} & Doct^{mi} viri

JUSTI LIPSI

Ad Ill^{lum} & R^{um} D. JOANNEM ANDREAM
 PROCHNICUM, Ser^{mi} SIGISMUNDI III.
 Regis Pol. in Regno Neapolitano Legatum, Ab-
 batem Sieciechoviensem, Præp. Crac.

ERgo, PROCHNICI, crudelia fata fuerunt:
 Ergo jam noster LIPSIUS interiit.
 Nec nova divini legere (heu!) monumenta licebit
 Ingenii, aut dulci colloquio inde frui.
 Nec tibi signum animi mutetur Epistola prompti
 Amplius: haud te ultra LIPSIUS alloquitur.
 O quoties doctusue liber, vel littera docta,
 Missa ab eo: quoties & tibi lecta fuit?
 Quin etiam solumque bonum, solumque putasti
 Perfectum, quidquid LIPSIUS ipse daret;
 Quidquid ab ingenio felici prodiit illo,
 Et quidquid felix scriberet illa manus.

At tu

At tu animi pendens, miro percussus amore,
 Id solitus cupidis excipere es manibus:
 Quæ novæ? quid noster mittit nunc LIPSIUS orbi?
 O nihil à tanto parvum erat ingenio!
 Omni iudicio maturo, acrique labore
 Perfecta, ingentis vivida signa animi:
 Cum subito infelix percussit nuntius aurem,
 Nuntius ô quovis vulnere deterior!
 Nuntius infelix; nihil infelicius illo;
 Heu! mortem LIPSI nuntiat ille tibi.
 Heu mortem LIPSI! qui vitâ dignior omni,
 Dignior innumeris vivere temporibus.
 Tunc te PROCHNICI dolor ingens sauciat; omni
 Fortunæ telo durior & gravior.
 Nam tibi quis maior potuit contingere luctus?
 Expressere aut casus quis potuit lacrymas?
 Nunc quamvis Patriam vexent civilia bella,
 Quæ sua jam misere viscera dilaniat:
 Seditione gravi nunc quamvis fluctuet ingens
 Sarmatia; atque sibi factio cuncta trahat:
 Infestetque suum Regem malè sedula turba,
 Impia quin etiam tela cruenta gerat:
 Et nostros vexent agros nunc foeda Scytharum
 Agmina, captivos usque trahant populos:
 Nunc quamvis totus furij crudelibus orbis
 Turbetur; quamvis classica & arma sonent:
 Tu maiora tamen fortunæ damna putasti,
 Quod tibi, quod mundo LIPSIUS interijt:
 Quod decus hoc hominum, quod Soliste aureus, orbi
 Extinctus, lumen non dabit inde suum.
 Unus homo sapiens Regno præstantior omni est:
 Constituit Regnum, & destruit unus homo.
 Quis nunc Romanas acies, quis bella, triumphos
 Describet? quis nunc parta trophæa canet?
 Quis te Roma potens mirabitur? aut tua dicet
 Tempora, cum regeres imperio populos?
 Quis nunc monstrabit sacræ penetralia Veste,
 Aeternos ignes nobilis Imperij?
 Nunc etiam ipsa suo populo spoliata Theatra
 Squallent, nec plausu jam resonat Cærea.
 Nec jam certabit nudâ gladiator arenâ,
 Heu vitâ empturus delicias populo.
 Tu solus dederas LIPSI spectacula tanta,
 Miratur quæ omni tempore posteritas.
 Cedite Romani Ductores: Nomina magna
 Jam silcant: titulos tempus edax perimat.

LIPSIUS en vobis construxit maxima templa;
 Ille arcus vestros, armaque disposuit:
 Ille aras vestrisque Dijs, vobisque ministros
 Commodat illius viditis ingenio:
 Vivetisque diu: nam splendida vestra Trophæa
 Non urbs sola tenet, totus at Orbis habet.
 Atque nec illa tenet: sic impia fata volebant,
 Ut sub Sole nihil perpetuum esse queat.
 Quin etiam Romæ Romanam quærimus urbem:
 Quæ miseris tumultis obruta tota jacet.
 Nil nisi nomen habes Romanum, maxima Romæ:
 Roma caput mundi, nil nisi nomen habes:
 Sed tua te virtus, tua te constantia Mundo
 Illustram semper perpetuamque dabit.
 Ingenij sine morte decus, decora omnia vestra
 Illustrat, nullo jam peritura die.
 Ergo etiam sequimur vestigia vestra libenter:
 Jam Romana placet Religio & Pietas.
 Simplicitas Romana placet, placet inclita Virtus,
 Quæ Pace & Bello maxima semper erat.
 Sed sine te **LIPSI** (quis enim monstraverit alter?)
 Aspicere hoc lumen difficile antè fuit.
 Te Duce Romanæ Virtutis templa subire
 Possumus, & veri carpere Honoris iter.
 Tu nostras monitis formas civilibus urbes,
 Rectoresque ipsos sedulus ipse regis.
 Tu privata doces, tu publica jura: Decorum
 Quod sit commonstras: officiique mones.
 Jam tua jam nostris animis Constantia fixa est.
 Quis metus, & quæ nos bella movere queunt?
LIPSI, quem summâ sapientia in arce locavit,
 Quo nil aut gravius vidimus aut melius;
 Quem virum appello thesaurum: pectore cuius
 Cuncta arcana simul clausa fure Sophûm;
 Nunquam te extinctum censebo. nam tua semper
 Vivet temporibus gloria perpetuis.
 Et te posteritas morabitur æqua, tuumque
 Æternum nomen candida fama feret.
 Non unquam tantum facinus committeret ætas
 Posterior, cuperet quæ sine Sole diem:
 Cui non doctorem relegendo scripta virorum,
 Inque animo, inque oculis **LIPSIUS** insideat:
 Quæ non Heroas inter sanctumque Senatum
 Collocet, & nomen **LIPSI** honore colat.

)()(

Ergo,

*Ergo, PROCHNICI, nihil improba fata valebunt:
Videt temporibus LIPSIVS innumeris.*

Simon Bircovius Polonus, Neapoli in
amœnissimâ Italiæ Campaniâ faciebat.

JUSTO LIPSIO V. C.
BALTHASAR MORETUS

Doctori suo meritò parentat.

VT primum aggredior magni primordia luctus,
Mens hebet, & nimio pressa dolore silet.
*Vos Aganippæ Phœbo præeunte sorores
Edite mœtori congrua verba meo.
Eheu! num tristes video languescere Musas,
Et quos ipse peto, sollicitare modos?
Fallor, an & mecum turbantur fune: e LIPSI,
Et Phœbi alterius numen abisse gemunt?
Ergo nulla viam monstrant vestigia, tantis
Manibus exsequias quàm meus ardor eat?
Spes melior superest; adsit modo prompta Voluntas:
Una hæc Cælitibus sufficit, una placet.
Ille inter DIVOS (Pietas ita credere cogit)
Regnat; & hanc, veri numinis instar, amat.
In magnis voluisse sat est, quid nomine JUSTI
Majus? huic unicalica templa patent.
At cur tristè cano? RATIO quin gaudia dicitat,
Et SOPHIA æterni clara propago Dei.
Hæc modò læta suum deduxit ad æthera Myslam;
Pacis ubi plenum pascit amica quies.
Non lugere vicem, fas est gaudere, BEATI.
Quò contrà, ô vates, devius error agit?
Ille diu totum meritis impleverat orbem,
Dum juvat hinc doctos, instruit inde rudes.
Ipse ignara sui, veterisque oblita decoris,
Hoc super astra caput vindice ROMA tulit:
Obstupuitque ARTES passim MORESQUE renasci
ANTIQUOS, laudis symbola prisca suæ:
VARRONEM læta agnovit, magnumque CATONEM,
Et SENECAM, & TACITUM, quos sibi BELGA
daret.
BELGICA complures bellis attrita per annos,
Hoc uno felix NESTORE visa fuit.
Quinquam ô! sed nondum cæli placaverat iras,
Ut sanis posset credere consilijs.*

Ille tamen constans monitorum semina spargit;
 Vivere seu bello, seu magis pace velit.
Pacis at exsortem, belli ah crudelis amantem,
MILITIAE antiquae jura sacra docet:
Pristina ROMANI quo surgat gloria Martis;
 Justitiaeque ferox munia miles amet:
Nequis in imbelles posthac deserviat agnos;
 Latronive gerat miles avarus opem.
Ast ne longa bonos vexent incommoda cives;
 Innumerisque super cladibus esse queant:
Advocat è caelo Divam, quae conscia Fati,
 Languida CONSTANTII pectora voce beet.
Illa ultrò acclamat: Non hæc sine numine Divum
 Eveniunt: quæ vos cura fatigat iners?
Corpora, non animos, lædunt fera praelia Martis;
 Si firmet RATIO, si DEUS ipse regat.
Mortales parete DEO: servate secundis
 Vos rebus: tandem proderit iste labor.
His Dea dum populum mulcet CONSTANTIA dictis;
 Altera mox IUSTI voce rogata venit:
Aequus PRINCIPIBUS quæ curat scribere leges,
 ASTRAEA ætherci gloriæ summa poli.
Hinc VITIORUM, illinc VIRTUTUM, EXEMPLA
 ministrat;
 Quæ caveant REGES, quæ meliora colant;
Ut tandem virtute DUCVM Respublica felix
 Floreat, & lætæ tempora pacis agat.
Singula perpetuis signavit dogmata libris
 LIPSIUS, æternæ quæ præiære Deæ.
Quæ si non præsens, ætas ventura fruetur;
 Et scriptis discet fidere consilijs:
Nulla quibus blandæ subsunt mendacia lingua;
 Parcere nec vero spesve metusve jubent.
Illius ergo gravi meritorum pondere tellus
 Totâ fatiscet, cæli obiere vices;
Et quæ non homines, donarunt præmia Divi,
 Dum JUSTUM superis inferuere locis.
Non lugere vicem, fas est gaudere, BEATI;
 Ne contra, ô vates, de vultu error agat.

IN OBITUM
CL. JUSTI LIPSI

Carmen Elegiacum.

CONDITUR hoc tumulo Belgaram gloria gentis
LIPSIUS, ingenio vividus, arte valens.
Vindice quo, veterum florent monumenta vigentque,
Cimmeriis tenebris semisepulta prius.
Testis erit Tacitus, tacitus non amplius: imò
Princeps nunc Latiae conditor historiae:
Romanusque Sophus, qui à sævo occisus alumno,
Hujus ope in lucem purior ecce redit.
Hoc duce Plautus amat plausus; nec tempore Cæsar
Cæsus; nec Livium livor iniquus habet.
Vellejus redi-vivus adstet: atque aussice JUSTO,
Entibi Salusti reddita prisca salus.
Singula quid memorem? Præcorum nemo virorum
Hujus non Criticam sentijt æger opem.
Sentit opem præsens ætas, venturaque sapè
Sensura est, JUSTI cum monumenta leget.
Hic regnare docet; docet hic parère; modumque
Quo capias arces, quo fera bella geras.
Porticus, hoc ducente manu, patet omnibus; unà
Cum sacris Vestæ Bibliotheca patet:
Amphitheatra edit, pugnasque in pace cruentas:
Quoque modo veteres, verba Latina sonat.
Accipit hoc auctore novum Crux alma nitorem.
Roma admirandas hoc duce monstrat opes:
Et colitur Regina Poli, quæ præsidet Hallæ:
Quàmque Aspricollis nomine Belga vocat.
Scribendique vias veras, artemque decoram
Centuriæ tradunt, doctæque Epistolica.
Cuncta quid enumerem? complura affecta reliquit;
Vixissetque utinam, plura daturus erat.
Sed nihil hæc potuere immitia flectere fata:
Ah fata ingenii insidiosa bonis!
Jure igitur dum justa facis nunc Belgica IUSTO,
Tantum mœsta virum prosequeris lacrymis;
Hispani, Gallique dolent hoc funere tecum,
Polonusque domi militiæque bonus:
Cumque Italo, Musis Germana addicta Juventus,
Cum fletu exequitur triste ministerium.
Imò ipsæ atrata luxèrè hoc funere MUSÆ:
Hæcque ipsæ, exoptant, contumulentur humo.

Hoc

*Hoc etenim tumulo Latiae pars maxima linguae,
 Atque vetustatis conditur omnis honos,
 Michaël Groeneweghen, Lipsiaræ
 disciplinæ alumnus, faciebat
 L. M.*

IN OBITUM
 JUSTI LIPSI V. C.

Epicedion.

FERALES numeros & lamentabile carmen
 Ægro animo, nigraque obseptus nube doloris
 Ordior. An Cyrrham mihi fas atque antra movere
 Delia? an Aonius precibus ambire sorores?
 Et jus & fas est. nec enim parva umbra cietur:
 Manibus, heu, lacrymas LIPSI damus, illius olim
 Mystæ Phœbe tui, æque tui, Polyhymniæ, coctus.
 Ergo seu rupes vos Thespiæ, sive bîvertex
 Parnassus, docti vè tenent jugæ sacra Heliconis,
 Seu nemorum ramosa domus, secretaque sanctæ
 Castaliæ, secreta animis gratissimæ vestris,
 Sufficito infando vocem ingeniumque dolori.
 O nostrum quondam LIPSI decus! ô mihi chari
 Patris amate vicem, quis te rapit, heu, mihi livor?
 Quis festinatis, heu, sic intercipit annis?
 Siccin' abis nostri sidus mirabile sæcli,
 Siccin' abis, nec te post usurpare licebit
 Amplius hisce oculis? non auscultare loquentem,
 Et dignas adytis voces dimittere in aures?
 O Atlantiade, & cum virgine Phœbe patrimâ,
 Vos decuit, decuit vos intercedere jussis
 Fatorum, & vestro noxam defendere alumno:
 Quò nil Cecropiæ tulerant præstantius arces,
 Nil latium vetus atque novum, nil Gallia triplex.
 Qui dignus Pyliæ ævi contingere metus,
 Atque omni tandem posito senioque situque
 Æsonis in morem revirescere sive lolæi.
 Saltim cygneam si vocem & jussa fuisset
 Excipere, atque aliquod supremo tempore fungi
 Triste ministerium; si prono colligere ore
 Effugientem animam, calizantesque propinquâ
 Claudere morte oculos, mœstûm vè subire feretrum,
 Solamen tanto sit lenimenque dolori.
 Nunc est omni: xpers fomento plaga, nec ulli

Ad sanum costura die: nunc prorsus in ima
 Viscera totum ensem & vitæ secreta recepi.
 Nec certe Agilen gravioribus externavit
 Ludibus interitus leivior: q̃ parentis acerbum,
 Quam me nigra dies properataque supera LIPSII
 Nam quamvis nulla consanguinitate propinquum,
 Hic me non alio complectebatur amore,
 Quam si sanguis ego verè ipsius: omnia nobis
 Unus erat, quæ læva mihi simul omnia Diva
 Abstulit. O uti nunc amor ille & cura paterna?
 O ubi spes, ubi votorum mensura meorum?
 Arx ubi præsidiū, mque meum? qua sospite orabam,
 Toto animo, cælumque manu contingere rebar:
 Pampinus ut palinesque tener, cui grandior ulmus
 Firma pedamenta & ramorum fulcra ministrat,
 Mox animos tollit, mox dulces cogitat uvæ:
 Ah, quis litterulis jam compellabit amicis?
 Quis dubio responsa dabit? quis fulgida cæcis
 Errorum in tenebris præpandet lumina menti?
 Quis varios ægri sedabit pectoris æstus
 Dulcibus alit, quis, postliminioque reversum
 (Si quando hoc varq̃ Superis damnabimur equis),
 Excipiet blandæque præmet mea colla lacertis?
 O cælum! ô tellus! ô falsipotens Neptune!
 Omnia mi periere, illi cum lumen ademptum,
 Qui mihi lumen erat; jam nox manet atra dolorum,
 Omnia jam tristi mihi tempora felle madebunt.
 Nec me sacra iuxerunt, quorum percussus amore
 Amè fit is; valeant mea quondam gaudia Musæ.
 Tantum flere libet, luctum pro LIPSIO amabo,
 Et rudibus cantabo modis lacrymabile carmen,
 Quale vel Alcæus in littoribus desertis,
 Vel sub populeâ modulatur Dauliæ umbrâ,
 Pignora cum nilo detraxit callidus auceps.
 Ipse cum socii Charites grege Fontigenarum
 Tam cari capitis queritatur præcoque fatum,
 Et gemitu & lacrymis & ludifono concentu,
 Castaliisque timent posthas ne fontibus humor
 Desit, & assuetæ silva arida denegat umbras.
 Adde & Musarum comites, & quotquot ubique
 Virtui Sophieque litant, omnibus ægrè est,
 Omnes excessu LIPSII tenerè illacrymarunt.
 At misera ingemunt ins lugubres Belgica lessos.
 In cælum & Superos liberrima verba profundit,
 Dinumpitque finus, nudataque pectora plangit,
 Aut deturpatos laniat sibi pulvere crines,

*Luctu amens, tumuloque inconsolabilis hærens,
 Elysium contra Chaos; & jucunda vireta
 Fortunatorum nemorum tanti hospitis ergo
 Lætitiâ plausuque fremunt: hunc agmina stipant
 Semideum Heroûm; hunc certatim undequilique magnæ
 Advolitant animæ, mirabundæque pererrant
 Luminibus tacitis, sociûnque adungere gaudent:
 Haud aliter quam cum fæto patris edita busto
 Prodit avis, magni tendens per inania mundi
 Ad Ptolamæas Arabum de fribus oras,
 Alituum coit omne genus, sulisque volucrem
 Attonitæ denso circum agmine conglomantur.
 Salve supremum Suadæ ilibita medulla,
 Doctrinæ Sophiæque penus, clarissima prisci
 Fax ævi, & veterum scriptorum acerrime vindex,
 Humano propè minor, & egregium indulgentis
 Naturæ specimen, LIPSI optime maxime salve,
 Supremumque vale, facilisque hos pectore ab ima
 Depromptos gemitus atque illætabile murmur
 Accipe; si mea non odiosa ingrataque quondam
 Musa fuit; si te mappam mutente, tuisque
 Auspiciis primum spatia hæc decurrere coepi.
 Accipe quod præstare Diis hîc manibus unum
 Offusosa potest pietas, quæ soluere iusta
 Mens ægra ac magno valet oblimata dolore.
 Posterius cum me patriæ fors prospera reddet,
 Cotidianus busta salutaturus adibo,
 Et benè, mi Doctor, repetam, placideque quiescas:
 Cotidie flores ferti simul atque soluti
 Plenis spargentur calathisq; his, urnaque felix
 Myrrhâ & Achemenio semper stillabit amomo.
 Semper apud memorem meritorum gratia stabit,
 Et sincera tui reverentia. Non potes ullos
 Parca ferox magno fines præscribere amori,
 Non potes; ipsa suis paret mens legibus, omni
 Libera hero, nullis docta inservire lupatis,
 Quid lixi? quid scripta? quis illis marmora & altas
 Pyramidum sumptus animosæque conferat æra?
 Hæc ferro, hæc flammâ fugitivorumque caduca
 Ictibus amorum: nulla illis tempora, nullæ
 Sunt metæ; quævis leget ac mirabitur ætas.
 Namque olim Genio sunt nota Diisque secundis,
 Sæpius & dîo rore imbuunt alma Juventa.*

Philippus Rubenius Doctori suo
 M. P.

IN V. C. JUSTUM LIPSIUM EPICEDION

Ludovici Noni Doct. Medici.

MAGNA anima, æthereum quam supra exivit Olym-
pum

*Aeternus Genitor, folioque locavit avito;
Da faciles threnis aures, ne subtrahere vultum,
Nenia funereos mea dum persolvit honores,
Et bustis extrema tuis epicedia cantat.
At quinam gemitus, vel quæ limenta dolori
Sufficiunt: claros cineres quæ Præfica, LIPSI,
Perfundet lacrymis? an quæ moestissima mater
In Sipylo queritur bis senas Tantalus urnas?
An fletu liquefacta suo Meandria Biblis?
An Phaëthonteo quæ in funere dirigerunt
Heliades? an Eois emersus ab undis,
Ferales planctus Hyadum chorus occinet orbi?
Tu longæva Themis, doctæ tu Pallus ab arce,
Dic tumulo lesos, & snultantia luctu
Plectra move; & taxis crines & tempora vela:
Ante fores nullo frondescat culmine laurus,
Sed plorata tuos postes cyparissus obumbret;
Nam cecidit vates Helicon tuus. O ubi tristes
Siccabis lacrymas Grudium? quanto undique questu
Pulpita, Cecropius certantia pulpita Athenis,
Moesta sonant? va, uelugent Doctore cathedra.
Mantia sic magni in Ciceronis funere Roma
Ingemuit quondam; Latiorque silentia lingua,
Vos septem colles, vos flestis rostra Quirini.
Sanctius equis enim celuit sacraria Phœbi?
Gorgoneo admovit quis dignius ora liquori?
Testis inexhausto est facundia pectore dives,
Seu lubui vincire modis effaminat certis,
Seu lubui voces animare lepore solito.
Qualiter asurgis? quàm denso pendere mentes
Affixis & dulci perfundis mœta: e sensus?
Non tibi Nelides, non se tibi conferet Heros
Dulchilius, brevitare potens non frater Atridæ.
Non tua Tellemis turgescit pagina nugis,
Aut populo phaleras, & inania cymbala vendit;
Sed solidæ passim virtutis semina spargit,
Lectoremque avidum generoso replet honesto.
Nec tibi inerosâ dictatur epistola curâ,
At facilis nullæque venit impulsâ labore:
Non jejuna tamen, ridenda aut illa du. it,*

Cecro-

*ecropio sed melle madet Latioque lepore.
 u miseros Belgas, afflatos turbine belli,
 rigis eloquio, magnis que horcatibus imple:
 t ita nos docuit Conſtamtia ferre pericla,
 itque animum infirmum triplici firmare metallo,
 ortunæ ad verſus ludos, & lubrica rerum,
 u veterum mores ſcabrâ rubigine ſæli
 tripis, atque novo cogis ſplendeſcere cultu.
 Per te nigrantes Mauortia Roma favillas
 Excutit; & longæ poſito ſquallore ſenectæ,
 Ecce alios iterum melior juveneſcū in annos.
 Jam priſcas miratur opes, & robor a regni,
 Et modò Tarpeio Capitolia celſa Tonantis
 Fulgure colle ſupet; circum delubra Deorum
 Obtundunt trepidos oculos fulgore metalli.
 Innumeri hinc arcus, ſpoliis que ornata trophæa,
 Hinc Thermæ occurrunt, hinc admiranda Theatra:
 Delicias que ſuas, ſævæ ſpectacula arenæ,
 Atque Theatrales gaudet cognoscere plauſus,
 Conſilijs, monitis que tuis, veſtigia Regum
 Lubrica componis, Conſi penetrabilibus hauſtis,
 Queis populos juſtis valeant compeſcere habenis.
 Jam te quis Martis tenuit felicibus artes?
 Militiæ dum priſca doces præcepta Quiritum:
 Queis tectus veniat telis in prælia miles:
 Quâ deceat poſſâ, vallôve includere caſtra:
 Mænia quàm vario proſternat Machina pulſu.
 Martia quæ tantum pubes miratur, ut ultro
 Cedant arma togæ, concedat laurea lingue.
 Singula quid memorem? non veſtigata priorum
 Ingenijs, tenebris que diu damnata profundis
 Extrahis, & primus luci committis apertæ.
 Te ſine Zenonis latuiſſent ſcrinia, magnum
 Crantora quis noſſet, demorſoque ungue Cleanthem,
 Nitu Stoicidum renovaffes atria ſictæ?
 Quid loca ſenta ſitu Scriptorum, aut merſa veterno,
 Vindice te, referam ſolium ſpirare decorem?
 Non tot in Aug.æ ſtabulo exanilaſſe labores,
 Euryſthi imperio, fertur Tyrrinthius heros;
 Toedia quot paſſus, dum cæſâ nocte latentes
 Eripi Actores, mendis blattis que fugatis.
 Luce novâ melior Tacitus, Senecæque coruſcant;
 Atque alij Proceres, Latium quos vidit & Hellas,
 Pilolo ornati, raſo te vertice, LIPSI,
 Sectantur cuncti: ſic libertate receptâ,
 Hoſtili fuerant quondam qui carcere claſſi,*

*Lata triumphalis comitantur firmata pompa.
 Quàm tibi blanditur Jessèi germinis alitrix?
 Illa, cui extremos calamus servavit honores;
 Dum quæ Belga videt, per te miracula vulgat,
 Quæque prius Hallis, nunc patrat Colle Sichemi;
 Talia, quæ veniens avida bibet aure vetustas,
 Furatâsque dabit Fidei evanescere pesies.
 Sed quid ego hæc, inopi sperem deducere venâ,
 Ingenii monimenta tui; quæ dicere fama
 Nulla potest, quamvis centeno personæ ore?
 I Musa, & cordis te per penetralia gyrans,
 Arcanos animi penitus expende recessus.
 An referes faciles & non sine pondere mores?
 An niveum, & nullâ tinctum ferrugine pectus?
 Quæ probitas oris? frontisque modestia quanta?
 Illa dedit sævas te sustentare procellas
 Invidia, & rabidæ contemnere proelia lingue:
 Nec tua in alterius jugulum facundia famæ
 Hac duce descendit, dentesque armavit acutos:
 Sed cum alii plenis spargunt convivia plaustris,
 Innocuos tantum lusus sine felle reponis.
 At quid in immenso laudum æquore naufragus erro?
 Nam decus hoc, dignum meliori vivere sæclo,
 Ah dolor! ah lacrymæ! mors invida sustulit orbi,
 Redderet ut cælo, cælestis particulam auræ,
 Utque novum patrio sociaret sidus olympo.
 Felix ô nimium LIPSI! qui saxa dolosa,
 Et dubios vitæ scopulos, Syrtisque latentes
 Emensus, tandem tutâ in statione locaris.
 Jam tenebris expers, & verâ luce refulges,
 Illustres inter cuneos, Manesque beatos:
 Hic ubi perpetuo via lactea lumine candet,
 Unde hominum miserans despectas vivere inane,
 Ed Patriæ ancipites casus, & tristia fata,
 Respice nos felix; supremâque munera busti,
 Quæ tibi funesto solvit mens saucia luctu,
 Suscipe; & affectus ne despicere JUSTE benignos.
 Sic levior semper tellus tibi vernet in urnâ,
 Quæque sic tumulo molli composita quiescant.*

GAU-

z Studioforum omnium comploratio
in obitu Amplmi L I P S I.

VALITER eversâ Gallorum cladibus urbe,
Aut illâ, psallens Nêro quam conspexit αλωσιν,
Tiles quicunque manus, quicunque Tyranni
gerat immeritis incendia concita tectis,
Veluti postliminio dein fortè videre
ntigerat dulcem patriam dulcesque penates:
Româ Romam quærebat, in adibus ades:
ro sacra & sancto, sacri sanctique ruinas
Iæstus, & angustis cinerem spectare theatris.
icubi deprendit vestigia nota locorum:
Dicebat lacrymans: Heu! en domus & sacra Vestræ:
Hic avus, hic nutrix, pater heu! habitare solebant.
Siccine non staturis rabies, non ira pepercit
Numinibus? Sic quando suâ Mors improba falce
(Annibale, & Gallo, & quovis mage sæva Nerone)
Messuerat LIPSI vitam: velut agmine factò,
Musarum cives adstant adstantque cadaver:
Hic sibi putronum, Sophiæ vixisse parentem:
Corpore cum fundto, CONSI perisse sacellum.
Quid quod APOLLINEI pars maxima suspirabat
Facturam TEMPLI, PACIS, VIRTUTIS, HQ,
NORIS,
Et PIETATIS? Erant etiam quævis visa jacere
Curia cum legum tabulis, cum sortibus urnæ.
Hic Prætor, Consul, Princeps, idemque Sacerdos,
Omnia erat. cuius si singula dogmata spectas;
Non quinquagenos vixisse, putaveris annos,
Quin & non hominem vixisse putaveris unum:
Sed doctos omnes simul, & tot sæcla, quot annos.

PIIS MANIBUS
Amplissimi Clarissimique Domini
JUSTI LIPSI

Sermis Principibus à consiliis, & Historiographi
Regii, Domini quondam mei
colmi.

BELGICA visa mihi cygnéo funera cantu
Flere sua, ut cecidit flos, sol, & gloria BELGI
LIPSIUS: ut turtur visa est mihi Grudia Pallas
Lugere abreptum consortem; squallida vulu
Plebs effusa, gemens atratâ veste iuventus.
Tuque igitur moerens lugubri Nænia voce
Aude agedum, singultanti aude pectore fractos
Edere singultus: hoc saltem munus herili
Postremum appendam tumulo. Sed nomen herile
Heu pectus mihi concutit, egressumque dolori
Præclusus negat ipse dolor: cùm virvida mentis
Illa tuæ LIPSI species mihi se objicit, illa
Fax Sophiæ, sedes Musarum, arx inconcussa
Virtutis, niveus Candor, Prudentia: verbo,
BELGI delitium nostri: illa audita, probata,
Visa mihi quondam heu facies. Sed LIPSIUS ille
Ecce fuit: quem, seu gratum misceret amico
Congessu alloquium, gravior seu pulpita sermo
Compleret, veteris fundentem mella Süssæ,
Obstupuit toties Academica lecta iuventus;
Gallus, Belgæ, Italus, Germanus, Sarmata, Iberus.
Quis non obstupuit? rapitur tamen: invida sorti
Heu fata humane! Europæo hic unus in orbe
Cunctorum applausu, votis, atque ore petitus,
Abripitur: populi vanos i quære favores,
I regum capta fumos, & nomina quære!
Inspice vestitum diversis floribus hortum:
Quò quisque aspectum meliore colore iuventis
Detinet, & grato nares magis implet odore;
Hoc spoliatori magis est obnoxius Austro.
Quid tamen, ô miseri, querimur? mortalia passus
Mortalis, supra mortalem nomine vivit:
Vixit & æthero, vivo, felicius orbe.

Cultus & moeroris testimonium
M. P. Joannes Bleuwart
Athenis.

IN

IN OBITU
JUSTI LIPSI V. C.
Epigrammata.

I.

ERGO abiit mœstis nunquam rediturus amicis,
LIPSIUS insanæ mortis ad arbitrium?
Ille sacer Phœbi mystes, doctæque Minervæ,
Virtutisque omnis, LIPSIUS ille abiit?
Illène quem Grudii nuper stupuere loquentem,
Semina doctrinæ dum meliora jacit?
Ille suis scriptis qui totum ornaverat orbem
LIPSIUS, heu Fati tristia jura, abiit!

II.

LIPSIUS hoc parvo tumulo jacet, haud jacet; erro:
Non adeo exiguo clauditur ille loco.
LIPSIUS immensifactus novus incola cæli,
Nunc lætus terras despicit & maria:
Quæque prius mundi calamo damnarat & ore
Vana, magis ex vero vana fuisse videt.
Attamen in mœsto quid vult sibi marmore nomen,
Quodque illo dignum nomine carmen adest?
Nempe reformandus vitæ melioris in usum,
Hic veteres posuit LIPSIUS exuvias.

III.

Quisque dehinc venies Grudiam novus hospes in urbem
(Curapia est) LIPSI da tumulo inferias:
Et castas superadde preces, meritumque dolorem:
Causa tibi numquam justior ulli fuit.
Quâ sit iter, quæris? tædâ præeunte rogali,
Ad magni ducent tristia busta viri
Pierides mœstæ. mœstâ hinc cum Pallade Divas
Tres, quibus in doctos par amor atque fides,
Fœdatis cernes liventia pectora palinis,
Sidera flebilibus surda ferire sonis;
Crudelesque vocare deos; sua damna vocare,
Hoc moriente, unâ non potuisse mori.

Petrus Pantinus, ad D. Gudulæ
Bruxellis Decanus.

P A R -

PARCITE, LIPSIADÆ, lacrymis queruloque dolori,
 Qui facitis IUSTO iusta suprema meo.
 Non obiit, sed parte sui meliore superstes,
 Elato ad tumulum funere, vivit adhuc.
 Mors rapuit mortale, nihil conceditur ultra.
 Quod perit, terræ portio quanta fuit?
 Tam parva, ut vix ulla: Volat nam mole soluta
 Corporis, in tenues pulvis ut umbra, Notos.
 Sed probitas animi semper spectata manebit,
 Et virtus, morum candor & integritas,
 Hi comites illum ad sedes duxere beatas,
 Cum grege victurum tempus in omne sacro.
 Nec minus in terris doctrinæ gloria durat,
 Vivit, & in summo culmine vernat apex.
 Quæsitum est dectis ingenio, quod nulla vetustas
 Imminuet. Studii nec monumenta dies.
 O claram meritis animam! virtutibus ornat
 Sidera, tellurem moribus, arte libros.
 IUSTE, tuum memori nomen cantabitur ævo:
 Aternus, tua dum scripta legentur, eris.

Joannes Bochiuss, S. P. Q.
 Antuerpiensi à Secretis.

I.

SCILICET una dies, crudelibus insita fatiis
 Abstulit, heu! nobis morte nefanda Virum.
 Egregiam verò laudem scelerata tulisti,
 Dum tenues artius, lassaque membra necas.
 Huic saltem poterat, ô effrenata voluptas,
 Parcere. non deerant corpora digna mori.
 Excidit ingenium, mediis quod fulget in astris;
 Musarum tenebras detenebrare potens.
 Romani perièrè sales, perièrè lepores,
 Et perièrè omnes deliciae & veneres.
 Belgica lugubri nunc tota dolore fatiscit,
 Tristitiæ obducit pectora mœsta situs.
 SALVE Musarum sublimis gloriæ, SALVE
 Mundi miraculum: molliter ossa cubent.

II.

Si laudem Pietas ullam sincera meretur
 Veris suis cultoribus:
 Eximia si quæ est Doctrinæ gloria: doctæ
 Et si quæ laus Facundia:
 Si summis inisque viris placuisse, malorum
 Hastem fuisse perperem,

*Est vite locuples testis vindexque probatæ;
 Ipsis crepantibus invidis:
 Ecquis te, LIPSI, vixit felicior? ecquis
 Te mortuus beatiôr?
 Non igitur, LIPSI, te lugeo; lugeo nullos
 Supereſſe nobis LIPSIOS.*

Franciscus Swertius F. amico heu ! quon-
 dam Opt. Max. ſupremum hoc H A V E
 atque VALE moerens meritoque ſcripſi.

IUSTVS LIPSIVS nec obiit nec abiit.

QUÆREBAM moeſtus ſola ſola, aviumque volantũm
 AVIA ſectabar, nec comes ullus erat.
 Hærebat lateritantiũm DOLOR improbus, ille
 Ille, mihi LIPSI quem Libitina dedit.
 Ibat Tanariã cincturus tempora taxo,
 Multa ſuper Pãrcis & Phlegethonte querens;
 Increpitans Minoa forum, Rhadamanthum adamantem;
 Et rea Styx, illo iudice, tota fuit.
 Olli torvus ego, Cede hinc DOLOR improbe, dixi:
 Flere decet functos, hic nec obiit, nec abiit.
 Non obiit, quin ſuppeditat nunc ſidera IUSTUS,
 Celſique ſubmineã pervolat aſtra rotã.
 Non abiit, qui nunc etiam per docta vagatur
 Ora virũm, & populi multus in ore ſedet.
 Sicne mori mors eſt, comitat quam vita perennis?
 Funus id eſt, à quo major in ora venis?
 I nunc ſtulte DOLOR, funus tam nobile plange?
 Non erat hoc FUNUS, improbe, FOENUS erat.

Cenotaphium.

*Sunt Buſto in Pario, ſunt qui tumultantur eterno;
 Sunt qui marmoribus, LIPSIUS in lacrymis.*

B. B.

LIPSI laudibus nemo par.

NEMO te lacrymis, LIPSI, neque laudibus ornet;
 Non lacrymæ, at plauſus funera ſancta decent.
 At qui te laudare volet, velut Icarus alter
 Nominis Oceano mergitur ille tui.

In

In Imaginem ejusdem.

*Hæc LIPSI, sed non LIPSI unius, at simul ipsa
Et SENECAE, & TACITI, viva & imago
TITI.*

Tumulus ejusdem.

*LIPSIUS ille jacet, simul & CONSTANTIA in illo,
SVADAEQUE, & HISTORIA, & prisca SOPHIA
jacet.*

Chronographicum.

*LIPSIUS, heV, perlit: qVid flet? scILICet
ILLVd,
Lege noVa Vt dīCas tV qVoqVe phœbe
MorI.*

*Maximilianus Vriendtius
V. G. à Secretis.*

In JUSTUM LIPSIUM

*VOCe, manu, vitâ, Studium tibi maxime LIPSI,
Perpetuò cunctos erudiſſe fuit.
Et Stilus & mores non paucis unde novati
In melius; placuit quæis tua scita sequi.
Ut, utinam accedat! sic ut te nempe sequantur
Omnes in prisca Religione ducem.*

In pennam LIPSI ad aram DIVAE HALLENSIS.

*VIRGO parens, Hallis celebris, donaria templi
Multa tholo pendent & pretiosa tui.
Penna lo, um at LIPSI tenet inter ea inclita primum,
Cui conferri aurum, gemma nec ulla queat.
Gemma ævo pereunt, ævo consumitur aurum,
Penna viri docti semper honora manet,*

Ad LIPSIUM super DIVA ASPRI- COLLE.

*Qui calamo HALLENSEM produxisti tam bene DIVAM,
SICHEMIENSI iidem, LIPSI, age pegma strue:*

Nec

*Nec moveare, pium hoc opus etsi rideat amens
 Impietas. Honor est displicuisse malis.
 Risit inane ARCAM salientem DAVIDA Michol;
 Ille tamen laudem, dedecus ipsa tulit.*

Tumulus LIPSI.

*Hoc tegitur corpus Magni sub marmore LIPSI,
 Sed tegitur nullo vivida fama loco.
 Quo moriente dedit gemitus SOPHIA alma, sibi que
 Supremum metuit tristis adesse diem.
 Quisquis ades, bene dic cineri, bene Manibus opta;
 Præmorum primum non coluisse, nefas.*

Numerale.

soL tVVs, heV, CasV defeCIt beLgICa LIpsI;
 perpetVò fVLgens LVX taMen Inde VIget.

Aliud.

LIPsIVs hIC sItVs est, fLos beLgICæ & orbIs oCeL-
 LVs.
 ManIbVs eXoptet qVIsqVe qVleta pIIs.

Aliud.

LIPsIVs oCCVbVIt deLI sophIæqVe faCerdos.
 LVgeat hIs dIVIs qVIsqVIs aMICVs adest.

Aliud.

qVò rVat InfeLIX eXoMnI, heV! beLgICa parte,
 In VIdIâ fatI LIpsIVs eCCe IaCet.
 Ius laude coronat.

LIPSIUS è cœlo in terram descendit, & idem
 E terrâ in cælum se se iterum recipit.
 Despicit inde hominum curas sublimis ab alto:
 Nos illum è terrâ sufficimus miseri.

Gif. Bultelius Clytius.

I.

VIDERAT enisam priscæ ad fastigia famæ
 Fors Romam unius subsidio calami:
 Vidit, & invidit; rabidoque accensa furore
 Effudit querulotalia verba sono:

)()()()(

Ergo

*Ergo Urbem erectam mihi tot sæclisq; virisq;
 Una manus orbi tam citò restituet?
 Ergo urbem eversam mihi tot sæclisq; virisq;
 Una manus orbi tam citò restituet?
 Etatem ergo ferent melius quam marmora chartæ?
 Artificem perdam; perdere opus nequeo:
 Dixit: & in LIPI contorsit viscera telum.
 Ille cadit; lapsi stant decora alta tamen;
 Roma vetus, Regumque animis præcepta regendis,
 Et quæ intoncuissum tristia ferre docent.
 Dignum illi si grata voles dare Roma sepulchrum,
 A tumultu ad vitam te revocata dabit.*

II.

*Quidquid in unum acti dederunt tibi Roma, Quirinus,
 Emiliū, Decii, Scipiadae, Fabii:
 Quod Curius, quod Fabricius, Brutique dedere,
 Reddidit hoc unus LIPIUS omne tibi.
 Gallia te læsit stantem; sed Belga Camillus
 Collapsam in formam restituit veterem.*

Thomas Seghetus Britannus
 Præceptor optimè merito P.

I.

DOCTORUM fidus, Belgæ decus, orbis ocellus,
 Deliciæque hominum, deliciæque Deum,
 Omnia terrarum famâ complexus, ad astra
 LIPIUS hinc abiit; jamque Deum ore bibit.
 Crescere non potuit per totum diditus orbem:
 Quo crescat, tantum cælum erat; hoc adiit:
 Illustresque Animas inter, Divosque receptus,
 Neclare & æternis pascitur ambrosiis.
 Exuvias Animi posuit Meminerva trophaum,
 (Haud bustum) quod non atteret ulla diis.
 Cui gemina Hesperia, & Celtæ, & Germania, & Angli,
 Et quidquid terræ sol videt, invideat.
 Quare sollicitas Elegera siste querelas;
 Præficaque hic nullas elcito lacrymas.
 Nemo ferat plandus, aut singultantia verba,
 Mistâque moestis suspiria cordoliis;
 Ni qui Virtutem & Doctrinam splendidum inane,
 Nosque immortales morte perire, putet.

II.

Dum vegrande Animi bellum componit, & usque
 Constanti sortem robore ferre docet;

Omni-

Omnibus obijciens aduersis pectus ahenum;

LIPSIUS, hac * libro verba suprem. dedit :

Fure ego nunc acclamem : Ε' Φυγον κακον, δεξν αγαθον.

Effugique malum (DI!) reperique bonum.

Scilicet ille Deo plenus, certusque futuri,

Non potuit sese fallere, non alios.

Ut dixit, cecidit. Fugit mala, gaudia nactus,

Nunc calo magnus, magnus ut ante solo.

Æternæ summi Viri Memoriae

Teneremondæ posuit

David Lindanus Gandavenfis.

Ad Litterarum Consultos, aut candidatos.

CUM Phœbo & Musis nuper quicumque soletis

Contrahere, & iusto dona fui titulo;

Parcite vos moneo (nisi si irrita dona placebunt)

Abs illis posthac aut cupere aut capere.

Nam sine nil possunt tutore auctore Camœnæ:

LIPSI, pupillus tutor & auctor eras.

Gaugericus Rivius.

ORDINE postremus, LIPSI doctissime, scribo :

Etsi inter primos primus amore fui.

Ingenitum colui, doctrinæ lumine clarum:

Utraque condecorant munera, Vita, Fides.

Rostro carent lingua, Facundia Principe, summo

Præceptore Scholæ, prisca caterva Duce.

Sed tua supplebunt tantam monumenta ruinam,

Quæ nulle egregiis anteferenda libris:

Calitrat in stimulum, dum te petit invidus ore:

Nam te laude homines, luce Deusque beat.

Richardus Stanihurstus

Hibernus Dubliniensis.

ERYCI PUTEANI

IN

JUSTUM LIPSIUM

PIETAS,

BREVI NENIA

expressa.

LATAM, Musæ, Lyram doloris iudo

Conde murmure : Tibiamque prome

)()()()(2

Apriam

*De Con-
stantiâ
cap. ult.
versu ult;

Aptam lugubribus Sacris, modisque
Gratae nunc PIETAS obire mentis
Suadet officium, FIDESQUE suadet;
Accessa Voce. Stiloque. Nam suavia
Odit delicias Loquela; amatas
Odit deliciae Tabellae, & hornis
Urgetur lacrymis. Nec sunt Loquela
Iste deliciae, nec sunt Tabellae
Istae deliciae: at Feraliorum
Atrâ imagine vulnus, atque finus
Heu! magnum, miserum, atque luctuosum
Hæc Tabella refert, refert Ioquela.
JUSTUS LIPSIUS occidit, *virorum*
Ille Maximus Optimusque; Musæ,
Et Suadæ & Sophiæ decus vetustæ;
Ille MORIBUS inclutus VETUSTIS:
Orbum lumine qui reliquit orbem,
Orbum numine qui reliquit orbem.
Lumen nam fuit illi Litterarum,
Nomen & fuit ille Litterarum:
Ipse. Musæ, Minerva, Suada, Apollo:
Heu! THALESQUE meus, Paterque sancto
Doctrinæ melioris instituto.
Duram ô præcipitis necessitatem
Fati! quæ violenter æviterne
Carpit exuvias Viri Dei que,
Carpit exuvias mei THALETIS.
Quis desiderio pudor modusve
Tam cari capitis, Viri Dei que,
Tam cari capitis, mei THALETIS?
Largo proluiter dolore pectus,
Largo proluiter dolore cera;
Et sub os tremuli stili. frequentes
Pressi stillæ animi replent, PIUMQUE
Laborem violant. Quid ergo? cesso:
Nec totum Tabula hauriet dolorem.
Vos mecum querulam mei SODALES
Vocem fundite, quotquot estis, omnes:
JUSTUS LIPSIUS occidit, *virorum*
Ille Maximus Optimusque; Musæ,
Et Suadæ, & Sophiæ decus vetustæ.

Ad Maximum Æmylianum Vriendtium,
 de Morte C. V. JUSTI LIPSI.

ECCUIS MAXIME, quis modus dolori?
 Quis finis lacrymis Simonidæis?

Quæ

*Quæ torrentibus ambulant per ora
Insolabiliter caduntque guttis
(Heu!) vevandibus ac perennè densis.*

*Busta LIPSI A, LIPSI O am. tes
Usque & usque sonas, & usque & usque
Oculos nebulas, & inquieta
Longo pectora concoquis dolore:
Mox deficiulusque lacrumando,
Et defianimus dolend. fies.
Quare desine, quæso, lacrymarum.
Ecquid te teris, e. quid emedullas?*

*Ivit LIPSIUS, ibimusque cuncti,
Si probus fuit, & fuit pudicus,
Nec vanus Heliconidum Sacerdos,
(Sed probus fuit, & fuit pudicus,
Et sanctus Heliconidum Sa. erdos)
Jam nunc sidera c. hat, & superbum
Felix sub pedibus terit Olympum.
Quare sit modus improbo dolori,
Et justas lacrymæ audiant habenas:*

*Ivit LIPSIUS, ibimusque cuncti,
Mori Christicolis piis, probisque,
Non est, crede, perire, sed præire,
B. B.*

Ad eundem Max. Vriendtium
de Cl. V. JUSTI LIPSI scriptis.

IUSTORUM amantur LIPSANA.
*Si busta quæ fall. nt nigra:
Nos JUSTI amemus LIPSANA,
Post fata quæ liquit sua.
Sed LIPSI quæ LIPSANA?
Chartæ disertæ, MAXIMÆ,
Chartæ elegantes, masculo &
Chilonio scriptæ stylo,
Zenoniæque pectore;
Nec insuetæ ceu Bavi,
Aut caprimulgi Mævii:
Sed vel Maronis ausibus
Vel Tullio dignæ legi;
Grajo salino, & Italis
Tinctæ affarim leporibus:
Quas docta Carmentis suas*

Non nōlit, & Plato suas;
 Quas cana pennipes Anus
 Dea Centilinguis prædicat
 Post æra victuras diu,
 Libaniidesque post cedros.
 I nunc in ligne LIVOR, i,
 Ubi æra fulva triveris,
 Purasque roseris cedros,
 Tum LIPSIUM redas licet.

B. B.

In funere JUSTI LIPSI V. C. Threnodia.

QUEM Phœbus citharæ decus,
 Quem Pallas suboles clara Diespiter,
 Et divina Themis virum
 Nascentem placido lumine viderant;
 Nunc mœstis querimoniis,
 Functum solliciti (non ita creditum)
 Ne quidquam repetunt Deos.
 Et serò querulos ingeminant sonos:
 Orbis Gloria concidit
 JUSTUS LIPSIUS. Hæu! parcere nescia
 Clotho, quid refecas colum?
 Orbem quid solito lumine detegis?
 Et quem Musa vetat mori,
 Famosusque labor; illaqueas tuis,
 Eheu! invida cassibus?
 Multis ille quidem flebilis occidit;
 Nulli flebilior tamen,
 Phœbi delictum quàm tibi Grudia
 Tellus. Quæ modò LIPSIUS
 Ornata, emerito fidera vertice
 Tangebatur duplicis poli,
 Dum docta irriguo LIPSIACI è penu
 Hauris flumina pectoris.
 Hinc te ferus Iber, te Rhodanum bibens
 Rhenumque, & Latium potens,
 Certabant paribus visere gressibus;
 Quos LIPSI, velut inchoitus
 Amphion lapides, doctiloquus sonus,
 Et traxit calamus frequens.
 Sed nunc Musa piis desine fletibus,
 Et frustra prece lugubri
 Sublatum ex oculis poscere LIPSIUM.
 Non si Calliopæ genus

Orphe-

*Orpheus contigerit Threiciam chelyn
 Thresæ sub Rhodopes jugis,
 Parcarum laqueis expediet caput.
 Illum Regia nobilis
 Succinctum viridi tempora germine
 (Quod curæ vigiles diu,
 Et sincera Fides promeruit) sacris
 Adjungit superam choris.
 Hic Cæli procères, hic Triados decus,
 Et quæ condita tegmine
 Suspexit cupidâ mente Sophos, videt
 Pulsâ nube beatior;
 Et nos jam memori numine protegit,
 Quos curæ variæ premunt,
 Donec sors eadem transvehat ad Deum.
 Parentabat L. M. Laur. Beyerlinck Antuer.*

GIS. BULTELIUS CLYTIUS

JANO LERNUTIO,

De obitu C. V.

JUSTI LIPSI

AUDEAMNE LIPSII *umbras versibus Trochaicis,*
Belgicæ in luctu calente, Iane docte, prosequi?
Luctus est gravis, Trochæi sunt leves, non convenit.
Publico ergo in dolore conticescam? Non queo.
Sed tibi, tuoque liquens Vrientio gravis tubas,
Bella quæis cruenta Regum detonantur fortium,
Si Trochaicis minutis ego vicissim succinam,
Non viri irascentur umbræ: Verum ut in concentibus
Muscis diversa vocum consonant discrimina,
Nec minus remissa, quàm cantensa, laudis obtinent.
Sic meis nugis futurum spero: nec Manes pii,
Anserem tot inter unum strepere olares, abnuent.
Belga quis verus taceret, occidente Belgicæ
Luce? Quis genas habere in funere hoc siccas queat?
Funeris lamenta levis voce, nemo flebili
Non canat, seu Eluder ille, sive Brabantus fiet,
Seu Walachrus, seu Batavus, sive Regi pareat,
Seu lugum boni PHILIPPI per tinax excusserit.
Aurea est audita cunctis vox disertæ LIPSII:
Nulla tam remotæ gens est, LIPSIIUM quæ nesciat,
Non honoret, non adoret, sæculi sui decus.
Alium mirantur omnes, in Sabæis montibus.

Unicum ex suis renasci cineribus: utinam Dei
 LIPSIUM ex suis renasci cineribus dent denuò!
 Conferat libenter omnis orbis ad tumultum strues,
 Fistulam suavè olentem, cinnamum, atque aromatum:
 Quidquid æstuosus Indus, Persa quidquid colligit,
 Quidquid aut Panchaïa thuris, mollis aut Arabs habet;
 Quæ suo incendat calore Apollo Pandionius,
 LIPSIUS Phoenix novellus Belgicæ unde prodeat.
 Sed movere vota Divos non valent; inamabilis
 Parca cum semel caducæ fila vitæ inçiderit,
 Phœbus ipse homines ab Orco non queat reducere.
 LIPSIUS sibi sed ipse consulit bene, atque apud
 Posteros nomen perenne parat, & æternum decus,
 Nulla quod minuere possit Parca, nulla injuria
 Temporis delere, quin succrescat, atque floreat
 Indies magis magisque. Sola vel CONSTANTIA,
 Omnibus translata linguis, omniumque calculis
 Adprobata, nomen ejus, ære quodvis firmius,
 Donat immortalitatis æviteriâ gloriâ.
 Quisquis hanc legit, ferendis rebus adversariis
 Fortiterque, alacriterque, strenuus se comparat:
 Nectimebit, fractus orbis si ruinâ concidat:
 Par sibi unus, integerque, totus imperterritus,
 Intus indictus, foris que. Nec libris constantiam
 Predicavit, sed reapse LIPSIUS constantiam
 MORIBUS fideque PRISCIS semper ipse exercuit,
 Publicè, privatim, ubique. Haud diffitentur æmuli,
 Non prius dictus Batavis, non obesus Westphalus,
 Qui virum vidèrè fortem, & prorsus immutabilem,
 Nec novam se qui inter ipsos tot Novatores, Fidem
 Cetera ejus scripta quis non unice admirabitur,
 Plena succi, plena mellis, & vigoris masculi?
 Cuncta sunt nervosa, cuncta plena sunt mysteriis.
 Ille namque antiquitatis adfluens armarium,
 Quidquid abstrusum & remotum in literis bonis fuit,
 Protulit nobis in usum, & publicavit omnibus.
 Jam tacent Musæ Latine, conticente LIPSIUS,
 Luget & Parnassus ipse, Gratia afflictim dolent:
 Ipse ego, vidisse numquam LIPSIUM cui contigit,
 Totus ah! mœrore tanti in morte tabeo viri.
 Nemo non amusus, excors, blennus, atque barbarus,
 LIPSII dolere morte non potest vel maximè.
 Sed necesse cum sit omnes emori, qui nascimur,
 LIPSIUS mortalitatis ritè cursum exegerit,
 Laude summâ, summo honore, quem locum adsignaverat
 Rex supremus, iste noster optimè cura verit;

Indi-

*Invidere non decebat parta ei sua præmia,
 Quando jam mensis Deorum gratus hospes accubet,
 Nectar Ambrosiamque pascens, cum beatis mentibus,
 Imperator evocavit, sponte paruit sua:
 Fata duxerunt Valentem, non coegerunt sequi.
 Lux beata, æterna, luci luceat Belgicæ.*

ΙΟΥΣΤΟΥ ΛΙΨΙΟΥ

τῶν βασιλικῶν διδασκάλων ἑλλογιμωτάτη
 καὶ ἐνδοξοτάτου

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ.

ΛΙΨΙΟΝ ὡς ὅλος μοῖρ' ἔσβεσε γῆρας ἔειπ',
 Γυμνήτιν Μῦσαις ἐκπονέοντα βίον.
 Δάκρυα θερμά χέουσ' ΕΡΑΤΩ, κόιν αἰθαλοέσσαν
 Κάτθετ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καὶ τίδ' ἔειπεν ἑπ'·
 ὦ πόποι! ἦ Φοῖβε πελεπὺς μέγα πῶμα παρώσθ',
 Καὶ ῥόον ὑψιπέτης ὃν ποτ' ἔκρψεν ὄνυχ',
 Ὅννεκα θανυμυσίῳ βιώτῃ νῦν κέλλειπεν αἰγύλλῳ,
 Ὅς λάχε παντοίης δῶρα διδασκαλίας.
 Καὶ μέλει θελξινὴ Πειθὺς στυγ' χάριματι δρέψας,
 Πιερίδων σοφίῳ εἰς κύκλον ἠρμόσαστο.
 Ἡμέαλα ζῶν διαγὰρ ἔ' πάντοσε φαιδιμον ὄρχ'·
 Ὁυρανίης ἤδη ἀμφιβέβηκεν ὄρεος

V. C. JUSTI LIPSI

Regiorum Interpretum eloquentissimi
 & præcellentissimi

EPITAPHIUM,

expressum ad verbum è præcedenti
 Græco.

LIPSIUS ut senii cecidit sub limine crude,
 Exercens Musis acrius ingenium:
 Tunc ERATO fundens lacrymas, candente favilla
 Opplevit crines: hæc quoque tristis ait:

)(()() (5

Quam

Quàm gravis hic casus Phœbi heu mysteria turbat!
 Quasque volantis aquas ungula fôdit equi!
 Desit æthereâ quoniam nunc vescier aurâ
 LIPSIUS, omnigenâ Palladis auctus ope.
 Qui toties hilâris gustato nectare Pithûs,
 Pîerium stricte clausit in orbe Sophos.
 Imò exsultat agens vitam : cui didita fama,
 Jam cæli geminum pressit utrinque latius.

Sebastianus Rolliardus.

Α Λ Λ Ο.

Ω^ς εἶνε, τύμβον ὅταν ἐφορᾷς τὸν ἀρχαῖον ΙΟΥΣΤΟΥ
 ΛΙΨΙΟΥ, ὃς σοφίας τ' ἱερῆς φάει καὶ
 Ἡδὲν περὶ τε νόον ἡνιτ' ἔς νίκησεν ἅπαντας,
 Ἐν τε λόγῳ περὶ αἵμα, ἐν τε λόγῳ μετρίκοις.
 Τὸν τ' ἄρα τύμβον ἄμφω Ῥώμης ἐπίβλεψον ἀνάκτορος,
 Μένειν ἑλὼ ἀνέγειρ' εἰς ῥυπαρῶν κηνίαν.
 Αὐτίκα τ' γ' ὅσιον Σοφίας ἐπισέρκεο τύμβον,
 Σὺν γὰρ ἀποθήσκῃ σῆδεῖ Λιψιάδῃ.
 Οὐκαμὶ δακρυχέαν τε καὶ ὀλβία δάχεο πάντα,
 Καὶ λέγε, Φῶ, ὁ μέγας ΛΙΨΙΟΣ ἐξέστηεν.

Idem Latinè.

HUNC JUSTI LIPSI tumulum quando afficis hospes,
 LIPSI, qui sanctæ splendor erat Sophia:
 Qui dulci eloquio mortales vicerat omnes,
 Seu vis arte chori, seu cupis arte fori:
 In tumulo hoc, tumulum Romanæ conspicias Urbis,
 Namque ejus studis nunc redidivâ nitet.
 Quin etiam hoc tumulo Sapiëntia conditur alma:
 Pectore cum LIPSI hanc interiisse puta.
 Funde jactur lacrymas, felicia cuncta precatus!
 Et dic: Heu! Magnus LIPSIUS occubuit.

Simon Bircovius
 Polonus.

Α Λ Λ Ο.

Οὐκ ἐπὶ θαλασσοπόρῳ ἄλγος νεότητι, Δίκα:
 ΛΙΨΙΕ, δ' πόλεον αὐτονόμῳ ἀγέλας.
 Οὐκ ἐπὶ κημηθείσιν πολέμων βεβήκον, ἔχ' ἡ χάλαζον.
 Πετρεβόλων λίξις, δ' Σενεκᾶ ἀρετὴ πίδαξ.

Ὅλα

Ω'λεο γὰρ. σὲ δὲ πολλὰ κατωδύσαντο μάστιγι
 Σαρματικῇ, ἔξαρχῳ δ' ἔδοξα Περσικῷ,
 Μυρσίνῳ κήρυκ' ἀρετῆς, γλυκερὸν εἶμας κόσμου,
 Χρυσάλυτον μέσος ἢ οὐκ εὐεφάνον.

Adamus Fabianus Bircovius
 Polonus.

A A A O.

Τύμβον ἐμεῖ' ὀρώαις· θάρος ξένη, ἡσυχῳ ἐμῇ.
 Ἄ'σπονδ' ἴθ'. ἃ θρήνων αἰτέω, ἔπε γόνον,
 Πρήξουσιν ὡς τ' ἀρετῆσι θεοῖς ἐναριθμῶ. ἔ'τως
 Ἡχάρις ἐρατὴν ἀλκοδότρεσσιν σφαῖραις.

Lucas Wyngaerdus.

A A A O.

Σμικρὸν κόνις ταῦτη ΛΕΙΨΕΙΟΥ λείψανον καὶ θῆ.
 Κόσμου ἅλ' φήμη σμικρὸς α' περιεσίνη.

Petrus Pantinus.

Anagrammatismus.

JUSTUS LIPSIUS.

PIUS STILI USUS.

NON te sola Themis decorat, non sola Sophia,
 Sola nec Aoniis Pallas amata viris;
 Sed magè te Pietas coelo gratissima LIPSI,
 Et sincera beat cum Pietate Fides.
 Hinc Mentisque STILI que tibi PIUS USUS, & alma
 VIRGINIS hinc sceptris facta stupenda tuis
 Excipis, & calamo tradis memoranda fidei,
 Quæ vigiles Halle, Collis & asper habent.
 Jure igitur superâ Divorum sede receptum,
 Te lateri VIRGO jungiet alma cupit.

Laurentius Beyerlinck
 Antuerpiensis.

Alius.

Alius.

JUSTUS LIPSIUS.
IPSUS 'ST LIVIUS.

LIVIVS IPSVS eram, sed littera defr'it una,
Heu nimis atroci littera rapt a manu!
Nam rosci primas ut carpsi luminis auras,
E mihi surripuit de tribus una soror:
De tribus una soror, furuâ q' a nocte creatæ
Ducunt barbatâ noxia fila colo.
Surpuit heu! & certa fides Eurostia namque
Inde fuit puero durâque diva seni.
Illu'neum limen ter defruit, illa penates
Sardoi dixi fidem esse meos.
At satus Japeto. si de meliore metallo
Finxisset fabrâ LIPSIÆ membra manu,
Si melior sanguis fuerat, si longior ætas,
Nec mors Pegasæo tam properata gradu;
Quod mea scripta docent, Musæâque turba fatetur,
Ipse adeo Livor, LIVIVS IPSVS eram.

Franciscus Sweertius F.



IN

IN HÆRETICUM LIPSIOMASTIGEM

Ad Carmen quod edidit anno M. DC. VI.

suppresso nomine: cui titulus,

MANES LIPSI ad Studiosam juventutem.

EGREGIAM laudem! dente insultare procaci
Mortuo, & in jactum jaculari crimina pectus;
In cineres sævire leves, & morsibus umbras
Impetere, & stolidè pugnam miscere sepulcro.
Quippe solent rostris lacerare cadavera Corvi,
A vivis fugiunt, abeuntque per alta, nec audent
Pungere, ubi poenis metuunt ultricibus iras.
Sic quoque corvix, dum Manes, Zoile, LIPSI
Rodere posse putas, & inultos ferre cachinnos.
O utinam in vivis & sospes LIPSIVS esset,
Quàm foret optatum, collato Marte videre
Cum ranâ certare bovem, cum mure leonem?
Quàm te vel minimo immotus discerperet ungue,
Momentoque tibi malè olentia tunderet ora?

Sed quid ais? quid nugarisve? tibi impius, excors
LIPSIVS ille fuit; quòd scriptis edere CHRISTVM
Non studui: potuisse tamen res prompta fateri:
Instituit mores, priscis à moribus; illis
Qui CHRISTVM numquam nòrant auctòribus usus.
Sic licuit: ne crede nefas, de sumere lucem
Exemplis monitisque patrum, quos cæca vetustus
Exclussit sacris undis & nomine CHRISTI.
Nec quoque (quod fingis) Lutheri dogma secutus
Calvinivè luem: scelus hoc in pectore tanto
Non stetit. Flaud illi Bataurum consortia virus
Aspersere intus: verùm incorrupta remansit
Mens veteres amplexa vias, nil excita fucis.
Vobiscum, numquam vester: licet arte putetur
Stultitiam simulasse loco, quò tutius iret.
At Statuas (inquis) multum veneratus, honores
Idolis dedit, ipse aliis ut gravior esset.
Sic belle hæreticus mordax: sic invidia Dæmon
Corda malus stimulat, quia scripto VIRGINIS almae
Intactæque Dei Matris miracula panxit.

Exquis

Et quis ita insanus, Numen qui cogitet ullum
 Includi ligno? quantumque ab imagine distet
 Res ipsa ignoret? statum non cultus habetur;
 Quod cælo vidit colimus, non stemmata nuda.
 Sed quid opus verbis? scitis: licet ore petulco
 Nos falsi insimulet, falsò gens æmula falsi.
 Non ergo Idolis servivit LIPSIUS atris,
 Dum castas aras visit dum templi MARIÆ
 Pronus adiit, supplexque dicat sacratque labores.
 Non ita, quod Telli voces & colat reliquit;
 Non ita, quod Plautus placuit, festinus & UMBER;
 Non quod Castalides sonet & Phœbeia dona;
 Credo animos stringit: quàm quòd toti explicet Orbi,
 Munifico quæ facta Deo VIRGO edidit HALLIS;
 Quaque recens natura stupet, dum COLLIS ACUTI
 Adjutrix populi decorat loca devia Mater.
 Hoc premit, hoc urit, diroque ad viscera telo
 Figit, & ad tantos linguam obmutescere testes
 Compellit, verum & tenebris dat noscere lumen.
 Et tibi, quòd scriptis voluit sudare prophanis,
 Nec biblis animum dedit, (ut vos turba rebellis
 Illotis manibus) divini Iudicis iram
 Censeatur dignus. Vah, quàm te fallit imago
 Vana & egens relictis? Sacris si sacra reliquit,
 Quis jure invidet? Proprii sua quisque talenti
 Proferat, alterius nec amet præcidere messem.
 Sed vos insulsi, ingenio pulsante superbo,
 Omnia libratís, sanctique oracula CHRISTI
 A vestris constant, vel squallent irrita sensis.
 Amentes tumidique nimis! Prudentior ille
 LIPSIUS, ille, oculos acres cui diæ Mineræ
 Unxerat, atque adytis dederat sese indere Patrum;
 Vidit, lustravit, novit, tenuitque quod olim
 Religio, impræsensque tenet, non mota sequelis
 Erronum, firmata Dei benè conscia verbo.
 Hanc coluit vivens, moriensque professus, & altâ
 Mente Deum CHRISTUMque sonans, sanctè horrida mor-
 tis
 Spicula contempsit, cælumque ambivit anhelus.
 Incastrum clamas igitur mi Zölle, & auræ
 Vestra leves invisita quatit tunditque Camœna:
 Sed facile est armis contectum, invadere inermem
 Carpere, quod præstare nequis, pigeat, pudeatque
 Absenti conferre manus, & fingere Manes
 Mentitos, ut falsa noter tua dicta juventus.
 Vos juvenes, quæ eis cura sacris incumbere Musis,
 Et patriæ prodesse senel; nil candida livor

Ter-

Terreat ingenia, aut odii trahat aspera LIPSII.
Sistudiis licet esse pares, si moribus illi
Nusquam dissimiles virtus pietasque probarit;
Egregie impensos nemo non iudicet annos,
Et meritam patria imponat cum laude coronam.
Ergo tace, aut abeam infelix Zoile, & antra
Per Stygia incede, inque umbras injurius esto
Tartareas: namque eternus quas servat Olympus,
Vestra nihil maledicta movent, nil ledit amator.
At specta: fortasse brevi tibi luxerit hora
Suprema, ut Stygias meritò derrusus in undas
Cum Plutone satis rixeris vel Rhadamanto:
Vel cum Calvino disceptes, an tibi poenas
Injustè infligat Vindex Deus, auctor (ut ille
Insanit) vel causa mali, ut te crimine purges.
Vade, age: mordaces inferna palatia Corvos
Exspectant: superà puræ stant arce Columbæ.

P. Numan Bruxellensis.

CONTRA EMENTITOS MANES

JUSTI LIPSII.

RURSUS in extinctos pugnat furialis Enyo
Invidiæ flammis, odii que calentis jactat
Fulgura, & in Diras Læssos, Epitymbia mutat
In Satyras, placidosque vetat requiescere Manes;
Nullus honos tumulo, nec leges funere mersis
Pacis erunt, nisi busta prius revocatus ab Orco
Vectius, & patrios cineres violarit aratro?
Aut te Tulle super pavidis equitare quadrigis
Ausa sit, & refugos stimulis urgere jugales
Filia? Syllanus nisi se furor undique prodat,
Feraleque inter missus truncata reponat
Tempora, spirantes pascens Antonius iras?
Saucia Romanæ nisi sit facundia linguae
Femineis jaculis, spinasque per ora disertæ
Transadigens, functis maledicere Fulvia discat?
O fecunda malis ætas! ô secula culpæ

Æmula! vix JUSTI pernerat stamina Clotho,
Et doctam LIPSII Grudum tumulaverat urnam:
Mox novus exoritur Cambyſes, cæde parentat
Funereâ, rupto incesſat polyandria cippo,
Scrutaturque solum, tumbisque recondita vellens,
Reliquias calamo mendaci & busta flagellat.
Nec cæso cecidit tumulo furor. Ima subintrat

Tar.

Tartara, Coezytque lacus, & vincula solvit
Cerberis aptat i iubis, Minoia cudit
Supplicia, ut Stygis animam transfigat inundis:
Quò Pudor & Pietas abière! Superstite, LIPSI,
Te, Sophia Regem Doctorum exercitus ambit,
Tecircum gyrat, tua vel vestigia lambit,
Et ferulam cum fortè feris prostratus adorat:
Numen eas, tantum si tus fumasset in arà.
Tam cito funestis cur grandinat invida probris
Turba: vel in doctas dessumat sepià charas
Ille viem? levis est Constantia? videre Reges
Dedocuit iustumque sequi: cur moriuis intras
Atria Persephones, & te Phlegethontius amnis
Vorticibus, furuaque Hecate den. ergit abyssò?
An quia Parthenius vulgavit pagina laudes,
Virgineoque appensa tholo testatur arundo
Quòd Jephæa tuas Virgo possederit aedes?
An quia Stigmaticum sordet tibi dogma, nec ullà
Parte loces cæli, quos exsecranda cuculli
Et prisca Fidei desertor ad avia traxit?

Hæc seges invidiæ est, hinc pullulat atra venenis
Silva, nec insomni demens audacia parcit.

Frondeat hæreticus, jaculetur faucibus ignes,
Vestillo flammis referet monumenta silentium,
Librisque vadis conscriptas extrahat Umbras:
Non cadit à jaculo, nec parvix pectora telis
Iustus habet. Latia fidei quem protegit umbo,
Inservitque astris Virtutum exculta propago.
Ille super Solis radios erectus, & orbes
Aethereos, ubi purgatis se mentibus indit
Numen, Avernalinumquam flammabit in Aulà.
Vos, quibus in vitiis anima est venalis, & inter
Lenonum vomitus renes nonaria scalpit;
Qui pathicas populo scenas, & olentia myrtos
Serta datis; quibus est unà cum conjuge spondà
Flora cubans, renovatque senex Ganymedis amores;
Cum Rhadamanthéum Mors traxerit ante tribunal,
Et culpis gravidus expenderit Æacus annos,
Styx manet. Heu quoties vacuas versabitur urnas,
Carnificesque ungues demittet in ilia vultur!

Eja Thyestéum germen, Cretensibus orta
Progenies, lascivus alens te Spintria luxu
Prostituat, Dipas vetitos exsuscitet ignes;
Cumque Tigillinos, & molles Gargilianos
Viceris in lustris, Salpen placaverit aurum
Incestas Veneres ne foeta puerpera prodant:

Dic,

*Dic, Strygiis damnatus aquis Plutonia JUSTUS
Regna colit: scelus hoc castigat torua ceraſtis
Tiſiphone, quòd Diua tuis Feſſeia Templis
Vota dicat, coëcàque vetet ſub nocte latere,
Integer effoetos quòd ſpiritus intret in artus,
Coma quòd & ſpaſmus vaneſcat, hydropiſis egrum
Deſtituat, perdat tumidos carbunculus ignes,
Strumofusque ſenex, & tabe eneſtus & annis,
V irgineam, vires reparet, dum libat ad aram.*

*Hem ! dignum Phlegethonte nefas ! ſi ganea curas,
Civis eris cæli; Theſeus ſi ſtringitur ulnis,
Noxa, ait hæreticus, levis eſt. Tibidira ſepulcrum
Aleſto effodiet, Strygià tumulaberis undà,
Si ſit caſta comes Pietas; ſi credere prælis
Tot teſtata oculis, Mater quæ Diua Tonantis
Sichernios juxta colles miracula patrat,
Incipias, cultamque Ædem narraveris orbi.*

*Sed canat hæc ſcurris quibus eſt ſemi-uncia mentis:
Illa catillonum vulgetur ad oſtia lenis
Fabula, cùm plenis eructant Maſſica labris
Baſarides, paterâſque ſalax dum Mintha coronat.
Quos procuſa recens numquam ad diuortia duxit
Religio, non anſi aëtus, verùm orbita juſſit
Legia calcatos Romanis quærere calles
Præſulibus, grefſus ne devia compita fallant;
Timolconteus tibi, JUSTE, per oppida curant
Exſequiis. Marcelle tuis funebria certant
Sandapilis: Syllæ quamvis tria millia ſternat
Lectorum Catulus, Veſtalis bajula portet
Antè pyram, quamvis feretrum bis mille coronis
Condecoret; majora tuæ conſeſſimus urnæ,
JUSTE: nec Amiliæ tantùm nova funera pompæ
Exſuperant; Sycione noſcant ſolemnia Græci,
Atticâque in Belgas tellus Soteria transfert.*

*Ouinam Phariæ conſurgeret æmula moli
Pyramis & Pario coelatum marmore buſtum !
Mauſolèa ſuo ſi Cayes in aëre tollant,
Et Labyrinthæis creſcant faſtigia tectis,
Illa tuo cineri requiem monumenta parabunt.
Nec lacerata genas, nec tuſſis pectora palmis
Præfica mœſta tubis feralia murmura clauget:
Candida ſed totum veſtis cùm texerit agmen,
Docta parentabit tumulo, Sacrisque ſequetur
Poſteritas, vindexque tuam tuta bitur URNAM.*

I. R.

(()) (()) (()) (()) (())

PRO

PRO MANIBUS
C.V. JUSTI LIPSI
IN ANONYMUM.

AUDE agedum galeate lepus te credere campo,
Aude è vepretis monstrare nicedula dentem,
Aude, Thurinis infamia tempora fertis
Digna, poetaster, frontemque cali. mnia inustam
Caumate proferre in lucem. Quid coeca timoris
Sept. a habitans, trepido moliris spicula nervo?
Sifuerat tibitanta fames Erostrate famæ,
Sit tanta articulis suberat prurigo; decebat
Stringere Appollineâ generosius arma pharetrâ
Luce palam. Sed nunc video, cur nare sagaci
Exploratricem jubeas præcurriere chartam.
Nempe ut Anistrachi iugulentur nugæ obelisco,
Incolumi jugulo domini. Si quis putat esse
Incolumem, tacito quem nunc Metanoea flagello
Dilaniat, talique obtundet voce sopores:
Quis te Palladiæ furor ostentare palæstræ
Impulit elymbes atque indignante Mineruâ
Procusos versus; genio ingenioque carentes?
An tantifuit insanotitubante cerebro,
LIPSIADÆ cineres vomitu fœdare probrorum?
Credo equidem non sat poterat ratione probare
Arcadici pecoris te germine ducere stemma,
Ni Phœbum occiduum Belgis, coeloque renatum,
Positico, antico, & putentibus excrementis
Magne salutare auritæ prodrome turmæ.
Sed damus hanc veniam: jure et insultare leoni,
Cujus vel caudæ pilus unicus, atque jubarum
Terruerant oculos furia, dum virida virtus
Sepiret crates generosi pectoris. Olim
Thersitem Hectoreo memorant tinxisse cruore
Spicula, dum loris Tethidos generosa propago
Traiceret plantas: qui, dum per transtra Pelasgum
Spargeret ille factus, volucris pede concitus æquor
Non secus arripuit, quàm si Priimeus heros
Calcem cake premens positico staderet ignes.
Sectari auctoris placuit vestigia tanti?
Egregiam verò laudem! quâ tendere follem
Possis, quâque Thraso tumidas disrumpere buccas:
Tamquam aliquâ Manes saltem violaueris hastâ.
Non mihi crede magis, quàm Palladis Agida vulsis
Eneladus truncis jaculator terruit audax.
Exsiliat quamvis nerva tibi ferreus imber;

Brustâ

Frustrâ es: Sol ridet minitantem vulnus Atlanta :

Perniciem proprio capiti moliris. Age ergo,

Poplitibus fidâs, si contrâ restiteris: te

LIPSIADÆ terris jam dedita fama flagellis

Prosternuet lacerum populi satiare cachinnos.

Sed perstas: nimis antiquo tibi pectus acescit

Fermento, & fastus saturatum fece tumescit.

Dic igitur quânam constet, Plutonie verna,

LIPSI Acherontea Manes versarier urnâ?

An tibi Tartareis missus Legatus ab antris

Lutheri retulit, quicum modium salis unâ

Consumpsit quadrâ, cum dirus Apostata fracto

Natâ frâgium fecit morum fideique cucullo?

At nosti hunc Stygio mendacia spargere felle.

Num fors nocte tibi divinæ conscia mentis

*Egeria applicuit latus? an te Nestora **CHRISTI***

Factas? Hoc tamo queri molimine rides:

Non opus Egeriâ est, inquis, vel Phœbade. Sûc

Signandam evincunt manifesta piacula frontem.

An non Sisyphio saxo multandus, & undis

Tantaleis, qui Calvini post oscula, post que

Lutheri amplexus, defigit basiâ plantis

Ausonii Papæ? & deserto tramite veri,

Errorum præceps, desertâ per avia currit?

Ohe, jam satis est: capio, quâ fronte Draconi

LIPSIADEN Erebi præclam objectare labores.

Mnemosynen latuit Psyllorum haud dissimilis lex:

Quorum nî soboles patrium imo corde venenum

Combiberit, nî pestifero violaverit auras

Afflatu, tenero serpentes corpore pascit.

Hoc tamen expedias, nî sit grave, belle Sophista,

Quid Calui meliøre luto probet esse refectum,

Lutherique novos duxisse à pollice vultus,

An quod Palladis Leidana ad pulpita testas

Artibus imbuerit Sophiæque liquore recentes?

At nullo Hæreseos stupro incestasse Minervam

Noscitur. An tali quod fixit in orbe Penates?

*Fixerit. Et **CHRISTUS** Manes penetravit ad imos:*

Tartarei sine ideo poenam expendisse cœuernis

Astruis: hoc ipsum librâ mihi pondus eadem

Obinet: hoc Calui doctis è fontibus haustum est:

Scilicet illius, decreverat ulmea cujus

Tergoribus sylva. O magni doctoris alumnum!

Quæ Stoa sic animos, aut cote Academia tritos

Exacuit Sophiæ? Verùm hic stupor omnibus idem,

Quos cœco catulos Gebenna profudit abortu.

At te, ô magne Cato, qui oculo censore notasti

)() () () (2

Scri-

Scripta, reor Iemio & Saturni colo: ynthis
Lippire, in mediâ qui Solem luce requiras.
Exultat è cunctis pietas & cura Tonantis
LIPSIADÆ, blateras, scriptis. Frenare cachinnos
Quis valeat? Calchanta reum citat impietatis
Tydidis: unco Capaneus trahit Amphiaræum.
At quo teste probas? Rogitas? scripta ipsa loquuntur.
O deficiule! aptares oculari naso:
Lumina mox celebrata Crucis monimenta ferirent,
CHRISTIPARÆque decus, cygneâ in postuma sæcla
Voce satum. Hic rursus naso crispante cachinnos,
Desuis in CHRISTI blasphemus scommata MATREM,
Quæ pueri explodunt, quæ nondum fascia primas
Permisset firmare gradus: (sic sedula nutrix
Edocet.) O steriles veri! quibus unica divum
Censetur pietas temerè impalescere sacræ
Codicibus fidei, sed quos incude nefandâ
Stigmatis Brontes, aut quos Patri ircha refinxit
Gebennæ solante pios Ganymede labores.
Hinc passim sartor, sutor, pullinator, abactor,
Quique solet naphthâ stolidè dare verba coronæ
(Cecropiæ quamvis impastus ab ubere Diuæ.)
Si ingenij tabet ventor largitor orexi,
Nestoreos mox ceu fontes, suadæque medullam
Hauferit, aurito caudam jactare popell,
Gestit, & elatâ prætendens Bibliæ dextrâ,
Bibliæ voce crepat, nocturnos Biblia somnos
Sollicitant, eademque die per pulpita vendit.
Plaudit turba: Papæ! tetigit rem. Quis geminos
Certius hoc sensus vestiget? quis bolide altum
Scripturæ exploret molius? quisnam ambigat, illi
Quin promissa animum Divini Flaminis aura
Imprægnat? novit pulsu dignoscere testæ
Responsum solidæ. Risum teneatis amici!
Et tamen hæc scabies morum, velut unica virtus,
Aureolâ decorat cælesti tempora, & astris
Asseret Hæreticos: à quâ dum LIPSIVS unguas
Abstinet; ἄλφ' ἄβελ' & pejor Samosateno
Rhinocerote audit. Sed surdâ præterit aure
Cerberæ im vocem: & tutus despectat Olympo
Livorem vacuis subigentem morsibus auras.
Nil etenim præbent mores, quod rodere possit,
Nil monimenta animi, nil culti pectoris artes.
Oblatret licet usque canis, Tullique catastis
Elapsum incuset, licuit, semperque licebit
Ingenij ubertate frui, dum pilea donat
Doctrina. Excutiat civilia lemmata, fingat

Ure,

*Ure, seca. Nemo, nisi qui nondum ara Severi
 Impendit Thermis, credet. Sit denique hyena,
 Christiadum voces imitetur, quò melius se
 Bull ræ insinuans turba, deglubere morsu
 Incautos valeat: lunæque pagina dentes
 Sanguineamque suum prodet. Sic fabula vulgo,
 Ludibrium doctis, Cyrrhæque catharma, anathema
 Persephones, tamdiu Divumque hominumque flagella
 Senniet; insan, donec stimulante dolore
 Infelicem animam Stygio transmittat Aorno.*

I. T.

PIORUM MANIUM

JUSTI LIPSI

PROSOPOPOEIA

impiis Manibus opposita.

ILLE ego LIPSIADES, auratis additis aëstris,
 Fulgeo flammifero jam nova flamma polo.
 Manibus innocuis celi DEVS annuit arcem,
 Diuorum lætis implicuitque choris.
 Et quisquam Phlegethontis me quærit in undis?
 Evocat è Stygiis nomina nostra vadis?
 Quisquam Ixionios mihi deputat impius orbes?
 Iasidumque urnam? Sisyphiamque pilam?
 Non ita: nec Pyriphlegethonta, nec Qrcia regna,
 Nec latratorem per tria colla Canem,
 Nec vatis Umbri sceleratam vidimus umbram,
 Soccati vè senis, quem mala rodit avis.
 Nam mea coelestes tenuerunt lintea portus,
 Cum secta Atropea sunt mihi fila manu.
 Quæque dies terris me sustulit, intulit aëstris:
 Sustulit una solo lux, tulit una polo.
 Huc pietas, & sancta fides me Romula vexit,
 Nixque animi, & nullo pectora nigra dolo.
 Vos testor, patrique lares, paruique penates,
 Et numquam à cunis Isca tacenda meis,
 Nonne meis Genitrix insillans ubera labris,
 Dum tener, & collo non grave pondus eram,
 Sic me lacteolo pascebat rore, sacratâ
 Ut simul imbueret pectora nostra fide?
 Applaudunt paruique lares, dulcesque penates,
 Totaque culminibus annuit Isca sitis.
 Ergo igitur penitis hæsit mihi fixa medullis
 Præbita cum dulcilacte Quirina fides.
 Ex illo, & primâ tectus lanugine malus,
 Plenior & roseis cum fuit umbra genis,

)() () () (3

Forti-

Fortibus inque annis, & postquam grandior ætas
 Sparsit honoratas per caput omne nives,
 Idem animi, fidei permansi LIPSIUS idem;
 Hæreseon nullis mens mea capta dolis.
 At cum Belgicos fremeret tuba rauca per agros,
 Et quateret Geticus sanguinea arma pater:
 Heu longam salve atque vale mea Belgia, dixi;
 Bellica nunc tota es, Belgica terra vale:
 Tum mihi nubifera fuit impetus ire per Alpes,
 Sed furor in Batavo concidit iste solo.
 Nec tamen hic stolidos flexi ad nova dogmata sensus,
 Seu Calvinæ tuum, sive Lutheræ tuum.
 Cælum, non animum mutavimus: abdita fibræ
 Religio est; fibræ consenuitque fides.
 Quæque fuit cunis, eadem mihi tradita canis;
 Testis Lucina est, & Libitina mihi.
 Vos Grudii hæc colles, Eburonum vos juga nostis,
 Hic ubi nil finxi, fronsque reiecta mea est:
 Vidistis sacrata pie delubra colentem
 JUSTUM, & Parthenio se sociare choro;
 Sæpe & Triticeâ verum sub imagine Christum
 Sunxisse, & lacrymis non caruisse genas.
 Quin & quadrifidus cantantem exaudivit Orbis
 Nectarea Hallardi Si. hemiaque mele.
 Quæ nunc & pictus Nasamon tenet, & niger Indus,
 Et Syrus, & multi pastor odoris Arabs,
 Qui quis & auriferam ad Periam, mundique teporem
 Virvit, & heliacæ feruet ab igne rotæ.
 Rumpitur id quidam, & sævo torretur ahenò
 Invidia, buxo pallidiorque gemit.
 Rumpere flagitium, cur Orcum invise moraris?
 Dira parat capiti Tisiphonæa tuo.
 Quis furor, inno. uos LIPSI sic vellere Manes?
 Quin ego te! LIPSI sed DEUS ultor erit.
 O mores mores! ô tempora! crimina regnant,
 Tabificus livor, fransque, nigerque dolus,
 Hæresis, ardor opum, bullata superbia, luxus,
 Cretata ambitio, prodigiosa Venus.
 Invidiam patitur, quem multa ars, multa que virtus
 Ornat, & obscuro segregat à populo.
 Heu rigidi ve: è sæcla infelicia ferri!
 Sæcula Noëam digna videre ratem!
 • Digna Gomorrhæa depasciturbine flammæ,
 Et ferrugineâ nocte perennè premi!
 Quid DEUS ô cessas? quin tela Typhoëa stringis?
 Et rapidum ardenti sulphur ab axe plus?

Strin-

*Stringit, & Ecce pluit : cave Munda ; & te lacrymarum,
Ne malè dispereas ignibus, obrue aquis.*

B. B.

PRO MANIBUS
JUSTI LIPSI

adversus calumniatorem hæreticum.

QVI vivus læsi nullum, vix læsus ab ullo ;
Mortuus, Invidiæ nunc ego dente petor.
Carpere non potuit notos sine crimine mores,
Non ullâ vitæ labe notare decus ;
Carpere non potuit doctos mala lingua labores,
Præclara ingenii tot munimenta mei.
Nunc tamquam interpret Divinæ conscius iræ,
Quæstiorve Umbris jura ferens Erebi,
Ut desertorem CHRISTI, & pietatis inimicem,
Vah ! quidam Stygius me malè damnat aquis :
Plautum inter, Vatemque Umbrum, jam pendere poenæ,
Præcipiti Judex futilis ore crepat.
Infelix ! qui tam insano temerarius ausu
Sumat acerba Dei vindictis arbitria.
At mihi quæ rabidus, quæ crimina Livor inuris ?
Absque Deo, miserum, quî sapuisse probes ?
Sive meam sicut non uno veneat aße,
Doctrinam expertem quî pietate probes ?
Si laudi, inventas vitæ excoluisse per artes ;
Si laudi est, artes edocuisse bonas ;
Haud malè promeritum scriptis, atque arte docendi,
Me statuent aliquo postera sæcla loco.
Hoc Tacitus. Seneca hoc testabitur : ille Augustæ
Historiæ, hic rigida gloriæ primæ Stoæ.
Militiâ atque Toxæ veteris Miracula Romæ,
Auribus, atque ipsis omnia penè oculis
Usurpanda dedi. Sed non inflavimus illi
Classica, quæ acui Martia corda solent.
Nec Thrakas, mediâ dum committuntur arenâ,
Fune stâ doctui tingere cæde manus.
Insulsus, sale quoi Plautinum desipit ; excors,
Vel Maurus gratum quoi malè rudis Onos.
Quod juveni placuit, tu grandi ætate probasses
Dicendi pressum, Marce diserte, genus.
Bardus Musæ studium premat antiquarum ;
Extollat fatuos Buccæ Neotericos :
Et casus Blenni Historias, Criticæque relegendæ ;
Et stolidum, in libris menda relicta juvent.
Me mea præclarum firmæ Constantiæ mentis
Exemplar cunctis gentibus esse dedi.

)()()()(4

Texta-

Textaque perpetuo centone Politica, rerum
 Thesaurum, & seriem, quâ capiaris, habent.
 Perfida Caluini, aut sectarum castra Lutheri,
 Hæreticus falso blatterat ore furor.
 Seu me Thoringæ spectarint moenia Ienæ;
 Seu placido extorrem Leida Bata'va sinu
 Foverit, & merito Doctorem ornarit honore,
 Auspice quo staret artibus aucta Scholæ
 Ritibus à priscis, nec mente nec ore, recessi:
 Pagina nec ritus arguat ulla novos.
 Nec pudet Ausonij patris pia signa secutum:
 Nec pudor es, sanæ Roma magistra Fidæi.
 Unâ, testis erit, de Religione libellus,
 Acre strigil' furis, ô Diodore, tuis.
 Quæ nota me Bata'vis penè una removit ab oris,
 Et cupidum Grudiis reddidit una meis.
 Inde liquet, quæ pax Regnis tutissima, quæque
 Notio sit tritis vocibus, URE, SECA;
 Et pietas magnis ritè amplectenda Monarchis,
 Quæis nil Divino fas prius esse metu.
 Quare, apage effrontes, vesana Calumnia, rictus.
 Men' jura imposito sic temerasse pede?
 Justifico à Labro nomen tibi CHRISTE professus,
 Te puer, & juvenis, te coluique senex.
 Non fuit horrore venerandum nomen JESU,
 Nec celebrare sacræ diæ trophea Crucis.
 De Cruce quæ castè nos scripsimus; ah! Crucis osor,
 Horruit incestâ tangere scripta manu.
 Dira venenatos sic ducit aranea succos
 Floribus, unde favos sedula libet apis.
 Nil mihi cum Musis & Appolline; nil mihi sano
 Cum Divum insanis, Improbe, numinibus.
 Nomina si libris, pro re, usurpata profanis;
 Prisco more ferar hos coluisse Deos?
 Ast alius male-sane dolor te Gnostice pungit,
 Objectumque tuis cordolium est oculis.
 Scilicet, eximios DIVÆ GENITRICIS honores,
 Quas statuas Asper collis & Halla colunt;
 Edita tot Mundo MIRACULA teste, meique
 Disposita ad fabrè dexteritate stili;
 Hæc vocitas Idola, rudi venerata popello:
 Hic labor, hic sacræ VIRGINIS urit honos.
 Nunc qui blasphemò CHRISTI petis ore parentem;
 CHRISTI, age, cultorem te profiteri pium.
 Si salibus Plautum expressi, si versibus Umbrum.
 Ægyptumque opibus si spoliare suis

Conten-

Contendi, quas ingenius ad recta colendis,
Quasque propagandis cum pietate sacris,
Haud malè sum (nec mens me læva fefellit) abusus;
Contemtaene reus Religionis agar?
Aut, quia doctrinæ tenuit me cura profanæ,
Censear à sanctis abstinuisse libris?
Non quo more tamen temere in secreta soletis
Proruere illotis Biblia vos pedibus.
Sunt Phrygibus Mysisque sui, sunt denique fines
Artibus. Hæc sacris Sparta relicta viris.
Sobria Christicolæ placuit sapientia legis,
Quæ Sophiæ ancillæ non neget ire comes.
Degere quæ innocuæ tranquilla silentia vitæ;
Quæ strepitum, & mundi temnere vana juvet;
Quæ dux virtutis (faueat modò gratia CHRISTI)
E terris facilem sternat in astra viam.
Hoc ego fidereâ tibi testor ab arce vicissim:
Sipergas Mansis sollicitare pios;
Nigregis Hæretici desertis transfuga castris
Mox pia Romani signa sequare Papæ;
Frenaque ni linguæ ponas moderata procaci;
Damnandum Strygis te fore semper aquis.
 Andreas Hoius Brugenſis, Professor
 Linguæ Græcæ Duaci.

Contra ementitos ab hæretico
J. L I P S I M A N E S
 E L E G I A.

SI tibi nunc, LIPSI, mens incola corporis eſet,
Sola foret cauſa digna patronatuæ:
Sed quia fata obſtant properati funeris; hoſti
Qui tibi ſuſtinuit dicere, dico diem.
Ut nitidum educat deterſa calumnia verum,
Et ſeſe ille malâ mente fuiſſe gemat.
Illèneſis, LIPSI, quem vidi in carmine pictum,
Carmine, quod Strygios credo ululaſſe canes;
Therſitem vidi, pro Neſtore; proque Catone,
Clodium; & in recti dedecus ire locum.
Nullus ibi es, qualem te quondam aſpeximus: atræ
Effigiem Empuſæ, Blemmyadæque puto;
Atque fatiſcentem crepitantis dentis hiatum,
Quo viſo, obducatur lumina blanda puer.
Improbe q. id livor, laudis foediſſime prædo,
Clara venenato funera dente premis?
Sive petat animum, mens eſt imperuia probis;
Sive petas corpus, corpore ſenſus abeſt.

Virus & opprobriis tulit impenetrabile pectus,
 Seu rem, scribendi seu petière modum.
Nempe supra nubes, ventos & cornua lunæ,
 Sedem in tranquillo mens Sapientis habet.
 Angat eum livor, vexet petulintia, virus
 Artibus ipsa suum conbibet improbitas.
 Sitamen in pretio est figentes vellere Manes,
 Pascereque abrosis ossibus invidiam;
 Contra agerem diris te sub Stygia Zorile: at hostem
 Lipsiacum LIPSI more ferire juvat.
 Quem plaudos animos numquam visulasse probabis,
 Hostibus inò suis hostis amicus erat.
 Hoc tamen iusta decet, mihi licet indole, Musam,
 Quod pro pacificis Manibus ira calet.
 Huncne reum levitaris ages sectamque novasse,
 Et fluxam incuses dissectuisse fidem?
 Non potest erat tale hoc cerebrum vanescere sectis,
 In quas ingenium futile abire potest.
 Ad Bataros illum fors traxerat; abstulit illum
 A Batavis Iacine Religionis amor.
 Nec sacræ expendit rutinâ sua scripta refugit,
 In solum ut inde pedem Lovaniense tulit.
 Interea Minos, Radamanthique arbitra proles,
 LIPSIUM ad obscurum sorte tribunal agis?
 Atque inter Plautia: que Elegi tormenta salacis,
 Et: mn. istuo miserum si b Phlegetonte locas?
 Arbiter umbrarum es: Plutona cavere memento,
 Regnum affectantem non feret ille suum.
 At CHRISTUM tacuit. Si fictuisset Erasmus,
 Et niger hic, nomen cui nigra terra dedit;
 Irruptaque fide ac integrâ mente stetissent,
 Quos leviss in præceptis gloria stravit iter.
 Sunt quibus est semper fucato CRISTUS in ore,
 Sed procul à septis pectoris exul agit.
 In gyrum te coge tuum, nec limitem avarus
 Transsilias; modico vertitur axe rota.
 Namque ut agas quod agis moneo, prudensque monebit
 Quilibet, & prudens quilibet illud ager.
 Quod Deus, & ratio, & naturæ semina pellunt,
 Huc agitur magni roboris ingenium.
 LIPSIUM in antiqui libros tulit impetus ævi,
 Scripsit & invidiæ non placitura tuæ.
 Livide lugerem tibi si placitura dedisset;
 Namque placere, bonis displicet, omne tuum.
 Ut nil Calvino adversum, adversumque Luthero
 Edidit, hæreticis gratus utrisque fuit.

Mox ubi cum Hallensi Diva Affricollis in auras
Prodiit, hæreticis hostis utrisque fuit.
 Scripserat atque unâ de Religione libellum :
 Intumuit Barabvo bile repente jecur.
 Verum ubi Parthenicas calamus decurrere laudes
 Ausus, & Halliadum fixus in æde stetit :
 Hæretici spumare, eluctarique furorem,
 Artem omnem, omnemq. animum pectore concutere.
 Omnia sed frustra : sine viribus ira cadebat :
 Nemoque, qui vivo bella moveret, erat.
 Tandem quidam ausus de gente salariâ ineptus
 Sannio, piscoso foetidus ora luto :
 Sed sale contemptim, & mordace affrictus aceto,
 Sentinæ visit putria stagni sua.
 Post ubi lethali percussus frigore obivit,
 Visum est securâ bella tonare tubâ.
 Protinus increpuit de littore turpe celeuma,
 Tritonesque vago personuere mari,
 Illum inclamantes sine lege, fideque, Deoque,
 Perfidiâque unum pro Deo habere Papam :
 Et populo servire : suis idola sacrare
 Laudibus, ut vulgo se probet esse pium.
 Sed, malè sincero vitiuntur vase liquores ;
 Atque peregrino mordet acore merum :
 Omnia sic pravis sunt prava ; nihilque dolosum
 Pectus in orbe sibi dissimile esse putat.
 Quis JUSTUM incuset, cui mens pro testibus una
 Mille erat, & recti murus ahenus amor :
 Tu citius radios defœdes pulvere solis,
 Oreque viroso colluere astra queas,
 Quàm maculam JUSTI splendori imponerere, quem nunc
 Ignea Virtutis vis super astra tulit.
 Imò age, materiem rabido cape, Stulte, furori ;
 Hunc tibi Catholicum vitæque, morsque probet.
 Diviparæ MATRI sancto se fœdere junxit,
 Virginei esse volens jure sodalium.
 An ne preces ardente loquar de pectore fusas,
 Impletumque sacrâ sub dape sæpè Deo :
 Ringeris Hæretice, & livoris rumperis æstu :
 Rumpere ; Catholicus LIPSIUS usque fuit.
 Dumque recrudescens vis morbi affligeret artus ;
 More tuo, illa feras Stoicè, amicus ait.
 Stoica ne placeat, tulit, at tolerantia CHRISTI ;
 Zeno sit in libris, cor mihi CHRISTUS habet.
 Jam CHRISTUM exoptat, datur illi in imagine CHRISTUS,
 Longâ membra ferens exspatiata cruce.

Hanc

Hanc dextrâ arripiens, sua fert solatia, libat
 Oscula; cycneò carmine dulce canit:
 Ex te vita mea est, repetens, tu spesque, salusque;
 Jam domum in æternam, te duce fietus, eo.
 Et legi, & scripsi, dixi quoque plurima; Vana
 Omnia nunc moriens, cum Sapiente, cano.
 Latitia una meam mentem tamen imbuui, in spem
 Non terrenarum quòd labor idit, opum.
 Hoc quoque sustemat; quòd defensante sub umbrâ,
 VIRGO, clientelæ vita suæ acta tuæ.
 Sic vixit, sic ille obiit. Tu scommata fundis,
 Sordeat ui cœno lux aliena tuo.
 Tu ridenda salis ut sumia, & ungue petulco
 In caudâ magnæ ludis inepta feræ.
 Atque alto insistens tergo, cupis inde videri;
 Turpe sed appares, monstrificumque caput.
 Biblia commendas, aspernarisque profana,
 Et velut immensum quid cado in ære boas.
 Nempe ut utrique pedi faciles sacra scripta cothurnos;
 Inde velin petulans histrio, & inde trahas.
 Tecum habita, neque celsa petas, metire quod audes;
 Et sacra cum tacito Biblia volue metu.
 Addo unum; gelido ne barbam velle leoni:
 Magnus enim magno in funere terror ineft.
 E cinere uliores surgunt, catulique parentem
 Magnanimi velli non sine cæde fnunt.
 Nunc etiam, LIPSI, tibi verba novissima dicam,
 Ad tumulum incumbens dum modò ploro tuum.
 Mortuus invidiam patitur si LIPSIUS, illam,
 Omnis, desperet, qui superare cupit.
 Doctrina, atque Artes, innata Modestia, Virtus,
 Edomuère necem; Mors neque Invidiam.
 I. F.

In LUCIFUGAM, pios Magni LIPSI MANES
 impie sollicitantem.

QVI placidos audes Manes incesere LIPSI,
 Inque sacras umbras impius arma mores:
 Cur quoque non audes scelerate tuum edere nomen?
 Titus an à Furiis sic abiisse putas?
 Falleris, Eumenides sua habent oculata flagella,
 Effugere improbitas quæ nocua ulla nequit;
 Quin & Piëridum Sophiæque sagacis alumni,
 Quamlibet ignotum, turbinis instar agent;
 Indicentque tibi ficto sub nomine bellum:
 Quale ego; (cui fungus sim licet) Ibis eris.

Nempe

Nempe suum Diris devovit ut Ibida Naso:

Sic mihi tu Stygius sis sacer usque Deis.

Jus laude coronat.

**IN MANIAM cujuscumque LIPSIANOS
MANES incessentis.**

HERCVLIS *Atlanti placuisse vicaria membra
Fama, sed illa æquo consona fama, canit.*

*Celestis virtus cælum tulit. At neque Ditis
Quemquam, Cerbeream nec subisse vicem,*

*Hoc ego miratus multumque diuque; quiesco
Mirari: nam te manserat iste locus:*

*Quippe Menippe vias Orbi qui noveris; & qui
Infernas voces ore putrente latres*

*In puros Manes, atque infernaliam sumas
Arbitri? Aut si istâ conditione minor,*

*Non Erebi præses, non custos esse mereris;
Vilior hocce Canis munere, pasce Canem.*

**In impios togæ piæ datæ legatæ
derisores.**

LIPSIVS *ipse togam pendit, Veianius arma:
Ad DIVÆ ille aram; postibus iste Dei.*

Veianium risit nemo: ridetur at ecce

LIPSIVS, & rabido vapulat à calamo.

LIPSIVS? imò etiam ridetur DIVA (nefandum!)

Ut si nudato frigeat illa sinu.

Nempe Syracosii referunt scelera, ista, Tyranni,

Lanea pro raptò, danti amicta Jovi

Val. Max.
lib. i. c. ii.

Gaugericus Rivius.

**P I O R U M M A N I U M
J U S T I L I P S I
V I N D I C I Æ.**

QVO *turbulentis motibus impotens
Percussa Mænas spicula colligis,*

Infanientis ebriosos

Nequitie jaculata thyrsos?

Sic lege nullâ turpia dexterae

Ferocientis vulnera deffinans

Larvas laceffis, mortuique

In jugulum furiose sævis?

Aude piorum busta laceffere

Athleta fortis; Salmacidus pugil,

Sudore nullo præliatus,

Serta feres pretiosa myrti.

Quò

Non functus ævo prælia conserit;
 Immisa nescit tela retundere
 Umbonis objectu; nec ille,
 Si ferias, referire norit.
 Quò pergis ultra? quid malè LIPSII
 Impure Manes sollicitas? quid ô,
 Quid turpibus sic immerentem
 Hæ eice opprobriis fatigas?
 Si quò petendus Marte fuit, fuit
 Virus petendus LIPSIVS: hic tuos
 Vitaret assultus, Stilique
 Non dubio refereret ictu.
 Verùm supremam combiberis necem,
 Exsuccus oris funeream cinis
 Complerit urnam, non inultus
 Turpe probum patiëre LIPSI.
 Est qui jacentem præsidio tegat,
 Piosque Manes vindicet; est tibi
 Qui bustuariorum in ense
 LIPSIIACOS cineres obarmet.

• Oblivioso non valet obrui
 Virtus sepulchro; clavior emicans
 Perrumpit urnæ claustra, numquam
 Hæreticos subitura morsus.
 Quantum lubebit perfide ringere:
 Claret vetustâ LIPSIVS in Fide,
 Augusta Romani pudenter
 Pontificis veneratus ora:
 Furore quamvis igneus infremas,
 Mendaciorum plaustro resorbeas;
 Rumparis esto, tabidusque
 Invidiæ quatiaris æstro;
 Stat illi ceris ducta perennibus
 Intaminati gloria nominis
 Longo perennans vivet ævo.
 Religio pietasque LIPSI.
 Non is Lutheri perfidus ascecla,
 Vel quem Lemannus stigmaticum senem
 Novit pudendi membra nuper
 Dedecoris maculis inustum.
 Non ille CHRISTI transfuga; fallere.
 Non ille fraudum conscius, aut vaser
 Imponere, aut gnarus dolosam
 Arte malâ simulare vulpem.
 Res ista doctis cognita Grudiis.
 Sed mentiendi, frons tibi, nec pudor

*Ullus, pudendum fycophantam
 Commoda larva dolis revelat
 Fucos peritum spargere. Quid Stygis
 Manes cavernæ LIPSIACOS cūas,
 Quem vita, quem mores severi
 Indigetem statuere cœlo?
 Sic ille mersus Tartaræ specu,
 Ut in nefandæ perfidiæ reus,
 Regi Deoque perduellis,
 Cœlituum potiêre luce.*

I. B.

NICOLAI OUDARTI
 IN
 MANES JUSTI LIPSI
 SECUNDI AFFECTUS.

*Q*UANDO dies rediit, qui, dum mihi vita manebit,
 Semper honoratus, semper acerbus erit:
 Annua solenni quo ritu ad sacra cœmus,
 Solvimus & LIPSI Manibus inferias:
 Relligio fuerit, rudibus quantumlibet, illum
 Versibus indictum præterisse meis.
 Lux decima Aprileis lacrymabilis ante Kalendas,
 Attulit, heu, nobis hunc sine luce diem!
 Deseruit magnus quo mœstum LIPSIUS Orbem,
 LIPSIUS Astrææ Pieridumque genus.
 LIPSIUS omnigenæ doctrinæ condus, & idem
 Promus, & ANTIQVIS MORIBUS usque pius.
 Ergo jaces Sophiæ decus ô clarissima LIPSI?
 Ergo jaces bifidi gloria primæ jugi?
 Nectua te virtus, tua nec doctrina redemit,
 Nec valuit tetrica jura novare Deæ?
 Tangere nec verita est tam sanctos Atropos artus?
 Nec tam divinum Morte ferire caput?
 Lege ratâ ut constent Parcæ adamantina jura,
 Debuit hoc saltem non licuisse nefas.
 Quid jurat exactè Sophiam, quid Numina Pindi,
 Quid Virtutem, ipsum quid coluisse Jovem;
 Lanificas possunt si non cohibere sorores,
 Si nequeunt Mystris præsidio esse suis?
 Scilicet hæc miseriæ doerat fors Belgicæ, acerbum
 LIPSIUS ut, heu, si minus duceret orba suo?
 Et quâ si non sat ei bellum clade perisset,
 Insuper hac gemma dissipanda fuit?
 O stabile humanis quàm nil in rebus, & ô quàm
 Incomitatum ullum non amat ire malum!

Belgica

*Belgica præ reliquis florens regionibus olim
 Nunc afflictæ solo, Marte premente jacet.
 Marte premente jacet, octoque exercitia lustris,
 Extremum sensu quod fera bella queunt.
 Et ne vulneribus tantis nova vulnera desint,
 Sed serie infausta sint mala juncta malis ;
 Mors Martem comitata, in tristi funere LIPSI,
 Quod reliquum fuerat, sustulit omne decus.
 Intulit & nobis damnum super omnia damna ;
 Nulla potis fuerat quod reparare dies.
 Divitiæ, splendor, candor, pietasque, fidesque,
 Integritasque iterum prisca redire queant :
 Civibus urbs crescat, mare puppibus, arva colonis ;
 Attamen haud umquam LIPSIUS alter erit.
 Et nos flere vetet quisquam infortunia tanta ?
 Et quisquam hic lessum nos cohibere velit ?
 Ora fluant lacrymis ; plangamus LIPSIUM ademptum,
 Planxit ut exstinctum pulcher Apollo Linum.
 Ut conjux lacerum moestissima planxit Osyrim,
 Planxit ut Ismarium Daulias ales Ilyn.
 Sed tamen in vanas cur solvimus ore querelas ?
 Non retractari fata severa queunt.
 Quid ? quod felicem miseri deflemus, eumque
 Ad nos qui nullâ lege redire velit.
 Corporis ille gravi crucianteque mole solutus,
 Liber in Elysiis exspatiatur agris.
 Inter ubi doctos doctissimus ipse triumphans,
 Doctrinæ fruitur præmia digna suæ.
 Nonne igitur tristes satius sit ponere luctus,
 Ulterius madidas nec tenuisse genas ?
 Ponamus ; sua turbemus ne gaudia functo.
 Dicamurque piis Manibus esse graves.
 Nec decet aut fas est nimium deslere sepulchrum,
 Cui si perest verâ gloria parta viâ.
 Gloria, quæ totum volitat diffusa per Orbem ;
 Gloria, quæ nullo est interitura die.
 Vota piis potius voveamus Manibus apta,
 Audiat à nobis & bona verba cinis.
 Ipse equidem Manes hos Numinis instar honoro,
 Inque vivem sacri pignoris ossa colo.
 Quod versu hoc testor, testabor & omnibus annis,
 Incolumem donec me volet esse Deus.
 Grator æternum nec sit mihi pagina, quàm quæ
 Inscriptum LIPSI nobile nomen habet.*

Jus laude coronat.

VITA



V I T A
JUSTI LIPSI

SAPIENTIÆ ET LITTERARUM

ANTISTITIS.

AVBERTVS MIRÆVS Bruxel-
lensis, Canonicus & Biblio-
thecarius Antuerp. ex scri-
ptis illius potissimùm
concinnabat.



ILL^{MO} ET REV^{MO}

JO. ANDREÆ PROCHNICIO

EPISCOPO CAMENECENSI,

SIGISMUNDO III.

POLONIÆ, SVECIÆ, GOTHIÆ, WANDALIÆ Q. REGI

A CONSILIIS SANCTIORIBUS,

GENERIS SPLENDORE,

DOCTRINÆ PRÆSTANTIA,

VIRTUTUM OMNIUM GLORIA,

VIRO MAGNO ET INCOMPARABILI,

JUSTUM LIPSIUM

AMICUM DESIDERATISSIMUM.

AUBERTUS MIRÆUS

REDIVIVUM SISTIT.

SISTO, inquam, LIPSIUM redivivum tibi ILL^{ME} ANTISTES, omniq̃ adeo posteritati; cuius interest, ut gesta sic & scripta vitorum illustrium qui antecesserunt, cum memoriâ repetere, cum æmulando exprimere. Te autem potissimum appellandum duxi, ut Poloniæ nobilitatis principem, & hoc amplius, sacris etiam initiatum, gentis clarissimæ decus atque ornamentum singulare. Tui enim quoties oculis obversatur imago (obversatur autem frequenter) toties amplissimum Poloniæ regnum sese mihi offert, & in hoc magni Heroes illi, quorum vix singulos ætates singulæ alibi ferre consueverunt. Audito enim vel uno STANISLAI nomine, hominum doctrinâ scriptisq̃ celebrium grex occurrit: in his HOSIUS, CARNICOVII, SOCOLOVIT, RESCII, ORICHOVIT, alij. Taceo ANDRĒAM PATRICIUM, & alterum ANDRĒAM JURSEVICI-

UM, MARTINUM CROMERUM, tuumque in Episcopali cathedrâ prædecessorem MARTINUM BIALOBRISCUM. Quid? quot quanta que illustres itemmate etiam regio familiæ extiterunt, omni bono de Ecclesia, Republica, atque eruditis hominibus meritæ? Ecquis credat, nisi Annalium monumentis præditum haberemus, unius STEPHANI BATTORI Regis fortissimi virtute, Dacos, Parthos, Moscos, Svecos, Turcas, aliosque barbaros à regni finibus submotos: Religionem denique Orthodoxam, tot inter hostium cuneos non modò defensam, sed & auctam mirificè ac propagatam? Ex qua gente & ANDREAM Cardinalem, GEORGIUM item Chelmensem Episcopum, aliosque Antistites prodisse, nemo est qui ignoret. Ceterum unus instar omnium sit nobis JOANES SAMOSCIVS, magnus regni Polonici Cancellarius, & Exercituum Præfectus, vir armis juxta ac litteris clarus. Is inter cetera pereruditum *De habendo S natu* commentarium posteris reliquit, & MANUTIOS, SIGONIOS, MURETOSQUE Cracoviam liberaliter pertrahere conatus, novam postea Samosciana in urbe Academiam excitavit. Uique aureo illo Augusti ævo C. Cilnius Mæcenas sæculi sui ingenia, Virgilium, Horatium, Propertium, dilexit ac fovit: sic & Vestrûm uterque, Tu, inquam, & SAMOSCIVS, de ornando LIPSIOLAUDABILIQUADAM æmulatione videmini contendisse. Moriens quidem Cancellarius testamenti tabulis honorificè eum cum munere appellavit: Tu verò cineres Lipsianos, ad aram VIRGINIS-MATRIS LOVANIJ in Franciscanorum sodalium æde conditos, honore prosequens, aram ipsam ut sacrorum Antistes mirificè exornasti. Quod Tuæ in LIPSIVM vita functum benignitatis seu veriùs pietatis monumentum stabit æternum: atque unà nomen PROCHNICIANUM

Canscet sæclis innumerabilibus.

Vale. Antverpiæ, ix. Kalendas Julias. clv. lxx. ix.

COR-

CORNELIUS TACITUS

in vitâ Julij Agricolæ.

CLARORUM virorum facta moresq; posteris tradere
*antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus
 quamquam incuriosa suorum ætas omisit, quoties magna
 aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium par-
 vis magnisq; ciuitatibus commune, ignorantiam recti &
 invidiam. Sed apud priores ut agere memoratu digna pro-
 num, magisq; in aperto erat: ita celeberrimus quisque in-
 genio, ad prodendam virtutis memoriam sine gratiâ aut
 ambitione, bonæ tantum conscientie pretio ducebatur. Ac
 plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum,
 quàm arrogantiam arbitrati sunt. Nec id Rutilio & Scau-
 ro citra fidem, aut obtrectationi fuit. Adeò virtutes iisdem
 temporibus optimè æstimantur, quibus facillimè gignun-
 tur.*



A 3

VITA

VITA JUSTI LIPSI

SAPIENTIAE ET LITTERARUM ANTISTITIS.

NIHIL est omnino quod hominem cuilibet magis gratum acceptumque reddat, quàm MODESTIA: cui si VIRTUS ac DOCTRINA comites accesserint, tum quasi diuinum quid in terris maximeque gratiosum solet existere. Illa namque amorem in primis conciliat atque auctoritatem: hæ verò virum bonum cæloque dignum efficiunt. TRIA ista, si quem mortalium umquam, IUSTVM certe LIPSIUM beavit: utpote quem virtus nascentem exceperit, Doctrina natum excoluerit, Modestia supra æquales extulerit; in cuius denique amore boni omnes, vel ipsâ Invidiâ nequidquam frendente conspirarint:

Natus est feliciter, nec sine omine, XV. Kal. Novembr. qui dies D. Lucæ Evangelistæ sacer: eo ipso anno, quo Carolus V. Imp. Ioanne Frederico Saxonie Duce in prælio ad Albim capto, & Philippo Hassiæ Lantgravio in deditiōnem accepto, Protestantes Germaniæ proceres domuit. Nox media lumen eximium orbi futurum protulit, cùm mater superiori nocte proximâ puellōs duos, mirè cándidos, per cubiculum inambulantes, mutuūque se complexos vigilans atque exsomnia vidisset. Interpretari si licet, DOCTRINAM ac MODESTIAM præsignatas dixerō: quæ dotes in hoc viro sic pariter enituerunt, ut ambigerent omnes (& audiui non rarò amicos disceptantes) DOCTIOR AN MODESTIOR ESSET LIPSIUS. Raro certè exemplo, quòd scientia inflare, & magnis ferè ingeniis vanitatem aliquam soleat aspergere: præsertim ubi applausus doctorum, & gratia magnorum, accesserint. Et verò, quid si geminis istis PHILOLOGIAM & PHILOSOPHIAM notatas quispiam dixerit? Primus namque LIPSIUS molliorem istam atque amœniorem doctrinam cum hac virili ac robustâ, quæ in animo formando occupatur, aptè salubriterque conjunxit: primus ipse è Philologiâ Philosophiam fecit; primus denique, vel solus, nostri ævi Musas ad Sapientiæ, omnium disciplinarum principis, obsequium traduxit.

Genitus est in Iscano municipio, aëre, aquis, situ peramœno: quod tertio lapide à Bruxellis, urbe rigiâ, Belgicæque Principum sede, itemque à Lovanio, veteri Musarum

*Dies &
annus natalis A D
XLVII.*

*Prodigium
Cent. 3.
Miscell.
epist. 87.*

*Interpretatio
latina.*

*Cent. 4.
Miscell.
epist. 84.*

Patria.

domicilio, distat, agnosciturque toparcham hodie *Gerardum Hornanum*, Baulligniaci-Comitem. Domus ipsa natalis, in declivi ad viam publicam sita, nunc jacet semirutæ: nam avitæ ac paternæ aedes, in colle vicino positæ, incendio perierant, paulò post instaurandæ atque incolendæ. Vtrumque domicilium (nisi fallat juenerabunda posteritas omnis colet atque æstimabit, ut Romuli olim casam Romani, & Erasmi nuper domum Roterodami. Sic enim natura comparatum est, ut nescio quò pacto locis ipsis moveamur, in quibus eorum, quos admiramur, adsint vestigia, &c. in quibus ipsi habitare ac sedere sint soliti.

Corn. Nepos in vita Attici.

Parentes & maiores.

Flogia nostra Belgica cõsule.

M. D. LV.

Lib. 2. c. 3 in Lovanio.

Education.

Instructio

Parentes LIPSI O fuere *Agidius Lipsius* & *Isabella Petri iuia*, opibus & genere perhonesti: suis uterque parentibus unicus. Avus *Nicolaus Lipsius*, quieti & litteris est operatus: patruus major *Martinus Lipsius*, inter Augustinianos Lovanij Canonicos ad D. Martini vixit: vir ob utriusque linguæ peritiam, doctrinamque multiplicem, Des. Erasmo familiaris, & à suis illiusque scriptis notus. Extant erudita illius scholia in *Hilarium*, *Augustinum*, *Hieronymum*, *Chromatium*, *Symmachum*, *Macrobium*, aliosque; veteres auctores, ex fide codicum mss. castigatos: delitque vivere, cum IUSTVS octavum ferè ætatis annum ageret. Aviam habuit *Margaretam Eechautiam*, stirpe nobilem: cuius maiores, pater & fratres, in Principum nostrorum aulis floruerunt; ut Diuæus, Heuterus, & alij nostrates historici memorant. Proavus fuit *Iustus Lipsius*: cui uxor *Anna Linkebequia*, genere nobilissimo, sed in virili stirpe jam extincto. In dotem ea villam *Rodizum*, agros, domum attulit, quæ in Iscano: atque ea occasio LIPSI illic nati. Nam pater & maiores domo omnes Bruxellenses fuerunt, opibus & dignitate inter urbis eius primos. Parentes in Iscano annos aliquot domicilium habuerunt, atque ibi filius ab ipsis honestè est educatus, ut solent nobiles atque honestiores ferè cives, quos nec ambitio impotens, nec spes sollicitat lucri, in villis ac prædiis suis agere. Annos sex iam natus, Bruxellas cum parentibus migrat, & studiis illic litterarum, non triviali paræciæ (ut nuncupant) Capellensis scholâ, initiat: adeò facili promptoque puer ingenio, ut præceptor parvulum genibus impositum, & sic pensa recitantem, aliis in emulationem atque exemplum ostenderet. Condiscipulos inter *Dionysius Villerius* tunc fuit, nunc Canonicus & Cancellarius Tornaci apud Nervios: qui præter insignem Bibliothecam (qualem nemo in Belgicâ nostrâ privatus fortasse possidet) numismata Romanorum plurima, exotica item cume- lia ex altero orbe allata, studiosè adservat. Grammaticas itaque *Laennii Desputerij* præceptiones statim noster hausit & sponte ad linguam quoque Gallicam (quæ ferè Bel-

gao

gas inter honestiores obtinet) se dedit: quam è libris sine doctore ita didicit, ut rectè scriberet, etli loqui & legitimè pronuntiare non posset.

Ceterum puerili illà ætate, quæ variis casibus solet esse obnoxia, in triplex discrimen, suffocationis nimirum, luxationis, & merfionis, incidit: quæ pericula non nisi à Deo palam depulsa proficitur. Et verò ad bonas artes, quæ suffocatæ merfæque jacebant, revocandas, hominem natum servare, atque ad ætatem justam *IVSTVM* provehere benignus voluit Deus.

Annum agens decimum, Athum Hannoniæ oppidum à parentibus ablegatur: quod Athenæum (ita nuncupare liceat) & *Briardos*, *Beveros*, *Laenseos*, *Baios*, *Bockios*, aliosque Belgicæ viros magnos dedit. Hic iterum præcepta Grammatica (& quidem *Ioannis Cistodis Brechtani*) puero sunt inculcata, pravo illius & nostri etiam ævi usu, seu veriùs abusu. Hærent nimirum magistelli in regulis aut quæstionculis, & meliorem ferè etatis partem in aditu humaniorum artium distinent, adyta verò earum numquam penetrant. Torquent, imò detorquent rectissima ingenia: & præter fructum, tollunt quoque venustatem. Quo fit, ut amceniores non rarò adolescentes ad illa tam inamœna non veniant; imò fugiant, cum advenerint, atque haurire non injurià spernant absinthium illud disciplinarum. Alios verò ista Grammaticarum institutionum varietas absterret, quæ apud Belgas præsertim peccatur in juventute erudiendâ. Triplicem certè Grammaticam, in triplici migratione, sibi puero prælectam, atque ad annum decimum tertium nugis istis se detentum, queritur *LIPSIUS*: cum tamen ab anno octavo eadem teneret, etli non eodem modo. deploratque meritò, annos illos quinque non in stilo & graviorum rerum scientiâ positos fuisse, ut jure censeant prudentiores, ex usu publico fore, si una Grammatica concinnetur, quæ communis universæ sit Belgicæ.

Sed ad tironem nostrum redeo. Biennio Athi exacto, carmen ibidem coepit scribere: & anno tertio Coloniam Agrippinam, ingenio animoque excolendo, ad gymnasium Societatis Iesu mittitur. Ibi Græcis ipsum *Gerardus Kempenfis*, Rhetoricis *Ioannes Oranus* Leodicensis, Philosophicis *Arnoldus Havenfis* & *Silvadicensis*, nunc Cartutianus, moderatore *Francisco Costero* Machliniano, imbuerunt: capere sanè pronum, atque istic & alibi arteà ductorem semper & principem suæ classis. Itaque vix duodecennis orationes scripsit & habuit, pueriles quidem, sed quas gravior etiam ætas in illa ætate laudaret. Nec destitit postea, & dedit floridioris eloquentiæ suæ specimen non uno loco: quod dicendi studium si mos ævi nostri aperuiss-

Vita perducia.

Cent. 3.
Miscell.
epist. 87.

Studium apud Antwerpen.

Cent. 7.
Miscell.
epist. 94.

Studium apud Coloniam.

M. D.
LXIII.
Tractatus.

Cent. 2.
Miscell.
epist. 34.

set, decurrere profectò cū nonnemine prisca ævi potuisset.

*Philosophia
studium,
Præfat. in
Constant.*

Ceterum Philosophica jam inde à puero sic LIPSIUS placuere, ut peccare juvenili quodam ardore videretur, & freno atque inhibitione fuerit coercendus. Constat à præceptoribus non rarò è manibus excussos ipsi velut per vim libros eius generis omnes, & scripta etiam commentaria, & que areptos, quos ex omni interpretum turbâ laboriosè sibi confecerat. Neque mutavit postea, sed in omni studiorum cursu istam Sapientiæ metam præ oculis habuit. Nec eâ processit viâ, quâ philosophantium vulgus hodie: qui spinis argutiarum & laqueis quæstionum irretiti, nihil aliud agunt, quàm quòd subtili inanum disceptationum filo eas texant & retexant. Politicis & Ethicis potissimum sese dedit, & semina jã tum apud Ubios jecit frugis postea enatæ.

*Cent. 3.
Miscell.
epist. 87.*

Sub id tempus, ut optima vitæ dux & magistra est Philosophia, pectus adolescentis pietas tetigit: & Societati JESU voluit adgregari. Parentes inaudierunt, abduxerunt, & annos sedecim natum ex Ubiis Lovanium evocarunt. Itaq; Philosophicis insistens, Physica in gymnasio Castrensi aliquamdiu audivit, ibidemque cum *Othone Hartio*, in supremâ nunc Belgii curiâ Machliniæ Consiliario, conjunctissimè vixit. Philosophiæ spatia emensum, amœna litterarum atq; antiquitatis studia ad se totum traxerunt: quorum ipsi gustum amoremque Coloniae idem *Gerardus Kempensis* infuderat. Lovanii porro compares habuit comitesque iisdem

*Studiorum
socij.*

in studiis, *Ludovicum Carrionem* Brugensem, *Franciscum Martinum* Gandensem, *Arnoldum Deinum* Machliniensem: ductore & quasi chorago *Cornelio Valerio*, qui Petro Nannio succenturiatus, in trilingui tum gymnasio Bussidiano eloquentiam profitebatur. Accessere mox *Martinus Antonius Delrivus*, *Andreas Schottus*, Antuerpienses, *Victor Giselinus* Sanfordanus, *Ianus Lernutius* Brugenensis: scriptis omnes postea clari, & à nobis * alibi celebrati. Lovanii dum versatur, & Jurisprudentiam quoque libat, pater ipsi fato eripitur, Bruxellensis tunc urbis prætorio. Præfectus: vir acer, manu promptus, sodalium ac conviviorum appetens, & qui istâ comitate amplum patrimonium avitum valdè attrivit. Mater curam eius reliquit, itemque JUSTI ac sororis suscepit: matrona, in summâ modestiâ, virilis animi & cōsiliij. Hæc filij causâ Bruxellis Lovanium sedem ac domicilium transtulit, atque ibi ex hydropè non diu post obiit.

*Martin I
& Dein I
immatu-
rum obi-
tum de-
plorat. l. 3.
Antiq.
c. 1.
* In Elo-
giis Bel-
gicis.*

Annum tum ferè decimum octavum agebat LIPSIUS, & publicè jam specimen eximium sui dederat, in scholis declamando ac differendo. Sed magis magisque Musa vetus ipsum capere, & eius amore, Italiam cogitare fecit, sed *Varriarum Lectionum* libris antea stilo florido ac Ciceroniano conscriptis: quod ingenij sui, ut appellat, tirocinium, vix novem-

*Primus in-
genij sa-
tis.*

novemdecennis edidit, atque *Antonio Perrenoto* Cardinali *Granuellano* acri ingeniorum æstimatori, inscripsit. Primus hic illi aditus ad famam, atque in *Perrenoti* domum fuit; inquam Romę admissus, biennium circiter egit, summa benivolentia habitus, & ad studia tractanda non incitatus solum, sed ab erudito patrono etiam adiutus. Erat à Latinis illi epistolis; sed otium & omne liberum tempus dabat inspectioni lapidum, locorum veterum, & si quid in Urbe aut vicinia visendum esset, aut noscendum. Vaticana etiam Bibliotheca per eundem, & *Guilielmum Sirletum*, Cardinalē longē doctissimum, illi patuit: & in *Senecę*, *Taciti*, *Plauti*, *Propertij*, aliorumq; veterum libris mss. invicem comparandis, tempus illud consumpsit. Lustravit & *Farnesianam*, *Sfortianam*, aliasq; illustriores Bibliothecas, cum publicas, tum privatas; nescio fructu majore, an delectatione. Florebant id temporis Romę eruditissimi homines, *M. Antonius Muretus*, *Paullus Manutius*, *Latinus*, *Fulvius Ursinus*, & *Plautius Bencius*: qui *Francisci* nomen sanctius, cum Societatis *Jesu* institutum amplecteretur, postea adsumsit. Ex his *Muretum* profitentem audivit, *Bencium* verò fratris loco habuit, & præ ceteris dilexit. Innotuit ibidem *Hieronymo Mercuriali*, nostrę ætatis Medicorum principi: *Carolus* item *Sigonius*, & *Petrus Victorius*, illustres Historicos ac Philologos, per viam vidit; qui crescenti adolescentis famę faventes, adfectum omnem exhibuerunt. *Lovanium* rediit, annum ibi unum egit, primævo in flore juvenæ: & egit (ut simpliciter candideq; faretur ipse) hæc usquequaq; ad severam *Catonis* regulam. Liber erat, parentum & tutorum expers, atq; ita æqualium exemplo, & communis consuetudinis impetu abreptus, choreis, sodalitiis, ludis, & ceteris eius ætatis vanitatibus aliquam temporis partem impendit. Adeo verum illud, *Semel insanivimus omnes*. At *Deus* & natura melior honestissimæ indolis adolescentem revocarunt: qui peregrinatione, utili ac salutari cōsilio, in *Sequanos*, indeque in *Germaniam* institutâ, se subduxit, & societatem omnem pristinam valere jussit. Dolam verò, quę *Sequanorum* est *Academia*, à *Philippo Bono Burgundię Brabantięq; Duce* excitata, deflectens, dies ibi paucos substitit: & *Victorem Gislelinum*, dum *Medici* titulo donatur, publicè laudavit. Quaquidem oratione à meridie dicta, & convivio mox infecuto, febrim acerrimam contraxit, & tantum non periit. Valitudini pristinæ redditus, *Viennam Austrię*, atque in *Maximiliani II.* aulam se contulit: quę una plures tunc eruditos habebat, quàm aliorum tota ferè regna. Hic *Augeria Gisleio Busbequo*, multis legationibus claro, *Ioanni Crætoni*, *Nicolao Biesio*, *Medicis*, *Ioanni Sambuco*, *Stephano Pigbio*, *Historicis*, innotuit & placuit: atque ij

M. D.
LXVII.Romana
peregrinatio.Cent. ad
Ital. &
Hisp.
epist. 42.Adolescentia
libertas.Germani-
ca peregrinatio.
Mansio
apud Se-
quanos.Apud Vi-
ennenses in
Austriâ.

juve.

M.D LXX.
11.

*Professio-
nis pri-
mordia.*

Tac 13.
Annal.

Vxor.

Cent. 1.
epist. 31.

*Antique
Lectiones.
Cern. Ta-
citus.*

Præfat. in
Tacitum.

juvenem retinere, & iis in locis illigare non unâ conditio-
ne sunt conati. at frustra. Nam patriam respectabat; & ani-
mo redeundi, per Bohemiam, lustratâ Pragâ urbe regiâ,
per Misniam, Thuringiam, & vicina Saxoniz loca, iter in-
stituit: cùm ecce tristes de afflictâ novo bellorum turbine
Belgicâ, de quæ attrito militari injuria patrimonio, nuntii
allati, pedem figere vel invitum istis in locis adegerunt. I-
taque lenæ apud Thuringos paullo plus annum hæsit &
docuit: atque illa primordia ad Professorium ipsi munus
fuere. In quo munere ad extremum usque spiritum, quam-
quam rude jam donatus à Sermo Principe nostro ALBER-
TO AVSTRIO, magnâ constantiâ perstitit: ne inventuti, cui
ad optima ducendâ natus erat, deesse videretur. Fecit ita-
que quod ante ipsum nobiles, imò principes viri fecere: ra-
ti nimirum, *Professione publica, dignitatem omnem ornari, non
destrui.* Quod addo, ne quis *Professori* in ipsi linguam, ut o-
lim Agrippina magno illi Senecæ, velut probum obiciat.

Sed rebus in Belgicâ paullulum pacatis, oculos iterum
ad suos ac sua flexit, & Coloniam Vbiorum venit. Hic *An-
nam Calstiam*, viduam, patricia Lovanii familia genitam,
duxit uxorem: sui magis animi, quàm amicorum impulsu.
Sed, ut ille ait, *Sic erat infans: & facilem viro femineque to-
rum esse*, Euripides olim monuit, LIPSIUS usu didicit. Vi-
xerunt porro concorditer, quamquam fructus matrimonii,
id est liberorum, exsortes: quæ res, felicissima alioqui con-
jugia, sæpe turbavit & turbat. Disputant autem Medico-
rum filii, quæ fiat, ut viri magni atque heroës ferè liberos
non suscitent; aut si suscitent, idem ipsi, pro veteri prover-
bio, noxæ ac probra plerumque existant.

In Vbiis menses novem cum uxore LIPSIUS substitit,
& *Antiquas Lectiones* conscripsit: quæ in Plauto potissi-
mum emendando versantur. *Cornelium* deinde *Tacitum*, hi-
storiorum omnium prudentissimum, in manus sumpsit, &
in Colonienti isto secessu Notis primùm illustrare cœpit:
quem scriptorem, neque notum satis antea, neque luce aut
medicina digna donatum, bono publico ipse produxit. V-
tramque dare quidem conati antea fuerant, *Ferretus*, *Alcia-
tus*, & *Vertranius*: sed conati tantùm. Itaque viam ipsis vi-
sam potius quàm tritam ingressus noster, perpetuum po-
steà *Commentarium* Lugduni in Batavis adjecit. Placuit is
labor universæ Europæ: & multi deinde, quasi muscæ, ad
odorem bonæ famæ convolarunt, atque in eodem musta-
ceo, quod dicitur, lauream quæsiwerunt. In his *M. Antonius
Murtus*, *Iosius Mercerus*, *Ludovicus Aurelius*, Galli; *Curtius
Pichena*, *Julius Salinerius*, *Annibal Scotus*, Itali; *Emanuel Sar-
mienius Mendoza*, Hispanus; *Ianus Gruterus*, Belgæ; *Savillus*,
Britannus; alii: quorum nonnulli (ex ambitione an odio,
hauit

haut facile dixerim) viro illudere atque inequitare studuerunt; alij contra modesti, symbolas sua sponte contulerunt. Quin & *Iu ius* nescio quis ab ignoto terre angulo demum corruptit, & specioso Mirandulani codicis titulo, Notisque ex eo in scenam prolatis, Campana quadam superbia, in LIPSIVM, roteruus incurrit. At mox larvam ipse detraxit, & petulantian, sive inscitiam hominis, illam repressit, hanc produxit. Sensitque suo malo misellus, *barbam leonilanguido* (nam tum languebat noster, & respondendo convalluit) *vellentiam non est*.

Post *Tritum*, & *Antiquis Lectiones* evulgatas, sustinuit se paulisper à scribendo, atque ex Vbiis in Hiccanum suum migravit: animo destinans ruri agere, & tabernaculum vitæ in quiete illa, ab ambitu curisque remota, collocare. Scripsitque id temporis ad cognatum suum *Guil. Breugelium*, Consiliarium regium, dignam cedro *Epistolam*: qua Agrum, eiusque cultum, Vrbe meliorem esse, atque ad Stipientiam, ad Mores, ad Voluptatem, itemque ad Fructum, longè aptiorem disertè demonstravit. Et jam serò quietum, latens, ac rurestre istud vitæ genus erat ingressus: cum ecce bello civili iterum exsuscitato, licentia militaris ex agro in urbem migrare compulit. Itaque Lovanium redux, Jurisprudentiæ studiis, ex amicorum consilio, magis serò se dedit, & titulum etiam Iureconsulti, publica inauguratione, in magna frequentia, & post solennia experimenta, ibidem sumpsit. A foro tamen atque à Reipublicæ procuratore, non inertia, sed iudicio se perpetuo abstinuit: quod decretum nulla ipsi Suada aut Sophia eripere umquam potuit. Sciebat quidem Stoicos, quos præ ceteris Philosophis mirabatur, hac in parte esse alios: ut qui Reipublicæ sese dant, & undis, quod Poëta ait, civilibus sese mergant. Sed ingenium, natura, & ratio aliud nostro dictabant, suadebantque REIPUBLICÆ NON MISCERI, præsertim BELGICÆ, in tanta rerum confusione, ubi nemo auditurus, non nemo sana etiam consilia esset irrisurus. Voce tamen ac stilo sic universis & singulis prodesse semper studuit, ut non unius Reipublicæ, sed totius generis humani curam gessisse videatur. *Nec enim is solus* (ut sapientissimi Senecæ verbis utar) *Reipublicæ prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloque censet: sed qui iuventutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, a virtute instruit animos, in privato publicum negotium agit.* Quin imò eximia in primis ea censetur de Republica bene merendi ratio, si quis de Regibus ac Principibus bene mereri, id est, salutarium face monitorum iis studeat præluere. Itaque ne in otio literario ignaviam quæsisse videretur, sub id tempus *Epistolicas Lovanii Quæstiones* (in quibus cum ad varios Scri-

Manso in Lycano. M. D. LXXV.

Cent. 1. Miscell. epist. 8.

Iureconsulti missus. M. D. LXXVI. Cent. 2. Miscell. epist. 24.

Decretum Reipublicæ non misceri.

Et istolice quæstiones

Leges Regia & Decemvirales.

M.D.LXX.
VIII.

xxx. Ia-
nuarij.

Gent. 1.
Miscell.
epist. 14.

M.D.LXX.
IX.
Epist. 27.

*Electorum
libri.*

*Satyra
Menippeæ.*

Exstat
in Satur-
nalianum
fronte.
Cent. 1.
Miscell.
epist. 28.
M.D.
LXXX.II.

Scriptores, tum ad T. Livium pleræque sunt Notæ) evulgavit: *Leges* item *Regias* & *Decemvirales*, in auditorum gratiam, quibus eas ipsas, ut & *Livii* quædam, publicè interpretatus fuerat, tunc concinnavit.

Exinde acriores procellæ & venti iterum excitati, quibus nihil propius factum, quam ut Belgicæ navis mergeretur. Brabantia in primis nostra fluctuabat: Ordinum confœderatorum copiis à Joanne Austrio, duce fortissimo, partaque de Turcis ad Echinadas victoriâ clarissimo, apud Gemblacum cæsis fugatisque. Quid? Musæ tympanorum turbarumque strepitu in exsilium pelluntur: cum ipsis alumni diffugiunt, atque inter ceteros LIPSIUS. Lovanio in ordinem redacto miles regius imponitur; suppellex Lipsiana, in istâ rerum flammâ, periclitatur. Opportunè *Martinus Antonius Delrius*, Joanni tunc Austrio à consiliis, idemque regiis in castris Judex, adfuit: & veteris amici sui (is se Antverpiam subduxerat) res, opes, libros, ac scripta, id est vitam ipsam, ut noster nuncupat, periculis eripuit. Exinde turbis, Numidæ in morem circumactus, sine lare, sine certis sedibus aliquamdiu noster discurrit: quas tandem Lugduni in Batavis posuit, Ordinum vocatu, & stipendio sanè perhonesto; sed temporaneas, non perpetuas, --- *Dum consilescant turbæ, atque ira leniant.*

Turbæ tamen ex turbis, ut fieri amat, enatæ stationem mutare vetuerunt, & annos ipsos tredecim in Batavis tenuerunt. In alto illic otio, in flore ætatis & ingenii, scripsit ediditque varia, atque ea præ ceteris maximè elaborata. Initium fecit ab *Electorum* libris: in quibus partim *Critica*, partim *Ritualia*, variè electa ac decerpta; Plinii exemplo, quem commentarios cxx. *Electorum* reliquisse, nepos ejus disertè commemorat.

Satyram postea *Menippeam* lusit in ambitionem atque imperitiam quorundam, qui Criticos sese dicunt: veros enim germanosque tangere mens illi numquam fuit. Turbas tamen atque invidiam auctori scriptum istud peperit: quòd in eo ioci essent nonnulli de laureâ Poetarum, quam Imperator solet elargiri. Clamabant universum id genus vatum, ignominiam sese ab ipso affectos, Cæsaremque ipsum injuriâ adpersum, quasi non id illi jus esset aut potestas. At postquam Epistolâ seorsim editâ se purgavit atque aperuit, omnis ista bilis soluta est in risum. Nihil enim aliud schemate illo voluit, quàm quod vetus habet verbû: *Multos thyrsiferos esse, paucos Bacchos*; itemque *Laurigeros* quidem *multos*, *paucos* autem *Phœbas* in Germania numerari. Et hoc sciunt, meritoque deplorant illi ipsi, quos merito suo Phœbæa illa laurus cinxit.

A turbis ad ludos & spectacula conversus, *Saturnalianum* libros

libros, qui *De gladiatoribus*, foras dedit: & cruentas illas in pace pugnās, nostro ævo ignotas, retraxit; oculisque velut spectandas, non sine cavæ Senatoriæ & Equestris plausu, proposuit: venusta *Othonis Vani*, nostratium Pictorum facili principis, manu ac penicillo adiutus. Cumq; universam rem Spectaculorum veterū, Muneris inquam utriusque, cum Circi tum Scenæ, illustrare statuisset: perutile illi visum, imò necessarium, de locis ipsis, eorumque formis, quædam præmittere. Itaque *De Amphitheatro* quædam contexuit, ipsamque Arenę imaginem, faciem & habitum accuratè expressit.

*Satyrna-
lia.*

*Amphi-
theatrum.*

Et potuisset id genus plura ex Antiquitate quasi ludens depromere, nisi seria illum studia avocassent, & acri quodam thyrso pectus alta Diva percussisset. Sapientiam intelligo: cujus semitam diu interclusam, spinisque obsitam sternere & munire aggressus, ut publicis malis solatium pro virili adferret, *De Constantiâ*, in mediis Belgicæ nostræ turbis, constanter scripsit, & S. P. Q. Antuerpiensi inscripsit. Quod ad eò gratum illis exstitit, ut pro veteri suo in eruditos homines humanitate ac beneficentia, aureum viri libellum duplicem duplici patera inaurata, affabrè cælata, compensandum existimarint.

*Constanti-
a.*

Sub idem tempus novitius in Italia libellus prodit, *M. Tullii Ciceronis*, ut volebant, *Consolatio*: quo scripto seipsum de filię obitu consolatus dicebatur. Judicio ad hunc nostrum *Reipublicæ literariæ Principem* (quem illi titulum Gaurgericus Rivius ingenioso libello adstruxit) delato; is personam mox detraxit, & stilum disiunctum, otiosum, lentum, & phrasim Sigonianam primus, nisi fallor, agnovit ac detexit: *Jano Guilielmo, Riccobono*, aliis mox suffragantibus. Aucta porrò jam fama, cum *Epistolas* suas ab aliis alibi vulgari comperisset, eas ipse errantes collegit, & *Longolij, Sadoleti, Bembi, Bunelli*, quemque in hoc genere unicum laudare solebat, *Poliziani* exemplo, publici juris fecit: *Epistolica Institutione* in bonum juventutis adjuncta. Atque hinc iterum turbæ: quòd in Centuria altera epistolę quatuor essent, quę ioci aut falis aliquid haberent in hospitia Westphalorū. Non pauci morsum aut læsionem interpretati sunt: & pro Westphalis suis libello etiam edito *Domannus* pugnavit. At *LIPSIUS*, ut erat ingenio placido, atque ab omni litigandi studio admodum alienus, epistolas illas, non interpretatione solum lenivit (quod vere poterat, & publicè in litteris ad Jacobum Monavium jam fecerat) sed spongia delevit.

*M. D.
LXXX.
III.
Ciceronis
consolatio.*

Epistola.

*Epistolica
institutio.*

Ut de *Valerio Maximo, Senecâ Tragico, Vellejo Paterculo*, quos Notis & Animadversionibus illustravit, nihil dicam: dialogus *De rectâ linguę Latinę pronuntiatione* dignus est profectò, qui publicè in scena laudetur. Grammaticum, fa-
teor, argumentum, atque ex se tenue ac vile fortasse; sed quod

*De rectâ
pronuntia-
tione lin-
guę Latinę
Dialogus.*

Politica.

quod olim & Senatores atque ipsi Principes tractarunt: quodque sic noster enucleavit, ut ne ipse quidem Priscianus, si reviviscat, quidpiã ad dera aut desiderare possit videatur. Et nescio certè, an posteritas credet, ab uno eodemque ingemo, & hæc minuta & alia quæque grandia, tam exactè, tam equaliter potuisse tractari. Enimvero quid tessellato *Politicorum* opere sublimius? quid illo *De una Religione* commentario divinius? Ut phrygiones è varii coloris filo unum aulæum formant: sic noster mille aliquot veterum gnomas, pulchras, acres, atque ad salutem generis humani natas, in unum conduxit, atque ex iis elegans istud *Politicorum* corpus conflavit. Nimirum in *Constantiã* sua Cives ad patientiam & parendum formarat: hac scriptione Regibus ac Principibus, ad rectè imperandum, faciem prætulit.

Vreſica.

Invidiam tamen (ut summa semper petit livor) effugere non potuit, quam duæ ipsi *vocolæ potissimum pepere-runt: ignem struente *Theodoro Cornbertio* (quem nunc Diodorum, nunc Dialogistam ipse nuncupat) homine vix Latino, & novæ in religione apud Batavos sectæ auctore & antesignano. Scripserat noster, *Hæreticos seditiosos ac turbidos esse puniendos*: ille sic accepit, quasi dixisset, quoscumque in religione erroneos urendos, secandos, occidendos; libelloque vulgari lingua edito, hominem mitissimum sævitæ apud Ordines Bataviæ accusavit. hominem, inquam, mitissimum: cujus scripta quisquis sedatè legerit, nec sævitiam nec lenitudinem increpabit, sed fatebitur viam præscriptam, quam bono generis humani iniverint hodie qui regnant. Quin imò agnoscat in lenitudinem semper fuisse proniorem, quique in hanc potius, quam in aliam partem peccandum, si modo peccandum, existimarit. Et tamen VRENDUM & SECANDUM nonnumquam, veterum Medicorum ritu: qui in pravo ulcere aut vulnere secabant, deinde sistendo sanguini urebant. Nam quis eadem vetet in animi ulcere, præsertim si quando vana

Contra
Dialogist.
cap. 3.

Lucræ.

Religio peperit scelerosa atque impia facta, si quando turbas & dissidiorum faces accendit? Ut vetera & nostra taceam: an non Calvinus ipse in Michaële Serveto, patrum memoriã, præiit exemplo? An non & Beza clamat? *Qui hæreticos puniendos negant illic continentur in Ecclesiam Dei invenire opinionem longe pestilentissimam, & ex diametro repugnantem d. Eccl. primam à Deo patre traditæ, deinde à Christo instauratæ, ab universis denique Ecclesiis Orthodoxis perpetuo consensu usinpatæ. Ut mihi magis quidem absurdè facere videantur, quàm si sacrilegos aut parriidas puniendos negarent, cum sint istis omnibus hæretici infinitis partibus deteriores.*

De una re
ligione li-
ber.

M. D. XC

Ad LIPSIVM redit oratio. Is, libello *De una Religione* adversus *Cornbertium* edito, ex Batavis dolo bono pioque se sub-

se subduxit : profectioe per Germaniam in Eburones, ad Spadanos fontes acidos, hepatico, quo laborabat, morbo (ut prætexebat) curando, instituta. Discessus causa duplex illi fuit, Religio nimirum & Fama : acre telum utrumque. Hamburgo itaque Moguntiacum studio desectens, cum Ecclesia Catholica Romana serio & publice in gratiâ mox rediit, idque per Patres Societatis IESV ibidem non timide aut ignave, sed palam noster in posterum futurus. Id ipsum litteris ad Martinum Delrium, Leodici tunc agentem, datis libuit testari : quas ad utriusque gloriam hic syllabatim exhibebo.

Cent. 2.
Miscell.
epist. 87.

REVERENDE PATER,

AMOR vester vetus & verus non permittit, ut te telem facinus grande, quod patravi. Dei benignitate eripui me è laqueis, quibus implicabar, & salvus atque incolumis perveni in Germaniam ad Patres vestros. Mentior salvus. Ager perveni, & pressus pondere peccatorum. Sed Dei misericordia, ope Patrum, illis quoque me liberavit; & hoc unum superest, ut perseverem in bonâ viâ, & firmo eam pede calcem. Juva omne me tuis precibus : tu inquam, qui ad hanc me in parte duxisti, post cuius salutare litteras Deum iterum iratum habeam, si umquam conquievi. Nocte & die me fodit ille stimulus, nec ipse somnus mihi nisi per insomnia inquietus. Deo gratia esto, qui invitum quasi & reluctantem se eduxit, & posuit in locis, ubi mihi, Ecclesiæ & Republicæ possim esse utilis, quod serio recipio me (illo adjuvante) facturum. Sum nunc apud Patres Moguntiaci, & inter primas curas habui, ut hæc paucula ad te exararem. Lætare frater, qui vere fratrem & amicum recepisti; & ignosce omnia præterita, ita Deus tibi quoque ignoscat. Precibus tuis & Patris Orani me commendo serio, serio: quem participem facere hujus nuntii potes, sed solum. Nam divulgari non expedit, quia uxor, familia, & resculæ meæ, etiam nunc sunt apud Hollandos, Brevis eripiam, & palam bonis me reddam. Ora, ora pro me Moguntiaci, XIV. April. M.D.XCI.

Lipsii ad
Leodium
Epistolæ
suo ad Ga-
liicos re-
ditum.

Nunc demum tuus verè frater

I. LIPSIUS.

Non defuerunt tamen, qui minus sincera candidaque mente nomen dedisse Ecclesiæ Romanæ, calumniarentur. Adversus quos rabulas ac blatterones audi sic alibi exclaimantem : Deus fulmine suo me perlat (cogor enim aliquid pro adfectu ardentius dicere) si est aut fui in totâ hac actione meâ aliquid simulatum, & omitto Deum omniscientem illum judicem, & omnia vindicantem: apud homines ipsos ita prostituam meam Famam, ut palam ita proclitor sim & audiam? Qui aliquid sinceri iudicii adfert, & oculo non iniquo intuetur meam causam, videbit ne posse quidem me aliter ambulare, quam pede recto.

B

Quod

In epist.
ad Ludovicum
Thouar-
dum
1591 data

Quod feci, quod facio, quod faciam, securus de humanis iudiciis, quibus in malignam sententiam ego quidem non sum causssa.

Moguntiaci digressus, cum Leodici, tum Spadæ biennium fere egit; bibitque Acidulas illas, jam olim à Gilberto Philareto Limburgio, & nuper à Philippo Gæringo, Thoma Rietio, Abrahamo Nicolao Frambesario, aliisque Medicis laudatas. Amicos hinc repperit, *Guilielmum Bergium* in D. Lamberti Decanum, Antuerpiæ post Antistitem, ac deum Cammeraci Archiepiscopum; *Iacobum Carondeletum*, Cancellarium; *Arnoldum Wachtendonckum*, *Carolus Billeium*, *Petrus Oranum*, Consiliarios; *Dominicum Lampsonium*, poetam egregium, eiusque fratrem *Nicolaum* ad D. Dionysij Decanum; *Ioannem Furium*, Martinianæ ædis Canonicum; *Othonem Vanium*; quique per litteras, unâ cum *Nic. Oudarto*, auctor illi ac princeps ad mutandam sedem exstiterat, * *Martinum Delrium*, sacra tunc Conscientiæ jura in eâ urbe explicantem.

* Delrij
vitam ty-
pis Plan-
tinianis
editam
consule.
Principes,
qui cum
ad se eve-
cantur.

Fama discessus per Germaniam sparsa, mox *Guilielmus* Boiorum Dux, eiusque frater *Ernestus*, Ubiorum atque Eburonum Antistes, *Wolfgægus Theodoricus* Salisburgensium, *Iulius* Herpipolensium, *Andreas* Vratisslauenfium, Præfules, alique Germaniæ Principes ipsū splendide ac prolixè invitarunt. Ut & postea *Clemens VIII.* Pont. Max. *Afcanius Columna*, *Gabriel Paleottus*, *Fredericus Borromeus*, *Franc. Sfortia*, Cardinales; *Henricus IV.* Galliæ Rex, *S. P. Q. Venetus*, *Ferdinãdus Medices* Etruriæ, *Franciscus Maria Roboreus* Urbinatum, Duces; *Patavini*, *Bononienses*, & alij cum Principes tum populi, stipendio ac viatico quod ipse definiret, plures vocarunt. Unius privati hominis adfectum silere nec possum, nec debeo. Fuit is *Benedictus Arias Montanus*, Hispalensis, vir eruditus linguis cultissimus, quique editioni Bibliorum Complutensium, jussu Philippi II. Regis Catholici à Plantino adornatæ, præfuit. Is, inquam, benigna & rara effusione, **LIPSIIUM**, non ut hospitem aut amicum, sed (eo verbo utendum est) quasi filium, sæpius in Hispaniam, suamque domum invitavit: & se vivo, rerum suarum consortium, mortuo successionem ex assc obtulit. Eant nunc, qui sæculum hoc effœtum esse, nec magna in illud exempla cadere, falsò queruntur. Omitto ceteros, qui ultrò vocare, adsciscere, & proprium sibi habere hunc virum, honestissimis congiariis, voluerunt. Neque ipse omnino noluit fortasse; sed patriæ amor & misratio, velut tribunicia quadam vi, intercesserunt, & abesse talem civem noluerunt. Lovanium igitur reverti placuit: Brabantiae Ordinibus per *Nicolaum Oudartum*, veterem amicum, Machliniæ tunc Canonicum & Officialem, benignè serio-

*Benedi-
ctus Ari-
as Monta-
nus.*
Cent. ad
Italos &
Hispanos
epist. 4.

Præfat. in
Poliorce-
tica.

ferioq; vocantibus. Quibus, ut gratum se probaret, suos *De Cruce* commentarios paullo post dicavit consecravitq;: scripto testatus; *Si quid usquam præter religionem moreq; veteris, se non agnoscere; sed illi se adherere*, **FELIX ECCLESIA**, CUI TOTAM DOCTRINAM APOSTOLI PETRVS ET PAVLVS CVM SANGVINE SVO PROFVDERVNT. Pupugit id graviter quotquot novis in religione opinionibus studebant: è quibus nonnemo Lipsianæ mox Latinitati bellum indixit, alius Antiquitatis invidiam, atq; id genus cunctarum actiones objecit. Sed jaculationes istæ, lapides isti in ipsum pluebant ab una hac causa, quòd illam causam (in qua tam corpore potius, quàm animo fuerat) fortiter & feliciter deseruisset. Non expediebat scilicet, LIPSIVM in admiratione esse, qui tacitus & exemplo partes eas dānaret: tacitus? imò aperta, ut dixi, professione, & scriptis. Hoc mordebat, hoc pūgebat, hoc voces, calūnias, invidiā excitabat.

Porro cū opus aliquod jamdū LIPSIVS meditaretur, & sollicitè quærerèt, quod lucem ad res Romanas & Græcas præferret, repperit quod *Facem Historicam*, non ex superbiā, sed ex proposito, appellaret. Hoc cū diffusū, imò & confusum esset, placuit excerpere primū ex omni cumulo quidquid ad *Militiam* facere videbatur. In suis itaq; ad *Polybium* commentariis, quidquid ad militiæ ordinē, arma, legesq; spectat, aperuit: in *Poliorceticis* autem *Machinas*, *Tormenta*, *Tela* veterum, adjutante iterū *Venio*, exhibuit; daturus & *Triumphum*, felicitis belli clausulam, nisi valetudo adversa intercessisset. Sibi post redditus, *Admiranda Imperiorum*, florente olim ætate collecta, coepit disponere & vulgare; à *Romanā Magnitudine* feliciter exorsus. Atque utinam ceterarum gentium Imperiis eandem lucem ac gloriam mors importuna non invidisset!

Ad annum, Scævis Principibus nostris ALBERTO & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ auspicalem, venio. Ij cū Lovanij, more majorum, VII I. Kal. Decembris inaugurati essent, postridie eius diei Athenarum sive scholas publicas viderunt: magnos in eo Principes imitati, ut *Cn. Pompeium Magnum*, qui è bello Mithridatico victor, Rhodum veniens, Possidonium publicè contra Hermagoram disputantem audivit, omnium Professorum ædes singillatim circumivit, exedras lustravit, fascesque laureatos ac secures privatorum januis submittens, singulis munificentia verè Romanā talentum impertivit. Quid Tiberius Imp. in eadem urbe? circa *scholas & auditoria Professorum*, (ut Suetonii verbis utar) assiduus fuit. Quid Claudius itidem Cæsar? Ille verò inopinatus sæpè recitantibus interveniebat. Sic & Principes nostri, cū ad gymnasium publicum venissent, LIPSIVM dicere aliquid subitaneum

M. D. XCII
De Cruce libri.

Hoc de Romanā Tertull. præc. ad vers. hz. ret cap. 36.

Hent. Stephan. Georgius Thomason, & alij.

Cent. 3. ad Belgas epist. 28.

Fasti Historici.

Milium Romanam. Poliorcetica.

Magnitudo Romana.
M. D. XCIX.

Plutarchus.

*Dissertatiuncula
apud Sere-
niss. Belgii
Principes.*

voluerunt, sive iusserunt, Fecit, & à solitæ lectionis more non recedens, *Annæi Senecæ* librum *De Clementiâ* in manus sumpsit, & pauca eius verba, à confesso & tempore isto non aliena, explicavit. Quam quidē *Dissertatiunculam* ad Principes habitam, qualis fuit, totidem verbis, sine colore aut fūco, postea vulgavit: etsi augere ac polire, exemplo veterum, atque adeo Tullii & Plinii, potuisset. Et verò intererat publicè, factum istud Principum, quale in omni ævo vix legas, prodi, posterisque tradi. Quid enim illustrius, quam fœminam, inter principes principem, ultro ad istas recitationes litterarias venisse, sedisse, audisse? Fecit. quid nisi heroinam illam *Isabellam*, Ferdinandi Magni Regis Catholici conjugem, ataviam suam, æmulata? quæ adeo honestarum artium amore flagravī, ut jam nupta & grandior, Latinas litteras discere non erubuerit. O, eat in sæcula illud & hoc exemplum, & unà cum bona Fama, Principes ament istas Famæ & Æternitatis artes;

Ovidius
lib. 4. De
Ponto,
leg. 8.

*Tabida consumit ferrum lapidemque vetustas,
Nullaque res maius tempore robur habet.
Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosti,
Et quisquis contrà, vel simul arma tulit.
Fit vivax scriptis virtus, expertisque sepulchri
Notitiam seræ posteritatis habet.*

Plinii Pa-
negyricus

Dissertatiunculæ extemporaneæ, & per se levi fortasse, ut pondus adderet, C. PlinII *Secundi Panegyricum*, Trajano Imp. dictum sive scriptum, cum perpetuo commentario, adjunxit. Atque utinam, bis utinam, præclara ista Palatini nostri legant, intelligant, & obsequantur! Idem Regibus ac Principibus optare liceat; quibus *Politica* scripsisse non contentus vir bono publico natus, eadem *Exemplis Monitisque*, ut valida essent atque efficacia, illustravit. *Exemplis*, inquam, illustravit, quòd illa & in rem velut præsentem ducant, & facta ostendant, quæ faciēda suadentur: quodque viam præeant, in qua vestigia tutò ponamus. Qui navigandi parum peritus est, ut vada & scopulos vitet, priores sequitur naves; & sine magna sua arte, portum cum iis petit & tenet. Quis nescit & mulierculas, ut faciem cultumque recte disponant, ad speculum se comere? Prorsus hîc idem, aliena vita & facta speculum sunt, & imago, in qua te videas, ad quam mores tuos decorè componas, & cum fructu castiges. Selectissima itaque *Exempla*, maximeque varia, LIPSII vs è varia & multiplici lectione seposuit; & ad communem omnium usum, eleganti sanè ac facili stilo, repræsentavit: ut in hoc genere paria cum Maximo Valerio fecerit, imò superarit, si iudicium atque in scribendo dispositionem spectes.

Exempl.
lib. I. c. I.

*Exempla
& Monita
Politica.*

Historiæ porrò Belgicæ scribendæ à primis annis animum

num si applicuisset, non esset, cur Italis *Iovium*, *Sigonium* Hispanis *Marianam*, Gallis *Massonum* invideremus. Fidem faciunt historici *De Lovanio eiusque urbis Comitibus* commentarii; quos, occasione nuptiarum Illmi *Caroli Ducis Croij & Arschotani*, subitariè contexit: ut eadem opera *Heverleam*, nobilissimum Belgicæ prætorium, in suburbano Lovanienfi, fontibus, arboretis, hortis, vijs, ædificiis ad miraculum nuper à Lucullo isto Belgico instructum, in exterorum quoque notitiam ac lucem protraheret. Dedit & *Brabantia* universæ historiam, ab Ordinibus non semel rogatus, atque honesto congiario excitatus, nisi fata invida vetuissent. Cœperat enim mediæ ætatis historiis, præsertim nostratibus, jam grandior adfici: etsi junior Romanarum rerum admirator unicus, usque ad contemptum ferè cœterarum, fuisset, Nihil præter antiqua delectabat (quod quidem studium, seu veriùs morbus, hodieque multorum est), quæque nostri aut paulo superioris ævi erant, ut barbara & sordentia contemnebat. Senior iudicium mutavit. nam etsi illa immensum præferenda, tamen & hæc in subsecivis utiliter habeantur: & juvet etiam maiorum nostrorum res, ingenia, mores nosse; liceatque ex iis optima in usum aut exemplum transferre.

Corn. Tacitum, prudentiæ patrem, florente, ut diximus, ætate vulgarat: ea fatifcente, voluit & *Annæum Senecam*, philosophum, sapientiæ fontem, dare. *Manuductionem* ergo ad *Stoicam Philosophiam* adornavit; id est, faciem ad eius sectæ principem *Senecam*, quæ præluceret, accendit: tanto alacrius ea studia aggressus, quo brevius iter laboribus scriptisque suis testare præfagebat. Sicut athletæ, cum metam vident & accedunt, etsi fessi, appropierant: sic ipse in senectutis limite alacrius promptiusque sibi laborandum existimavit. Itaque universa *Stoicæ* familiæ dogmata, & decantata illa *Paradoxa* eruit, quodque à nemine factum antea, disposuit, & velut in thesauro condidit. *Ethica* quidem ex *Epieteto*, eiusque interpretibus *Ariano* ac *Simplicio*, *Plutarcho* item adversus *Cototen*, *Musonio* apud *Stobæum*, *M. Tullij* *Paradoxis*; *Physica* verò ex *Cleomedis* *Meteorologicis*, *Stobæi* *Eclogis*, & *M. Tullii* *Academicis*; utraque autem ex *Seneca*, *Diogenis Laërtii* *Zenone*, aliisque revocavit. Exinde, post *Ferdinandum Nonium Pintianum*, *Joannem Petrejum*, Hispanos; post *M. Antonium Muretum*, *Nic. Fabrum*, *Franc. Iuretum*, *Dionysum Gothofredum*, Gallos; post *Des. Erasmus*, *Hadr. Iunium*, *Ianum Gruterum*, Belgas ferè ipsum *Senecam* aggressus est: ut fatali quadam sympathia tres eruditi Belgæ, inter se anicicissimi, in *Senecæ* illustrandis, *Lipsius* in *Philosopho*, *Andr. Schottus* in *Rhetore*, *Mart. Delrius* in *Poëta tragico*, conspirasse videantur.

Lovanien

Cent. 5.
Miscell.
epist. 78.
& 94.In Lovanio
lib. 1. c. 1.

M. DC. IV

Manuductionem
ad Stoicam
Philosophiam.

Physiologia.

L. Annaeus
Seneca,
Philosophus.

Bochius
obiit an-
M.DC.IX.
Rubenius
M.DC.XI.
*Cent. 5.
Miscell.
epist. 84.

Epist. 98.

Divæ Hal-
lensis & Si-
chemiensis.

In Divæ
Hallensi
cap. 1.

M. DC. 1.

In Divæ
Hallensi
cap. 1.

Philosophum quidem eximium, Virtutis atque honesti præconem, emendatum, scholiisque illustratum PAULO V. Pont. Max. noster inscripsit: & per *Philippum Rubenium*, suum olim auditorem (qui S. P. Q. Antuerpiensi à Secretis, *Joanni Bochio*, poetæ eximio, suffectus) obtulit. *Voluit nimirum vel sic orbi universo constare, quem caput Religionis in orbe agnosceret. Pontifici optimo donum & dicatio longè gratissima exstitit: quod per literas ipse testatus est, quin & hortatus, ut stilum & ingenium ad ornandam Ecclesiam, & magnitudinem ejus propagandam, vellet conferre. Quod velut divinitus sibi imperatum suscipiens, statuerat omnem huius rei operam dare, si vita longior obtigisset: ut litteris ipse, paucis ante obitum diebus, ad eundem PAULUM Pont. datis, disertè est contestatus. Etsi jam antè hunc animum cœperat ostendere, & publicè militem in Ecclesiæ castris agere. Nam ediderat ante biennium, *Miracula & laudes DIVÆ VIRGINIS HALLENSIS*, itemque *DIVÆ SICHEMIENSIS*. Qui libri quia sermonem multis dederunt, & summam auctori apud Novatores invidiam confluxerunt, habescriptionis utriusque, quidquid alii mentiantur, occasionem & causam.

A primâ adolescentia Divæ Virginis amorem & cultum LIPSIUS induit, eamque sibi patronam adoptavit, & ducem in periculis, in molestiis, in omni denique vitæ cursu elegit. Etiam in studiis, *Joannis Damasceni*, *Ruperti Tuiensis*, *Bernardi*, *Thomæ Aquinatis*, aliorumque exemplo: & si quid accuratius pangendum, aut dicendum publicè esset, ubi famæ vel memoriæ res agebatur, precibus ac votis eam supplex adiit, & felici semper successu. Ex Bataviâ Leodicum ut primum venit, in sodalitium Marianum (cui Patres Societatis JESU præsident ac dirigunt) nomen etiam dedit: atque Oratione panegyrica publicè habitâ suum in Virginem adfectum testatus est. Id ipsum & Lovanii postea præstitit, atque in frequentandis assidue concionibus, ceterisque id genus piis exercitationibus obeundis, juventuti non modo exemplum præbuit, sed & calcar addidit. Ab eodem deinde adfectu Hallas diu aspiravit, & tandem adivit; Hannoniæ opidum, tertio à Bruxellis lapide, magna apud Belgas & externos fama celebre, & *Miraculis*, quæ tutelaribus ibi Divæ meritis à multis jam annis divinitus patrantur, inclytum. Sed cum venit, & templum ab intervallo conspectum calidè adiit, ac preces cœpit fundere, sensit trepido quodam gaudio, & mixta veneratione, corpus animumque percelli; & palam in loco Numen esse, quod vel ignavis mentibus se superfundat. Exinde sacris ritè peractis, cœpit oculos avidè circum-

circumferre, ad ipsam Deiparæ aram, ad facelli reliqua, tabulas, donaria, & plurima ibi divinæ potentia aut humanæ pietatis monumenta. Ubique *Facta miranda*, supra captum aut fidem hominum, supra ipsam Naturam: & inter tot miranda, subiit illud mirari, nondum fuisse, quæ ea scripto complecteretur, & Dei ac Virginis augendæ gloriæ divulgaret. Incidit ipsi cupido: quam voto etiam adstrinxit, statuitque inquirere, colligere, scribere, quæ huic instituto essent. Egitque adeo mecum de his rebus non semel; & illius ego jussu, cum *Francisco Costero*, Societatis JESU Theologo eximio, atque istarum rerum curioso. Anno insequenti noster in gravissimam ægritudinem incidit, votum fecit, Hallas se contulit: clientem sibi supplicem Diva recreavit, ac valetudini paullatim restituit. Ipse *Pennam* argenteam (nec potuit pretiosius quidpiam) in templo ante aram Virginis suspendit, & pios hosce versus subscripsit:

M. DC. IX

*Hanc DIVA, PENNAM interpretem mentis meæ,
Per alta spatia quæ volavit ætheris,
Per ima quæ volavit & terræ, & maris:
Scientiæ, Prudentiæ, Sapientiæ
Operata semper, ausa quæ CONSTANTIAM
Describere, & vulgare; quæ CIVILIA,
Quæ MILITARIA, atque POLIORCETICA:
Quæ ROMA MAGNITUDINEM adstruxit
tuam:*

*Variæque luce scriptæ prisci sæculi
Affecit, & perfudit: hanc PENNAM tibi
Nunc, DIVA, merito consecravi LIPSIVS.
Nam numine istæ incohærent sunt tuo,
Et numine istæ absoluta sunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hæc spiret! & famæ fugacis in vicem,
Quam PENNA peperit, tu perenne gaudium
Vitæque, DIVA, LIPSIO pares tuo.*

Atque ex eo quidem tempore pietas & voluntas illi creverunt, ad exsequendum quod pridem statuerat. Ut juvaremus in partem, & amico petenti gratificaremur, Rmus *Joannes Miræus*, Antuerpiensium tunc Episcopus designatus, patruus meus, *Franciscus Costerus*, & ego, Hallas profecti sumus: Acta item, ac Regesta loci illius diligenter excussimus: probante Illmo *Guilelmo Berghio*, Cameracensium Antistite, cujus jurisdictionem ac tribunal agnoscit id opidum. Acta fideliter exscripta, publicoque Senatus ejus opidi sigillo firmata, post ad L I P S I U M misimus. Ea digessit ipse, concinnavit; & quam-

M. DC.

III.

quam stili florem & adfectus obiter miscuerit (jus & laus est fieri , orationi erigendæ aut animandæ) tamen rei & veritati hilum non addidit, nec apicem detraxit. Ordinem denique ac decorem dedit : & piis argumentum placuit, nec eruditis recteque sapientibus tractatio displicuit. At Novatores & partiarum certatim incurrentes (quid mirum ? constat omnium ætatum hæreticos Vatiniano in Virginem ejusque cultores odio flagrasse) epigrammatia insulsa, libellosque famosos mox sparserunt. Primos inter, sannio quidam Batavus plebejæ suæ lingua sordes impurissimas evomuit : sed impudentissimum tympanotribam, edita ² *Rejectiuncula*, nolter contudit ; & primis dentibus leo leporem istum fregit. Exinde maledicta acerbiora nescio quis terræ filius, *Idoli Hallensis* (ô Lucianeam blasphemiam igne Tartareo expiandam !) titulo ementito, sparsit in vulgus. Sed prudentioribus amicis suadentibus, LIPSIUS siluit, & judicio contempsit : atque adeo contemtu solo novum istum Porphyrium vincendum esse censuit. Sic ferè generosior molossus importunum catulum stolidè adlatrantem præterit, nec dente aut pugna dignatur. Quin ut iterum malis malè esset, coronam alteram, atque è vicino *Colle aspero* decerptam, Virgini noster anno insequente obtulit : Improbabant quidem, aut deterrebant morosi & prauè sapientes nonnulli, tamquam a narrationibus parum certis, ut aiebant, aut minus fidis. At verò cum mille sint hic testes, sintque examina, & alia quæ in profanâ historia non adhibentur : cur huic tamen credemus, divinis autem refragabimur, & oculos obstinati claudemus, ne Solem hunc tam claræ veritatis admittamus ? Pravitas est : & hi tales per cuniculos subvertere conantur arcem Religionis nostræ, quæ Miraculis est superstructa. NEQUE ENIM POSSUMUS ALIA RE EFFICACIUS FRANGERE ET CALCARE HÆRESIM, QUAM HOC MIRACULORUM FULMINE : ubi non verbis sed factis disputamus, & impudentissimorum etiam oculos atque animos ista rerum majestate perstringimus.

Exstat excusa ad finem DI- VÆ SICHEMIENSIS.

Cent. 5. Miscel. epist. 67.

Divæ Sicheniensis

Cent. 5. Miscel. epist. 59.

Epist. 98.

Admiranda itaque in vicinia, quinimò in sensibus nostris gesta, posteris meritò prodenda existimavit : hortantibus in primis *Matthiæ Hovio* Machliniensi Archiepiscopo (cujus mandato explorata fuerant omnia, ne fraus aut fucus imponeret) & *Joanne Miræo* Antuerpiensi Antistite : qui & scripto ea cum fide digesserat ac consignarat. Ab illo namque hausit LIPSIUS, itemque à viro erudito ac pio *Philippo Numanno*, S. P. Q. Bruxellensi à Secretis : qui lingua nostra Belgica prius ista evulgarat.

Atque

Atque hinc iterum convitiarum plaustra, prudenter tamen silente, & ridente LIPSIUS : etsi non desissent, qui aliter vellent, & velut classico ad pugnam excitarent. Itaque auditæ non semel illius hæ voces apud amicos, qui plus æquo feruentiores videbantur : *Quid ego in homines iniquos, turbidos, & quibus unum studium, litigare? Non est meum Thyestæo more, quod hodie obtinet, furere aut scire. Et verò fac me respondere, & ista omnia obiter ac profligare : quis finis aut fructus erit? Finis? imò principium litigiorum, & pro uno meo scripto tria rescripta : adeoque Tusca oriuntur jurgia. De DIVIS nostris estote securi, quæ fremente impietate vident, & noster in eam cultus : atque ego ab id genus scriptis famam, imò & gloriam ac claritudinem apud posteros habeo : Vero, cum omne istorum nomen & factio non erit. Hæc ille animo Christianè Stoico. Cum pergerent interium amici, & molestior esset nonnemo : Heus importune, agebat, qui jam abeuntem, & maiora magisque seri & meditantem supervacuò laceassis : si opus, & usus fuerit, non deerit amica aliqua manus (& Carolum Scribanium, Societatis JESU Theologum, animo juxta ac stylo robustum, designabat) quæ LIPSIUM non patietur inultum. Dixerat, & evocatus ad beatiores sedes, Spartam hanc reliquit intractam. Lipsiana proinde designatione, seu veriùs sponcione, amicorumque precibus victus Scribanius, respondendi provinciam à morte illius suscepit : eò magis, quis silentium omnium nostrum consensum aut victoriam duceret, quàm ut improbissimæ maledicentiæ (quis id speret, in ista ævi huius licentia ac proteruita? frenos iniiceret. Legat autem quisquis DIVAM & LIPSIUM amat, *Orthodoxæ fidei Controversa*, itemque *Defensionem LIPSI postumam*, & alia id genus ab eodem Scribanio nuper edita.*

Cent. 5.
Miscell.
epist. 67. i
& alibi.

Ad extremum vitæ actum, fabulæque castrophæ, tristem illam quidem, sed in qua sunt omnia, jam venimus. Anno cld. lcc. vi. Kal. Aprileis, è tussì, gravissimisque stillantis cerebri defluxionibus, æger esse cœpit. Morbo ingravescente, *Leonardum Lessium*, Societatis JESU Theologum, eruditionis fama, ac libris editis celeberrimum, sibi que perfamiliarem, advocavit : atque in procurandis riru Christiano sacris, & animo expiando eluendoque totus fuit. Adeò quidem, ut extremis illis diebus, nec scriptorum à se editorum aut adsectorum, nec studiorum ullam omnino mentionem fecerit. Uni enim Deo, vitæ mortisque arbitro, tunc vacandum rectè existimavit. Ceterarum itaque rerum omnium curis abjectis, sacrosanctum CHRISTI corpus XIII. Kal. Aprileis, qui dies in Dominicam, ut nuncupant, Palmarum tunc incidit, pie suscepit, & oleo

M DC. VI.
Mortuus
novissimus.

sacro, more Christiano, die proximè sequenti inunctus est. Porro ad extremum usque spiritum firmâ atque integramente constitit, tantâ quidem animi constantia atque alacritate, nihil ut uxoris carissimæ, aut amicorum undique adfluentium lacrymis ac suspiriis moveretur. Itaque nec ullam querimoniam vocem, nec ullum repugnantis aut trepidantis animi signum edidit: utque in vita, sic & in morte obeunda constantissimus exstitit. Et certè non scriptis solum, sed & factis, philosophum se Christianum, mirificè comprobavit. Cùm enim ex circumstantibus quispiam Stoicam illi apathiam suggessisset, *Vana sunt ista*, respondit: digitoque in CHRISTI crucifixi imaginem, lectulo astantem, intento, *HÆC VERA EST PATIENTIA*, verissimè subiecit. Exinde piorum ac religiosorum hominum (qui frequentes ægrum visabant) preces assiduè expetiit: fuitque ex iis, solando oportune qui diceret, *Ecce, patrona nunc illa clientem expectat suum, & obviis expansisque obviabit ulnis*. Quid ad hæc noster? Oculis manibusque jam frigescentibus in altum sublatis, Virginem Matrem voto supplice in extrema ista lucta invocavit: *O Mater Dei, ad sis famulo tuo cum totâ Æternitate decertanti; nec me deseras in istâ horâ, à quâ pendet æterna animæ meæ salus*. Non semel insuper auditus est gratulari sibi, isto se anni tempore è vitâ migrare, quo CHRISTI sanguis maxime in Ecclesiâ ferueret. Cumque oblatum pro se incruentum Missæ sacrificium, interjecta Dominicæ passionis recitatione, ex quodam Societatis Jesu sacerdote intellexisset, *Faxit*, inquit, *Deus, Pater mi, ut sanguis ille pretiosus in me abundè derideretur, qui in illâ passione effusus est*. Unum porro scilicet non debeo, ex quo sincerum atque eximium illius in DIVAM adfectum cultumque licet agnoscere. Cùm in agone, morti jam proximus, versaretur, uxori mandavit, ut togam optimam, pellibus suffultam, professorii sui muneris administram, Virgini-Matri, ad ejus aram, Lovanii in basilica divi Petri Apostolorum principis, cultu miraculisque celebrem, in usus ac necessitates sacras, offerret ac poneret. Dictum, factum: atque ea toga postmodum, quod aræ aut sacris apta non esset, Gerardo Corselio ICIO & Antecessori, emtione cessit; qui non sine grata amici sui memoria illam accipit aut ponit. Æs inde conflatum, rationibus aræ adscriptum est, cultui Deiparæ augendo. Donarium hoc Lipsianum, adversus urbicorum poetarum, aliorumque gelastorum suggillationes, *Juanes Waverius* non minùs piè quàm eruditè asseruit: ut & doctum *Eucharisticum* suo olim præceptor, gratitudinis ergo, scripserat. Ceterum LIPSIUS, lumina cum testi-

Dicta item novissima

Wouerius in Afer-tio: e Donarii Lipsiani

Toga Virgini oblata

testificatione pietatis, Christi ex cruce pendentis imaginem frequenter amplectens, & nunc JESU nunc MARIÆ nomen ingeminans, x. Kalendas Aprileis nocte media, anno ætatis nono & quinquagesimo, placidè & leniter exspiravit: feliciore sanè euthanasia, quàm aut Cæsar Augustus olim optavit, aut habuit. Sed quod dolendum in primis, vetus LIPSIORUM in ipso stirps defecit, ut qui ultimus hujus gentis fuerit. Tamen quid refert? stirps perierit, nomen ipse propagavit (ut animosè, sed vere, cum poëta alibi loquitur)

Mors:
M DC. V L.

----- abortu

Solis, ad Hesperium cubile.

Liberorum item loco, posteris libros reliquit,

----- quos nec Jovis ira, nec ignes,

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Cent. 5.
Miscell. 47
epist. 3 r.

Morienti, præter domesticos, adfuere tres è Societate JESU sacerdotes, & unus è sodalibus Franciscanis; oculosque amici clausit * *Nicolaus Oudartus*, Canonicus & Officialis Machliniensis: cujus & funus, nuper luximus. Mediocri pompa, ut, qua erat modestia, jusserat, elatus est pridie Paschatis, VIII. Kal. Aprileis, hora post meridiem quarta, humeris universæ, ut sic dicam, Academiæ: certantibus nimirum inter se studiosis, ut extremum istud præceptori optimo pietatis officium impenderent; illius, ut arbitror, vocis Q. Cæcilij Metelli cognomento Macedonici memores, *Non fore ut in posterum id officium ab ipsis viro majori præstari posset.* Elatus est autem cælo admodum pluvio, ut id ipsum in lacrymas solui videretur. Conditus jacet, ut testamenti tabulis mandarat, in æde sacra Franciscanorum sodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad quam preces quotidie fundere solitus erat. Voluit nimirum & à funere istud sui in Virginem cultus sempiternum apud posteros exstare monumentum. Inscriptionem verè philosophicam, tumulo appendendam, paucis ipse versibus biennio antea complexus fuerat:

*Obiit
an. M. DC.
VIII.
Fumus.

Quis hic sepultus, quæris? ipse edisseram.

Nuper locutus & stilo & linguâ fui;

Nunc ahero licelit. ego sum LIPSIUS,

Cui litteræ dant nomen, & tuus favor:

Sed nomen. ipse alij. abibit hoc quoque:

Tumulus.

Et

Et nihil hic orbis, quod perennet, possidet.

Vis altiore voce me tecum loqui ?

*HUMANA CUNCTA fumus, umbra, vanitas,
Et scenæ imago, & verbo ut absoluam, NIHIL.*

Extremum hoc te alloquor :

Æternum ut gaudeam, tu apprecare.

J. LIPSIUS vixit annos LVIII. menses v.

Obiit anno Christiano cło lccvi. x. Kal. April.

Marmoreum tumulum, una cum statua, ære suo vidua excitavit : Senatus verò Populusque Antverpiensis, virum de urbe eorum ac civibus optime meritum, quique peculiari quodam adfectu & illam præ ceteris Belgicæ dilexit, & cum plerisque istorum singulari familiaritate conjunctus fuit, sarcophago itidem marmoreo complecti voluit ; hac Epigraphe addita :

JUSTI LIPSI
QVOD CLAUDI POTUIT
HIC JACET.
S. P. Q. ANTVERP.
INCLYTI VIRI,
FAMÆ ORBINOTÆ
VIRTUTI CÆLO RECEPTÆ
H. M. P.

Ceterum justa Justo persoluta sunt III. Kal. Aprilis, in primariâ urbis basilicâ, D. Petro Apostolici cœtus principi sacrâ. Defunctum pro funere laudavit *Gerardus Corselius*, Antecessor clarissimus : quem secuti alij postea amici, variis clarissimæ memoriæ virum epicediis, laudationibus, epitaphiisque editis certatim sunt profecti. Bibliothecam, non tam copiam quam librorum præstantiâ commendatam, scripta item sua, atque ingenii monumenta, *Guilielmo Greſio*, Bruxellensi, è sorore nepoti, annos ferè XIII. tunc nato, legavit ; & apud *Joannem Wouerium*, suum olim auditorem ac contubernalem, dum adolescat hæres, Antuerpiæ deponi jussit : Græcos autem, calamoque exaratos codices Lovaniensi Societatis Jesu gymnasio adtribuit. Extremæ suæ voluntatis curatores esse voluit *Nic. Oudartum* & *Joan. Wouerium*, itemque *Guilielmum Warrinrium*, suum olim ministrum, nunc in D. Petri Lovanii Canonicum. Testamenti autem tabulis cavit scriptorum suorum quidquam à morte evulgari :

Scri-

Testamen-
ti curato-
res.

Scriptorum, inquit, *meorum*, *cujuscunque generis, nihil, præter edita, edi volo. Excipio Centuriam epistolarum unam, & (si otium erit) alteram, à me collectam & sepositam. Si quis aliter, quocunque fine aut titulo: sacer atque instabilis esto, & Deus vindicatio in ipso, posterisque. Caveat. Similia olim Hieronymus, Hincmarus, & ante eos Virgilius Maro, severe mandarunt: laudatur tamen Augustus Cæsar, quod Æneida magno posteritatis bono servavit.*

Defuncto LIPSIO, publicam historiæ atque eloquentiæ in Academiâ Lovaniensi professionem non pauci, procuratis suffragiis, mox ambierunt. Amici, *Oudartus, Corseus, Wouerius, Joannes Bapt. Perezus*, & ego, qui funebribus interfueramus, *Erycius Puteanus*, Venlonæ in Geldriâ ad Mosam fl. patre consulari natum, veterem LIPSII auditorem ac cultorem, præ ceteris laudabamus. Is tum Mediolani apud Insubres eloquentiam publicè magnâ cum laude profitebatur; Historiographi regii titulo à PHILIPPO III. Rege Catholico cohonestatus. Agentibus itaque amicis, & commendante in primis *Joanne Miræo*, Antuerpiensium Antistite, à Sermo ALBERTO Principe nostro, per *Joannem Richardotum* V. Cl. Senatus Belgici Præsidentem, honorificè Lovanium est evocatus: Brabantiae Ordinibus, Academiæ Senatu, ceterisque faventibus ac suffragantibus.

*Erycius
Puteanus
Lovanium
evocatur.*

Libet de corporis habitu, deque indole LIPSII aliquid addere: juvat enim magnorum ingeniorum etiam habitacula, ut sic dicam, novisse. Memborum igitur, decens illi habitudo fuit, corpusque compactum, & facies non indecora, utique ante morbum: sed quam pictores etiam præstantissimi (mirum certè, & memini ab ipso etiam notatum) exactè numquam exprimere aut adsequi potuerunt. Latebat scilicet quid divinum in oculis, humano penicillo majus atque sublimius. Frons ampla, & statura justa, majestatem addebant: ad extremum tamen corpore sicco atque exhausto fuit, cum à morbo hepatorio, qui viginti amplius annos cruciavit, tum magis à studiis. Id ipsum Senecæ philosopho, atque omnis ævi studiosis hominibus evenisse, præsci queruntur, nos gravi damno experimur.

*Lipsiani
cor: oris
habitus.*

Ingenium illi vividum, ingens, docile, & capax omnium artium, si Musicam, quod mireris, excipias: judicatio collineans & recta: memoria, non sine præceptorum admiratione, etiam in puero summa. Dona, certe habuit, & exseruit, quæ nemo hujus ævi aut studii. *Judicium* in primis ad miraculum excellens: & ab eo *Ordinem* in scriptis omnibus, ac dispositionem sumsit: nec super novos modò,

Ingenium.

*Judicium
& ordo in
scribendo.*

Cent. 5.
Miscell.
epist. 24.
*Eloquentia
& stilus.*

Cent. 4.
Miscell.
epist. 84.

modò, sed & super veteres (absit verbo invidia) usurpavit. In sparso quovis & confuso argumento servavit, & aptè partitus est semper : quod Socrates alibi apud Platonem *divini viri*, ipse, pro innatâ modestiâ, *divini doni* censuit. *Eloquentia* illi admodum prompta, facilis ac profluens, nec sine Venere, quæ laudes, in strictâ & argutâ brevitate, paucis aut nemini hætenus obtigere. Illa ipsa brevis, quod imitandum, sine tenebris fuit : & multa paucis sic dixit, ut influant & se diffundant, & vel plura dixisse videatur. Timantem pictorem celebrant, quod in eius operibus plus semper aliquid intelligeretur, quàm pingeretur : idem de Lipsianâ scriptione meritò dixeris. Unde & in effigiem LIPSI cùm aliquando *Henricus d' Oultremannus*, Valentianis apud Hannones Præfectus, variis epigrammatiis lusisset, hoc illi præ ceteris subscribi placuit :

LIPSIADÆ, *velum est Timantis, imago: videri
Sol quoque sub piceâ non nisi nube potest.*

Non defuere tamen homines vani & fastidiosi, qui dictionem eius ut obscuram atque intricatam, minimeque Tullianam criminarentur. Sed ô misellos ! qui tum præclare censent Ciceronem se imitatos, cùm elumbia, exsangui, verbis item ac numeris jacentia, scripserint, denique sicalgentia, ut Germanicas etiam nives refrigerare possint. Hærent in margine, & velut in finibus Latij : adspiciunt elegantiam, & mirantur ; intra pectus tamen aut linguam, non admittunt. Scio quidem & LIPSIUM Tullianis olim paullò juvenilius adhæsisse : at repressit & revocavit maturioris iudicii frænum. Nec enim solum Tullium, sed & Plautum, Terentium, Sallustium, Cæsarem, Fabium, alios Latinæ dictionis patres jam provectioribus legendos imitandosque censuit. Utque posteritas audiret, non uno loco de *Stilo*, deque *Imitatione* sibi dislerendum esse existimavit. Fuit autem peculiaris quidam stilus LIPSIO, non tam ab exercitatione, quàm naturâ sive genio, duce optimo. Nam à fonte ingenij interno, diffusam, strictam orationem ; lætam, severam esse, vel nationes totæ loquuntur : & quis Oratores Atticos, Asiaticos, Rhodios ignorat ? Natura in corporibus rarò hoc commenta est, ut vel ab eadem parente foetus assimilent : & mirabimur diversum à diversissimis ingeniis stilum proficisci ?

Sed caput alterum criminationis vivit, nec inciditur, *Obscuram esse dictionem Lipsianam, & antiquariam.* Non id eruditis, aut supra vulgi captum sapientibus videtur : imò in laudibus eius, ut diximus, vel maximè censendum, quòd

Instit. e-
pist. c. 11.
& alibi.

quòd in brevitate nubes vitarit. Dicant & judicent, qui Latinè vel modicè intelligunt: dicant, qui vel levem gustum habent politoris litteraturæ. Nec tamen negamus, esse aliquid eius in scriptis alibi vel vetustius fortasse, vel concisius dictum: quod sic solùm prolatum, in culpam possit cadere, sed idem excusari, & erigi, si quo loco, argumento, vel ad quem scriptum sit, videatur. Ut in *Criticis*, ubi ex professio litteraria & antiqua tractantur, quid mali est, vocem aut phrasim esse interdum antiquiorem? Ut in epistola ad virum subtilem & doctum, cur non brevius aut eruditius liceat scribere? Fecit ipse Cicero, & variavit, cùm ad Lentulum, Pompeium, Cælium aut Atticum scriptitaret. Nec affectatio ulla in ipso fuit. Eodem calami tenore & impetu, illa mollia aut vulgaria, & hæc strictiora aut doctiora scribebat: quod *Hubertus Audeiantius*, Brugis Flandrorum in cathedrali basilica nunc Canonicus, & alij, qui à manu ipsi fuerunt, probè sciunt, & testantur. Abeant, abeant tamen ridiculi *Lipsiomimi*. nimirum, ut magnorum virorum habitum, incessum aut gestus nonnulli imitantur, cetera & interna dispares: sic isti dictiunculas aut clausulas eius aliquas futili imitatione referunt quidem, sed vim ac Venerem illius non adsequuntur.

Ut omnia in LIPSIUS magna fuerint, illud certè maximum ac præcipuum, quòd iudicij, ingenij, eloquij, stili quidquid habuit, in publicum contulit, & usui, non pompæ servire voluit. Lege vel annis juvenilibus scripta: semper animus ille apertus, generosi & honesti amans, semper scintillæ aliquæ ad Virtutem aut Prudentiam prælucentes occurrent: Ætate grandior, non occulto aut obliquo tramite, sed palàm & rectà illuc ivit. Alij philologi aut litterati nostro ævo, à vanitate multum traxerunt: ipse strinxit, & interiùs adduxit; & ad utilia aut profutura, non ad splendida tantùm aut famosa respexit. Rarò quid scripsit, cui non Sapientiæ aut Prudentiæ, etiam ubi locus vix videbatur, monita ac præcepta insperferit. Hanc denique laudem primus vel solus nostra ætate meruit, quòd amœniores Musas ad severiorem Sapientiæ cultum traduxerit. Id *Constantia*, id *Politica* eius dicent: quid in *Tacito*, *Senecâ*, *Epistolis* (quarum *Centurias* X. in amicorum potissimùm gratiam foras dedit) *Plinio*, *Militiâ*, *Admirandis*, nonne finis idem & fructus apparet? Ampliùs dicam: Pauci, aut nemo, nostrâ patrumque memoriâ, singularia argumenta aggressi sunt, aut pertractarunt: ipse fecit in *Constantiâ*, in *Politicis*, *Saturnalibus*, *Militiâ*, *Admirandis*: ex quibus priora illa duo potissimùm vivent, quamdiu Latinæ vigeant litteræ.

Cent. 3.
ad Belgas.
epist. 28.

Sapientia
publici;
boni studij.
Cent. 4.
Miscell.
epist. 84.

Epistola;

Cent. 5.
Miscell.
epist. 26.

De

Mores.
Tacitus
in vitâ A-
gicolæ.

De moribus restat ut loquamur. In gestu, cultu, sermone modicus fuit: adeò ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoque LIPSIUS quærerent famam, pauci interpretarentur. Constat certè exteros, quos ab ultimâ etiam Sarmatiâ, eius videndi audiendique gratiâ (ut olim magni illius Livij) frequenter venisse scimus, cum LIPSIUM viderent, eundem sæpè requisivisse. Nam in veste, sepellectile, famulatu, splendor aut ambitio illi nulla: ministro unico (qui & amanuensis munus obibat) comitatus, in publicum, & ferè togatus, prodibat: omnis tamen ætatis, sexus, ordinis homines, & viri etiam principes, velut cælo missum suspiciebant ac venerabantur. Porro ut philosophum decebat, censum item non amplum habuit, & cum bonâ mente modestiam omni in re tenuit: illud non rarò usurpans,

Sibi habeant sua regna Reges, sibi divitias divites.

Historiographi Regij titulus.

Opes aut stipendia ampla non ambivit quidem, sed oblata congiaria sive honoraria (ut sensit non semel viros cum sacri tum profani ordinis principes in se benignos ac liberales) nec rejecit. Ordinis Brabantiae sexcentos, ut vulgato more loquar, Florenos sive Francos nummos quotannis pendebant: ducentos numerabant: ducentos numerabant Bussidiani Gymnasij trilinguis Curatores. PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex Catholicus, Belgarumque Princeps, additis mille annuis auxit, procurante Petro Enriquez, Comite Fontano, qui regio tunc nomine provinciam Belgicam administrabat: idemque Rex Historiographi etiam sui titulo donavit. Sermus ALBERTUS AUSTRIUS virum optimè de Republicâ meritum, ac laboribus fractum rude donavit: & si vellet, à publicâ professione desistere, & vicarium sive successorem adsumere, dato diplomate concessit, annuo adhæc ducentorum Florenorum vectigali adnumerato. Atque ut vetus illud, *Honos fugientem sequitur*, ætas etiam nostra agnosceret; nihil tale ambientem, imò fugientem, *Consiliarij* dignitate ornavit; atque in sanctissimum senatum, quem rerum Statusque vocant, iudicio adlegit. Ipse tamen, pro veteri suo decreto, à Republicâ atque ab aula se abstinuit: ut meritò ambigant omnes, an majori gloria Princeps tantum virum adlegerit, an verò laudabiliore constantia ipse abstinuerit. Illud constat, cum tanta dignitatis ac census facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu, nihil de pristina vitæ consuetudine ipsum mutasse: tantaque usum moderatione, ut nec sordidè umquam se gesserit, nec auctis opibus affluentius vixerit, quàm olim instituerat, parique modestia semper steterit. Itaque ut priscae illæ virtut-

Consiliarij item Archiducis alius.

virtutes, in nostræ ætatis miraculum ac gloriam, in ipso sunt renatæ: sic jure symbolum istud, ab Ennio mutuatum, MORIBUS ANTIQUIS, usurpavit, factisque expressit.

*Symbolū,
Moribus
antiquis.*

Quæ erat morum facilitate ac comitate, binas ferè horas à meridie, sumpto prandio, studiosis adolescentibus ad se venientibus dabat; exteris verò undique confluentibus patebat semper: ut eius domicilium (quod de Q. Mucio Tullius prædicat) non dico Belgicæ, sed universæ oraculum Europæ videretur. Animum studiis fessum ut revocaret ac reficeret, flores & hortos impensè coluit, bulbis tuliparum præsertim ab noto ignotoque orbe, per *Rembertum Dodonæum*, *Carolus Clusium*, & *Ioannem Boissotum*, rerum hortensium in paucis peritos, perque amicos alios studiose petitis. Nimirum ut pictores longâ intentione hebetatos oculos ad specula quædam & colores colligunt: sic ipse hic animum exhaustum aut aberrantem solitus est revocare. Hic extra tumultus civicos, inter herbas, inter flores, hitari atque hiantem oculo oberrabat: & modò ad hunc occidentem, modò ad illum exorientem manus vultumque circumferebat: & mira quadam voluptate curas hic omnes fallebat & labores. Sic & olim philosophi ac sapientes, ab urbe atque infano foro remoti, hortis se oblectarunt, atque in iis divina illa scripta pleraque procuderunt, quæ miramur, quæque nulla temporum series aut senectus abolebit. Viridi illi *Lyceo* tot de Naturâ dissertationes debemus: umbriferæ *Academie* illas de Moribus commentationes acceptas ferimus: ex hortorum denique spatiis, uberes illos Sapientiæ rivos in orbem terræ diffusos, hodieque bibimus. Scilicet attollit se magis, erigitque ad alta iste animus: cum liber & solutus cælum suum intuetur.

*Hortorum
cultus,
Lib. 2. De
Const.
cap. 2. &
3.*

Amavit à puero canum omne genus, & Lovaniij tres ferè aluit gradu quodam magnitudinis discretos: *Saphyrum* catellum, gente Batavum; *Mopsulum* catulum, domo Antuerpiâ; & *Mopsium* canem, gente Scotum. Hos & in tabulâ depingi jussierat, & notas ac carmen cuique, non minùs ingeniosè quàm lepidè subscripserat. Pictores Mopsium præ ceteris dilectum ipsi nonnumquam adpingunt, quod illo comitatus, etiam ad Athenæum seu professionis publicæ locum prodire sit solitus: etsi non deessent, qui negarent Musarum clienti hunc comitatum aut contubernium convenire; quique genus hoc omne ad Martis aut Dianæ aule ablegarent. Ipse contrà reposuit & adstruxit, si mortaliū ullos, caninum hoc consortium litteratos in primis decere, & eloquentiæ ac sapientiæ candidatos Ægyptij hoc adserunt, qui *Anubin* suum canis specie fingebant: quia

*Affectus
in canes.
Cent. 1.
ad Belgas
epist. 44.*

Ibidem.

videlicet utriusque regionis ille Deus, supera atque infera permeabat, ut Hecate Græcorum. Atqui sapientes habentur illi, qui alta, qui ima scrutantur, & canis exemplo pervigiles diu noctuque agitant. Quid, quod iidem, cum virum divinis deditum, vatem aut sacrorum doctorem, Hieroglyphicis exprimerent, canem signabant, quod scilicet, præter sagacitatem, clamare ac quasi latrare istos deceat, in improbos & bonis insidiautes. Et sacra nostræ litteræ non refugiunt imagine istâ uti: quibus *canes pro domo Dei latrantes* sunt doctores & ecclesiastæ. Jam Græci, eosque secuti Romani, canem *Mercurio* comitem sive adstitem dederunt: quia, ut Plato ait, sagax & ingeniosum hoc animal facundissimo & promptissimo Deorum conveniebat. Si autem *Mercurio*, id est, artium bonarum præsidî, assiduus ille comes: cur ab istarum artium candidatis arceant? Et arcent improbè: cum jam olim heroibus, alti que animi viris affectu isti fuerint & stipatores. En *Telemachus*, apud Homerum duobus canibus comitantibus, in concionem prodit. *Evandro*, apud Virgilium, procedente;

Nec non & gemini custodes limine ab alto

Procedunt, gressumque canes comitantur herilem.

Neu censeas venationis causa hoc factum: idem *Homerus* distinguit clarè, agnoscitque *mensarios canes novem, animi ac voluptatis causa*, à *Patroclo* educatos. Itaque

Hæc lexis omnia canum fido cum pectore corda in deliciis habuerunt *Judæi, Ægyptij, Græci, Romani*, ceteri: nec ullum magis animal ipsa *Natura* nobis junxit. Reliqua omnia effugerunt, & silvas ac solitudinem tolerant, aut quærunt: solum istud domesticum, & cicur homini adhæret ac tuetur.

*Scripta
nondum
edita.*

Fac historica.

*Ritualium
libri.*

*Præfatio-
ne in Se-
necam.*

De corpore, de moribus, de que indole tantum est: de ingenij monumentis, quæ manibus teruntur, etiam diximus. Præter illa, statuerat & alia plura bono publico vulgare, habebatque adfecta, aut in schedas relata non pauca: sed Deo, vitæ laborumque arbitro, visum incidere & evocare. Veterum scriptis illustrandis, jam olim instituerat *Facem Historicam*, tum & *Ritualium* libros scribere: & in eos congerere, quidquid esset in moribus ritibusque, priscis obscurum. Atque in *Facem* quidem grandiores illos ritus, *De Sacerdotibus, De Magistratibus, De Militiâ, De Bibliothecis, De Nuptiis, De Funeribus*, & qui tales, volebat includere: eamque jam cœperat accendere, duplici Syntagmate, uno *De Vestalibus*, altero *De Bibliothecis*, præter *Militiam Romanam*, publicato. In *Ritualium* autem libris, minores & singulos ritus, litterarum quodam ordine, explicasset; testibus item exemplisque firmasset. Sicut *Lexica* quædam verborum utiliter habemus: sic istarum volebat esse. Itaque communis hic

hic quidam velut *Commentarius* fuisset, Latinorum, Græcorum, Poëtarum, Oratorum, Historicorum, Philosophorum, & Scriptorum miscellorum. Hæc, inquam, instituerat, & materiem ab annis ferè triginta paraverat, ut manuscripti ejus *Electorum*, seu *Locorum*, ut vulgò indigetant, *Communium* libri testantur: sed disponere & exstruere, valetudo & fatum præveniens vetarunt. O utile tamen opus! atque utinam quis æmuletur & suscipiat! Lampada ipse tradidit, & unà gloriam cum litteris æternùm victuram:

Cœperat & *Admiranda Hebræica* (cujus gentis Rēmpublicam Carolus Sigonius eleganter descripsit) itemque *Ægyptiaca*, *Iberica*, & *Gallica* adornare: ex quibus sola *Hebræica* penè adfecta posteris reliquit. Daturus & libros tres *De institutione juventutis*, *Compendium* item *Historiarum*, suadente inprimis *Herrico Uwenio*, Jureconsulto clarissimo, atque in suprema Belgicæ apud Machlinianos curia Senatorē; si Deus vitā dedisset longiorem. Scripserat & *Thraseam*, sive *De mortis contemptu* opus philosophicum: quod pro omnium gustu non futurum cum præsensisset; judicio suppressit, calumpniam vitare satius ducens, quàm deprecari. Argumentum tamen hoc attigit, sed cautè, in sua ad Stoicam philosophiam **Manuductione*, *Monitorum* & *Exemplorum Politicorum* libros quidem duos publicavit, sed vix trientem operis destinati. Nam duo alii, qui *Civilem Prudentiam*, itemque duo, qui *Militarem* erant tractaturi, perierunt antequam nati. Nec erit, vereor, qui perficiet. Ut enim nemo olim pictor inventus est, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles reliquerat inchoatam, perficeret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea quæ LIPSIUS prætermisit, & non perfecit, propter eorum, quæ fecit, præstantiam, neminem existimo persecuturum. Porro inter schedia post obitum repertus est commentarius in *L. Anneum Florum*, penè absolutus; itemque Orationes binæ *De lectione* & *utilitate historie*, totidemque panegyricæ *Virgini-Matri* dictæ, & *Miracula Divæ Virginis Louaniensis*, non plenè tamen pertexta: quæ omnia Wouerius Antuerpiæ fideliter sancteque adservat. Cetera, ut *Historia Brabantie*, *Exempla Monitæque Politicæ*, vix sunt incohata. Præter *Florum*, reliquit & veteres aliquot scriptores, in his *Liviū*, *Suetonium*, *Plinium*, *Notis* aut *Emendationibus*, ad margines librorum, à se inter legendum illustratos. Quæ verò superioribus annis Germani & Galli malâ fide vulgarunt, hautquaquam agnoscimus pro Lipsianis. Insulsam illam, & vix Latialem orationem *De duplici concordia litterarum & religionis*, Jenæ, ut volunt habitam, jam olim falsimoniam esse meram, editâ Epistolâ, ipse ostendit: & nuper suppoliticii istius foetus parens

Admiranda.
Cent. 4-
Miscell.
epist. 68.

Thraseas.

* Lib 3.
dissert.
22. & 33.

Cicero
lib. 3. Of-
fic.

Cent. ad
Germanos &
Gallos
epist. 68.

Cent. 5.
Miscell.
epiâ 67.
& 79.

Tac. 11.
Annal.

In Dis-
punctio-
ne Nora-
rum cod.
Mir an-
dul ad
Tacitum.

Melchior Haiminsfeldus Goldastus se prodidit. Et erunt (si malignitatem ac licentiam huius ætatis novi) qui id genus fraudibus famam captabunt, & juvenilia vel ficticia pravo exemplo proferent. Quibus velut in antecessum ut obviemus, in freto illo adolescentiæ, in æstu ac feruore ingenij, aliquod fortasse inconsideratiùs dictum aut factum demus: quid inde ? Ex veteri sententiâ, *Hinc æstimemur, cum nostri sumus*. Postquam alienæ curæ non fuit, cum solidæ ætatis & mentis; stetit in solido. Cetera Pœnitentia defendat : cuius portus cur non ex facili cymbam Lipsianam admiserit, quæ Reges, Principes, atque ipsos Ecclesiæ apices non exclusit. Omne maturius ævum illius respice. Constans & firmus in verâ veterique Religione stetit, nec vel inter medios adversarios vacillavit: etli inter blandientes aut terrentes facile fuit in speciem culpæ venire, si non in culpam. Neque nesciebat quorundam hodie pravam sapientiam esse, frigus præferre, medios agere : quod ipsi prorsus displicuit. Itaque factis, scriptis, dictisque censuit *vetera novis, & quieta turbidis antehabenda*. Nec temerè illud Ennij, aut suum potius,

MORIBUS ANTIQUIS *res stat Romana virisque*, semper probavit: ratus, quod res est, moribus & religione veteri, in Republicâ servari omnia ; novatores autem & nova, Rempublicam perdere, certumque exitium adferre.

Ut ævo suo Titus, sic nostro LIPSIUS verè DELICIUM GENERIS HUMANI fuit. Hunc namque Pontifices, Reges, Principes coluerunt : hunc Itali, Hispani, Galli, Germani, Britanni, Pannonij, ipsi denique Daci ac Sarmatæ venerati sunt : huius denique amicitiam eruditi omnium gentium, omnium ordinum homines expetiverunt atque ambi-erunt. Testes sunt Epistolarum editarum Centuriæ decem : testes sexcentæ virorum doctrinâ illustrium ad ipsum Epistolæ : ex quibus *Centurias duas* à Wouerio seligendas, avidè exspectamus. Itaque bonos & eruditos amavit, laudavit ; & de iis magnificè semper, cum publicè, tum privatim, disseruit : adeò quidem benignè ac candidè, ut nimia in alienas laudes facilitas à quibusdam notaretur. Vicissim ipse, ab adversariarum etiam in religione partium studiosis, amatus, laudatus fuit : vix ab uno alterove nugatore aut sycophantâ (quem malignitas sive cœcitas abripuit) calumniosè traductus. Atque ex iis ipsis scio, *Domannum* postea, Antuerpiæ cum esset, pœnitentiam apud Wouerium sponte suâ professum. Sed & *Tomsonus*, quamquam à Scoticis Ministris, quos sulphureo esse ingenio *Jacobus VI.* Britannix Rex dictitare solet, eductus (cum forrè Lugdunum Bata-

Batavorum ad se venientem hominem pro acerbitate^a quam in suo scilicet *Vindice veritatis* proficetur, *Josephus Scaliger* castigasset) non negavit se oblitum humanitatis, atque impetu scribendi abreptum fuisse. Sic & ab aliis vel invitis Tempus ac Veritas meliorem mentem expriment.

Habes, mi Lector, magni LIPSI elogium, non tam meis, quàm ipsius ferè verbis concinnatum. Quod ita facere visum, non quòd verba nobis deessent (imò quòd deessent in tanto Heròe pro dignitate laudando) sed fidei apud omnes augendæ. Et verò, nec potuit, nec debuit LIPSIUS ab alio, quàm à LIPSIO laudari, ut jure suam^a ipse sibi vitam,^b fiduciam potius morum quàm arrogantiam, narrandam existimarit; Rutilij Rufi, M. Scauri, aliorumque veterum exemplo, quibus id nec cit. a fidem, nec obrectationi fuit. Quamquam hanc ego præcipuam LIPSI laudem esse censeo, DIGNÉ LAUDARI NON POSSE. Hic tamen qualiscunque labor, honori præceptoris mei destinatus, professione pietatis, ut spero, aut laudatus erit, aut excusatus.

Scaliger
epist. ad
Fr. Swertium 12.
Maij
1606.
datâ.

^a Cent. 3.
Miscell.
epist. 87.
^b Tac. in
vitâ Agri-
colæ.

Ibidem

Haud abs re fuerit; huic nostræ scriptioni Bonciarij Epistolam de Ingenio Scriptisque LIPSI subscire: ut non Belgarum modò, sed & Italarum de eo iudicium agnoscas.

M. ANTONIUS BONCIARIUS SENSO SENSIO S. D.

DE JUSTO LIPSIO mecum sentis, vir ornatissime. mecum autem? imò planè cum omnibus, quos sive amœnitas liberalium studiorum, sive Musarum recessus altior & secreta delectant. Equidem ita mihi persuadeo, non fuisse ab aliquot sæculis hominem majore Ingenio, acriore Judicio, uberiore Doctrinâ. Ingenium admiror maximè in sententiis, aut excogitandis & de novo cudendis, aut ita expoliendis & exornandis, ut ad omnem rem, de quâ loquitur, semper aptas, semper concinnas, atque cum illâ natas habere videatur. Ut mirum non sit, accidisse LIPSIO in hoc genere, quod haud scio an & veterum planè ulli; ut eo vivente à doctis viris ex illius monumentis sententiæ colligerentur & ederentur. Iudicium apparet illud quidem singulare in omnibus, sed præcipuè in rerum tractandarum ordine. Lege ab illo scripta quæcunque voles: negabis ullam materiam ordine ac methodo clariore disponi potuisse, vel ad perdiscendum, vel ad recordandum. Certè *Politica* tot ex auctoribus compacta, in illam seriem ordinemque digerere, non solum immensi operis, sed etiam

Lipfij ingenium.

Iudicium.

eximiae cujusdam prudentiae fuit. Quem ego librum cum lego, regiam aliquam mihi videor intueri, rebus omnibus instructissimam. Et est plane regia, in qua primum Rex ipsae amplum atque augustum habet domicilium, deinde comites & magistratus Regi proximam sedem occupant; quam excipiunt hinc atque hinc togatorum armorumque stationes atque cubacula discriminata. Totum vero praetorium, quam alte surgit, quam late extenditur, non fabricatus est LIPSIUS, etsi erat peritissimus homo fabricandi, sed maxime veteres nobilesque opifices ex Latio, & Graecia, & Aegypto accersivit, ad tantum opus aedificandum & construendum: quibus ille omnibus, quasi fabricis, praecipiebat ut architectus. Jam quod attinet ad *Doctrinam*, ea non solum magna, sed varia, multiplex, & exquisita, rerum etiam diversissimarum. Scribat aliquid de *Theologia*, ut interdum necesse habuit scribere, in *Politicis*, in *Constantia*, in libris de *Cruce*, sed maxime in eo libello, quem inscripsit, *De una Religione adversus Dialogistam*: videbis, quam alte penetret in divinam illam scientiam, & quam intimè omnibus, sive Graecis, sive Latinis Patribus usus esse videatur. Adfirmat mihi Theologus nostri gymnasii longè princeps, *M. Antonius Massius*, non esse fere inter Theologos, qui difficillimam atque obscurissimam illam *De fide* quaestionem, ita perspicue, distinctè, intelligenter tractaverit, quam in primo *De Constantia* libro JUSTUS LIPSIUS. Age verò, fac eundem differere, ut saepe dislerit, de minimam & tenuissimam artium *Grammatica*: non Diomedem, non Charisium, non Priscianum dices illi esse anteponendum. Exemplo sit subtilissimus, idemque luculentissimus *De Latina pronuntiatione* dialogus; in quo non video, quid optimus quisque & acutissimus Grammaticorum requirere possit: ut posteros credituros non putem, ab uno ingenio, & illa suprema, & haec infima, tam doctè, tam scienter, tam aequaliter potuisse tractari. Quid artes & disciplinae (ut sic dicam) intermediae, *Dialectica*, *Philosophia*, *Jus civile*? Legantur libri, quibus Civem informat, & quibus Regem; apparebit, quam non inanis & fucatae, sed verae ac solidae sapientiae consultus fuerit. Jus autem civile, non solum scientiam, sed etiam professionem suam vindicat, ad eorum, qui docent, numerum adgregatus. De *Rhetorica* & *Poetica* dubitatum aliquando est à nonnullis, certè numquam à me, qui & scitissimos quosdam ejus verticulos olim legeram, & tales omnis generis lucubrationes singulari artificio laboratas atque exultas esse intelligebam. Sed proximè omnem dubitationem sustulerunt, praeter varia epigrammata, recusae, cum *Antiquis Lectionibus*, *Leges hortuli*, & nuper vulgata *Oratio*, quam habuit apud Principes

pes suos Austrios,agens gratias de suo, ex illorum splendore,gymnasio illustrato. Ex quibus liquèdò constat,si vel ad poëticam suavitatem,vel ad oratoriam gravitatem animum appellere velit,fore in utroque studio singularem atque eximium. Restant,opinor,tria,quæ ad humanitatem magis propriè pertinent:*Scientia linguarum,Explicatio auctorum,Notitia antiquitatis*: in quibus,omnium suffragio,tenet LIPSIUS principatum. Itaque risi hominem non indoctum,qui non maximam Græcæ linguæ cognitionem illi tribueret,quòd idem LIPSIUS in epistola quadam negaret,se multam operam huic studio impendisse.Magnum testimonium, si de illius excellentia, ex illius modestia, non ex æternis ingenii monumentis judicandum sit. At ego, *Vide*,inquam, *mi homo, quàm multa in Græcis corrigat, exponat, convertat felicissimè*. Nam quod ad *Criticam* attinet,me potissimum in admirationè rapit,quòd in scriptis veterum emendandis ita semper est felix, ut, siue inveniatur veram lectionem, siue non inveniatur, parem gratiam ab ipsis auctoribus, & à nobis lectoribus mereri videatur. Adedò enim quadrat loco, quidquid illi venit in mentem,ut etiam cum fallitur fortasse,non fallat expectationem nostram: ipsos autem scriptores,si reviviscant, dubitatuos putem, antiquumne suum malint, an Lipsianum novum. Delectat verò etiam illud mirabiliter, quòd non satis habet obscurum locum illustrare, involutum explicare, ægrum sanare, sed inter curandum semper adhibet facetum aliquid & ingeniosum, quod quasi leniat præparetque scriptorem malè sanum ad medicinam excipiendam. Chirurghi mulcent hoc modo artus insigniter læsos, & medicam manum exhorrescentes. Superest *Notitia prisca ævi*, quæ in LIPSIÒ tanta est, ut vidisse Rempublicam Romanorum, & actis omnibus, non modò per somnium, ut exponit in *Satyra*, sed verè ac seriò interfuisse videatur. Felicem hominem, qui per ea quæ repperit, quæ disposuit, quæ scivit, & vixit antequam nasceretur, & ita est natus, ut nunquam sit moriturus! Felicem iterùm, qui novo more duplicem adeptus est gloriam, & quæ ante illum fuit maximè diuturna, & quæ post illum futura est immortalis! Felicem ter & ampliùs, qui hanc tantam & tam admirabilem omnium laudandarum artium cognitionem, cum æquali candore animi, religione, pietate conjunxit. Vale. Perusiæ, ex collegio S. Bernardi. cło. 16011. Hanc epistolam cum *Jacobo* fratre, nobiscum penitus sentiente, communica, qui talè aliquid à me exposcere videbatur.

Græcæ
lingua.

Criticos.

Antiqui-
tatis.

C E N S U R A.

Commentarium vitæ Lipsianæ à me pridem diligenter lectum , & nunc cum voluptate nihilominus relectum , dignissimum & L I P S I O , & M I R Æ O , & luce judico. Antuerpiæ ,
v. Kal. Maij. M. DC. XII.

Franc. Hareius S. Th. Lic. Cenfor.

IL.

ORATIO
IN
JUSTILIPSI
FUNERE

HABITA LOVANI

III. KAL. APRIL. M. DC. VI.

A GERARDO CORSELIO

I. C^{TO} ET ANTECESSORE.

ILLMO ET EXCELLMO
 PRINCIPI CAROLO
 DUCI CROYO ET ARSCHOTANO,
 S. R. I. PRINCIPI, EQUI TI AUREI
 VELLERIS.

FUNE BREM *laudationem, quam summi viri
 JUSTI LIPSI piis manibus proximis diebus
 dixi, ad te ILL^{ME} PRINCEPS mitto. Gratam
 enim fore intelligo; et si nec multarum horarum meditatione
 elaborata est, & languet jacet q̄; , & à meâ infantia, & à
 luctu in quo sumus. Sed uti LIPSIUM vivum, & quæ ab
 illo, æstimasti & amasti vehementer, ita & omnem ejus vi-
 vis exempti memoriam colis. Tuæ igitur auctoritatis præ-
 sidio tuere & fore abortivum hunc fœtum, quem tuæ volun-
 tatis fiduciâ audeo facere publicæ lucis.*

EXCELLÆ TÆ

devotus cliens

GERARDUS CORSELIUS.

ORA-

ORATIO

IN

JUSTI LIPSI

FUNERE.

QUOD MORIBVS ANTIQVIS, optimoque veterum instituto obtinet, ut illustrium virorum funera laudatione sollenni cohonestentur, id in isto JUSTI LIPSI eminentissimi Viri funesto funere, in ista bonarum artium schola neglectum iri, inhumanum & penè nefas arbitrarer. Nam sive honori defunctorum eæ laudationes datæ sunt; quis esse possit omni honore dignior, quàm à doctrina, quàm à virtute? sive superstitum solatio sunt deputatæ; cuius mors tanto, non urbis hujus & Academiæ tantum, sed Europæ propè universæ, luctu & dolore excepta unquam est? sive ad exemplum sunt institutæ; quod possit perfectius aut illustrius ad imitandum proponi? Itaque processu ecce ego, ut hoc munus fungar: munus, quod fateor supra vires esse. LIPSIO enim pro dignitate laudando, quæ nisi LIPSIANA ipsa eloquentia par esse possit? At ego ingenij & facundiæ modicus sum, & non in arte dicendi, sed in Juris formulis opera mea consumitur. Deinde, si quæ in me facultas est, hebescit & caligat, dum intendit in hanc virtutum lucem, ac dolore etiam & recente hoc luctu obtunditur. Cum enim ad omnes, qui aliquo vel nomine vel studio censentur bonarum litterarum, dolor ingens ex tanti viri jactura dimanat, tum verò nos præcipuè afficiat necesse est, qui propius positi, & necessitudine familiaritateque cum eo conjuncti, majorem cepimus Doctrinæ ejus & Sapientiæ fructum, sermonumque & morum eximiam illam suavitatem sensimus. Quis verò robur illud animi speret, quo Fabius Maximus fuit, qui & in filij funere potuit oratione non infractâ ad populum ipsius laudes disserere? Processu tamen, ex amicorum rogatu, & meo in defunctum studio; tum quod professorij mune-

muneris conjunctio , quæ mihi cum illo , dum Græcas aliquando litteras in hac schola profiterer , fuit , id à me potissimum postulare videretur. Vos rogo, Auditores, ut pauca dicentem patienter audiat. pauca ; etsi plurima dicenda essent. Nam & quidquid dixerò, infra præsumptam animis vestris opinionem longè erit. Quare & vitæ seriem brevi periodo includam , & Virtutes ac Doctrinam non multis verbis efferam ; plenus enim earum fama & fructu est orbis terrarum. Plurcula de morte eius dicam , à qua & Sapientia & Beatitudo censetur ; & quæ adhuc intra privatos parietes conclusa sunt, efferam.

Natus IUSTUS LIPSIUS est Salutis anno cło. 10. XLVII. xv. Kalend. Novembris, qui dies divo Lucæ sacer ; in Iscano municipio , nobili hoc nomine ; parentibus *Agidio Lipsio & Isabella Petriiâ* , majoribus partim generis nobilitate , partim etiam doctrinæ & litterarum nomine claris. Avia illi ex *Eeckhoutis* , & proavia ex *Linckebeckis* fuit , stirpe utraque cum primis nobili. Propatruus *Martinus Lipsius* in divi Martini cœnobio hîc Canonicus regularis , inter illustres doctrina viros cœtus est , & ab veterum scriptorum editione ac emendatione , *Desiderii-que Erasmi* familiaritate & scriptis clarus fuit. Primis cum studiis Bruxella imbuir , deinde Athum Hannoniæ, mox Colonia Ubiorum. Annos sedecim natus , in hanc Academiam venit , & litterarum atque Antiquitatis studiis animum adiacere cœpit , *Cornelio Valerio* ductore. Quantos & quàm celeres in iis progressus fecerit , argumento est , quod *Variarum Lectionum* libros duos , primum ingenij sui fœtum, annos natus non plus octodecim evulgavit , & ANTONIO PERENOTTO Cardinali Granuellano dicavit. In cuius deinde familiam , cùm Italiam petiisset , Romæ admissus , à Latinis ei epistolis fuit : & ut antiquitatem omnem iis locis inspiceret, virisque doctis innotesceret , (qui vel præcipuus peregrinationis finis fructusque) præclara occasione cupidè est usus. Lovanium inde cùm rediisset , alteram peregrinationem suscepit Viennam Austriæ in Cæsaris aulam. Unde cùm rediret , ob patriæ motus , Jenæ substitit annum unum , ibique cœpit publicum bonarum litterarum professorem agere. Postea Lovanium reversus , Jurisconsulti titulum accepit, anno cło. 10. LXXVI. & Leges Decemvirales publicè est interpretatus. Quo tempore Belgicis tumultibus augeſcentibus , ea tempeſtate eſectus in Bataviam est, in eaſque annos tredecim egit ; quam relinquere adegit Religio. Leodicum venit , ibique cùm aliquamdiu ſubſtitisset , etſi humaniter habitus , & munificentiore oblata conditione a Sermo PRINCIPE ERNESTO BAVARO, patri-

patriam tamen antehabuit ; & in hanc denique urbem, ultimam suam sedem , licet incertiore rerum statu , rediit, benigniter ab BRABANTIAE ORDINIBUS exceptus. Tredécim jam annos totos fructi illo sumus ; utinam diutius licuisset ! Fata inviderunt , & natum annos jam LVIII. menses v. humanis exemerunt , & in sedes meliores transfulerunt. Series hæc vitæ ; heu nimium brevis ! Quid queror ? Imò longissima est, si eam actu , non tempore metiamur. Ut pretiosa rerum, non patuit multum, sed multum pendedit. Quantæ enim per eam omnem virtutes eius exstiterunt ? quàm omne tempus in optimarum disciplinarum & Prudentiæ , denique & Sapientiæ studiis collocatum est ? Natura illum eximiis animi facultatibus donaverat, ingenio acutissimo, celerrimo, ac capacissimo, memoriâ tenacissima , judicio acerrimo rectissimoque. Summa hæc in illo exstiterunt , & penè supra humanam sortem. Adjunxit studij & laboris assiduitatem ac pertinaciam , etsi corporis infirmitate per meliorem ætatis partem resistente. Hinc Doctrina illa exstitit , & eruditio tam præstans, tam solida, tam varia, cuius nomine admirationi fuit toti terrarum orbi. A studiis in primis humanitatis, & litteratura (quæ omnium virtutum maxima Constantio & Juliano Imperatoribus dicitur) famam habuit, & in iis Principatum tenuit. Historiæ deinde scientissimus fuit , & Antiquitatis peritissimus solertissimisque indagator. Denique Sapientiæ studio animum adjecit, eam præcipuè eius partem amplexus, quæ ad mores, & quæ Civilis Sapientiæ nomine continetur. Eam doctrinæ varietatem ornatbat eloquentia promptissima, seu in publico diceret, seu privatim sermones haberet. Sed quid ago ? quid lumen soli infero ? Notissima hæc vobis Audires, qui seu publicè legentem aut dicentem tot jam annos audistis, seu privatim suavissimis eius congressibus & sermonibus fructi estis : notissima imò orbi universo, ex tam multis, tam variis, tam doctis scriptionibus & commentariis, seu ad rem Litterariam spectantibus, uti *Criticis operibus, Epistolis, in Senecam tragœdum Aninadversionibus, in Plinij panegyricum Commentario* ; seu ad Historiam , uti ad Tacitum , Valerium Maximum , Velleium Paterculum *Commentariis* ; seu ad Antiquitatem, uti *Saturnalibus, Amphitheatro, Cruce, Militiâ, Poliorceicis, Magniuline Românâ* ; seu denique ad Sapientiam , uti *Constantiâ, Politicis, Manuductione ad Stoicam Philosophiam, Physiologiâ Stoicâ, Monitis politicis*, novissimo denique in *Senecam Commentario*. Plura etiam fatum invidit, quæ jam affecta supremo elogio edi vetuit. Scripta sanè omnia, consensu

Docto-

L. II C.
The. de
decu. urbs.
Re.

Doctorum omnium, doctissima elegantissimaque habentur, quibus in eo genere perfectius esse nil possit:

---- *quæ nec Jovis ira, nec ignes,*

Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Itaque potuit meritissimo jure, quod Poëta cecinit:

Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis huius

Fus habet incerti spacium mihi finiat ævi;

Parte tamen meliore mei, super alta perennis

Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum:

Quaque patet domuiis Romana potentia terris,

Ore legar populi; perque omnia sæcula, famâ,

Si quid habent veri vatum præsentia, vivam.

Admirati singularem viri doctrinam sunt, quotquot hoc ævum habuit omnibus orbis partibus, litterarum aut doctrinæ nomine claros; & tam privatim amicitiam eius expetiverunt & coluerunt, quàm publicè scriptis laudaverunt, & amplissimis elogiis extulerunt. Quæ cum infinita sint, unum ego commemorare operæ pretium puto, quod à *Jacobo Cuiacio* meruit, summo illo viro, & paucos admirari aut laudare, nec nisi meritissimè solito. Ille novissimis Observationum suarum libris **JUSTUM LIPSIUM PERFECTISSIMUM REI LITTERARIÆ COLUMEN** vocat. Addiderim ego, **ET SAPIENTIÆ**. Admirari etiam se illum addit, & diligere plurimùm. Quanta laus, quantum elogium, à tanto viro! Alij triumviratum constituerunt, **JULII SCALIGERI, JACOBI CUIACII, JUSTI LIPSII**, uti virorum à doctrinâ maximorum: quos ego cum veteribus illis summis & divinis ingeniis compararim, Homero, Hippocrate, Aristotele. Quod igitur Tito Livio olim scribunt evenisse, ut plurimi ex longinquis partibus eius tantùm videndi causâ Pataviũ venirent, id nostro huic evenisse, oculati omnes testes sumus. Præterquam enim quòd frequentior eo Professore fuit Academia, quàm multos quotidie, longâ peregrinatione, ex Italiâ, Galliâ, Germaniâ, & ab ipsis Sarmatis, ceterisque orbis partibus Lovanium, eius videndi & salutandi gratiâ venisse vidimus! Juventuti certè peregrinationem suscipienti, mirum quàm profuerit vel commendatitias vel elogium ab eo aliquod protulisse; & amplas plerique conditiones eo nomine nacti sunt, summaque humanitate à viris magnis excepti, quibus vel videre & alloqui, qui **LIPSIUM** ipsi vidissent, aut ab eius institutione essent, gratum erat & votivum. Atque hic à privatis illi cultus exhibitus. Quantum verò Viri principes honorem habuerunt? Etiam ad amicitiam eius studiosè colendam plerique sese demiserunt. E quibus non est
ut ta-

ut taceam Illustrissimos & Excellentissimos Principes, è Belgis Carolum Ducem Crøyum & Arschotantum, ex Hispanis, Joannem Ferdinandum Velascium Conestabilem Castellæ, Petrum Enriquez Comitem Fontanum, Balthasarem, de Zunigâ Regium Legatum: quibus nihil prius fuit quàm LIPSI amicitia & cultu censerî, eumque animi affectum multis habitis honoribus, multâ etiam munificentia sæpè testati sunt. Evocarunt illum sæpè repetitis conatibus, propositis amplissimis præmiis, eorumque modo etiam in eius arbitrium collato, *Summus Pontifex, Rex Gallie, Veneti, Dux Etruriæ, Bononienses.* Sed certum illi erat in patria vivendi, moriendique decretum. Quanti jam illum & *Serenissimi nostri Principes* fecerint, cetera ut taceam, pulcherrimum & tantâ Principe dignissimum illud apophthegma luculenter ostendet, quo *Serenissima Hispaniarum* INFANS, cùm in Belgicam primùm venisset, accedentem ad gratulationem excepit: *Maximâ* (inquit) *animi gratitudine, à Rege patre, Belgarum provinciarum hunc principatum accepi; sed talem tantumque virum in eo te reperisse, id ego præcipui muneris loco habeo, æstimoque.* Quod dictum cùm Petrus Toletanus Principum Romæ Legatus CLEMENTI VIII. Pont. Max. de evocando LIPSIΟ satagenti retulisset, eum ab ulteriore hoc conatu abstinuit. Et cùm idem ab ea legatione redux Pontificis studium INFANTI enarrasset, illa *sefe amare, æstimareque* LIPSIVM iterùm professa est; & *ut aurum inclusa gemmâ, ita Belgicam illo viro illustrari* dixit. O digna REGIBVS ALPHONSIS, ab eâdem stirpe dicta!

Doctrinam hætenus, & ab eâ famam laudo, quæ nec in bonis numerantur: de Virtute, unico hominis bono, jam videamus. Illustris ea ac multiplex in viro fuit, ita ut non tam doctrina, etsi summa, quàm elucentes in eo virtutes, admirationem eius omnibus excitarent. Pietatem & Religionis studium testatus est, cùm apud Batavos, ab hominibus malè de Religione sentientibus liberalissimè & honestissimè habitus, non tamen eorum benignitate passus est ab avita pietate se abduci, sed quamprimum potuit ab iis locis secessit, insuper habitâ tot amicorum, quos illi Doctrina conciliauerat, benignitate & honoribus, qui in iis locis largiùs quàm fortè alibi habebantur, majoresque habendi erant, si ibi subsistere, aut cum iis sentire induci potuisset. Solet verò veterum Patrum lectioni, & præcipuè Florentis Tertulliani, tribuere, ut firmior in Catholica Romana Religione per id tempus peristerit. Jam ubi in hæc loca venit, quibus pietatis suæ exercendæ libera facultas esset, quàm ardentè, quàm religiosè, Christiani & Catholici hominis officia omnia

omnia semper & assidue executus est ? Atque adeo illi pietas præ fama etiam curæ fuit , ut facile sese ad Deiparæ Virginis, cuius cultu singulariter afficiebatur , miracula , quæ vicinis locis edi patrum vel nostrâ memoriâ visa sunt, stylo suo describenda induci passus sit; etsi non ignoraret futurum, ut Catholicæ Ecclesiæ extorres , qui antè admirari & colere solerent , jam in illum omnes ob eam scriptionem incurrerent. Sed potior illi pietatis & cultus in Deiparam testandi cura fuit , quàm suæ apud tales existimationis. Itaque cùm antea nemo in illum stylum strinxisset, ex quo Divæ Virginis cultum & miraculorum eius fidem scriptis suis asseruit, exstiterê mox homines malè feriat, qui in illum libellos ederent, & plaustro toto convitia jacerent: quæ tamen nec in animum admittebat. In supremâ vitæ lineâ , quam pietatem prodiderit , mox dicemus, si prius ceteras eius virtutes dixerò. Dicam per satyram: omnes in eo virtutes emicuerunt, in rebus agendis summa prudentia , in victu corporisq̃ue cultu frugalitas & modestia , in pauperes multa & secreta benignitas , denique vitæ innocentia & probitas incredibilis , & vel asceticum vitæ genus professo digna. Virtutes has omnes præcipuè exornavit , admirabilemque omnibus reddidit singularis illa viri Modestia , facilitas , comitas , in tantâ Doctrinâ & nominis famâ. Per illam omnes in sui amorem & admirationem rapiebat. Nulla unquam illi tam seria erat occupatio vel meditatio , ob quam vel juventutem in colloquium & familiares congressus non admitteret : admissis prior haud unquam sermones abrumpebat , eorumque arbitrio permittebat omnem sui congressus fructum ; etsi majorem illi temporis partem eripere solerent , vel illi congressus , vel responsiones ad epistolas , quas ex omnibus partibus innumerabiles accipiebat. Quin & supremis , cùm sine ullâ pompâ funerari se præscripsisset , *gratissimam sibi deductionem studiosorum fore* testatus est. Hunc virum tantum, tantis virtutibus, tantâ doctrinâ , tanta fama , ecce mors sustulit, nobis nec restituendum. Adeo

----- omnes una manet nox,

Et calcanda semel via lethi. -----

Sed ea ipsa mors, & vitæ clausula, ceteras viri laudes vel maxime illustrat, & consummat. *Fortiter pati mortem, inter maximæ opera mentis humanæ est* , inquit Seneca. Et idem: *Maximum argumentum est animi ab altiore venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia judicat & angusta, si exire non metuit.* Jam ergo ut mortem Vir Amplissimus exceperit, videamus. Præclare veteres Philosophi sapientiam *μελέτη θανάτου* definiuerunt, id est *mortis affe-*

*affectum, consuetudinemque moriendi. Hoc unum meditari debet, ne mortis nomen reformidet, & efficere illi in sibi cogitatione multâ familiarem. Hoc unum illi agendum, ut semper studeat animam in consortio corporis separare. Sic illi ordinandus est dies omnis, tamquam cogat agmen, & consummet, atque expleat vitam. Nullus non dies tamquam ultimus aspiciendus est. Christiano homini eò magis ita philosophandum est, quia certus est mortem sibi non finem, sed transitum esse: mortem nos non consumere, sed emittere, emissis meliora restare; exitum mortis consequi præmium immortalitatis; mortalitatem morte in immortalitatem verti: præmium vitæ & gaudium salutis æternæ & perpetuam lætitiâ & possessionem paradisi vitâ transeunte venire, ac terrenis cælestia, magna parvis, caducis æterna succedere. Christi enim cruce & passione censetur. Talem sese philosophum LIPSIIUS, non magis scriptis, quàm vitâ omnî, & mortis exitu præbuit. Vitam inprimis ita ordinavit, uti quotidie moriturus. Deinde longâ & diutinâ exercitatione ita duravit animum, ut conspectum mortis acceptumque non reformidaret. Multus illi & gratus de morte sermo esse solet. Frequens etiam scriptio, in epistolis præsertim ad amicos. E quibus non est ut fileam, quam vix octavo ante obitum die ad *Adrianum Flerontinum I. CUM* *Leodicensem* scripsit, veluti mortis vicinæ præsciens, & ad eam jam gradum componens. Nuntiata illi mors erat *Caroli Billéi*, qui inter primos fuerat amicorum. Rescribit & de morte philosophatur: *Intrasse coenaculum ambulatum, & in cogitatione super Billéo suo defixum. Coniecisse oculos in vitreas, quæ octodecim locum illustrant, atque ibi amicorum aliquot nomina, & insignia; & statim animum tetigisse, illum atque illum mortuos esse. numerare incepisse, & ecce undecim ex inscriptis Partem viduorum numero expunctos mortuis ascriptisse, & id intra annos novem. Progreßum etiam in atrium adjunctum, sex fenestras numerasse, & è donatori- bus quinque fatum suum obuisse, & dixisse: Vides quàm dense morimur? Atque isti ex amicis tuis Belgis: quid in ceteris! quid amisisti! Quid ex ignotis, quàm multi cottidie pereunt? solari (inquit) me coepi, & quid in uno dolemus, ubi tam frequens & assidua jactura est! Huc nascimur, & ipsum nasci est non nisi partus in mortem. in caueâ te claude, ferro & ære corde,**

*Mors tamen inclusum protrahet inde caput. Cogitemus & prævisse amicum nostrum, quò certo gradu sequimur. Hæc ille. Sequeris certè, LIPSII, & dum hæc scribis, destillatio te dat in lectum, & paucis diebus in lectum. Mirari mihi & alteram scriptionem subiit, Idibus ipsis Decembribus novissimis ad *Joannem Wouerium*, quem*

D

unum

unum ex suæ voluntatis Curatoribus esse voluit, quâ post multam de morte philosophiam, Centuriam epistolarum selectam, paratam editioni, si quid sibi contingeret, in arcâ suâ rependiendam edi rogat, & inscribi *Joanni Andreae Prochnio* Regis Poloniæ Neapoli Legato, ex sua destinatione. Quid hoc? nisi ex mortis sibi imminenti cogitatione? Cum igitur pridie Idus novissimas ex destillatione malè habere cœpisset, sensit mox, sibi quæ persuasit adesse mortis exitum; & sepositâ spe ac cupiditate vitæ, absque ullâ animi perturbatione, eadem animi tranquillitate, qua de morte differere & scribere solet, & accessum ejus excepit. Quod quæ sæpè aliàs profiteri solet, non ingrati sibi, nec inexpectatam mortem obventuram, sibi quæ illam præ vita in votis esse, id ipsa jam propè posita, eadem serenitate testatus est: cogitationes omnes, omnem sollicitudinem, in ea quæ ad illam vertit. Prima cura fuit sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis communiri. Tum meditationi rerum cælestium & divinarum animum totum intendit, solennes Ecclesiæ preces recitari jussit; subinde quæ & ipse, quantum morbi vis sivit, recitavit. Subsistentes interdum à sacra lectione Sacerdotes, ne fatigarent vi morbi oppressum, uti pergerent, assidue quæ legerent, cohortatus est; asserens multum ea lectione animum affici. Atque hæc omnia tanto spiritu, ut ullum alijs de rebus sermonem nec inferret, nec admitteret, id quæ per dies plures. Fuit qui ad supremæ voluntatis ordinationem pertinentia quædam suggereret, & responsum hoc tulit, *De cælestibus & divinis cogitemus.* Cum in cogitatione aliqua defixus visus esset, rogatus quid animo volueret; *Quid?* inquit, *promissam divini laboribus meis mercedem: an existimas, in huius vitæ palæstrâ me tantum desudasse ob quantum est opus, quæ ob venerum? Alia mihi sperata merces, alia præmia. Illa mihi in mente sunt.* Fuit id multis admirationi, quod nec de scriptis ullis suis, per tot ægritudinis dies, ullam umquam intulerit mentionem, qua in cura vitam omnem consumpserat: at jam omnem de illis cogitationem femoverat. Interea videre erat doloribus illum & vi morbi maxima affligi, & gemitus quidem erumpere, non dolorem magis quam pugnam adversus dolorem indicantes; sed nullas ex illo voces indecoras, vel querulas audire erat. Totas quidem viginti quattuor penè horas cum morte ipsa colluctatus est, summa fortitudine & constantia. At postquam jam viribus defectis mors cominùs agere cum illo cœpit, tum verò magis magisque animum duravit, & divinis intendit, voce, qua potuit, salutaria IESU & MARIE nomina sæpiùs inclamans. Iam mors occupare corpusculum, & in labris spiritus hære, sopita quæ mens vi doloris videbatur, cum admo-

admonitus à Sacerdote, ut salutifera illa nomina iteraret, vim ecce sibi summam fecit, & iterum JESVM MARIAM verbis dimidiatis, & hærentibus, ægerrimè pronuntiavit; eoque habitu uberes omnibus assistentibus lacrymas extorsit. Semihorulam adhuc duravit vocis expers, sed mentis compos, quod signis rogatus, indicabat: tandemque felicem illam animam in suas sedes placidissimè emisit. O mortem, quæ nobis omnibus sit votum! Quid dolori nostro lenocinamur, & jacturam querimur litterarum, & publicæ rei? Benè JUSTO LIPSIO factum. Non e repta illi vita, imò nec intermissa est. Expuncta hac morte ad immortalitatem venit: de istis mundi turbinibus extractus, sedis & securitatis æternæ portum petiit. Ad illum Vatis illud flectamus, *in memoriâ æternâ erit JUSTVS, ab auditione malâ non timebit.* Fuisse LIPSIVM in animo nobis magis sit, quàm non esse. Fruamur beneficiis ejus, & luce, quam bonis artibus & litteris intulit. Tum exemplis virtutum ejus insistamus, & in primis moriendi exemplum ab illo nobis sumamus, vitâ ad mortem compositâ, & assiduâ meditatione illâ nobis redditâ familiari. Statuamus quod Indorum Brachmanes philosophabantur, vitam esse veluti conceptorum in utero statum, mortem autem partum in veram vitam esse iis, qui rectè sunt philosophati. Si quid verò tanti viri meritis reponere, & in omnem æternitatem duraturis operibus rependere velimus; sempiternæ felicitatis quietem, gaudium, salutem totis votis intimisquæ animi precibus apprecemur.



JUSTI LIPSI,
PRINCIPATUS
LITTERARIUS,

A GAUGERICO RIVIO IC. & in
supremâ Curiâ Belgicâ Mechliniæ caussa-
rum Patrono, scriptus ad ritum
priscum.

D 3

NO-

NOBILIBUS ET MAGNIFICIS
CONSULIBUS ET S. P. Q.
ANTVERPIENSIBUS

GAUGERICUS RIVIVS D. C. Q.

QUÆRENTI mihi in Belgicâ JUSTI LIPSI PRINCIPATUI LITTERARIO arcem aliquam sive archivum, sane quàm opportuna visa urbs vestra: tum quòd Urbium princeps ipsa, tum quòd amantiſſima & scientiſſima litterarum. Nimirum uti negotiatores aurum gemmasve lanariis faccis, aut vinariis vasis nonnumquam includunt & transuehant, itinerum periculis declinandis: ita inter vos plurimi bonarum artium *Myſtæ*, vocabulo mercatorum. Hoc ipſo invidiæ immunes & laudandi, quòd rem ipſam habetis & colitis, laudis & titulorum ſecuri. LIPSIUM, dum fuit, idè ſic amaſtis, ut nihil ambigam, quin ſi (recepto viris Principibus more) partitim ſepeliri cordi habuiſſet; & Antverpiæ veſtræ cor, & Romæ caput humatum voluiſſet. Me verò, qui vivo placueram, nefas mortuo diſplicere: atque LIPSI Opera, hoc eſt, LIPSIUM ipſum, quem deſcribo, aliò gentium mittere in- nitum. Admittite igitur quem ſoletis, vultu quo ſoletis: & (quaſi ſervaculum ſive cymbulam majoris ſequacem navis) me quoque totum ſimul accipite. Quem non ut ametis rogo, ſed amare ſemper & obſervare patiamini. Valete. Mechliniæ, vii. Kal. Febr. clo. lxx. vii.

JUSTI

JUSTI LIPSI PRINCIPATUS LITTERARIUS,

SCRIPTUS AD RITUM PRISCUM.

DICTURUS & ego de JUSTO LIPSIO, tamquam infimi subsellij Senator, post multos Consulares, qui prosâ, qui versâ oratione censuere; Apollinem adieram & Musas, precaturus ut digna tanto seu homine, seu heroë, seu Semone, promere illorum instinctu & suggestuliceret. Sed adieram frustra: diu multumque invocato & orato, nihil actum, nihil responsum. Deus deæque silentium obstinaverant, linguâ, manu, oculis: sed & his interram simul & moerorem dejectis, crinibus disjectis. Quid, quod pullati omnes erant, & feralem illum colorem induerant? me sanequàm dolente & querente; ut qui talium novus, nihil nisi amœnitatem in ipsis cernere solens eram, & niveam quamdam ultrò benignitatem. Quid ergo sibi ista vellet habitus insolentia, anxie scrutatus, tandem comperi, ob illius ipsius funus, quem dicendum proponerem, Musicum esse justitium. Minus Musas sine LIPSIO, quàm LIPSIMUM sine Musis, posse: illum animam, illum vitam, illum corculum, illum os, ipsis fuisse. Hominum genus omne ad Phœbum, Phœbum ad Justum, oraculorum ergo, sollenniter iuisse. Hunc illi præfidi præfidem præstitemque fuisse: & quæ ille mortales docuerit, ab hoc antè universa didicisse. Talibus ego elogiis lætus, & à Fatidico illo collegio rediens coronatus; quasi si preces meæ ratæ, abundè laudis interpretabar, quod ne dñs ille quidem choragus, cum omni suo choro, fat laudare, nedum laudem instinguere, tacendo fateretur. Enimverò quoniam crudum adhuc vulnus nôram; à tempore medicinam & vocem exspectandam duxeram, quæ à ratione vi doloris hebetatâ non impetraretur: atque annum luctui positum, etiam Parnassi incolis suffecturum. Aliter tamen res habet. Hominum temporariorum, temporariæ & annuariæ istæ leges: ingeniis æternis, quæ aut numquam nasci, aut numquam denasci oportuit, ut famæ, sic luctus æternitas deberur. Impundè, imò decorè his plangendis modum egrediare, qui ipsi sunt Naturæ vires egressi. Quid igitur facere, quid edisserere

LIPSI obi-
tus à Mu-
sis ipsis lu-
gendus.

usurpabo; quando vel dī verborum opifices muti? quando ipsa verba attonita & invalida sunt, ad virum tam sublimem, tam non tralatitium, tam non intra limites ingenij positum? Dicam. Ut olim cū legitimi & consentanei tristitiæ questus affatim domi non erant, fiduciarij adoptabantur; & propinquos suos lacrymis non suis, & mercenariis deflebant: sic quando Apollini & Musis oculi una cū voce nunc stupuere, amisso seu fratre, seu magis parente; quando & mihi lamenta hærent, quem tu magne LIPSI, magnâ dignatione diligebas; præficam saltē, ut sic loquar, pennam producam, quæ te quā tenui grandium meritorum recensione, tam ingenti veneratione prosequatur: res toto cælo diffitas, gratitudinis amore, miscens metum & temeritatem,

Anto annos scientie & sapientie.

Ordiam ab ipso tempore, quo tu de Ignorantiâ & Ambitione, teterrimis humani generis perduellibus, gloriosum triumphum, id est, cū vitam es exorsus. Ita enim est profectio. vix terram institeras, & jam Parnassi ardua tangebās ante propemodum induisti arma, quā membra: & victurus hostem, prius vicisti rerum naturam. Sol penē posterius hominem vidit, quā scientiæ adsertorem. Angusto indolem tuam circo includit, nimirū ejus vim arētat, qui à te, vel in te, facta cogitat, quæ fiunt, aut quæ facta: facis quæ fieri non possunt. Quod alij tempus vagitu, crepundiis, lusibus transeunt, quis ergo te bonarum rerum meditationi solidum haut crediderit impendisse? & quas cunas incubant, tibi doctrinæ Athenæum, ac totius Humanitatis officinam fuisse? Jactet nunc ille sibi numquam ferias, ne puero quidem, contigisse: tibi nec infanti. Scilicet horæ, dies, mentes, illis sunt inventi, quorum in vitâ aliquid est quod metiaris. in immensis, cur aut quomodo utare? Quemcumque mensor modum dixerit, falsum dixerit, Atque uti campus Martius, etsi in Urbe erat, non erat in pomœrio: ita robusta & quasi Martia virtus, in ætate quā degit, expers est finibus ætatis. Non cunctatur, non cessat: cū illius velocitate, utendi velocitate certat, & prævertit. Ideo in vulgo illa quæstio valeat; 'Quot annorum es? Sapientes non annorum, sed anni sapientum. Argumento sunt opera, quæ LIPSIUS vix dum octodecennis * publicavit: & si curam in iis accuratam spectas, nonne concipere debuisse judices, recenter ipsum conceptum? Tantam elegantiam, tantam præferunt eruditionem! tot vitiorum monstra è temporis velut situ nata & adulta; quorum novus Hercules vetustos auctores liberavit! Nempe cœu malus aurea, Assyriaca, juniperus, omni tempore germina, flores, fructus insimul progignunt, quamobrem & superfoetare dicuntur: sic prætextatus iste, cum pube, fructus

* Var. lect. libb.

fructus senectutis; eodem momento, Senatus Princeps au-
 dire meritis, quo Juventutis. Quid Senatus Principem?
 Principum principem, jure Quiritium, ipsius jam inde ti-
 tulum ajo fuisse. Equidem sic censui semper, qui suus fa-
 ctus, omnes homines benefaciendo suos sibi faceret, non
 qui dominaretur, aut nominaretur, regem esse: animi ar-
 tes, corporis artibus præstare: nullum esse præ libro in signe
 gentilitium; quamvis non id Alphonsus Arragonum quo-
 que ostendisset: tutius stylum teneri, quam sceptrum: cel-
 sius prudentiam in capite, quam diadema ferre: splendi-
 dius innocentiam vestiri, quam purpuram: bonam famam ad
 utrumque Solem, quam imperium & jurisdictionem, haut
 paullo utiliùs prorogari: constantiam, folio solidiorem:
 fidelem denique memoriam fisci & conditis anteire, at-
 que ærarium esse ditissimum. Quæ si ita habere nemo non
 videt, nisi cui in claro & illustrissimo Sole meridies est no-
 ctis, & in summâ frumenti vilitate lolio sese tolerat; si por-
 rò Agamemnoni Homerum, Dioni Platonem, Philippo
 Demosthenem, Alexandro Stagiritem, Galbæ Quincti-
 lianum, Neroni Senecam, Domitiano Corn. Tacitum,
 quivis antepont; quid causæ erit, quâ minùs, dynastas in-
 ter & doctos, primas LIPSIIO deferamus? quando ipse &
 illorum criminibus vacavit, & horum omnium Genios vir-
 tutesque solus possedit. Adeò ut quantò MM. Scauri,
 QQ. Catuli, LL. Scævolæ, Catones, QQ. Metelli, Sci-
 pionibus, Paullis, Fabiis, Marcellis, apud æquos judices
 quidem, præcedunt; tantò superentur à LIPSIIO, doctissi-
 mo, prudentissimo, sapientissimo. Memoriam, non super
 Cyrum, Hortensium, Lucullum, Cæsarem, at in id, super
 quod adscendi non potest, erecto. Mente, in tantum bo-
 nâ, quantum nativa bonitas intelligi, quantaque ex ipso
 Virtutis utero nasci potest; ut si JUSTI vocabulum, præsa-
 gio quodam an fato, nactus hautquaquam fuisset à genere
 paterno, obtinere debuerit ab humano. Judicio, quod ne
 qui intellexit quidem, sat & supermiratus. Ingenio,
 quantum vel mortalitas recipit, vel industria percipit, &
 quod utrùm civilibus magis operibus, an bello succederit,
 in ambiguo est. Quod & indixit, suscepit, gessit, patra-
 vit suo ductu auspiciisque, iustitiâ, providentiâ, labore,
 gloriâ majoribus, quàm ab ipso usque rerum conditu, quif-
 quam potitus rerum. Hunc ego honorem, hanc adorem
 JUSTO LIPSIIO, non prædam, sed præmium te, Livor,
 posco, atque condico. Audin? Rationem audi modò;
 etiam auscultabis. Æquior, gravior, inexplicabilior, ma-
 gis inclyta ut victoria, sic belli faciendi ratio cum Impe-
 ritiâ, quàm cum alio quovis hoste. Intestinum illud, ac
 perpetuum: hoc externum, temporariumque. Hic de

*Dotes ha-
 bet regno
 potiores.*

*Ingenium
 capax ar-
 tium pacis
 ac belli.*

*Bellum
 gessit, &
 consecit
 omnium
 gloriosissi-
 mo.
 Quia cum
 ignoran-
 tia.*

*Memini
aut istam
Dux elegi
pro Dy-
nasti.*

*Ab Ar-
ribus ipsis.*

*Italia ju-
venis adi.*

*Priorum
Exemplo.*

*Aequali-
tate auxi-
lio.*

libertate, imperio, vitâ cernitur; sed cernitur: in illo, ruina morum & animorum certa. Per hoc vivere definas, utcumque pessimè cadat: per illud, vivas utique, at non homo. A vulgo, à barbaris, à feris differimus, quòd litteræ nobis sunt: ceteris superamur. Viden' verò, si publico ad hoc bellum missu opus, in uno populorum comitio, vel Imperatoribus, Regibus, Principibus ipsis competitoribus, LIPSIUM missuros, LIPSIUS provinciam decreturos, LIPSIUS lauream omnes, omnes fuisse donaturos? Tribus illum præ omnibus, ex omnibus, centuriatim viritimque Dictatorem fuisse dicturas? Verùm quid hominum suffragia, sententias moramur, aut tabellas? BONARUM ecce ARTIUM legiones oppressæ, mundi, dum florent, robur & decus, illum minimè prensantem, illum solius immortalitatis candidatum, illum procul absentem legunt, & quem scuto imponere nequeunt, desiderio attollunt: in Italiam, tãquam in arcem & Vetera sua invocant: orant accingatur, magnis itineribus veniat: citò videatur & videat; ut sint, quas videat. Movetur tam piis precibus animosus juvenis: sed moneri amat, quàm rogari id, quod missum facere, scelus existimat. ut Annibal quondam hostis, ita ipse à puero, & Latio, & nomini Latino, & Italiæ toti, & Artibus in eâ, juratus amicus. Accurrit igitur, adest: & simul fines ingressus, ab hisdem quæ imploraverant legionibus, Pater patriæ literariæ consalutatur, Historico populo suffragante, Philosophico Senatu consentiente confciscenteque. Ipse manu turbam adorare: paludamenti, fascium, præferendi ignis incurius esse: vana titulorum spernere: ad rem ipsam protinus animum vertere. Bonis, quibus partum erat, rationibus imperium cupidus retinere, maximæ dignitati maximam curam adhibet; ut ne finis, quod ferè sit, inclinet: neu quid ulterioris detrimenti Resp. capiat. Principiò itaque legionarios, socios, auxiliares allocutus, *Qui Remp. inquit, salvam esse vult, me sequatur.* Et, postquàm *Politianus, Hermolaus Barbarus, Rodolphus Agricola, Erasimus, Lud. Vives, Budeus, Jovius, Giraldus, Parrhasius, Nannius, Pincianus, Turnebus,* peritissimi metatores, nec non quidam velites ac rorarii præiussent; secuti Imperatorii & Consulares viri, Tribuni, primipili, antesignani, postsignani: secutus *Cuiacius* Legatus, qui cornui præflet: secuti hastati legionis primæ *Sigonius & P. Manutius*: secuti principes sociorum alæ dextræ, *Ant. Augustinus, P. Ciaconius, P. Pithæus, P. Faber, Rænardus, Leopardus, Valerius*: secuti triarii, *Thuanus, Muretus, Passeratinus, Pi. b. na, Mercerus*: omnes civicâ, murali, obsidionali, aliisque coronis & donis variis insignes: cum multis, qui incitæ vincla metuentes, & infrequentia aut ignominia

nota-

notari, ad nomen responderunt, & sacramento in Principis LIPSI verba dixere. Haud ita Prætorio procul, *Fulvius Ursinus* Quæstor cum Numis, *Hieronymus Mercurialis* Æsculapia proles, *Christophorus Plantinus* utilis ac perquam opportunus, ita me Musæ benè ament, Reip. constituendæ machinator. Sed & *Lævinus Torrentius* evocatus, sponte militiam sumpsit; etsi ei acta sub pellibus ætas, & sacerdotii honos, vacationem concesserant. Erant in propinquo *Arias* & *Mihæil Montani*, aurei duo sapientiæ montes, cum à cunctâ multitudine vox repente sublata, spei, imò fiduciæ plena: *Væ victis*. Illis vitem, illis gladium, illis catenam, illis securim, illis furcam, illis necem, qui Bonas Artes suo solio & solo uti optimo maximoque, per summum scelus ejecissent, & vi armatâ deturbassent: qui liberas, qui cives Romanas, bonis benè natas, virgis, certè contumeliis malè multassent: infontes, indemnatas, indicta causâ, ere modicio deportassent; aquâ & igni interdixissent; honore sive alimento, cum vitâ & luce carere voluissent. Clangere tubam, progressui cani juberet tantum, ROMAM, ROMAM duceret, heul quondam Imperii larem, Virtutum pandectas, epitomen nationum: hoc infeliciorem, quod antea felix, nunc Barbariei Ignorantiæque serviret; & Temporis, cuncta suo dente conficientis & consumentis, pabulum esset. Quas querelas etsi justas sciret; nomen Urbis reginæ terrarum, ingeniorum rex pro bono augurio haberet; Pompeji factum valde damians, eandem relinquentis, ut facilius obtineret, atque adeo auctoritati conciliandæ faceret, inde in omnia sibi regimen esse: modum tamen ulciscendi injustum ratus, non nisi MORIBVS ANTIQVIS victurum se professus est. Et subinde 1 EPISTOLICÆ QUÆSTIONES missæ, & *Barnabæ Brissonius* ex formula clarigatum Romam profectus, gnarus ipse formularum. Cui cum res raptæ clarè repetitæ reddi negarentur; bellum igitur indixit, fecitque. Postquàm ad arma clamatum, concursum, convasatum, & agmen, gradu militari, quadratum jam incederet; deprehensum plerosque gregarios, imò centuriones ac decuriones, studiis privatus & ex commendatione adscitos pueros ab anterioribus Principibus pueris ipsis, aut senibus puerorum simillimis, ignotos ignorantisque militum, cœli, soli, hominū, linguæ atque viarum. Id verò tum ipsos, tum exercitum, in occasione fortiter agendi attonitos reddere, fiduciam minuere, metum augere: interim errori, interim fraudi, interim neci, semper periculo esse. Ea res Imperatorē advertit: Ductores Doctoresque; dedit prudentes locorū, sermonis, omnium, non tantū quæ in Latio & Græcia, sed quæ in quacumque terræ, adeoque cæli

*Mortuus
ætas, and
neglectus
Arias ex-
citare cogit*

*Et Romam
isti con-
tuit oppor-
tunam.*

1 EPI-
STOLI-
CARVM
QVÆ-
STIO-
NVM
libri v.

*Longè ali-
us a ma-
gistris,
& pleris-
que Cris-
tiani an-
tè profes-
sis.*

pla-

2 ANTI-
QVA-
RVM
LECT.
lib. v. VA-
RIARVM
LECT. li-
bri III.
*Adsentia-
tionali-
onus:
Minimè
levi:*

*Maximè
pudibun-
tus.*

*Eximium
hostis:*

plagâ. Et callidus provincialium ingenio provincias optimè recuperari ac teneri, illos omnes Græcos Latinosque delegit: quomodo antiquitus, quomodo deinde quàm utilissimè legerentur, ² ANTIQVARVM ET VARIARVM LECTIIONUM libris, facundâ, & in argentum incidendâ oratione concionatus. Amici per viam suadebant, Placentiam diverteret, suo suorumque corporibus curandis: ipse Veronam præoptavit. Et nescias quo fato illam odium suum, hanc delictum & municipiorum smaragdum, semper nominavit & habuit. Simul Urbs urbium in conspectu tandem fuit; *quod bonum factum*, TRANQVILLITATI aram statuit, atque eam solens sacrificavit. Nam uti scyphus dum rursus prorsum agitur, liquorem ægrè infundas: ita de pectore sentiebat inquieto. illum inquam, animum malum capiendi Artium sedem, qui circumforaneus, qui ubique esset. Sacris operatus, *Desidiam & Invidiam* à Barbaris & Ignorantibus haut evocabat. & multis morem majorum adhuc virginem violari mirantibus, *Definite admirationis*, inquit. & Deas illis suas relinquamus: plus damni dabunt propitiæ, quàm iratæ. Non fefellit responsum: vixdum aquilæ fulserant, vixdum apparuerat vexillum insigne *Pudore*, colore Principi vernaculo;

Discessere omnes adytis arisque relictis:

neque consilii, neque auxilii quidquam in Deabus invenire præsentibus. Hostibus fugientibus, & multis Catulariâ, pluribus Piaculari, Mugioniâ, Lauernali, plurimis Sceleratâ portâ erumpentibus, Salutari ingredi voluit noster Camillus Togatus: & ingressus est eadem ipsâ ætate, quâ olim Octavianus; at majori felicitate, quàm prior ille sagatus: ut qui sine ullo armorum motu vel metu, hostem ceu Julius, vidisset simul & vicisset. Quâ gradiebatur, utrimque gratulationes, utrimque applausus, utrimque acclamationes: LIPSIO AUGUSTO, MAGNO ET PACIFICO, VITA ET VICTORIA: FELICISSIME:

DE NOSTRIS ANNIS TIBI JUPPITER AVGE-
AT ANNOS:

ΕΙΣ ΑΙΩΝΑΣ. Erant qui flores spargerent: erant qui vestes injicerent. Januas item lauro & lucernis ornavant, etsi meridie mero. non ut imputarent; sed quod reus debendi esse illi quisque crederet, qui Urbem ab Ignorantiæ tenebris, & Barbarie vindicaret; qui illam porro, & omnes mundi tractus, factorum scriptionumve fulgore illuminaret. Ipse non quadrigis aureis, non equis albis vehens:

MAD-
VERS. IN
SENICÆ
TRA-
GEDI-
AS.
3 ANI-
MAD-
VERS.
IN VEL-
LEIVM
PATER-
CVLVM.
1 COM-
MENTA-
RIVS IN
PANE-
GYRI-
CVM
PLINII.
2 IN VA-
LER.
MAX.
NOTÆ.

*Inter hos
Taciti
præsertim
& Seneca.*

3 INSE-
NECAM
COM-
MENTA-
RIVS.
IN C.
CORNE-
LIVM
TACI-
TVM.

valetudinem sua medela prohibere, omnes injuria spolia-
tos in integrum restituere, omnes victos solvere. Hujus
ergo, quidquid erat carcerum obito & inito, animadver-
tit ² **SENECAM TRAGICUM**, ³ **VELLEIVM PATER-
CVLVM**, ¹ **PLINIVM** illum, heulolim floridum Trajani
laudatorem, innumerum aliorum numerum, in reatu, squal-
lore, sordibus victorum, inscriptorum, semirasorum, se-
mivivorum, ² **VALERIVM** item **MAXIMVM** in eadem
turba notavit, quàm sibi, quàm suo nomini dissidentem!
Erat hic paullo, quàm alii, habitior: cum nihilo secius cer-
tum esset curare omnes, vel omnis causa, quod in dilecto Tri-
buni, in lustro condendo Censores, à bono nomine ordi-
entes, religiosè riteq; captabant. Extra ordinem multaræ
malè emerferunt duæ custodiæ (quas Senatoriè & laxè
saltem attineri, juris fuerat, & moris majorum) **L. ANNÆ-
VS SENECA**, & **C. CORNELIVS TACITVS**, Consulares
viri, è barathronè aliquo aut Polyphemi antro, an magis
è cavea tigridum & pantherarum, in obscuro est. Ad be-
stias certè damnatos fuisse, Jovem lapidem, ex animi sen-
tentia, jurassès. Ita unguium scarificationes manifestariæ
erant, & dentium characteres. Miseranti **LIPSI** O, & per-
cunctato, quid ita in publica custodia, qui publicum, vel in
privato, negotium egissent; quid manibus victis, quid li-
gati ipsi, qui mortales omnes suis sibi beneficiis obligas-
sent, & quos oportuerat in Principum esse manu atque si-
nu; quid sordidati, qui ultra terræ ultraque Naturæ me-
tas, Prudentiæ & Sapientiæ nitorem, lucem, ignem misis-
sent; nihil aliud quàm caussati sunt, apud imperitos &
magnates, magna ingenia & mala in æquo stare: illos al-
tos, juxta se attolli nihil velle. Apud noxios, innocentiam
noxiam esse, & adspici quasi criminantem. Sese verò rerum
uberes & serios, sermonum paucos, pompam & fallaciam
Aulæ odisse, verum amare: proinde nec capere, nec capi.
Placuit clarorum virorum oratio, qua maximè ferebant
displicuisse, & confestim vertigine aut festuca Quirites
iterum facti. Quirites autem? imò sanatis quæ supererant
membris, (nam Cornelius quidem ut mutilus omnino ne
sit, non perfecerint Hippocrates sexcenti) latum clavum,
& omnia honorum ornamenta velut postliminiò recepè-
re, & in Curiam reliqua sui parte (virtutis & meritorum
causa) revenère. ³ *Seneca & Tacitus* sic adjuti (quo mu-
tuas operas traderent boni & officiosi liberti) **LIPSIUM**
ipsum patronum, ætatem totam, comitatu & consilio ju-
vère. Quibus præcipuè fretus, veteres & vetera suscitare,
instaurare, decorare constituit. Itaque rutis, cæsis, ruderi-
bus superstitibus in unum conductis atque comportatis,
⁴ **URBEM** ipsam & **MAGNITUDINEM ROMANAM**, haut

minori arte, apparatu, splendore, quàm Rómulus, aut potiorum quilibet, molitus & emolitus. Cives jam opus erant, qui haberent & incoherent. dedit, an genuit, dicam? illos certè quàm libris, quàm lapidibus, tam in Urbe, quàm foris, erutis ac effollis, ceu Deucalion aliquis, numerosos ostendit. Sed quid cives sine legum metu, sine divorum cultu, sine virtutis fulcro? seditiosi, discordiosi, feroces, immodici, atque ut semel & simul dicam, turba turbulenta; cui centuplex murus servandæ sit parum. Eapropter 5 **LEGVM REGIARVM & DECENVIRALIVM** freno coercuit: 6 **CONSTANTIAM** inseruit 7 **RELIGIONEM** fluctuantibus anchoram, non secùs ac Numa aut Lycurgus, sed **VNAM** illam præstituit; additis 8 **VESTALIBVS** aliisque sacerdotibus & ministris. Quid, quòd populo Consules, Censores, Senatores, rerum arbitros, morum magistros, personarum tutores imposuit? Quin etiam quomodo conventus ipsis habendus, quomodo & quando solvendus, præscripsit: & ne quando numerum justum, fas, ritum mutarent, 9 **SATYRICO** scribendi genere cavet & edixit. Multa mihi ipsi per satyræ dicenda, ut ne singula recensendo & insistendo sim tardior, quàm ille faciendo fuit. Multa, sed omnia 10 **ELECTA**. Nam & 11 **BIBLIOTHECAS** struxit & instruxit: & 12 **FRUMENTATIONIS** panisque gradilis auctor fuit. 13 **Genus** discriminavit, aliis Patriciis, aliis Plebeis; aliis Nobilibus, aliis Novis; nobilitatis notam unicam esse volens, cerearum imaginum multitudinem, ex magistratu curule. 14 **Servis** tunicam pænulamve circumdedit: 15 **Magistratibus** ac **Vestalibus** lectores præmisit; qui submoverent, qui animadverti juberent. 16 **Senatum** & equitem anulis ex auro, plebem ex argento, militem & servum è ferro insignivit. 17 **Ergastula** invenit agriculturæ causa, lapidum, pistrini, aquæ hauriendæ. 18 **Missilia** etiam crebra, utilia, pretiosa sparsit, ligneorum tesserarum jactu: 19 **togas** albas, 20 **sellas**, lecticas cum lecticariis servis donavit, & 21 **lectos** adversos sive **Geniales** novis Nuptis. 22 **Convivio** publicè omnes accepit: & ad 23 **delicias** aqua calida (quamquam natura & educatione sobrius, ac luxui infensus ipse) largiùs invitavit. Scio non hîc à risu temperaturos qui oculos in capite, & judicium in oculis dumtaxat habent, qui omnia potiùs, quàm ingenium visendum efficiunt & putant; qui pontes, qui arcus, qui aqueductus, qui turriù alta mirantur: risuros inquàm, cum res magnas facientium gloriam, earumdem scriptori me legent adscribere. Sed rideant licet, dicam quod sentio; Scientiam difficiliùs, quàm Capitolium adscendi: urbem nobiliùs intelligi, quàm condi: viliùs minorique laude colossum strui, pyramidem erigi (ut calceum sarciri) quàm descri-

4 ROMA-
NA. LIV.
In lapidi-
bus, num-
mis. &
INSCRI-
PTIONI-
BUS VE-
TERIBVS
add. ius.
5 LEGES
REGIÆ,
& LEGES
DECIM-
VIRA-
LES.
6 DE-
CON-
STAN-
TIA. I. II.
7 DE VNA
RELIGI-
ONE
adversus
Dialogi-
stam lib.
8 DE VE-
STA ET
VESTA-
LIBVS
SYN-
TAGMA.
9 SATY-
RA MÆ-
NIPPÆA
IO ELE-
CTORVM
libri 11.
11 DE BI-
BLIO-
THECIS
SYN-
TAGMA.
12 Electo-
rum I. I.
cap. 8.
13 Ibid.
cap. 29.
14 Ibid.
cap. 25.
15 Ibid.
cap. 23.
16 Elect.
I. II. c. 8.
17 Ibid.
cap. 15.
18 Elect.
lib. I. c. 8.
19 Ib. c. 13

20 Ib. c. 19 21 Ib. c. 17. 22 Antiquat. lect. I. 3. 23 Elect. I. I. c. 4. *Schæferianæ cultor.*

1 POLI-
TICO-
RUM li-
br. VI.
2 MONI-
TA EX-
EMPLA,
& POLI-
TICA.
3 DE MI-
LITIA
ROMA-
NA libri
V.
4 Elector
lib. I. c.
II.
5 POLI-
ORCE-
TICON,
sive de
MACHI-
NIS,
TOR-
MENTIS,
TEFLIS,
libri V.

*Politico-
rum &
Militari-
um idone-
us scriptor:
cui obstre-
puit mo-
torius.*

bi. Ista à corporibus orta, corporum modo lapsalia sunt & labuntur, ne nominibus quidem mansuris, nisi si ingenij, ut sic dicam, brachiis sustineantur & fulciantur: animorum opera, ut ab immortali fonte manantia, immortalitas manet. Attollant itaque alij Mucij dextram pro libertate nidentem: Hadrianum leges ferentem: Cæsarem fusas fugatasque acies solum redintegrantem: ego LIPSI manum cælo feram, Oblivionis & Inertiæ propulsandæ amore inflammata: memoriam atque iudicium: POLITICA præcepta, 2 MONITA, EXEMPLA tradendi, 3 MILITIAM ROMANAM cum 4 stipendiorum initiis ac progressu, cumque 5 MACHINIS, TORMENTIS, TELIS, restituendi, suspiciam. Non enim sciolos fero, galeatos aliquot lepores, super mensa Alexandrum debellaturos; qui (cùm obsidionibus paucis, præliis forsitan interfuerint nullis) se milites, se tamen Tribunos appellant; non item togatos verueces, qui tertio quoque verbo Statum spirant, columnæ Status, si dīs placet; non fero inquam, de LIPSI O tam opinari sinistre, ut dicant pagani hominem, publico sese abstinentem, non belli, non domi ullo munere functum, inscitè igitur de *Militiâ*, deque *Politia* scripsisse. O Cimmerij! ô vespertiliones! Post occasum Solem, Romana lege, judicare non licuit: vos etiam de occaso vultis; Nihil LIPSI vobis umquam fuit, nihil erit: non millesimam ejus partem capitis; & carpiris! Idem peccatum peccatis, quod improbatum itis. Sed dicite, amabò, vos qui Censuram sine suffragio geritis, eos qui Astrologiam olim, hodieque tradunt, quando à cælorum conversatione redisse putatis! quam nuper super, & cum nona sphaera trepidavere! quamdiu Saturno, Jovi, Mercurio attubernales fuere! Et Plinius, Naturæ quidam actuarius, cùm formicum, cùm ceteras numquam sibi visas graphice describeret animantes, an ex earum prosapia ipse! an ab illis in hominem transierat nova metempsychôsi! His tamen favetur, his plauditur: hi cum admiratione, delectatione, fide leguntur. Præterea nōne L. Lucillum narrat M. Tullius, cùm esset Roma ad bellum Mithridaticum profectus, rei militaris omninò nescius, tantum tamen, inter nauigandum, quàm pereunetandis peritioribus, quàm rebus gestis legendis, evasisse in omni genere belli, ut & Asiæ fines planè dux factus attigerit, & post paullo, maximi illius regis confessione, omnibus, quorumcumque sæculorum, Imperatoribus anteferretur? Hæc si ita habent, & tam difficilem provinciam armorumque tractationem homini rudi Roma decreverat, historiam lecturo; si tantum elogi-um tantus rex merito dedit, postquàm tantillo maris & temporis intervallo legisset; quid est, cur angustis oculo-
rum-

rum finibus prudentiam terminantes, LIPSI O ipſi talium rerum vel ſcriptionem invidemus? Cur etiam ſummum Principem & Ducem fuiſſe inſitias eamus; qui non inter breviculam navigationem, non ſaltuatim, non perſunctoriè libellos aliquot evolverit; ſed tot annos, tantâ curâ, tam collineanti & rectâ judicatione ac notatione, Affyriorum, Medorum, Macedonum, Græcorum, Romanorum, imperiorum omnium, & temporum conſilia, dicta, facta comprehenderit? Quod ſi fecit, & ſcripta ejus ipſa ſe bonitate & utilitate liquidò probant; cur iis neglectis, in auctorem vertimur & calumniamur, unde ſint magis, quàm quid ſint, inquirentes? Si ceruina, ſi aprugna, ſi id genus ferina, inter accumbendum apponitur; nemo iſtuc inclamat opinor,

Quod genus? unde domo? qui te genuere parentes?

Nemo inquam feræ natalem locum, quas perreptaverit cavernas, quibus erraverit ſylvis, curioſè curat: ſed ſapida, ſed in ſuo vigore & α'μῆ prolata vſcitur. Quin idem in bonis & ſapientibus ſcriptis uſu nobis venit; & auctorum ſecuri, fruimur ipſis? Adfirmavit mihi quidem certè non nemo, ſimilium judicandi bonus, utpote ſummus olim militiæ Belgicæ judex, nunc Principibus Senator non poſtremus, LIPSI O ipſi doctrinæ & prudentiæ merito æſtimatus atque cultus: quid multis? Vir, quem Mineruæ armatæ filium dixerim, niſi ſi multos jam illi annos, in filii modum, beneficiarius fuerim; adfirmavit inquam, ubi de *Politiciſ & Militiâ Lipſianis* ſermo coràm incidiffet, nihil diviniuſ poſſe: non niſi illâ ipſâ Minerva præeunte concepta, & diſtante conſcripta. Abite igitur, exeſte procul, procul, qui alia omnia non dicam ſentitis, ſed latratis: non recipiuntur canes in hæc fana. Non ſunt iſta Tribunicia cognitiōis. Contemnere poteſtis, judicare non poteſtis. *Iniqui eſtis: vos ejuro: vos nolo:* atque in viam redeo LIPSI Principatus. Quem ipſum cùm noſſet probè, veluti α'ρ'τοκρατωρ, δημοκρατωρ, Remque publicam omnem, præmio & pœnâ contineri: 1 CRUCEM quoque ſtatuit, & ſupplicii varium genus: præmiorum multifariam dedit, & proprio verbo 2 MUNERARIUS fuit. Sed ſanguine ludus is caruit: & nemo in eo ſine miſſione pugnavit; niſi fortè 3 DIALOGISTA DIODORUS, 4 LUCIUS, & 5 BATAVUS SANNIO unus.

Præter hæc, quòd Latinæ vocis honorem per omnes gentes diffundi expediret, & tot populos diſcordes ferroſque, ſermonis coagulo & commercio ad colloquia contrahi; ne ſeparatio illa linguarum, nationem à natione ſepararet (quandoquidem loquendi varietas efficiat, ut ex-

E

ternus

I D E
CRUCE
lib. 3.
2 S A-
TURNAL.
SERM.
lib. III. &
DE AM-
PHIT.
lib. I.
3 De unâ
Relig. AD-
VERSUS
DIALOG.
liber.
4 DIS-
PVN-
CTIO
NOTAR.
CÔD. MI.
RAND.
ad Cornl
Tacitum.
5 RELE-
CTIVN-
CVLA
SANNIO-
NIS CV-
IVS D.
BATAVI,
ad fin. di-
vz Virgi-
nis Aſpri-
col.

6 DE RECTA
CTA
PRO-
NVNT.
LING.
LAT.
7 EPI-
STOL.
INSTIT.
8 EPI-
STOL.
Cent. X.
9 MA-
NUDUCT.
AD
STOIC.
PHILO-
SOPH-
lib. 3.
10 PHI-
SIOLOG.
STOIC.
libri 3.
11 D.
VIRGO
HAL-
LENSIS.
D. VIR-
GO AS-
PRICOL-
LIS.
*Comitate
& affabi-
litate exi-
mius.*

12 DIS-
SERTA-
TIVNC.
APVD.I
PRINCI-
PES-

ternus alieno non sit hominis vice) 6 DE RECTA PRONUN-
TIATIONE LINGVÆ LATINÆ libellum vulgavit, atque
alterum 7 EPISTOLICÆ INSTITUTIONIS. Et ne quando
ingruens Barbaries nomini Latino hominibusque Latinis
damnum daret; 8 EPISTOLARUM *Centurias decem*,
sive millenariam cohortem unam, per omnes mundi oras
distribuit. Non enim quemadmodum Octavianus vel Tra-
janus, mari, fluminibus magnis, vel montibus Romanum
limitavit imperium: sed Solis ac Lunæ regionibus disten-
dit. Neque *lateritiam*, neque *marmoream* Urbem reliquit,
sed vero & veteri cognomento *Aeternam*.

Ab humanis ad divina versus, SOPHIÆ ipsi templum
struxit, atque ad illud 9 MANVDVXIT. Templum verò imò
& 10 PHYSIOLOGIÆ cœlum Archimedes Belga super-
struxit; domicilium Dei, Genitorum, animorum & astro-
rum; peculiare quoque 11 D. VIRGINI sedes, paulò
ante fatum suum, fabricatus. Nimirum ut Musici pleno
& rotundo ore cantaturi, cantum præludunt & præ-
nissant: sic LIPSIVS cœlo & cœlestibus mox fruiturus,
non nisi cœlum & cœlestia cogitavit & scripsit.

Quibus, & anteactis omnibus, egregiâ quâdam huma-
nitate temperatis, in affectum & adspæctum sui rapuit or-
bem terrarum. Inde concursus, quasi ad emblemata Gratia-
rum, ad Insulas fortunatas, ad divinum aliquod, ut sic di-
cam, monstrum, & in modico corporis tugurio animum
gigantem, in quem, ut Zeuxis in suam Venerem, aut Phy-
dias in clypeum Minervæ, Natura contulisset, quidquid
rari usquam & umquam sortita. Concurrerunt viri, scēmi-
næ, non proletarii, non capite censi vel minuti: sed Capita
ipsa hominum ac rerum. Illi illi, quorum ore Fortuna pro-
nunciat, quos beatos, quos felicitatis extorres velit;
paulisper obliti à sese omnia pendere, Scholam ineunt, ut
ab unius ore pendeant; atque exeunt admiratione ipsâ ta-
cita vociferantes, pro Historiographo Regio, Prudentiæ
Legatum, pro suo Professore, Sapientiæ Præconem audisse,
salubria edicta proferentem: & 12 de Principali suo
munere officioque, ex tempore, sed quæ tempus in omne
(si memineras & utare) profint, DISSERENTEM.
Et quid ultra miramur datos rusticantibus fasces, aran-
tes à Senatu populoque ad Dictaturam accersitos? Pon-
tiffex Max. Reges, Principes, homini Iscano rure nato, ru-
re, si bella sinant, victuro, honores deferunt & primatus.
Sed adeste ambitiosi, videte. Honoris hic candidatus est;
quem vos per preces, fraudes, scelera, impetratum itis aut
ereptum. Candidatus est, & repulsam patitur, competente
Patriæ Caritate. Quà factum, ut cum, veluti de Homero
septem urbes, sic de ipso Roma, Lutetia, Viënnæ, Floren-
tia,

tia, Venetiæ, Bononia, Lovanium certarent; hoc vicerit, te-
 nueritque. Quod ¹³ OPIDVM posteaquam à prima usque
 origine (victoriæ & habitationis pretium) ET ACADE-
 MIAM EJVS DESCRIPSISSET; impleto quinquagesimo
 octavo plus minus nativitatis anno (ne post tot immor-
 talia opera, mortale aliquid præstaret) Superis redditus
 est: oculos claudente Nicolao Oudarto, antistite amicorum.
 Cui &, ut moriens quoque mores antiquos servaret, anu-
 lum aureum, cum munusculis ab aurei sæculi viro Proch-
 nicio Legato Polono, reliquit, & pro Fortunæ statua, vi-
 vum suæ doctrinæ, prudentiæ, & candoris simulacrum.

13 LOVA-
 NIVM.
 ID EST
 OPIDI
 ET ACA-
 DEMIÆ
 EJVS DE-
 SCRIP-
 TIO.

Tanta autem comploratio insecuta est, ut quemadmo-
 dum Philopomene obeunte, ultimus Græcorum; ita LIP-
 SIO, ultimus bonorum, ultimus periisse videretur Latino-
 rum. Et sanè interierat cum illo nomen vigorque littera-
 rum, nisi si velut Interreges *Josephus Scaliger, Casaubonus,*
Dion. Gothofredus, Marsilius, Velserus, An. Robertus, Seb.
Rollardus, Pantinus, Lernutius, Gruterus, Wouerius, Bencia-
rius; nisi si *Patres Societatis Jesu*, scientiarum & virtu-
 tum quidam Atlantes; nisi si magna spes altera *Erycius Pu-*
teanus, cum aliis paucis, occurrerent.

Insecuta quoque prodigia: dies foedo imbre infames:
 venti post hominum memoriam vehementissimi, & quales
 numquam flaverant vivo viro minimè gentium ventoso.
 Hos ille, ceu Æolus, carcere clausos tenuerat, rara doctis
 magnisque pedisse qua Modestia; sibi tam familiari tamque
 amica; ut cum Censorium sive triumphale funus ab univer-
 so hominum, cui profuerat, genere mereretur; tacitum e-
 legerit, & disertis testamenti verbis pompam fieri vetue-
 rit. Sed quasi fatale foret, cuncta illi Romano ritu evenire;
 fuit tamen, fuit bustuarius aliquis gladiator, qui ad famæ
 ipsius post natam Famam optimæ sepulturam depugna-
 ret: qui, ut Rhodii solent Herculi, maledictis sacrificaret:
 qui inconstantem, qui Proteum religionis, omnium & nul-
 lius, blateraret: stilum ac dictionis genus incesceret: scripta
 denique ipsius omnia laceraret: idque, ut opinio quidem est,
 quoddam D. Virginis encomiis clauisset: etsi *Francisco Pe-*
trarchæ, qui idem fecisset, DIVINI nomen nemo hætenus
 invidisset. Vulpecula hominis! vivum leonem adspicere,
 non nisi ut adspicereris, ausa, mortuo insultas? Lupi ovile
 quantumcumque ingressi, occidione occidunt, neque uni
 parcent, ut unam vorent. Tu omnes in LIPSIO dotes per-
 dere conaris, ut unam scilicet perdas pietatem. Et quomo-
 do è Dianæ Ephesiæ æfarius ille, sic ex tanti nominis ve-
 lut incendio & ruina nomen captas. Tun' religionis in-
 simules, quem semper bonum, à tui similibus abesse, ad
 suos redisse, testificantur omnes boni? Nam sedem,

Semper
 modestus

Semper
 pius, &
 constans:
 quamvis
 impii ac
 emuli a-
 liud nunc
 scribunt.

si nescis, mutaverat, numquam fidem : patriâ per belli fluctum ejectus, numquam pietate. Atque ut solis radii in terram missi, ibi sunt unde mittuntur : ita ipse Romano cœlo adhæsit, etsi vestro cœlo illuxit. Tun' inconstantia suggilles, qui Constantiam professus, non ad momentum, ut Decii, sese devovit : sed jam inde à puero studiis immortuus, PUBLICO BONO ? qui huic assidue operatus, non in lecticâ modò, ut quondam Augustus, sed (Valetudine nullum commeatum dante) penè in lecto ? quem in extremo & fatali morbo, suprâ quam creditu fas, infesto & excruciante, his ipsis oculis vidimus, tantâ moderatione, ut LIPSI O patiente, alium ibi non loquentem, non querentem, non suspirantem, torqueri putaremus ?

Stili vernaculam & claram brevitatem, mortalium nulli antea cognitam, nulli deinceps imitabilem, omnibus optandam, aut scripta ejus, seu viri seu Genii, defendere, ipsorum injuria fuerit : Oracula non egent patrono. Hoc tantum dicam, id quod ipse tamquam vates, etiam juvenis, promiserat, * daturum se, Dîs volentibus, aliquem, qui non solum in litteris, sed etiam Politicis, Historicis, Philosophicis præstaret, quod victâ invidia admirationi esset, nimisquam ampliter perfecisse.

* Epist.
lic. Quæst.
lib 4.
Epist. 25.

Vivis enim etiam nunc Magne LIPSI : & quamvis (uti planetæ, quia propè sunt) nondum maximò per se scintillas ; tamen quoad genus humanum incolume manserit, quamdiu usus litteris, honos scientiæ, prudentiæ & sapientiæ pretium, modestiæ nomen erit, quamdiu rerum naturæ, quamdiu Memoriæ memoria duraverit, illustre & admirabile profectò vigebis ingenium : & nomen tuum indeletum atque indelebile videbit posteritas in Actis æTERNITATIS.

D I X I.

APPROBATIO.

PRINCIPATUS hic LITTERARIUS Manibus Ampliss. viri JUSTI LIPSI, à Clariss. Gaugerico Rivio IC. scriptus (quod priscorum rituum Imaginem graphicè repræsentet, & viri de Rept. b. Litterariâ optimè meriti LIBROS OMNES ingeniosè simul & doctè complectatur) tuto, ac utiliter prælo committeretur, & divulgabitur. Actum Amsterpiæ, 11X. Cal. Feb. 60. 100. VII.

Laurentius Beyerling S. Th. Licent.
Librorumque Censor.

ERY.

ERYCI PUTEANI

• LIPSIOMNEMA
ANNIVERSARIUM,

SIVE

JUSTI LIPSI V. C.

LAUDATIO FUNEBRIS,
DIE ANNIVERSARIO HABITA.

E 3

AMPLISSIMO, PERILLUSTRI,
 ET
 ADMODUM REVERENDO DOMINO
 D. GEORGIO AUSTRIO,
 MAXIMILIANI I. IMP. NEPOTI,
 PRÆPOSITO LOVANIENSI,
 ET ACADEMIÆ CANCELLARIO,
 ERYCIUS PUTEANUS INSCRIBO.

PRODIT ecce LIPSIOMNEMA ANNIVERSARIUM, id est, Oratiuncula quam dixi, Perillustis & admodum Reverende DOMINE; & tuum audet nomen usurpare, apud quem dixi. Laudes nescio, an Lacrymæ sint; sed LIPSI O falsæ, & in tuum amantis ac lugentis sinum. Equidem laudare tantum virum sine lacrymis non potui: & vix sine lacrymis quisquam laudes ejus audivit. Meum adfectum in Auditoribus repperi: tuum illi expressere. An quidquam potuit sanctius? LIPSIUS tuus fuit, & tu LIPSI. Cur tuus ille, Oratio mea indicat: dotes amasti quas adorno. Cur tu illius, in vestibulo hoc Orationis volo legi. Fucus & ambitio absint; STIRPEM tuam, VIRTUTEM, ERUDITIONEM, DIGNITATEM, amavit, æstimavit, coluit LIPSIUS: & nunc ego, nunc boni omnes, ejus exemplo. Quid ni *Stirpem*? Ævi Heroës AUSTRII sunt, & eminere, præesse, inò regere nati, quidquid in orbe natum. Atque hæc Familiæ sive laus, sive æternitas, etiam tua; qui Familiæ nobilis ramus, *Virtute, Eruditione, Dignitate*. Ut stemmata desint, & longo recuses

Sanguine censeari, picto q̄ ostendere vultus

Majorum, & stantem in curribus ÆMILIANOS;

triplici tamen isto radio AVSTRIVS es, & in sacro urbis & Academiæ Lovaniensis folio inclytum avitumque Gentis no-

mentueris. Hæc igitur Dignitas, quam cum solo Sanguine mereri potueris, Virtute & Eruditione maluisti. Addo Prudentiam & rerum usum; addo peritiam nostri & antiqui ævi; addo orbis, id est Imperij AVSTRII inspectionem. Nam quæcumque augustinis æternisquæ sceptris tui illi regunt, tu lustrasti: terrarum mariumquæ longinqua, velut domestica; aliena, velut tua. Sed huc reversus es: Belgicam, & Lovanium, vitæ & quietis stationem ratus; quia suam jam LIPSIVS elegerat. Occulta, sed benigna Fati consilia, imò indicia! PRINCIPES Belgica AVSTRIOs habere & videre coram cœpit, postquam te PRÆPOSITVM & CANCELLARIVM ex eâdem Gente, velut minorem Principem, Urbs ista & Academia acceperant, Sic igitur eodem nomine, eodemquæ sanguine nunc Aula se jactat, atque etiam Schola; nisi & Schola velut Aula sit à fidere quodam AVSTRIO & splendore. Aula, sed quieta, composita, sancta; quam Musæ, & Elegantix, & erudita Simplicitas incolatu suo ornant. Etenim fasces & tituli hîc quoque fulgent, non superbiunt. Fasces, sed Doctrinæ; tituli, sed à tua manu: & sic clariores, quia à tua. Ades ipse, & munus auctoritate Pontificia insignis orbis, quod vicaria alij opera solent; tantò meherclè aliis major, quantò se minus alij munus suum arbitrati. Itaque insigniri doctinarum fertis Juventus ambit, maximumquæ studiorum præmium putat ab AVSTRIO insigniri. Etiam in vilibus minuta quædam æstimantur, pretiiquæ pondus capiunt à donantis manu: quid ni hæc magna, à te magno, cum expleris lpatiis cultores bonarum artium scientiarumquæ scandunt Honoris limina, & Academica à te laurea donantur? Liceat dicere: donaris ipse, & toties accipere doctrinæ videris præmia, quoties confers. Sed redeo ad LIPSIVM, quem tuum fuisse posthumo liberalitatis desiderio testatus es. Nam quæ nostræ, aut Academiæ partes erant, tu sumpsisti, promptus ponere monumentum magno illi viro & amico; quodquæ majorem hîc laudem habet, penè importunus. Sed hæredes supererant, atque domus pars altera uxor ANNA CALSTERIA insignis matrona, quæ prima adfectu sciri in extinctum debuit, quippe in maritum. Sciri deinde S. P. Q. Antuerpiensis, & Regina illa urbium, velut altera uxor, quæ tamquam Larem familiarem LIPSIVM coluit, sarcophago eundem complecti. Atque in hoc pietatis consortium, è longinquis oris, vir heroicæ virtutis ac nobi-

nobilitatis PROCHNICIVS venit , jam pridem in vivendum
 LIPSIUM liberalis , ut in mortuum quoque esset. Tuus ta-
 men non sine effectu affectus est,

----- quòd diligis umbram,

Et colis exsequias.

Nam & SOLLENNIA ista curæ tibi fuere ; & ut laudes
 τῆ μακαρίτη iterum audires publicè , inque tuo templo , ex-
 temporalis orationis moestum eloquium aures tuæ non spre-
 uerunt. Velut instaurati doloris Mystagogus , sparsisti publicè
 lacrymas , ut spectares. Sed meâ tamen maximè lugentis voce
 motus , & laude extincti , λόγον μνηματίτην æstimasti quem ha-
 bui : munere etiam misso , postquam habui , tamquam in vicem
 plausus. Et cujusmodi munere ? benigno , litterario , gratuito ,
 & cui THESAURVS nomen fecit. Jam ad quem ? nec visum an-
 teâ nec auditum. Equidem erubui ad tam promptæ humanita-
 tis exemplum : cui nunc reponere LIPSIOMNEMA ipsum volui ,
 etiam in exemplum. Scient exteri , esse inter Belgas qui LI-
 PSIO , & post LIPSIUM bonis artibus honorem deferat : esse
 etiam , qui tali fautore bonis artibus operetur. Vive & vale
 Perillustis & admodum Reverende Domine , & STIRPE ,
 VIRTUTE , ERUDITIONE , DIGNITATE tuâ frueri.
 Louanij, XIII. Kalendas Junias, ∞. IOC. VII.



LECTORI

LOCUM SENECAE PROPONO

EPISTOLA XI.

JAM clausulam epistola poscit: accipe, & quidem utilem & salutarem, quam te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit: custodem nobis & pædagogum dedit: nec immeritò. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat. Aliquem habeat animus, quem vereatur, cujus auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non ad spectus tantum; sed etiam cogitatus emendat! O felicem, qui sic aliquem vereri potest, ut ad MEMORIAM quoque ejus se componat, atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, citò erit verendus. Elige itaque Catonem: si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissioris animi virum Lælium: elige eum (quem nisi LIPSIMUM dicam?) cujus tibi placuit, & vita, & oratio; & ipsius animum ante te ferens & vultus, illum semper tibi ostende, vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam, prava non corriges.

ERY-

ERYCI PUTEANI LIPSIOMNEMA

ANNIVERSARIUM,

SIVE

JUSTI LIPSI V. C. LAUDATIO FUNEBRIS, DIE ANNIVERSARIO HABITA.

QUOD alibi consuetudo, hinc pietas SOLLENNE facit, AUDITORES; luctumque publicum ferali pompâ instaurat, necdum remissum. Etiam funus nobis æternus ille LIPSIUS est, magnoque vulneri continuus quoque dolor adhæret. Sed quamvis adhæreat: nova, &

Annua vota tamen, sollemnesque ordine pompas

Exsequimur, struimusque suis altaria donis.

O desiderium extincti! redimus ad luctum, quem nondum posuimus; ad lacrymas, quas nondum absterximus. Non hæc SOLLENNIA, sed PERENNIA sunt, & magnis, heu! LIPSI unius manibus debentur. Etenim,

Ex quo reliquias diviniq; ossa parentis

Condidimus terrâ,

in squalore fuimus, Justa JVS T O fecimus, laudes diximus, non more, sed mœrore. Quasi totius anni funus fuerit, exequias iuimus; & quem cottidie planximus, cottidie sensimus mori. Semel LIPSI O parentare, satis non fuit: nec semel laudare, satis. Primus id fecit, piissimo vocis obsequio, Clarissimus ICtus & Antecessor GERARDVS CORSELIUS, & in hoc ipso loco. Alij deinde, sed alibi: hic familiam, ille vitam, iste famam & scripta, diviso veluti eloquij penso. Totum LIPSIUM nemo potuit, nemo poterit, nisi resurgat, faciatque ipse qui extinctus. Laudari tamen vel sic debuit: ut cujus encomium mortales nullâ ingenii felicitate queunt implere, ejus facilius exemplum admittant: hominem supra homines positum non detrectent imitari. Nemo quem agnoscit parem, sequitur: vestigia placent, cum suspicimus. In LIPSI O verò summa omnia, summus ipse: quem exprimere ideo

omnes

omnes velint, quòd nemo possit. Integrum nempe, & sine æmulatione cuique exemplum, quia nemo attingit. Laudari igitur debuit, & hîc potissimum, in meditullio urbis, & Divi Tulelaris æde, ubi tumultum, si non habet, habere meruit. Etenim mos vetus urbium Conditoribus α'μφίβολον π'ρ'ος in meditullio dabat : sed alter Academiæ velut Conditor, consensu Belgarum L I P S I U S audit. Item, in urbe, adeoque foro, præter consuetudinem, unus olim Trajanus sepultus, quia optimus Imperatorum : cur non & hoc exemplo noster ille, quia optimus Eruditorum ? Contempsit, imò reiecit hunc honorem, quem nihilominus invenit. Tumulum hîc quoque, quia Encomium habet ; & totâ urbe sepultus jacet, qui totâ urbe, imò toto orbe claruit. Ergo jam adeste gloriosi Manes, vocis quoque meæ pietatem excipite, quâ instaurare iussus sum funebrem repentinæ Laudationis honorem. Sanè nisi iussus, tam repentinus esse nolim, Iussus autem, quia rogatus ; & ab eo, qui siue auctoritatem, siue amorem respiciam, jubere poterat, vir eximius & magnificus, Academiæ hujus Rector JOANNES PALUDANUS : imò iussus, quia sic Curatoribus placuit testamenti Lipsiani. Apud Athenienses olim, referente Cicerone, *nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui publicè ad eam rem constitutus esset, dici licebat.* Hanc legem dictam mihi censui ; nefas autem, cujusquam exemplo violare. Nam initio, fateor, Silentio, non Encomio ornare hæc sacra animus erat, & sciebam pietate potius, quàm facundia Manes delectari. Quia verò & Laudatione indicare adfectum iussus sum, rogatusque, ne infra Juventutem L I P S I U M haberem, promptus adsum magis, quàm paratus, uti morem geram. Vos adeste quoque & cognoscite, quantò difficilius, L I P S I U S, quàm Juventus ; Virtus, quàm indoles dicatur. Ego certè ut pietatem meam probem, oratione potius, quàm silentio peccabo ; & malè laudabo L I P S I U M, quàm tacebo. *Augeatur igitur (verba Ciceronis usurpabo) isto etiam honore (honorem certè adfectus facit) is vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. Grati simus in ejus morte decorandâ, cui nullâ jam aliam gratiam referre possumus.* Dabo lacrymas, dabo laudes : ceteri nesciam, utræ magis in proclivi. Illas volo, istas reddo, magni doloris indices, ab animo velut fonte. Vos sinum pandite, sires mavultis urnulam : adfectum excipite ; sed vestrum miscete, qui vidistis, qui amastis L I P S I U M, & quibus ille benè voluit aut fecit. A lacrymis ordior, & præficam lugubri carmine Musam ipsam facio, iterumque facio, ad tibiam, sed sine tibia canentem. Ergo querulâ voce *Neniam* repetamus.

Lib. III.
de Legibus.

Philippicâ x.

Lætiam,

Lætam, Musa, Lyræ doloris udo
Conde murmure : Tibiamque prome
Aptam lugubribus Sacris, modisque.
Grata nunc PIETAS obire mentis
Suadet officium, FIDESQUE suadet ;
Mœstâ Voce, Stiloque. Nam suetas
Odit delicias Loquela ; amatas
Odit delicias Tabellæ, & hornis
Urgetur lacrymis. Nec sunt Loquela
Istæ deliciae, nec sunt Tabellæ
Istæ delitiæ : at Feraliorum
Atrâ imagine vulnus, atque funus
Heu ! magnum, miserum, atque luctuosum
Hæc Tabella refert, refert Loquela.
JUSTUS LIPSIUS occidit, virorum
Ille Maximus Optimusque : Musæ,
Et Suadæ, & Sophiæ decus vetustæ ;
Ille MORIBUS inclytus VETUSTIS :
Orbum lumine qui reliquit orbem,
Orbum numine qui reliquit orbem.
Lumen nam fuit ille Litterarum :
Numen & fuit ipse Litterarum :
Ipse, Musa, Minerva, Suadæ, Apollo :
Heu ! THALESQUE meus, Patreque sancto
Doctrinæ melioris instituto.
Duram ô præcipitis necessitatem
Fati ! quæ violenter æviterne
Carpit exuvias Viri Deique,
Carpit exuvias mei THALÆTIS.
Quis desiderio pudor modûsve,
Tam cari capitis, Viri Deique,
Tam cari capitis, mei THALÆTIS ?
Largo proluetur dolore pectus,
Largo proluetur dolore cera ;
Et sulcos tremuli stili, frequentes
Pressi stillæ animi replent, PIUMQUE
Laborem violant. Quid ergo ? cesso :
Nec totum Tabula hauriet dolorem.
Vos mecum querulam mei SODALES
Vocem fundite, quotquot estis, omnes :
JUSTUS LIPSIUS occidit, virorum
Ille Maximus Optimusque : Musæ,
Et Suadæ, & Sophiæ decus vetustæ.

Sed nunc induciæ paullisper doloris sint, dum animum
 colligo, laudesque pango, velut ex uberi messe pauculas
 spicas, in solatium, sive etiam exemplum ævi. Ne quis
 Historiam expectet ; Orationem orsus sum, sed qualem
 infe-

infelici eloquio, oblitum singultibus pectus solet eliquare. Cur excusum? equidem in dolore sum; nec verè sim, nisi & esse Laudatio videatur. Quem enim lugeo, laudo: & sic parcendum laudibus, ut dolor minuatur. Ita parcendum; sed hætenus, ut compendium sermonis, non adfectus sit, nulla injuria Famæ. Pleno elogio, cum nomino **L I P S I U M**, laudo; & totum noscit, quisquis audit. Aliis magni, & amicti cedant tituli, quibus iners, nec pro famâ mens est: cerusâ & fuco vultum, fraude animum mentiantur, quibus colorem natura negavit. Sine titulo **L I P S I U S** magnus est; sine cerusâ elegans; à se clarus, quia perfectus, & quem ævi nostri Socratem mortales indigent, nisi meliorem Socrate, majoremque didicissent. Sed hoc, remotâ invidiâ, Posterius magis dicent, vix credituri, canescentibus demum Naturæ annis, tantum Virtutis decus affulisse. Altioris Genij virum, ævi quoque facient; & quem vixisse **M O R I B V S A N T I Q V I S** intelligent, antiquis quoque natum temporibus putabunt. Ille verò exemplo suo ostendit perennem Naturæ fecunditatem & æternam esse: omni ævo nasci viros bonos, non vivere. Ad virtutem natus, virtutem coluit: vitæ finem huc direxit, & vivendo peruenit. Prima & florida ætas, cum ingenium vernaret, Musarum fuit; summa Sapientiæ: & utramque celeri gressu Famam insecuta. Clarus esse **L I P S I U S** cœpit, etiam cum latere se censuit: Nomen prius invenit, quam quæsit; quasi auspicio quodam Doctrinæ jam tum sciri debuerit, qualis quantusque futurus aliquando esset. Sed nunc fuit, & esse tamen numquam desinet. Magnus, imò maximus fuit; ut esse apud omnem Posteritatem pergat. Quot libros (non enim liberos) tot imagines sui reliquit, quas nulla umquam annorum series abolebit. In **CRITICIS**, Ingenium, Judicium, Eruditionem admireris: In **EPISTOLIS**, Candorem, Modestiam, Humanitatem: in **POLITICIS**, Prudentiam: in **CONSTANTIA**, sapientiam: in omnibus, ut paucis absolvam, **LIPSIUM**, id est omnis perfectionis apicem, hominis Phœnicem, &, quemadmodum edito scripto Vir clariss. **GAVGERICVS RIVIVS** luculenter explicuit, **REI LITTERARIÆ PRINCIPEM**, Virtutis Dictatorem. In scriptis igitur vivit, imò vivet: & qui Filios non reliquit, Posterius tamen habebit, ingenij velut hæredes & doctrinæ. Quod natura negavit, dedit industria. Sanguine esse æternus non potuit; ingenio erit. Divitias reliquit, quibus longum fruatur Posteritas; nec tamen satietur. Historiæ desiderium plerosque torquebit; & noscere tempora Majorum volent, **L I P S I O** scriptore. Sed hunc ille laborem prudendissimo consilio ultimæ

ultimæ & maturimæ ætati seposuerat, tamquam optimum, tamquam decumanum. Hæc stili velut bellaria atque scitamenta Æternitati promiserat; & nisi summo rerum humanarum Arbitro, & ut ita dicam, Stratego aliter visum, posuisset. Sed quid est? adornavit Historiam, non exhibuit: inchoavit, non absoluit, & brevi illo ætatis curriculum ad tantæ virtutis fastigium evectus fuit, ut scribi, non scribere, meruerit; laudari, non laudare: cum laudis materiam dare facilius poterat, quam accipere. Itaque cum incœperit Historiam, gratiam destinationi debemus, quod perscribere voluerit; veniam forti, quod non potuerit. Nam finge, retardatâ fati necessitate, inter mortales diurnasse, annorum numerum ad dexteram venisse; imò & librorum: profectò non explestet tamen, sed irritasset desiderium bonorum; & melioris alicujus scripti itamen Parca incidisset; Fata fanda, imò scribenda abruptissent. Quiescat igitur, qui vivus non quievit; & vitæ finem, etiam laborum habeat. Nos verò, si expleri libris non possimus, legamus ossa; quodque promptissimum solatium, à scriptis ad auctorem ipsum mentem reflectamus. Etenim posteri nobis hanc felicitatem invidebunt, quod viderimus, quod audiverimus LIPSIUM: imò rerum naturam accusabunt, quod tantum virum produxerit mortalem. Virum; quem aut omnibus sæculis nasci oportuit, aut certè numquam denasci. Colent igitur memoriam Posterì; nos simul imaginem: nisi & nos jam Posterì, postquàm præsentiam suavissimæ vocis vultusque orbatì. Sed hæret in oculis animisque, non tam imago, quàm LIPSIUS; & quem vidimus, quem audivimus, abiisse non arbitramur. Abiit verò, non dicam obiit; & ipsis quoque obtrectatoribus (sibi fuere) carior clariorque, quia obiit Quippe.

Virtutem incolumem odimus;

Sublatam ex oculis quærimus invidi.

In remota & longinqua liberum aspectum mortales mittunt, quietum adfectum. Quantus, quantus erat LIPSIUS, sciri nisi à morte potuit. Sed ò præposteram humanæ mentis conditionem! non amare, cum licet; frui velle, cum non licet. Verè ita est:

Tum denique homines nostra intelligimus bona,

Cùm quæ in potestate habuimus ea amissimus.

Nos habuimus LIPSIUM, quem nunc demùm noscimus postquàm habuimus. Habuimus, quem prece & pretio emere, suumque facere conati, quotquot Principes; imò quotquot Academiæ in Europâ. Ille spreuit
aut

aut neglexit : Patriam antehabuit : vivere Lovanii voluit, uti moreretur. Felix igitur ista humus, quæ tanti viri corpus in sinum suum recepit ! felix, cui cineres ipsi lumen dabunt & æternitatem ! LIPSIUM quidem urbs ista non genuit ; sed tamen fecit, quia erudiit. Agnoscit etiam ille parentem suam, & cum ingenium non potuerit, in vicem, claras corporis sui exuvias reliquit : quæ hæere potuit, noster est ; & in urbe hac conspicuus, quam incoluit. Non tam ubi quis incipit vivere, quam ubi desinit, natus est : non cum sumit animam, sed cum ponit, aut potius reponit. Nam quem nos ultimum vitæ diem vocamus, novæ & duraturæ natalis est. Ideoque non nascentibus, sed denascentibus (ut ego quidem reor) monumenta & statuarum ponuntur : & sapientissimo ritu olim Thracæ hominum dies Natales luctu & ejulatu, exequias gaudio & hilaritate prosecuti. Vivendum est, agendum est, ut patriam mereamur. Lycurgus (ut Plutarchi verbis utar) ἀντίλα δὲ καὶ τὰς ἐπιγράφας τὰς ἐπὶ τῶν μνημείων, πλὴν τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων καὶ, καὶ τὰ πένθη καὶ τὰς ἐδούρας. Aboluit & Inscriptiones mortuorum, nisi si quis in bello cecidisset : item luctus & ejulationes. O prudentiam Legislatoris ! nesciri volebat, & inter non cives, imò inter non natos haberi, qui pluris vitæ usuram, quam memoriam fecissent ; incunabula, quam sepulchra. Quasi Spartani, non Natali, sed Emortuali censeari debuerunt ; non accipere Patriam, sed facere ; ne tanti nominis dignitas, sorti potius quam Virtuti deberetur. Patriam igitur in hac urbe LIPSIVS, quia sepulchrum habet ; & magnam vitâ, maximam à vita Famam exorsus. Si imagine licet uti, Diogenem libertissimi oris Philosophum, & LIPSIUM verecundissimi componam. Illum è dolio, hunc è tumulo ; & utriusque vitam, aut vitæ potius pretium arbitrabor. Diogenem Alexander cum apricantem Corinthi vidisset, accessit ; & regiarum liberalitatis opem jacenti obtulit, siquid peteret. Ille verò, *Hoc peto*, inquit, *nequid eripiam. Solem redde, quem intercipis*. Respondit Rex admiratus, imò veneratus, purpuram tot regnis victoriisque nobilem cum pannoso pallio, Regale sceptrum cum Cynico baculo comparavit. Infra sapientiam diadema habuit, penè parem Alexandro Diogenem. Vox ejus apud Plutarchum, Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἦμην, Διογένης ἂν ἦμην. *Nisi Alexander essem, Diogenes vellem*. Sed ad nostrum veniamus : à Cynico ad Stoicum, à Græco ad Belgam, à Philosopho ad Sapientem. An igitur & ille Alexandrum suum habuit ? Imo PHILIPPUM, optimum maximumque Regum, nec unius orbis Monarcham. Majorem illo MAGNO ; quippe

Institutis
Laconicis.

oratione
I. De
fortuna
Alexan-
dri.
i. e. que,
De Exili-
lio.

cujus votum imperio noster superavit. Adsit novus Anaxagoras, novosque & infinitos constituat mundos: nos dedimus, aut dabimus, qui subiiciat ac regat. Quanti igitur LIPSIUM PHILIPPUS fecit? quanti Diogenem Alexander. Æstimavit Virtutum viri, Doctrinam, Prudentiam; & quem subditum habuit, etiam Amicum voluit, Imperiumque Lipsi, non minus nomine se habere confessus est. Non quidem Alexandri illud expressit, *Nisi PHILIPPUS essem LIPSIVS vellem*; sed indicavit, & alium dare PHILIPPUM poterat, LIPSIUM ne quidem promittere. Tantò facilius est, Regni hæredem, quàm ingenii nasci: sceptrum, quàm stylum versari. In, d' tantò facilius, parem stirpe filium accipere, quàm factis scriptorem. Aut Electio regem, aut Successio facit; utraque bonum, si utraque bona. Nos verò gratulari ævo possumus, quòd in maximo orbis folio iisdem virtutibus sedentem Filium videmus, quibus & Patrem vidimus: quòd in Filio Patrem recepimus, bonum illum, clementem illum PHILIPPUM. LIPSIUM igitur PHILIPPVS Pater, LIPSIUM PHILIPPUS Filius amavit, æstimavit, admiratus est, & faciente inclyto illo Principe ac Heroë FONTANO, Virtutibus Victoriisque æterno, Historiographum Pater suum fecit, Filius habuit: sed habuit, & maximum unà regni sui decus amisit. Ille decus, nos solatium, nos exemplum, siue Rempublicam siue Academiam intueamur. Erat enim

----- *doctus, fidelis,*

*Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commoda, verbum
Paucum, multa tenens antiqua, sepius, vetusta;
Quæ faciunt mores veteresque novosque tenentem;
Mutarum veterum legum, Dulciumque hominumque,
Prudentem, qui multa loqui, & taceré, & posse.*

Sed quid ago? dum elogium orno, dolorem exulcero. Laudibus lacrymæ cientur, semel repressæ. Aliò igitur flecenda oratio; & huc potissimum, ut superesse videatur, qui extinctus. Vivit enim, & abjectâ mortalitatis sarcinâ ad originem sui reversus est. Vivit, & supra omnem invidiæ nubem positus, famâ fruitur quam meruit, felicitate quam quæsit. Sine nocte mortales diem non habent; nempe *infini aëris istæ vices sunt*; nec sine calumniâ vitam, licet optimam: sic variæ aut iniquæ fluctuantium iudiciorum voces sunt, & laude contemptuque virtus viventis cingitur, velut luce & umbrâ. Immortales animæ liberum & sine labe diem habent, cùm sine labe emigrarunt. Novæ autem hujus æternæque lucis lætissimo auspicio, cadaver induitur, etiam veteri Romanoque ritu, cùm involutum albo tegmine siue sindone placuit terræ mandari. *Corpus autem*

Plutar-
chus in
Quæstio-
nibus Ro-
manis.

autem hoc modo veteres ornabant (Plutarcho teste) *quia animam non poterant, quam puram volebant illustremque prosequi, tamquam, peracto difficili varioque certamine, jam dimissam.* Sed, quantò satius præsumere sibi & præstare pietatis hoc officium, & puræ vitæ lumine animum ipsum, caligine septum corporis, irradiare! Ut Magi olim, pari ferè ritu, adversus Plutonium & tenebras lucido & illustri amictu se muniebant: sic viri Dei cupidi, adversus mortalitatis horrorem se debent, Doctrinâ & Virtute. Nisi faciunt, omnis vita mors erit, oblivio omne nomen. Inter homines homo paret Virtutis præsidium, quo, cùm defierit esse, nitatur: adfectet Doctrinæ præmium, quod cineres sequatur. LIPSIUS verò tam divinâ mente, tam sedulo conatu fuit, ut qualem vitam, talem etiam famam habuerit, dum vixit; paucorum, sed malorum vanissimis offuciis tentatam quidem, non violatam. Virtute & Modestiâ, vicit calumniæ machinas,

----- & *per obstanteis catervas*

Explicuit sua victor arma.

Virum divinum viventes viventem confessi sunt, & hominem homines velut numen aliquod admirati. Etiam legit scripta de se elogia, imò libros, & *Posteritati suæ interfusa*, vitâ mortalis, at famâ immortalis. Sed ista prælibatæ æternitatis dulcedine correptus, non corruptus, ad perfectâ Virtutis præmia anhelabat. Quid multis? Translatus est, & vivere isthîc cœpit, ubi numquam desinet; clarescere, ubi nulla *serenum umbra turbabit.* Oculis aut mente illustrem cœli imaginem usurpate, & sidus aliquod putate LIPSIUM, vicinum Deo, & magnis virtutum radiis coruscum. Isthîc est; hîc tamen resplendet: & hoc jam obscuriores hi cerei, hæ faces, quòd in tam illustris viri dolum luceant. Pro cereis facibusq; Elegantix Lipsianæ jam postumæ sunt, quibus vel feralis iste lugentis Academiæ color expugnetur. Imò pro cereis facibusque ipsum cœlum est, purum clarumque à novo & harno isto sole. Radios mittit adulti caloris, ut, gestiente velut hora, felicitatem suam mortalibus declaret; lacrymas verò nostras, si quæ nascantur, reprimat; si quæ manent, exsiccet. Colligit faciem suam ipsa rerum magna parens Natura, nubibus & imbribus nuper deformatam. Faciem inquam, ut nos animum; & seriò tandem vivere eum discamus, imò lucere, quem lugeamus. Ita que absit dolor,

Absint inani funere neniæ,

Luctusque turpes, & querimonix.

Inter Beatos confidet LIPSIUS; & qui ima despexit, meruit summa: qui Stilum & Sapientiam coluit, Divinitatem impetravit. Etenim, si fas scribendo, imò

Si

Si fas vivendo cælestia scandere cuiquam est,

Huic soli cæli maxima porta patet.

Ita dico, scribendo, & vivendo. Tales enim viri Mores, quales Libri: tale exemplum, quale dogma: ut scripsisse moribus, vixisse libris; docuisse exemplo, præiuisse dogmate ad honesta omnia videatur. Præclarū meherclè, bonum esse, doctum esse: sed præclarissimum alios facere, cum ipse fueris. Uterque fuit LIPSIUS, & utrumque fecit: Beneficium agnoscamus, geminoque Laudis ferto monumentum ejus coronemus; &, quod perenni industria stipaverit divinum sapientiæ censum; &, quod stili vocisque libertate & liberalitate in omnem Juventutem sparserit. Modestiam, an Pietatem vocem? Hoc totam ætatem conatus est, ne solus LIPSIUS esset; quamvis plures esse Natura negavisset. Nimirum hanc ille statuam, hanc imaginem adfectabat, ut in Auditoribus suis, Lectoribusque cerneretur. Sed profectò divinus ille tanti viri animus omni imitatione major; extra se imaginem suam non invenit. Dare LIPSIUS Lipsianos potuit, Lipsios non potuit. Et sicuti uni Soli æterni luminis beneficium stellæ omnes debent: ita soli LIPSIUS genus humanum rectam & instauratam bonæ mentis Disciplinam. Plures nunc prodeunt micantque, accensis velut ingenii radiis, postquam unus ille occidit; qui latere tamen maluissent, ut unus ille luceret. Deus noluit: diem mortalibus subduxit, ut velut in nocte subluentium ingeniorum imbecillitas notaretur. Quidquid sit: siderum quoque radii à Sole sunt: & à LIPSIUS, quicumque sive docent, hodie ejus exemplo, sive scribunt. Siderum, si non lumen, motus tamen & circumvolutio eadem est quæ Solis. Docentium, scribentiumque labor & desiderium idem quod LIPSIUS, si non Fama. Sic igitur laudo LIPSIUM, quem sequor: neque idè, quia sequor. Insignis virtus laudem poscit, etià ab ignoto; sed Possessor virtutis laudè negligit, poscit imitationè. Sequar Possessorem; nec dicam laudes, sed exprimā, tamen exprimendo dicam. Magni enim viri cujusque conditionè perfectissimè celebrat, quisquis imitatur; cum in exemplū facta veniunt, atque etiam scripta. Sed Lipsiana veniunt: idè magna, quod difficulter exprimantur; imitanda potissimum, quia magna. Ita, ita, magna sunt, quæcumque aut facit LIPSIUS, aut dixit; magisque nunc erunt, desiderio extincti: imò magna fuit Academia ista LIPSIUS, & erit (verum augurium sit!) desiderio extincti. Etenim, si annorum imago repetitur, jacentes vir optimus adventu huc suo artes erexit, languentes roboravit, exulantes restituit: ubi solitudo erat, frequentiam induxit. Longissimis itineribus, velut ad gloriosum sæculi specimen confluebat Juventus; id Apollinè Musæ. Non provinciæ unius, sed orbis

Academia videbatur: imò & videbitur, si verum & perennem adfectum induamus. LIPSIUM fuisse LIPSIUM ostendamus. Non ad pulpitum dicentis, sed ad tumultum jacentis & quiescentis concursus erit. Legere LIPSIUM quisque volet, ubi scripsisse intelliget; cogitare, ubi quandoque docuisse. Libare vestigia suave erit; pium, præsentis adfectu tanti viri cineres venerari. *Movemur enim (ut Attici sententiâ utar) nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia. Exemplum ipsius Attici videamus: Me quidem, inquit, illa ipsa vestra Athenæ, non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant, quàm recordatione summorum virorum, ubi quis habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studio seque eorum sepulchra contemplor.* Fiet in LIPSI, quem tanti ferè est, conditum Lovanii, quanti docuisse. Non tumultum, sed Pharum lucentem censeo; & hoc splendore ad tranquillitatem bonarum artium Juventutem undequaque convocandam. Quid, quòd ipse monumentum scripsit? & in ipso sepulchro loqui voluit, ut etiam extinctus doceret? Audite vocem, quam legistis: vocem, quam exteri omnes posterique legent, velut à Sapientiâ ipsâ profectam. Verbis tumultum transferam, & legere epitaphium pietas mea audebit, ubi incisum non est; colere monumentum, ubi positum non est: ut incisum, ut positum hîc quoque videatur. Versiculi pauci, sed de LIPSI, & LIPSI ipsius sunt. Qui viventis aliquando vocem audistis, extincti nunc quoque audite.

QUIS HIC SEPULTUS, QUÆRIS? IPSE EDISSERAM.
NUPER LOCUTUS, ET STILO ET LINGVA FUI;
NUNC ALTERO LICEBIT. EGO SUM LIPSIUS:
CUI LITTERÆ DANT NOMEN, ET TUUS FAVOR.
SED NOMEN. IPSE ABIVI. ABIEIT HOC QUOQUE:
ET NIHIL HIC ORBIS, QUOD PERENNET, POSSIDET.
VIS ALTIORE VOCE ME TECUM LOQUI?
HUMANA CUNCTA FUMUS, UMBRA, VANITAS,
ET SCAENÆ IMAGO, ET VERBO UT ABSOLVAM, NIHIL.
EXTREMUM HOC TE ALLOQUOR:
ÆTERNUM UT GAUDEAM, TU APPRECARE.

Apprecemur AUDITORES; etsi gaudeat: apprecemur, & annuo voto, non acerbum deinceps luctum, sed

--- cuncti lætum celebremus honorem.

Lætum dico; tamen si in letho: quia verè lætari à letho ipse cœpit, & dñs suâ frui. Vos autem ejus quondam amici aut cultores, non jam lacrymas, sed flores sparsum ite quos amavit. Tumulum LIPSI, hortulum videri, fas est: & inter odorum suavitates frigida illa Musarum ossa cubare. Sic vale, vale, vale LIPSI: nos te Naturæ ductu, cùm Deus evocaverit, cuncti sequemur. PLANXI.

JUSTI

IUSTI LIPSI
DEFENSIO
POSTUMA.

CAROLUS SCRIBANIUS
SOC. JESU THEOLOGUS
AMICO BENE MERENTI
POSUIT.

REVMO DOMINO
JOANNI MIRAE O.
ANTVERPIENSIIUM
EPISCOPO.

REDIVIVUM Tibi, & à capulo jam recentem LIPSIUM, novum ab institis Lazarum, sisto PRÆSUL AMPLISSIME, illumque ipsum juris tui facio: & intimo voto meo facio. Utinam majus aliquod, aut speciosius munus! Verum quod poteram majus, qui illum totum ad Benevolentiae tuae aram sacrarem? Nec incomitatus ibit: parvulum hanc, & à matris jam jam ubere, manu trahet; & nomini tuo dicatum ibit. Annam cogita & Samuelem. Robustiores aliquem tu merebaris; sed aberant illi longius, quam ut paucis horis evocarem. Malui ergo hunc tenellum, & à matris sinu ludibundum, in promissi æris exsolutionem obsequio tuo sacrare, quam vacuâ manu pudori meo illudere.

Habe igitur hunc tibi, PRÆSUL AMPLISSIME. Parvulus ludat aulâ: & dum patrem ore referet, patri veteris novæque humanitatis tuae fores referabit. Sed neque hunc alteri, quam Tibi, seu LIPSI carissimum Tibi nomen, seu me spectem. Tu enim es, cujus amor in me, & benevolentia summa. Neque in me tantum: publica & testata tua sunt in omnes. Et Campinia tua loquitur, tot antè viduata pastoribus, tot nunc iisdem dives. Seminarium in hac urbe, nobile eruditionis repositorium, operis tui est. Ex hoc agro, non palmites aut frutices, sed arbores umbrâ sua contentas, & jam doctas pascere, educis in sterilem solius soli opimitatem. Jam sacra si intueamur, quis magis ea tutatus, ornavit, ditavit? quid referam virtutes reliquas? simile. Neque ista in gloriam. Deo ascribis soli: & amplissimi operis fructum censes, fecisse. Utinam in his aliisque Tibi similes! Sed hæc voti mei sunt. Deus cogitationes omnium ad publica proferat, ut Patriam consiliis, suos vigili cura tueantur; & in multorum neglectu aut quiere, vigilem tecum manum oculosque ad clavum porrigant. Non inhærebo his diutius; ne, quod dici solet, in exiguo corpore ingens vestibulum. Tu, quod primum volui, affectum in hoc conatu meo vides; in Te, in LIPSIUM, quem ubi licuit, verbis suis stiti: quod magis testem hunc, & velut obidem utriusque in Te animi æternum haberes. Ita voleo

Carolus Scribanus.

LECTORI MEO.

HABES *Lector*, quod amicorum preces, & meus in magnum LIPSIUM affectus protulit. Nec potui ordine, & velut pressope, adversariorum scriptis insistere. Quid enim illi ordine dicunt? prima, media, ultima ita permista mutuò, ita passim omnia, ut agrestium sylvinarum inconditam texturam facilius ad principia sua revoces, quàm hæc commenta. Eadem repetita sæpè; permista non uno loco, non miscenda. Digessi tamen in aliquem ordinem hanc sylvam, tum ne eodem cum adversariis luto involuerer, tum ut imbellem inimicorum manum certiùs videres in hoc retextâ. Ad maledicta, quæ passim plurima, paria non regessi. Scio, æquo animo audienda esse imperitorum convitia; & ad honesta videnti contemnendum esse istum contemptum. Et ubi attingo, eluo potiùs hoc lutum, quàm ut respergam. Quam, patior non semel aspergi. Aristippus præit, qui consputus à Dionysio, cùm nihil moveretur, & quidam mirarentur; Nempe piscatores, inquit ut, gobium capiant, aquis patiuntur se aspergi: & ego ut balænam, non patiar sputo madidari? Quid si ego hanc balænam in suo mari? & tibi demulceam, quem fuste ante frangam, quàm pelliciam? Ita faciat æternus Deus. Erant alia permulta levia, & quæ nec nomen mererentur magni LIPSI. Et verò tædium caperet recensendi tam assiduas & ubique pares nugas. Nam, ut Græci, * πάντα μὲν ἐστὶν ἴσα. Itaque refellenda hæc putavi contemptu solo. Sic ferè generosior molossus, stolidè oblatrantem ignavum canem contentus obtrivisse, nullo dignatur dente.

* Omnia
idem
vis.

Scri-

Scriptiois hujus occasio.

NON patior abire hunc scriptorem, involutum nube. Rem aperio & retego universam, refectionis gratiam initurus. Favete quicumque hæc legitis; & mecum credite, facundo hoc somniorum sæculo, reſerata eſſe omnia archiva ſomnialia. Quibusdam terræ vorantur: inſulæ & ſomniatorem ſuum maria fraudant. Huic quercus laurusque ferunt

Cruda puerperia: & populos umbroſa creabit

Fraxinus, & foetâ viridis puer excidet orno.

Hic cædes ambulant, & ſanguis nullus: Bacchus alibi & vinum nuſquam. Ibi evigorata concupiſcentiis juvenis ſudat, & non uno loco exancillatur Veneri; & tamen ſudatoria nulla, Venus nulla. Cælum debellant alii, & captivum triumpho ſuo invehunt, & ſtellas faciunt vectigales: neque umquam tamen magis detriumphamur, quàm cum in inerti ſomno altum ſtertimus. O ſomnia! Huic piſces volant & maria, natant rupes, ſaliunt arboreſ, pariunt fontes; & obſtetrix nuſquam. Hic leo latæ claudis, ibi ſimius aut lutulenta porca: iſte per capillum odoratur, ille cibum novit auribus; hic pedibus gradatim ludit, ille manibus ambulat: alius ſuſpirat inter metalla, bilareſcit inter vina alius: & nuſquam pila, metalla, vina; nuſquam odor, cibus, accubatio. Sylvas hic armatas galeatas braſſicas, tympaniſtrica ſaxa, pſaltrica paſcua; civitatum & regnorum videt alter voragines tam crebras, ut tonſuram arbitretur ſilveſcentis nemoris, montesque, gentium examina eruſtantes; & cæcis hæc vident oculis. Denique cadunt huic lacrymæ, etiam veræ, riſus illi: hic Cræſus, & momento jacet Iruſ; nec muld, cælis adſcribitur auguſtum nomen, eademque nocte, non & hora? decineratur ignibus, æſtuet ſolibus: & ſomnium omnia. At inter hos facundos ſomniatores, tres mihi ætatis noſtræ nobiles.

Primus, blandâ quadam quietis necessitate prostratus pinguis somniat somnia, à Lyæo, à cyathis, à mensis recencia. Signum hoc mihi venire hæc à primis noctibus, cum in stomachali adipe suo natat etiam tum cerebrum.

Secundus, amicâ vi soporis elusus somniat (ut assolent, qui in æmulis somno valetudinibus, pbreneticâ & cardiacâ) enses, sclopos, tympana. Eunt hæc somnia mediis noctibus, desomniato jam humore illo natatorio, nec tamen ad plenum collato, aut dissipato per cerebri habitacula, cum adhuc in confusâ vaporali congerie, caput univ ersum occupat.

Tertius, colatiora somniat; qualia solemus sub extimis noctibus, productâ jam per priora somnia somniali pinguiore turbatioreque materiâ; cum exsuccius cerebrum, neque natat in liquore, neque furit in turbidâ mistione: & tamen somnium omnia. Quis vetet, licet frustratoria plurimum, vera somniari somnia? Sanè Stoici Deum volunt somnia indidisse nobis, peculiare solatium naturalis oraculi. Ita Samonas propria somnialia oracula apud parentum monumenta captare; Celtas olim apud virorum fortium busta eâdem de causâ abnoctasse legimus. At somniator hic noster in campis Elysiis, aut vicino illi nemore, sub nescio cuius Sibyllæ lauro, adversariorum partium duces vidit:

Virgineas ne crede manus; hîc cruda virorum

Prælia.

Adno vit oculos animumque curiosior. Vidit, cera commisit: & eadem nunc dat huic orbi. Vultis ipsos duces? LIPSIUS & REDANIVS. Ille, se suaque clypeo tuetur & bastâ, hac notâ: Veritas. Hac vinco. Hic jacula mittit, quibus inscripsit: Non venit à vili sanguine gloria. Et excusserat jam antè LIPSIUS eâdem parma, inimica non paucorum tela, irabebatque lassam dexteram: ut novum tamen adversarium inaudiret, diceret novus animus, nova dextera bella reparare.

Ut

Ut modò connubiis taurus saltuque recepto

Cùm posuit pugnâs , alio si fortè remugit
Bellatore nemus, quamquam ora & colla
cruento

Imbre madent , novus arma parat, campumque laceffens

Diffimulat gemitus , & vulnera pulvere celat ;

Ita noster , & seipso etiam major, nova bella parat, Paranti adversarius hastam

* Expulit : illa volans , ceu vis permagna moretur

Obvia , vix sonuit clypeo , retrò visa reverti.

—ut præceps cumulo falit unda minantes
In scopulos, & fracta redit.

Risit Aibleia noster : nec adversarium hasta dignatus, obviam fortè sudem per nemora perque aëra in incertum jaculatus, dexteram telamque dirigente Fortuna, hostem stravit, pœnasq̃ ab inimico sanguine sumpsit. Erant alii jaculatores Numidæ, silva tecti; quibus omnis in pedibus gloria. At nostrum

—tædet fugientibus uti,

—nec facilè dignatur dextra cruorem;
quare nec calamo dignos habuit somnigior noster.

SYL-

SYLLABUS CAPITUM.

CAP. I.

An LIPSIUS inconstans.

CAP. II.

An LIPSIUS à se dissentiens.

CAP. III.

An contrà, quàm sentit, scribat.

CAP. IV.

An animum inclinarit cum Fortuna.

CAP. V.

An sensus suos de Religione apud Battavos presserit.

CAP. VI.

An nomen Christiani in Mariani mutet.

CAP. VII.

An ingenii dotes submittat Idolo Hallensi.

CAP. VIII.

An coactionem in Religione inducat.

CAP. IX.

An Ustonis & Sectionis auctor.

CAP. X.

An LIPSIUS de Fato gentilizer.

CAP. XI.

An LIPSIUS Stoicæ sectæ.

CAP. XII.

An Oratio De duplici Concordiâ Jenæ à LIPSIIO habita.

JUSTI

JUSTI LIPSI DEFENSIO POSTVMA.

CAPUT PRIMUM.

An LIPSIUS inconstans.

REDANIUS. Magnus ille, apud quem verba factis consonant. Quanta tu de Constantiâ, in omni vitâ inconstantiae exemplum? Adolescens decurris ad nos, deferis senex, & adversarias partes amplecteris. Calidum ibi, hîc frigidum efflas. Nunc probas, pòst improbas; nostra secutus, damnas nostra; & quæ antè tibi cata, stolidâ nunc sunt, & solo risu puniendâ.

LIPSIUS. Nihil tam probum, quod non vellicare malignitas possit. Tu es exemplo: qui res, qui verba, qui correctos cum ætate adolescentiæ lapsus rides; & illud juvenutis lubricum in aurariâ pendis trutinâ. Quid vis? etiam in illâ ætate sapientiam? & opinionum aut vitæ delectum in investimento? & à quo numquam reflectas? Non est humani ingenij optima semper primis cogitationibus diligere: & ferè secunda in viro consilia maturiora sunt. Hinc vetus illud: *Αἱ διῤυρεαὶ φρονίδες σὺ φῶτερες*. *Posteriorès cogitationes sapientiores.* Solius alterum Dei est, quem, quia omniscius, idèò expertem erroris habeo: hominum quidquid est, opinantur, vacillant, mutant, errant. *Nemo est mortalium, quem non aliqua pars ignorantiae attingat. hanc cogitationem ex ipsâ mortalitate traximus. Nam homo cum errat, humanitas errat. Errorem autem in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati conditium facere.*

Nam vitis nemo sine nascitur. optimus ille est,

Qui minimis urgetur. -----

Pars etiam vitis gaudet constanter, & urget

Propositum: pars multa notat, modò recta capeffens,

Interdum pravis obnoxia. -----

pars altera post lapsus surgit valentior, quasi roboris fundamenta sint lapsus: ut admireris hunc fortem, sed non nisi à lapsu fortem: & antè quidem semper varium, nusquam firmum; post Lapsum, semper firmum, nusquam varium. Optimus ille est, quem nulla dies vidit labantem: hunc talem, nisi à coelo, non reperies. Altèr à priore est, quem nulla dies vidit jacentem? cecidit oriente? non expectavit occa-

occafum. Tertius, qui deteriora fecutus, meliora post probavit. Quid damnas? In hoc numero me pono. Vis prioribus insidère? Erravi: vis errori inhærere? Lapsus sum: non vis exurgere? Vulnus accepisti, evolas ad chirurgum: ægritudo molesta est, medicum evocas: & ego, quem imprudentia luxavit, aut error delumbavit, aut ignorantia fregit, certiora nec cogitem nec sequar? Musto tempus damus ut despumet, & ultrò referamus vasa, rejecticiis viam ostendentes: & animo, ut juventutis & opinionum faeces eiiciat, nihil damus? Febris præcordia possidet; quid exspectamus, ut jugulum inhabitet? Imaginosus quidam morbus animum perculit: quid hæremus? vis illum ægritudinem universam imbibere; adeoque hac tingi, ut nullâ post arte decoloretur? Stomachus noxia hausit, evomuit, sperare de morbo incipio, nec antè sperare quàm rejecerit: animus opiniosam suxit insanitatem, vis in hoc succo æternum indormire?

Et tamen videamus, quæ mea Inconstantia. Scio quid velis. Respublica turbata est; & placidum illius mare, totque annorum malacia, tempestatem passa, qualem nulla ante. Ego eodem turbine ejectus in Battaviam vestram, apud vos vixi, inimicus nemini, amicus quibus potui, familiaris paucis. Et erant rara ingenia, quæ pacem, quæ quietem amarent: hoc est, ingenii mei perpauci. Nam iis, quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt, aut qui pro certis & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malunt, numquam hoc latus adjunxi. Vis aliqua compulit? aberat animus: & cum illi aliquando multa de Republicâ, de Religione, feci quod Cleomenes Spartæ Rex, Græculo de fortitudine disserenti aures non præbuit, nec ego mentem. Feci quod Aristoteles uni ex his olim, qui cum multa nugatus esset, & abiens excusaret, Numquid molestus fui? Non meherculè, inquit, non enim arteudi. Nam quid ego attenderem ad ambitiosos aliquot? qui privatim degeneres, in publico exultiosi, nihil præter discordias habent: quique honores, quos quietâ Republicâ desperant, perturbatâ consequi se posse arbitrantur? Quid ad obæratos è re familiari perditâ? quibus scilicet afflicta fides in pace, quique rebus turbatis alacres, & per incerta tutissimi? Quid ad vanos quosdam & ventosos? qui non tam præmiis periculorum, quam ipsis læti periculis? de quibus puta dictum:

Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ,

Nec dubio nubes ævertitur atra Noto.

Atque hi omnes & tales variâ arte imperios animos impellunt; & trahunt levi momento levissimum quemque, & futuri improvidum, aut spe vanâ tumentem, promissi magnitudine. Qui si in virum incidant, maximè ab eruditione instru-

Sallustius.

Tacitus.

instructum, resiliunt trepidi: contra enim hæc audaciæ ingenia, quæ nec in quiete quieta sunt, silentio ille se tueretur. Feci hoc apud vos. In quo quid peccaverim, nescio: nisi peccatum sit diu siluisse. At mihi ille prudens, qui non in vanum spargit monita; qui, quæ scit non profutura, domi suæ tenet, laxaturus habenas, & toto ostio emissurus, ubi melior spes affulserit. Expectavi ego tempus, & non semel hæc vota mea: O quando! Ut vidi labi, etiam in deterius omnia; eripul me aliquando, & libertati reddidi; patriæ, amicis reddidi: tutiora elegi, & meliorem causam; in quâ, si necessum, etiam immorerer.

At magna sperabam, & desertæ causæ præmium. Hoc qui dicit, ex illis natatoribus est, qui nusquam pedem figunt. Ego præmium? O quàm vos semper alieni consilij improbi divinatores! Ego sperarem, qui ultronea & in reluctantem sinum hunc munera non semel excussi? Ego ambirem, & magnis sæculi cogitationibus implerem pectus, post purgandum sæviore pharmaco? Ego qui Lunas, qui Albuquerquecios, Paciecos, Consaluos, Cortesios, qui Cominæos nossem, ætatis nostræ, & frustratoris spei documenta magna? Ego qui Styppiotas, qui Apelles, Aratos, qui Sejanos, qui Plautianos scirem? Tot magna nomina fluxæ potentis, tot felicitatis insignia subito turbine quassata & eversa eodem, quo tollebantur, momento. Eadem sperarem? Aut ambirem dubij successus & ferè ruituri præmia? Quasi deessent infidæ Magnorum amicitis exempla, Amant, Parmenionis, Cleandri, Ablavii, Eutropii, Stiliconis, Vineæ, Brocæ, Luxemburgii, Cabreræ, Caracioli. Et unus Seneca non erat ad explendum hoc pectus? An opus alio doctore? Hujus ego monita expressi, animum velim, & conor. Cujus etiam exitus me docuit, & insonuit auribus, quamdiu hæc vita stetit. Vis ex fide, quid de omni hac aulica ac potenti turba sentiam? Natant; nec usquam pedem in solido figunt. Non sum ex his æternum natatoribus. Momento ludunt, momento sorbentur, & sæpè eodem, quo ludunt. Nunc superba ostentant carbasa, insurgit malus, & puppis aureis vestita bracteis, omnisque prorsus carina floret polita citro: jam aulæ auro grvida, & ipsa latera illicibus circumsecus picturis variegata: nec longa mora; in illo ipso sui triumpho sepelitur fluctibus, ut ovasse credas in sepulturam. O vana! Quantò felicius contentus paruo securas videt noctes! Horatius verè:

Vivitur parvo bene. -----

& alibi:

Beatus ille qui procul negotiis;

Forumque vitat, & superba civium

Potentiorum limina.

& ex

& ex Ovidij monito:

Vive tibi, quantumque potes, praelustria vita.

Causam subiungit:

Sevum praelustri fulmen ab arce venit.

Eandem habes à Lyrico:

----- celsæ graviore casu

Decidunt turres.

Felix ergo ille, qui de suo; miser, qui de alieno semper vivit. Apud illum pacata omnia, ut qui nihil alienum speret, quare nec timeat, (sequitur spes timor:) apud hunc nihil compositum, turbata omnia, quia incerta; qualia sunt, quæ ab alienâ voluntate pendent. Alia omnino apud sapientem vitæ ratio: qui quidquid extra animum suum, aut re ipsâ, aut spe nudâ possidet, non habet pro suo; quare nec vitam ad hæc componit: solaque illa sua arbitratur, quæ nulla tyrannis, nulla inimica manus potest eripere. Vis expressam hujus imaginem? Ægyptum cogita, in quâ

Arida nec pluvio supplicat herba Iovi.

Et ut alter;

Terra suis contenta bonis, nihil indiga mercis,

Aut Iovis. in solo tanto est fiducia Nilo.

Et Claudianus docto Epigrammate:

Ægyptus sine nube ferax, imbresque serenos

Sola tenet, secura poli, non indiga venti:

Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundat.

Quæ illi de Ægypto, ego de prudentis pectore: suo vivit, succo suo, domi suæ nato: auersatur externa; aut, si quæ necessitas, libat, nec ultrâ. O magnum, qui aureo Principum flumini nihil debet, qui nec argenteos imbres, nec stillicidia hujus aut illius roris avidus expectat: imò, cui ipsæ adeò opes gratias debent, si admittantur. Ex hoc numero si non sum, animo tamen sum: & ad hanc prudentiæ aram, priscâ pietate & ritu vota nuncupo, vota solvo lubens. Subsidio mihi hîc natura, quæ me ad modestiam fecit, & quietem. Neque enim mihi ingenium inclarescendi per turbas, per togam civicam, per Principum atria: mihi, Musisquæ si vivo meis, sat magnum vitæ meæ fructum retuli. Quod reliquum, dicant, qui volent benè, dicant malè. Nemo efficiet, ut non sim Lipsius, amicissimus & amicorum observantissimus, hostibus etiam non adversus. Claudio hac caput, & finio amici præfago versu:

Fam tibi quo I vivo detraxerit invida turba,

Post obitum duplici fœnore reddet bonos.

CA-

CAPUT II.

An LIPSIUS à se dissentiens.

REDANIUS. Multa tu hîc more tuo: nec tamen negare potes, partes te aliquando Ordinesque nostros fouisse, collaudasse: nunc tibi adversæ partes Apollinis cortina: & quidquid Iber dixerit, fecerit, tantum non sanctum. Denique quidquid antè probasti, damnas, quæ damnasti, probas. Hæc viri, & viri docti sunt:

LIPSIUS. Semper ego sagittis tuis scopus. Jam dixi, & diu est, cum pœnitentiam offensæ apud vos contractæ, quanta est, egi; & publicè testatus sum, nolle factum. Idem nunc iterò. Nollem olim dicta, olim quædam probata non probanda, imò & damnanda. An nescis * *Ἰδιον τῆς σοφῆς μετανοεῖν*; factum hoc à me.

* *Sapientis proprium pœnitere.*

Confiteor, testere licet, signate Quirites.
Non est hæc legitima satisfactio: addo, & offero.

* *Σκόπευον, ἀνεσώπιλον πλῆρομῆς γραφίδος.*

Sed meam fortem! unumquodque lanuginis primæ verbum meum tam validè examinari:

* *Spēctam aberrantia quæ medicina stultia est.*

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam,

Quem non in aliquâ re videre Suffenum

Possis: suus cuique attributus est error.

Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

Et tamen quid dixi, aut scripsi: convitia tantum amoveamus, quæ tu dolosè mihi adfingis; & sponsione provoco, nisi illa, quæ scripsi, refellant. Nam si alicubi è regia via recessi, reducas potius quàm rideas; & à Phocylide, * *χεῖρα πεισὶν διδόναι*, quàm convitia jacias in errantem, in locorum ignarum. Conditionis tuæ & meæ, id est publicæ, memento. Pauca aded, non omnia, homines scire natissimus. Numquam à veritatis area aberrasse, neque humanum est, neque cadit in hanc vitam. Imò,

* *Lapsi manibus perire.*

---- quid tam dextro pede concipis, ut te

Conatus non pœniteat, votisque peracti?

Et hîc ætas, alibi amici, sed & lectio, & congressus doctorum aliud suggerit & meliora docet. Quamquam quæ scripsi, aut omnia, aut propè, placitura prudentioribus auguror: De populo, ut & de infima litteraria plebe, numquam laboravi: neque ego illi pacere volui. Nam quæ ego scio, non probat populus; quæ populus probat, ego nescio. Probet proinde improbetve, quæ dixi, quæ

G

scripsi,

scripsi, nec manum movero. Quamquam improbare malim, ut longissimè sim ab illius mente, hoc est, minimùm absim à Sapientis pectore. Venio propiùs ad accusationis jugulum. Multa hìc possem, pauca dabo. Miraris, quì mors & vita in uno ore habitent; ut cui antè proba probataque omnia, nunc improba damna-ticiaque omnia. Velles aliquid extortum è Phariseo-rum scholà: *Licet censum dare Caesari, an non?* Et; *Hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moy-ses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?* Nihil agis ò bone. Summus ille Rex regum rogandus, ut hoc miserabili ævo, errantium animos sanet, aut pertina-ciam tollat.

Verùm olim probavi. O quamdiu hæc ad popularem invidiam! *Nunc autem sublato omnes velim.* Planissimè, à calvo ad calvum. Ubi hæc dixi, scripsi? ò pectus nive-um tibi? *Apud vos fui.* Fui: & bellicus me turbo in angulum illum compulit. *Vestra probavi.* Nolebam. Co-gor aliquid reponere, & verum aliquando fateri. Mores, studium, finem, media ad hunc vestra numquam pro-bavi: nec vivit mortalium quisquam, qui hæc ab ore meo. Civile hoc bellum, ferrum, sanguinem, semper improba-vi: & naturà alienior sum ab hac Erinny. *Sed Iberos, & gentem illam totam.* Numquam universam gentem dam-navi: & peccem in omnem prudentiam, qui totam dam-nem. Aliquos ex his minùs probasse non diffitebor: a-cres spiritus, & nusquam nisi in periculis credulos: præ-fervidos, & ex ingenio suo reliquos metientes: alieni ro-boris & consilij contemptores. Hæc numquam proba-vi. At sunt alia in eà gente magna: patientia, quâ unâ ferè regna tenent; fides, qualis in nullà aliâ; ingenium ad summas scientias, Jurisprudentiam, Philosophiam, Theo-logiam: & debemus hanc ætate nostrâ illis lauream. Fi-nio: erit alibi latior campus.

CAPUT III.

An contrà, quàm sentit, scribat.

REDANIUS. Contra animi tui sententiam scribis: & fallis sciens, etiam invitus. Quis te cogit? Quis, nisi ille, qui non rectè eminere dicitur supra omnia humana & divina, nisi, quidquid est uspiam magnum excelsumque, calcet pedibus; tum deinde tui Jesuitæ;

LIPSIUS. De Pontifice quod dicis, vis credam à cortinà dictum? O novum sæculi nostri Paridem! vacuâ dominaris in aulâ. Jactabat ille se olim, & laceſſebat ſtolidè; ut verò Menelaum vidit,

* Εἰν ἀρχαίοις φαίεντα, κατεπλήγη φίλον ἦτορ.

* Stans in principibus, percussus petore caro est.

Tibi non idem eveniat, si vel à decem passuum millibus Pontificem intuearis? quem cum nec audias, nec videas, descendis ad calumniarum tuum campum. Et super quæ divina eminet Pontifex? tua? Id est Calviniana? Nam de humanis quid stomacharis? Calcat ea Pontifex planè. Quicumque cœlum cogitat, & seriò cogitat, non quidquid hic magnum calcat pedibus?

De Jesu. tis verò, quid? cogunt illi LIPSIUM contra animi sui sententiam scribere? Et quales tibi Jesuitæ? *Hominum genus insolens.* An idè mel insuave, quia ægris sic videtur? Et illi insolentes, quia vobis aliquot parum sanis? Et quid si aliquid haulissem ab his fontibus? At aliud quàm tu mentiris. Aliter, mihi crede, catuli olent, aliter fues. In illis nil nisi probum, doctum. Plura hîc dicerem, vera dicerem, plura illorum vetat pudor. In vobis qualia snt, Germania, Gallia, Belgium universum, nimis, heu, magna documenta sunt. Quæ ego nec refero nec narro. O quousque natamus in hoc civili sanguine à ferro vestro!

Jam ego qualis tibi videor? quid tam alienum à meis moribus, quàm aliud sentire? Ne decreſcere quidem didici præter mentem: in laudem tamen, fatebor, semper prior, in amicitiam facilis; probare pleraque, si abesset improbitas; etiam virtutem in hoste admirari, laudare; etiam eruditionem in adversario sequi. Hoc si aliud est sentire ac scribere, habes fatentem reum; feci. Tu de ingenio tuo judica. Olim dictum:

Heu, mihi difficile est imitari gaudia falsa,

Difficile est tristi fingere mente jocum.

Nec bene mendaci risus componitur ore,

Nec bene sollicitis ebria verba sonant.

Arbitreris de ingenlo meo dictum. Non didici gaudia imitari falsa, non ore ridere, mente flere; non hilarescere vultu, animo dolere. Hoc verò fati mei esse cenſeo, ab iis morderi, qui cum religione verecundiam exuerunt. Nisi fortè, sicut qui ocymum ferunt, feliciùs id nasci ad convitia interjecta autumant, ita vos spargendis contumeliis fecundius mihi nomen paratis. Et ego tamen contra animi mei sensum scribam:

----- pultes

Coram alio dictum puero, sed in aure placentius

non est Stoici, qualem me facis. Aut invitum me quifquam cogat, & meliora scientem, in aliam à sensu meo scriptionem? non est Stoici: non si tundar in mortario: & exerta hac lingua, loquentur oculi: hos si quis eruat, singula membra jam lingue erunt. Aut quis hanc dexteram, refuga mente, compellet in scriptionem? non si Mucius fiam, & ardeat illa in igne: nam quæ supererit, dextera mihi & sinistra erit. Etiam hac viduabis LIPSIUM: totum exinde corpus dextera erit, totum scribet, & reteget quod claudebat pectus, Stoicum, uti tu vis; uti ego, Christianum.

-----Phalaris licet imperet, ut sim

Falsus, & admoto dictelet perjuriam tauro,

non recedo à veteri majorum instituto: nec fallo sacramentum, quo baptismate obstringor. At tu memento moniti:

Arcanum neque tu scrutaberis ullius umquam;

minus etiam, quæ somniata tibi. Neque. florem domi tuæ natum alieno adnectas capiti, tamquam capitis hujus, non tui somnium, tamquam horti non tui, sed illius palmitem.

CAPUT IV.

An animum inclinavit cum fortunâ.

REDANIUS. Animum inclinasti, quò propendere cernebas Fortunam, & maluisti cum Diis adhærere causæ victrici, quàm cum Catone victæ.

* Non est
inducium
virtutis, al-
ios convi-
tiis pro-
scindere.

LIPSIUS. Priscus mos rediit, & conivitia spargimus è plau-
stro. Audisses Isocratem; * Τὸς ἅλλας λοιδόρηται, ἢ σι-
μῶν ἀρετῆς ἐστίν. Et temperasses ab hac maledicentia. Verùm utcumque se res habeat, si Diis adhæti, quid damnas? meliora sequuntur. Si non obstinavi causæ immori cum Catone, quid ringeris? At tu satis habes, si hanc veterem de Cæsare & Catone gemmam in medium sparseris, quæ mihi alga est vilior. Et quis tibi hîc è tripode ad arculas sedet, ut suggerat & dictelet ex exeso quopiam codice victricem causam, victamque? neque enim hæc tibi, ut plerique reliqua, sine Theseo. Imò quid scabiem revocas prisce temporis? pruritus illi, publicè aut privatim, quem non tenuerunt? Quid flammam injicis publici incendii? non satis arsisse semel? scilicet non à radice periissemus, nisi novo calami tui igne arderemus.

--ab-

---- *abruptis etiamnum flebile venis*

Vulnus biat, magnæque patet via lubrica plagæ:

& tu mihi partium studia? Fateor; stetit non semel tamquam in tenui luto : & obniti (ô homines!) conati, cælo terraque pugnantis. Nimirum nisi Pharusalica, nisi Aethiaca redirent, salui esse non poteramus. Sed quid ego plura de grandi hoc profundo? tentandum semper homini, numquam curiosius explorandum. Neque enim hîc sola humana manus : fuit divisa, quæ modò habenas strinxit, modò laxavit partium fortunam. Perieratis non semel, nec salus ipsa salvare vos poterat : hostilia interim, in tam præcipiti fortunâ vestrâ, imò in ipso lapsu, consilia labantes tenuerunt. Nec fuit hoc prudentiæ vestræ, aut hostilis fatuitatis : altior aliqua mens ludebat ; & pulsus aliorum ventis, fluctus ponebat.

---- *Vice cuncta geruntur,*

Alternisque premunt. ----

Quid facerem? etiam me Aquilo aliquis involuerat in partes (nihil nego) & salutem quærebam, & quieta nemora, in quibus tutò, & sine militari sago, in pacatâ hac togâ, Musis conviverem. Quæsi, ut qui ignem solent, cum strictum est frigus,

Et prata canis albi ant pruinis;

nec reperi. Imò densiori, & plusquam Noricò frigori implexum me sensi; & dum terras fugio intus, ab immiti abreptus Oceano, convolvebar fluctibus. Quid sperarem à citharâ in hoc vorticoso mari cædibus infami? flecterem irarum minas? aut novus Musicus cantus dulcedine, in admirationem, inde in auxiliarem manum, raperem tot monstra, quot regit illud mare? Delphinus habuisset, qui mulcentur Musicâ, gaudent tibiæ cantibus, ac ubicumque symphonia est, gregibus adventant; aliquis ex hoc numero inequitantem LIPSIUM reddidisset terris. At procul hinc Delphini, durum licet genus, sed quod tamen Aquilonio flatu celerius audiat humanas, amicas voces, & dorso Musicum suum vehat. Sæviora portenta alit illud mare. Ergo me eripui, & cum bono Deo, memet mihi reddidi, patriæ reddidi : nec victricem, victamve partem, sed causæ æquitatem secutus; & apud quam secure me retererem, id est pectus recluderem, Catholicè, & ut prescius etiam aliquid, Romanè à parentibus eductum. Satis, ac nimium etiam diu inter contumacia Battaviæ tuæ vada adhæserat hæc ratis : impegerratque non semel ad rupem illam periclitaturæ salutis. Non quòd quidquam illius altius insedisset menti; affricuerat tamen aliquid noxii sui succi : unde illa nata, liberioris opinionis, scriptio.

Vidit Deus, & quam semper colui, Dei mater, longiusque à statione errantem scapham diviniore flatu suo adturiora compulit. Ita perpetim mitis & benigna Domina nostra est, lapsos erigit, & servatum it eos ipsos, qui se perdunt. Tu hic obgannis: ast ego & eventibus omnis ævi & exemplo meo non uno doctus, credo, ab hac unâ, post illum, omne bonum.

CAPUT V.

An sensus suos de Religione apud Battavos pressit.

REDANIUS. Sensus de Religione tuos intimos, quoad vixisti in Battavis, studiosè pertinaciterque pressisti; memor, & superioris temporis exemplis doctus, quid tibi à feritate Hispanicâ, si quando superior foret immineret. Nunc nihil est in partibus illis tam vanum, superstiosum, anile, absurdum, quod non præ te feras, profitearis, laudes, propugnes.

LIPSIUS. Substringe aurem breviter ac liberè disflu: si quid non ad gratiam aut gustum tuum erit, sustine & tolera. Pressi apud vos de Religione mentem meam. In quo si silentio peccavi, peccatum fateor. Neque hoc silentium meum, testatione unâ, ubi tempus fuit, lenivi, sed spongiâ delevi: imò pro timore meo vano, meliora majoraque illi genti reposui. Neque ego aliam personam nunc indui, veterem exui. Semper mihi (ô tu qui vides & scrutaris has fibras!) semper stetit infixâ menti Religio vera, à majoribus tradita, quam & palàm loquimur & profitemur. Semper hic sensus, antiquare in Religione, & cum majoribus sapere: nec hunc calumnia aut vis ulla, non dicam exuret nobis, sed exuret. Neque eo tamen inficias, non semper palàm professum. Quo bono, aut cui? Semper hoc videndum civi bono, ne sine emolumento Reipublicæ & suo; imò ne omnino res eat turbatum, in tempestivâ licentiâ, aut ardore in fenum abituro. Displicent in Republicâ non pauca, fors & pleraque omnia; videat an malo remedium reperiat. Non invenit: sed nec perimat ægrum corpus, & quod in valetudine suâ extrema minatur. Prudentis medici est, in desperata valetudine, non adhibere desperata medicamina, quæ plerumque tardè gradienti ægro, præcipitio consulunt. Ergo naturæ illum relinquit, & suggerit quædam in robur & levamentum, si fors victrix natura mali, pulsa qua opprimebatur malignitate, revalescat: aut ut ægrum suum paul-

paullatim robustiori medicabulo paret, dum crescunt vires, generosiori medicamini respondentes.

At LIPSIVS hic tacebat. Ita soleo: nec monita spargere non audienda. Ego qui sum, qui adverso ferar æstu & ventis? Aut qui turbatum jam flumen, turbem etiam magis? Heus bone, non soleo. Audire, & ubi res tempusque ferunt monere; hoc soleo: si negant, si deest concio, transire, quasi non mea, quasi aliena, quasi alterius foculi ahenum, alterius cellæ vinum. Hoc soleo. Hoc meum. Hoc LIPSIVS est, eritque cum bono Deo, à quo hæc manant, ad quem & refero, cum uni illi debeam.

Verum filii. & repressi intimos sensus meos de Religione, quoad apud Battavos quixi. Factum. Nam cui retererem, aut quo bono? Ævum & homines ignorare mihi videntur, qui aliud volunt à silentio. Et rerum hic status, non viros quærit, qui audire norint & silere? An à schola & umbra adolescentulos, quibus omnis prudentia in lingua? Miserum LIPSIVM, qui in hanc ætatem inciderit, in qua nihil tam providè fieri potest, quod non vellicare malignitas consuevit. Ego in eâ Republica prudenter de Religione verbum iniicerem, quæ variam in primis & miscellam Religionem induxit, stabiliendo ut putabat sceptrum? Ego meam interspargerem, qui unam, & unam tantum, in unâ Republicâ semper probavi? Qui risi Ægyptios Reges? O fatuos! Unionis auctor Religio una; eâ confusa semper turbæ. Ita sensi, nec quidquam muto. Tu variam dilaudas, & quæ ex cuiusque voto fabricata: quia libertatis hinc species. Ego hanc à Republica repellendam judico. Uter iustius?

Nam quod de libertate inelamās, ubi prudentia tua, si eam in cuiusque delectu ponis? Etiam criminum? Etiam scelerum? Etiam inmanium flagitiorum? Nam si in his libertatem tollis, & præscindis hunc funem, quid respondebis? Liber homo natus est, & in manu iudicii sui positus: tu quid negas, quod natura illi concessit? Bono illius negas? Quid si ille nolit hoc bonum? Imò, permitti sibi quod vult velit, tamquam bonum; cum sibi persuaserit, omnis fastigium boni, in quidvis agendi libertate consistere? Quid respondebis inelamanti? Quid libertatem adimis, qui non concessisti? Naturæ munere hanc accepisti: quid involas in illius dona? Quid concessam violas potestatem? Tu verò nihil his motus, improbam, & in Reipublicæ perniciem natam libertatem tollis, etiam propositis poenis. Quid ergo libertatem concedis in delectu summi Dei? Aut quod crimen majus, involare in alienas facultates, sanguinem fundere, an de Idololatria censuris alij Deo cadere, alij supplices manus tollere, alij litares

hoc volo, alium pro Numine, optimo, maximo habere; verum Numen negare ! In Republicâ vestrâ, si magistratus, si Imperatores bellicos publicè designatos, non admittat privatus aliquis, aut è mente suâ alios deligat quibus pareat ; non continuò crux & ignis? & in alterius Dei delectu, nemo vel crimen turbet ! Jam quid aliud volunt, qui in fidei rebus, pro suo singuli arbitratu, aliud atque aliud statuunt ! nam ab uno Deo, non nisi doctrina eadem : hanc eadem ditatem quicumque tollit, & pro illâ variam mutuoque pugnantem statuit, varios, necessum, mutuoque pugnantes, primos summosque pugnantium rerum auctores statuat. Neque enim ab uno Deo, si Deus est, de unâ eademque re, tot adversantia, invicemque se interimentia pronuntiata enasci possunt. Et Deus, si Deus est, verus est, adeoque ipsa veritas est. At hæc una est, si veritas est; plura falsitas admittit. Verum quidquid est, non nisi unum est. Quis ergo paullo prudentior probare illam Rempublicam poterit, quæ plures, id est falsos (nam id consequitur) Deos instituit, firmandi sui causa ! facit hoc, quicumque plures Religiones statuit. Unius enim Dei, cultus unus, Religio una, doctrina una est. Non mihi ergo talis Respublica, sed tyrannis. Nam legitima illa salutem subditorum præcipuum habet, imò unicum finem. In hoc ergo omnes miscellæ Religionis Respublicas culpo, non modò ut impias, sed etiam ut improvidas. Nam quæ hæc securitas ab alienâ turbâ ! à dissidentibus in summâ re animis ! infirmâ. Neque ego Rempublicam ullam perennaturam putaverim, ubi in animorum dissidiis aut odiis, ij qui regunt, qui reguntur. Partes enim factionesque erunt : & in te hi vel illi insurgent, si tu prior in hos vel illos. Exemplo illud Ægyptij docuerunt. Et quod regnum magis anceps, varium, imò & cruentum, quàm illud, fuit ! Historiæ legantur. Expecto quid tu respodeas, & quo acumine hæc expungas. Decurris ad Julianum ? non nego, exemplum est, vestro simile. Numquid probum ! Ammianus ita narrat : *Ut dispositorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discissâ in palatium intromissos monebat, ut civilibus discordiis consopitis, suæ quisque religioni serviret intrepidus. Quod agebat ideò obstinere, ut dissensiones argente licentiâ, non timeret unanimem postea plebem : nullis infectis hominibus bestias, ut sunt sibi ferilibus plerisque Christianorum, expertus.* Nota, nota. Duo spectavi. Primum, securitatem suam ab hoc Christianorum dissidio : secundò, exitum ipsum Religionis, quam licentiâ hæc secabat, & quasi deducebat in varios doctrinarum rivos, ut ingens illud magni Veri flumen tolleret. Hæc Juliani mens,

mens, quam Optatus Milevitanus prævidit, & apperuit. *Eo modo putans Christianorum nomen posse perire de terris, si unitati Ecclesiæ, de qua lapsus fuerat, invideret, & sacrilegas dissensiones liberæ esse permitteret.* Tu hæc si probas, parum Christianus es: si improbas, parum sanus es, qui imitaris: ut quid enim hanc lunam in te trahis? Et fide bonâ, quid magis Rempublicam firmat, quàm eorum qui præsunt, qui subsunt, animus unus? & in unâ re, summâ re, firma colligatio? Quid verò magis animos colligat, quàm *unus Deus, una Fides, unū Baptisma?* Hic amor non à superficie natus, qui quolibet vento devertatur, sed ab intimis fibris, quem, nemo sine fibris ipsis evellat. Atque hi tales *soliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.* Contrâ ubi hæc varia, non ipsi dicunt, qui pro te dicunt, *Ægyptii Reges & Julianus?* qui palàm fatentur, dissidentes religiones, induxisse, ut subditi dissiderent? Tu si potes, aliud ex his evince, & doce pugnantes Religiones inducendas, ut subditi colligantur: nimirum per conciones & lectiones pugnantium doctrinarum: quæ quid sunt nisi flabra atque incitamenta turbarum? Doce non esse; doce non faciliè dissentire in externis, qui in sensu interno, & in salutis ipsa summa. Repeto; move hanc omnis benè institutæ Reipublicæ anchoram, & firma si potes navem; neque enim fieri potest, ut in tanta varietate adeò ex æquo librata sit omnis Religio, ut non una alteri prævaleat. Quæcumque talis est, non patitur æmulam? Quæcumque subjacet, extra metum est? Silet fortè hæc oppressa, resumptura animos, si creverit; Si par priori, aut superior, an tacebit? Exempla docent. Heu meum Belgium orbi ludibrium debes. O Regnorum ille flos, ut emarcuit ab hoc vario imbri!

De superstitione quid dicam? Cicero, tibi lumen præfert, ne quid libero nimis pede vageris: *Religioni parendum est, nec patrius mos contumaciter repudiandus est.* Et mihi quidem sedet, pio majorum sensu, omnem hunc, qui apud nos est, cultum è salutis nostræ principiis defluxisse; etiam actiones, & quæ circa eas, tempora dico, modos, ornatum, splendorem forinsecus, aut in ipsis adytis. Tolle hæc, quæ tu uno Superstitionis nomine, refluet omnis exteriior cultus; & cum hoc quidquid est internæ venerationis. Hinc Deus ab omni ævo providentissima cura providit externum ritum: ne remoto hoc flabello, omnis cœlestis ignis innatus animo, abiret in favillas. Neque in una Religione hoc tantum: in omni politico corpore eadem videbis. Seca quidquid externum, momento interna ruunt; & jam Regna nulla, Imperia nulla.

Verum aliud olim dixi. O quoties eadem ! Augustinus, antè Manichæus quàm noster; Ambrosius antè Deorum cultor cum Constantino: & Gallia ante Dionysium qualis fuit ? Illius Reges ante Remigium quales ? Quales ante Servatium & Maternum Belgæ, ante Willebrordum Battavi ? *Dixi tamen aliud.* Dixerim; & fors etiam scriptis aliud exciderit. Non pœnitentiam olim talium ago ? Atque hæc non satis est ad dicta scriptaque illa omnia una spongia elyenda ? Nec novum in juventutis calore, calida quædam, & tamquam à musto spumea evaporari, quæ maturior ætas purget ab omni fœculentia. Et quis vestrùm, cujus non aliquod dictum factumque juventutis primæ, quod pœnitentia pòst correxerit, quod factum dictumve nollet ? Ac nescio, an humanum sit numquam labi. Audi eloquentiæ flumen : *Ὅτι ἐστὶν ἀνθρώπων ὄντα, χωρὶς ἑλαττωμάτων.* *Hominum nemo vitio caret.* Audi Suidam : *Μηδὲν ἀμαρτάνειν, ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα καθεύδεν.* *Deorum est, non peccare, & cuncta rectè facere.* Nescio denique an humanum, primæ illius ætatis,

Dum roseus venit umbra genis, vultusque recedunt,
cespitationes objectare viro. Hac enim ratione, & juventutis ignorantiam, infantia in scitiam, cunarum balbutiem, fasciæ sordes objectabis viro. Quod qua prudentia, tu judica.

Quamquam si procul calumnia, & adnatus magnis livor; vel me tacente, libri docent, quid in media Battavia de Religione, & una Religione senserim, nullius purpuram, nullius ferrum veritus. Nec erubuit calamus palàm testari, quod ab uberibus altius imbiberam, quàm civilibus his nimbis exhauriri posset. Lege quisquis verum amas; nullius judicium reformido, tantùm invidia & odia semoveantur.

CAPUT VI.

An nomen Christiani in Mariani mutet.

REDANIUS. Nomen in Baptismo datum transcribe Matri, & auctoribus ducibusque Jesuitis, da te in Sodalitium Hallense: ut iisdem sacris initiatus, dehinc pro Christiano dicaris mitiore vocabulo Marianus; aut, si vis brevius veriusque,

Unum de medio tollere jota potes.

LIPSIUS.

Bacchum in remotis carmina rupibus

Vidi docentem (credite posteri)

Nym-

*Nymphasque discentes, & aureis
Capripedum Satyrorum acutas.*

Hos inter auritos Satyros, noster hic festivus poëta. At
tu quicumque hunc vides;

Fœnum habet in cornu, longè fuge: dummodò risum

Excusiat sibi, non hic cuiquam parcat amico.

Et mihi fucum hæc faciant? Aliis scurrilitates tuæ, aliis.
Ego illas credo ab audaci aliquo & malè sagaci ingenio,
à temulento deructatas pectore: quas à compotoribus
propinatas, tam malè stomacho mandaveras, ut necessum
fuerit regerere. Et dum hæc spargis, festivus admodum tibi
videris: at nos risimus camelum saltantem. Obone. Omnes
videmur nobis saperdæ, festivi, belli, cum simus copreæ.
An me, an quemquam, cui cerebrum in capite, pudeat as-
scribi in Sodalitium Dei Matris? An pudeat vocari Ma-
rianum? Qui matris, filii est: qui Marianus, Christianus
est. Et quod tibi nomen sanctius, Lutheri, Calvini, an
Dei matris MARIE? Quod Sodalitium, hujus an illo-
rum? Æole non est hic locus tuis flabris: alias terras &
maria cogita. Speraveras risum theatro? festiviùs de
compitis scurra, aut de piscario scammate effrons mulier-
cula. *Lipsius pro Christiano Marianus, aut Maranus.*

Eugetuum bellè: sed bellè hoc excute totum:

quidnam intus habet? Pulmentum pueri huic graculo.

Ego quid dabo? Dictum vetus:

Qui captat risus hominum, famamque dicacis,

Fingere qui non visa potest,---

---hic niger est, hunc tu Romane caveto.

cujus egoli mores, si vitam spectandam dederò;

Quàm timeo, victus ne poenas exigit Aïax,

Ut malè defensus.

Nolo convitium convitio, sordes sordibus eluere: at ne
falsis quidem vera reponere. Equidem

Ut sis tu si nilis Coeli Byrrhique latronum,

Non ego sim Capri neque Sulci: cur metuas me;

cur hæc in nil merentem conjicias probra. Et vis tamen in
omni hoc risu tuo mentem meam? vis verbo; Dei sum. Dei
matris sum. Imò quia matris sum, Dei sum: neque enim
matris esse potest, qui non est filii; nec filii, qui non sit
matris.

Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.

Sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt.

Post omnem hunc cachinnum, aperi te tantum, nomen-
que tuum. Quid erubuiſti? Aperi. Fors in illo reperiemus ca-
chinnabiliora. Aures albas, bifidos pedes, cornua, & bar-
bulam. Retege altum à sanguine nomen Arcadiæ ma-
tris. Achilles an ejus frater es; Hercules an Catus? Quid
refu-

refugis? palles. Ita solent qui furti tenentur. Amicus es? quid amicum vereris monitorum aurissimum? Hostis es? Quin palam congregiaris, si vir es? imò si esses, jam frontem ostentasses: nec à decem passuum millibus, sed cominus, cominus inclamaßes:

--- Ego hanc machæram mihi consolari volo,

Ne lamentetur, ne ve animum despondeat,

Quia se jam pridem feriatam gestuam,

Quæ misera gestit fartum facere ex hostibus.

Aude pedem pedi. En me. Quid quæris oculos, quorum præstringas acies? En me, tantum aude. Egredere. O virum

Fortem, atque fortunatum, & formæ regia

Tum bellatorem,

qui nomen tam enixè tegit suum! nam ego posthac dicam

Pyrgopolinicem te unum in terrâ vivere

Virtute, & forma, & factis invictissimis,

qui numquam hostem videris. Item, ego tibi, quicumque hæc leges, edico fide optimâ:

Periuriorem hoc homine si quis viderit,

Aut gloriarum plenior, quàm illic est;

Me sibi habeto: ego me illi mancipio dabo.

CAPUT VII.

An ingenii dotes submittat Idolo Hallensi.

REDANIUS. Largissimas ingenii, animique dotes, largissimâ Dei manu in te collatas, veluti fasces supremi in litteris honoris atque imperii submittis Idolo Hallensi; & talenti tui divinum munus defodis ad ejus aram.

* Ecco-
dem ore
duice &
amarum
monas.

LIPSIUS. Hic feris, ibi palpas. Nimirum * Ε'κ τῆς αὐτῆς σωματὸς βρῦει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν. O te Joabum, Abnerum Lipsium! Sed hic cum tibicinem ad ostium Lipsii canere jussisti, ad Divam despectis, in quam deservias. Et quid tibi cum isto axe? Quid culici cum Elephantis? Quid hic favos spargis & tella misces? Quid rosas, & ingenii mei multa, quid litterarios fasces subternis Idolo? At ego id facio, qui submitto idolo Hallensi. Cornua tibi esse putabam; nunc mugis, vacca es. Tam stolidâ à te? Imò tam fatua ab homine? Nullum mihi Hallis idolum. Neque hoc diceret, si ab Apostolo idolum didi-

didicisses. Imago ibi Divæ meæ, Dominæ meæ, cui post Deum, Dei matri, SALUTIS & CLEMENTIÆ non unam aram debeo. Ringere: & si voles, cum Ischariotâ dirumpere. Ego illi, quidquid in hoc pectore eruditionis, mactō victimam; felix, si admittat. Ego illius pedibus, quidquid hñc ingenii, substerno arenam; beatus, si calca-verit. Ego hæc talenta, divinum munus, defodio ad illius aram, quæ etiam servatum ite eos ipsos qui se perdunt. Ego eruditionis (fas sit ita loqui) stellas omnes spargam & de-figam in hoc secundo cœli vertice. Sed & hujus Divæ, Dei Matris, quæ Hallis est, effigiem venerabor. Factum hoc Imperatoribus, quorum imagines in signis, & effigies etiam in castris: atque ad eas exteri ducebantur; & in obsequii signum venerabantur, ac tamquam præsentem adorabant. Tacitus Annal. xv. *Medio tribunal, & tribu-nal effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Teri-dates, cæsis de more victimis, sublatum capite diadema imagi-ni subjecit.* Et ego, verebor. Divæ nostræ, Dei Matri, ima-gines, arasque ponere? venerari? Non si te tuosque om-nes redi-vivos patiar Achitophelos:

Quales nec statuas imaginesque,

Ære aut marmoribus, coloribusque,

Mentor, Praxiteles, Scopas dederunt:

Quantas nec Polycletus ipse finxit,

Nec sit Phidiaco figura cælo,

tantas majoresque etiam dabo; si non ære, aut perituro marmore, calamo hoc, & LIPSIANO (abi invidia) cala-mo æternum cum bono Deo perennaturo. Sed neque res mihi magna ulla, sine hoc fidere, Dei matre: addo, nec Christianorum ulli. Ut enim Architectis opus nullum re-ctè processerit sine libellâ ac lineâ: non item mortalibus nobis, sine norma hac directrice.

CAPUT VIII.

An coactionem in Religione inducat.

REDANIUS. Libertatem apud nos (nec aliud in ore tuo) eoquē nomine Ordines hujus assertores probare & laudare tibi solenne. Homines nos esse, ratione non ferro ducendos; liberos nos, ac proinde liberam Religio-nem, liberum de Deo sensum, nunc ad unam aliquam ar-bitraris cogendos. Hanc mentem si repressisses, veni-dignus eras; nunc cum ad eandem, tamquam face, Prin-cipes accendas, quis perferat nisi servus natus?

LIPSIUS. Hic unguis in tuo ulcere. Quid in-
clamas;

*Da spatium tenuemque moram, malè cuncta ministrat
Impetus?*

Contra
Crescent.
cap. 51.

Tecum habita. Te, te ipsum in concilium advoca, damna-
bis hunc damnatitium tuum æstum. Et quod tibi tuif-
que assidue in ore, Augustinus refellit: *Frustra dictis, Relin-
quar libero arbitrio. Cur enim non in homicidiis, & stupris, &
quibuscumque aliis facinoribus & flagitiis libero te arbitrio de-
mutandum esse proclamas? quæ tamen omnia justis legibus
comprimi, utilissimum est. Dedit quidem Deus hominibus liberam
voluntatem: sed nec bonam insi. Et vos am, nec malam voluit
esse impunitam. Quid si exempla etiam hujus coactionis?
Non Deus ipse Judæos coëgit sacra & cærimonias suas
agnoscere? non igne, serpente, ferro reluctantes coërcuit?
& quisquam hic mihi Deum damnabit? mulcentem vole t,
non minitantem, non cogentem? Quid vos ipsi quoties ho-
stes judicastis, qui sacra vestra aut non susceperunt, aut a-
lia delegerunt? quoties capite constantiam luerunt, qui
majorum placitis fortius insistissent? Notum illud apud
vos, *Libertas*. At quis vestrum eam consecutus, Catholicis,
id est nobis, verè Christianis, verè Romanis, verè Aposto-
licis, libertatem aut permisit, aut cum posset non ademit?
aut demum levi verborum compulsionem contentus, intra
minas se tenuit? Quoties ignes sensimus, & Decianis sævio-
ra flagra? Dionysianis truculentiores gemitus? Neronianis
immaniores proscriptiones? Leuiæne hæc à libertate mala?
Verum tu hæc ne attingis quidem: & si quando à nobis
auditis, nugas. & nebulas verborum offunditis, & dimissa
ubique accusatione nostra, bellorum civilium fortunam
opponitis. Et ego nolo nunc hæc tristia; audiamus de re i-
psa Ambrosium: *De negotiis civilibus si quid statuitur, nemo
putat esse violandum; & præceptum de Religione calcabitur?*
Quid, quod poena in civilium denuntiationum transgres-
sores: & nulla erit in Fidei imperia temerantes? maxime
cum nulla res æquè civilem ac politicum statum immutet,
ac Religionis innovatio: neque ab alia re majus periculum
imperii ac sceptris, quàm ab innovata religione: magis
etiam ab effusa quidvis credendi & docendi libertate.
Hinc apud omnes gentes coërciti ac puniti religionis no-
vatores. Nihil hic de Atheniensibus, Romanis, reliquis, di-
co. Judæi, qui proximi ad sacra nostra, quàm hic duri? nec
cohabitationem admittunt cujusquam à patria religione
dissidentis. Quid in Ecclesia Christiana veteri? Licentia
effusa numquam fuit, postquam illa Principes habuit Chri-
stianos; imò correctio semper in novatores fuit, aliàs alia,
pro tempore scilicet astricta magis aut remissa, proque in-
nova.*

novatione lenis aut severa. Exempla dabo. Nota vetera : & recentia tangunt propius ; nec ulla magis , quàm quæ domi nostræ nata. Quare cùm nulli vobis propinquiore sint , quàm majores vestri vobis , vos vobis dabo. Joannes Matthiæ Harlempjesis , novus orbi Enoch , quantas Amsterodami turbas dedit ? Haud dissimiles Joannes van Gheel in eadem civitate : arcem in eâ , & regni sui sedem habiturus , ni fortiter obviam itum esset : & stetit hic religionis prætextus civibus magno sanguine. Jam Joannes Leidenfis sartor , quàm scelestè Westphalis imposuit , cùm se Israël jactaret Regem , veteribus promissum , ut eriperet suos è diutinâ servitute ? at nisi potenti exercitu Imperii Principes , Monasterium novi Imperii sedem obsedissent , recepissent , ipsumque & asseclas dignis suppliciis affecissent , magnas Europâ totâ flammâ sparsisset , non uno sæculo delendas. Et David Georgius Delfensis , officio vitriarius , vibex & macula suæ gentis , qui se Spiritum sanctum cœlo missum , & à Filio antè promissum proclamabat , non res semel movit tam fatuo commento ? Nec dissimilis fraudis impostor alius Hermannus sutor , qui se apud Frisios cœlestem Patrem palàm assereret , & Cornelius Int Kerckhof , qui se tanti patris cœlo natum filium impudentius an stolidius jactaret , non Rempublicam movissent , ni occursum tempori foret ? Quid Theodorus sartor ? Ausus est , inaudita sæculis impudentia , se , socios , mulieresque comites , palàm ostentare nudos , quòd veritatem negaret tegendam ; nudam illam esse , aspernari abscondi. Nec defuissent qui crederent , nisi Magistratus prudentia extinctus hic minitabundus ignis fuisset. Hæc stolidâ hoc ævò. * Τὸ πρῶτον τῶν ὑπερβολῶν μακίας. O noctes prudentiores hoc monstro ! Erubescant vel emortuæ lucernæ ad tam fœdam caninam proluviem Henrici Nicolai. Non suffunditur homo , non nupta , non virgo , ad alienos amplexus : nihil hîc intactum , nil sanctum , non thorax , non sanguis , non pater , mater , soror ; prout fors dederit , & impudentes tenebræ. Plura vetat pudor. Et hic tamèn quàm non semel universam propè Reipublicæ anchoram movit , ni occursum impudentissimæ libidini foret ? Atque hi omnes , sub purioris Evangelii , & à fæce sua secreti , nomine. Ita plerumque sub honesto hoc velamine , latent spurcitæ , impietatis , scelerumque ingentia maria : tegiturque hoc quasi mantello improbitas omnis. Retege : nec jam de religione bella ulla. & Paulus Æmilius in Phil. 11. pro me retegit. *Nihil in sacris bellis perinde obfuit , atque mos jam exortus , ut honestâ præscriptione suas quisque resficiat res. In ore omnium sanctum piumque versetur : consilio , conatu , animo , secus afficiantur. Si de Religione tantum agatur , si obliuio noxæ sanciat , si sanatis mētibus*

Anno
1532.Anno
1535.Anno
1534.Anno
1544.Anno
1535.

* Illud vero est omnium culmen insania.

bus fortunis hominum abſtineatur, omnes idem ſentiant. Credas vatem fuiſſe, & ſcripſiſſe in hoc ævum: debebat nimirum hæc peſtis ætati noſtræ, ut tot portentorum mater, ignara antè monſtrorum, fieret Battavia, armaretque in ſua viſcera filios; & armorum honeſtæ aquilæ, Euangelium; & lapſæ jam ac cum ætate ſeſcentis, aut emortuæ fidei, juvenatio. O quando ſerenior nos cœlo aura reſpiciet, & diſſabit quibuſcum luſtamur, fluctus! neque enim tam acria, tam diuturna bella pugnata legimus pro Religione. Juvenalis pro monſtro habuit, duo oppida in Ægypto concurriffe inter ſe ob hanc cauſam, & id dignum Satyrâ cenſuit: quid nunc ſcriberet ubi Europa penè totâ?

----- *Pariter ſtabulare bimembres*

*Centauros, unaque ferunt Cyclopes in Ætnâ
Compoſitos; ſunt & rabidis jura inſita monſtris
Juſque ſuum.*

Et nos, infelix Belgium, unius Religionis obtentu, tamquam militari exciti teſſerâ, evolamus avidi in amica olim viſcera, in ſocium ſanguinem, in unius uteri nexum, orbi fabula & luſus. O mea Battavia, ubi candor, morumque ſimplex ſuavitas? Decurrimus ad arma; &, audeo dicere, armorum cauſas neſcimus. Obtenditur *Libertas* & *Religio*. Nomina ſunt & ſparſæ in medium nuces, irritamenta puerilium diſſenſionum. Et quis, amabo te, vos impulit ad innovandam Religionem? Neſcis à nullâ rem majus periculum imperiis & ſceptris? Exempli domeſtica dedi: at tu, ut video, externa expectas. Dabo. Ægyptius, ſub Claudio, nonne triginta hominum millia ſibi adjunxerat, Ieroſolymam regiam habiturus, ni à Floro Præſide fortiter obviam itum eſſet? Haud diſſimile Marici illius factum ſub Vitellio in Gallia; Emmanuelis Abrahami dicti in Africa, quo etiam Marocenſium Regem regno & vita ſpoliavit. Apud Turcas, nonne aliquoties res motæ hoc prætextu? Schacoculis & Calender Zebe-
lis, pluresque in illo imperio, non ſat magna innovatæ Religionis documenta? Quid Germania noſtra? Zuinglio ductore, quot ſuorum funera vidit religionis obtentu? Centum millia ſi dixerò, nihil dixerò: ita paſſim deſavit hæc peſtis. Quot Sævia, & circumjacentes provinciæ, Thoma Muncero duce? Jam Miſnia, Moravia, Luſatia, Auſtria, Sileſia, Hungaria, Polonia, Suecia, Dania, Bohemiæ ante omnia regnum, Ziska & Procopiis ductoribus (quaſi deeſſet cœlum quo rigaretur, quo tamquam ubere lactaretur) quàm triſte oſtentavit ſolum ſanguine ſuorum ſecundatum, unius religionis prætextu? Cum ſævirent
Orebi-

Anno
1525.

Orebitæ, Thaboritæ, Orphanij; cùm tot sexus omnis myriades terram propè integerent, & sanguinum quædam maria protruderent; non latis hæc ad omnem posteritatem erudiendam, & novitatis auctores acrioribus etiam poenis coercendos? Ut jure hîc concludam Liviano dicto: *Nihil in speciem fallacius, quàm præva religio, ubi dearum nomen prætenditur sceleribus.*

De libertate; quid dicam? Qualis illa, quæ momento omni pendet ab armatâ militis dexterâ? Adlit modò dux, non deerunt qui sequentur. Unus aliquis candelam præferat, aderunt extemplò faces & ignes, quibus Respublica, palea & aridum seditionum lignum, ardeat univèrsa. Quæ ergo libertas, in alienâ manu, militis manu, & externi militis manu; quem nec sanguis patrius, nec patria pietas, revocet ab excidio?

Sed jam tibi, ô æterna Sapientia, *latus, lubens, laudes ago, grates gratiasque habeo*, quòd duce te evasi ex illis salebris, & loca deveni, per quæ facilior mihi tutiorque ad te cursus. Hîc vivo, Deo, patriæ, amicis, mihi; apud veteres Grudios, veteres amicos, ac propè cives. In hoc scientiarum nemore, mecum & cum Musis in gatiâ redij: & eminus specto nubes jam jam ruituras. Averte, qui potes, Deus.

Verùm ad calumniam. Ego in Religione libertatem aut illius assertores probare solitus? Quousque odia? Cujus hæc verba, *URE, SECA*? Potui fortius? Ego religionum pro cuiusque arbitrio delectum? In re medicâ, & politicâ gubernatione non interitus ab hoc libero arbitrato & delectu? Et in Religione salus stabit cum hac arbitraria prodigiosa sequela? Aut tantarum religionum invicem pugnantium auctor Deus unus? Aut ad unum mutuo se interimenta placita?

CAPUT IX.

An Ustionis & Sectionis auctor.

REDANIUS. Homo mitis, qui lenitatem passim profitearis, ac ipso vultu Stoicam quamdam lentitudinem, ustiones nobis ac sectiones inclamas, Iberici consilii tessellam.

LIPSIUS. *Πρὶν ὅφρα καὶ δεῖς*. Legisti mea? Si non, næ insigniter impudens es, qui non lecta carpis: si legisti, malitia tua immanis est, appingere quæ nec cogitata sunt. Et tamen hîc, si uspiam, triumphas, & invehæris albis equis. Ego quid? Teneor, nec orci me galea teget, Nimirum: *In Religionis negotio, in quo libertas cuique ex voto, ille semper clemens,*

*Prinſquâ
occideris,
exoriaris.

H

clemens, & modestus, cultros & ignes admovet. Quid dicam? aut quæ verborum moderatio effrenes tuos impetus cohibeat? Ut calx aquâ accenditur, ita tu efferaris temperanti omni sermone; neque tamen silentio hîc tueri me debeo. Quid? Ego tibi sum ille Cyclops, Phalaris, cui ludo & joco sanguis humanus? Tu homo in hac luce temporum, audes hæc sic palàm mentiri? Quasi nemo esset, qui mea legisset, aut legeret. Admove cucurbitas, aut peristi: neque enim tibi hîc sinciput sanum est. Interà hæc à me habe: *Quicumque sedatè mea legerit, nec sævitiam nec lenitudinem increpabit: & fatebitur viam præscriptam, quam bono generis humani iniverint hodie qui regnant. Fatebor tamen, in lenitudinem semper pronior; adeò, si peccandum, in hac parte malim, quàm in aliâ.*

Et tamen, *Ure & Seca.* Num ferrum statim in omnes & ignem? O bone, non. Sed pro modo delicti coerceri volo & puniri; patrum inprimis exemplo; quando à vanâ Religione turbæ & dissidiorum faces accensæ. In Lucretio non legisti,

----quòd sæpius olim

Religio peperit scelerosa atque impiâ facta?

Hæc ubi denata, an non secandum censes? Vis parci? Vis semper? Etiam cum Reipublicæ interitu? Leidæ, Lewardi, Amsterodami, Monasterij, annis 1533. 1534. 1535. voluisses parci, voluisses omnibus? Non tunc plerique rogati quid in viscera sua sævirent Battavi, responderunt, non fortius quàm prudentius,

Neglectis urenda filix innasçitur agris:

Et tu (audi) damnas Respublicas, quæ has pestes sustulerunt? Voluisses servasse? Quæ hæc clementia est, paucos servare ut plurimi pereant? Vera veriùs clementia est, paucos tollere, ut serves plurimos; paucos reprimere in nequitia suæ cursu, ne ad alios malum serpat. Monet Seneca: *Sic cogita veris tecum, remedij causâ quibusdam radi offa & legi & extrahi venas, & quædam amputari membra, quæ sine totius perniciæ corporis hære non poterant; hoc quoque patieris probari, nullam esse sævitiam, ut qui vidi noluerunt prodesse, morte certè eorum Respublica utatur.* Et alibi: *Quædam hastilia detorta, ut corrigamus, adurimus; & adactis cuneis, non ut frangamus, sed ut explicemus, elidimus: sic ingenia vitio præda dolore corporis animique corrigimus: eoque magis, quò ingenij gravius malum est.*

Antè tamen quàm ad hæc extrema, verbis, monitis, præmiis, minis etiam emendatio tentetur; novissimè ad pœnas, & quidem lento gradu: exemplo medici, qui ubi frustra molliora cessaverunt, ferit venam; membrisque si adlærenti nocent, & morbum diffundunt, manus affert; nec ulla

Seneca.

ulla dura videtur curatio, cujus salutaris effectus est. Dura tamen hæc sectio. Respondet Tertullianus : Horrorem operis fructus excusat. Ululans denique ille & gemens & mugiens inter manus medici, postmodum easdem mercede cumulat, & artifices optimas prædicabit, & sævus jam negabit. Idem faciet Respublica, valetudini, id est tranquillitati restituta. Grave tamen illi qui patitur. A Tertulliano lenimentum capiat : Medi inæ præsidium plures refugiunt, plures stulti, plures timidi, & malè verecundi. Et est planè quasi sæviua medicina de scalpello, èdeque cauerio, de sinapis incendio; non tamen secari, iniuri, & extendi, morderique idcirco malum, quia dolores tibi adfert. Nec quia tantummodò contristat recusabitur, sed quia necessario contristat adhibebitur. Quid quòd sævior etiam correctio magis pro illis ipsis? Augustinus in hac re : Magis pro eis sunt leges istæ, quæ illis videntur adversæ, quoniam multi per illas correcti sunt. Iterumque : Molestus est medicus furenti phœnicio, & pater indisciplinato filio; ille ligando, hic cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Hos tales, quicumque in Republicâ es, audi potiùs, quàm illos de viâ clamoros, quibus omne cerebrum in lingua est.

Verùm, Uro, Seca. O verba! periissent illa & calami. Et tamen, ratione si dijudicamus, quid peccant? A veteris medicinæ ritu sumptus sermo, qui in ulcere aut vulnere secabant, & deinde sistendo sanguini urebant. Quis vetet eadem in animi ulcere? Imò cur non magis in hoc? Eoque acriùs, quò hujus sanies & malignitas ad plures spectat? Calvinus in Serveto præit exemplo; & vos, antè dixi, non semel. Quò miror magis vos de ancillula Bruxellæ defossa debacchari; nec unum propè librum prodire sine hoc cespice. Erat è disciplinatu Nicolai Storck, Thomæ Munceri, propiùs etiam ex Henrici Nicolai; quem virum vos omnibus dignissimum flammis non semel judicastis. Sed mulier hæc. Non erant mulieres, quas Amsterodami morte coërcendas Senatus judicarat? Sed illa turbas nullas dederat. Respondebit pro me Seneca : Multorum, quia imbecilli sunt, latent vitia; non minùs ausura, cùm illis vires suæ placuerint, quàm illa quæ jam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tutò serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas & ambitio, & luxuria, ne parè pessimis audeat, fortunæ favore deficitur. Eadem velle eos cognoscere, da posse quantum volunt. An expectandum putas, quoad venena serpens fuderit? Et quem tu in Republica magnum virum arbitraris? qui seditionem in femine sustulit; an qui cùm

Anno
1534.

posset, neglexit, nec antè aggressus quàm virili robore suo plenam. Ille sine Reipublicæ periculo, & in solo noxio sanguine scelus piavit; hic non rarò etiam cum Reipublicæ interitu. Neque ille peritissimus nauclerus est, qui navem cum coniecisset in brevia, salvam tamen deduxit in portum; sed qui vitavit. Ille si deducit, laceram plurimum, & fatiscentem, suoque jam oneri succumbentem, non sine vectorum merciumque metu deducit; hic etiam sine damni metu. Sed neque ille diligendus est medicus, qui ægrum ad extrema deducit, ut post medeatur; sed qui antè provida cautione minitantem morbum necat.

CAPUT X.

An LIPSIUS de Fato gentilizet.

REDANIUS. O mutationem non excelsi! Ille qui nunc in Hallensi, qui in Sichemensi Divis, ad superstitionem omnia, qui supplex statuat, qui Idolo; olim sine Deo, in Fati verba jurat: cujus imperio, se, sua, orbem subternit.

LIPSIUS. Benè sperare de tuo morbo incipio, evomisti. Verùm quid hinc lancinas? Fati nomen? Non diffitebor, familiare mihi librisque meis. Verùm quid hinc displicet? Age, excute omnia mea scripta, an Fatum invenies à me, alio quàm probissimo sensu? Nescio. Si erit, jam nunc rescribo, & delco. Quid ergo super hoc displicet? Nisi quòd nil tibi placet, quod aliis placet. At cò mihi placet magis, quò tibi tuisque placet minùs.

At fatalis illa necessitas, non Gentilitia est:

Semper tui similis es, incogitans; intentus & paratus inferre tantum ictum, non vitare. Hic ego antequam altum illud ingredior, præfabor lubens, me labi & errare posse. Res Theologica est; quare Theologis haud invitus subii- cio, qui potiores me isthæc cernere & arbitrari. Ad horum sublellia appello, ad quæ sola veniunt hæ causæ: tu si audes, siste te huic tribunali. Ecce quid sentiam. Numquam ego Fatum volui, immotas quasdam gentilitias causas, quas declinare nemo posset, ob inexpugnabilem quamdã inter se innexionem. Quis enim tam infans, non rideat aut illam occantem, aut hanc nentem, aut nescio quam secantem? Nimirum in cœlestibus nuceta nasci? Quid ergo Fatam? Nisi quod Deus præprovida cognitione, de quacumque re, in illa immensitatis suæ prænotione effatus est? Hoc mihi Fatum, & verè Fatum, magni Dei effatum, qui ex altitudinis suæ specula ventura dispi-

dispiciens, liberarumque etiam caussarum propensiones-
delectusque liberos, non potuit sæculorum ignorare even-
tus. Hæc scientia Fatum mihi, nec aliud. Scire enim Dei
quid aliud, quàm quoddam effari est? Nisi malis effatum
scientiam sequi; scientiam verò, futurorum eventum. Ne-
que enim sciri potest, nisi præeat aliquid quod sciri possit,
ac quasi præjaceat intellectus operationi. Nam in quod
intellectus fertur, & visualitatis suæ radios mittit, aut re
ipsa jam esse, aut esse posse necessum est. Neque hæc aut
scientia aut effatum, natas jam aut nascituras res violentat:
non magis, quàm visio mea sessionem tuam, scriptio-
nem tuam. Nec magis necessitatem adnectit rebus, quàm
astrologi cognitio, secuturæ pluviae. Ita sentio. Tu si quid
hîc habes, extra convitia, extra calumnias & mendacia,
quibus me oneras, expedi. Videam aliquando à te veri
umbram. Nam illa, quibus ad popularem invidiam omnia
reflectis & torques, & ego, & quotquot mecum doctiores,
rident. Pro quibus quid reponam? Veterem poenam
Rhemiæ legis, frontem imuri K. littera, Kalumniarum
indice. Vis plura de hoc profundo? Nec haræ rosas, nec
stabulis lilia spargo. Et si altiùs pedem figo, in tenebris
micare me fateor. O mi Sol magne, & salus, sequor du-
ctorem! tu mihi Phœbus in hac nocte. Et jam video, nec
aperio tamen tibi lascivo & stolido provocatori. Nam
quæ ratio aut argutia te vincet, qui cerebrum non in capi-
te, sed in crepida circumferre mihi videris; è qua aliquid
humanæ lucis mutueris, si quæ necessitas pupugerit? An
tui similis reponam verba, ut sit quod dicitur Thuscum
jurgium? Non soleo. Et si illa voles, alium quære; non de-
erunt è tua Battavia, aut è vicin Germania. Quamquam
cordatis hîc eruditioribusque sat multa: tibi numquam sa-
tis. Nam, ut ille, frustrà hanc salpam contundo, numquam
exiliet perdix. Et plura de grandi hoc abditò

Scire nefas homini: nos tamen pravum & debile vulgus

Scrutamur penitus Superos. Hinc pallor & ira,

Hinc scelus, insidiæque, & nulla modestia voti.

Lyricus benè monuit:

--- quid æternis minorem

Consiliis animum fatigas?

Permitte diâs cetera: qui simul

Stravere ventos æquore feri vido

De præliantis nec cupressi

Nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras, fuge querere: &

Quem fors dierum cumque dabit, lucro

Appone.

An LIPSIUS Stoicæ sectæ.

REDANIUS. Quòd si planè de tuâ fide & opinione, quam concepisti de Deo, conjecturam facere ex scriptis & vitâ velimus, propior sim existimanti, Numen te statuere quidem, & Deum universi conditorem; eundemque æternum Rectorem cum tuis Stoicis credere: ceterùm de Christo haud valdè plus quàm illos sollicitum esse. Et hoc quoque à Stoicis habere, ut accomodes te loci cujusque legibus.

LIPSIUS. Tu ex conjecturis de mente meâ? O vatem! nescis hanc mentem mare magnum esse, quod scaphulâ tuâ numquam enavigabis? De scriptis, de vitâ meâ, quid arguis? Peccavi alibi? Erravi? In viam reducito. At tu verberas, nec culpam indicas, quasi ad culpam satis sit verberasse. Obscuro te, hæc modesti hominis sunt, impietatis me arguere, quasi sim in gentilium sectâ? Miror magis hanc scribendi rationem, quàm indignor. LIPSIUS tibi philosophatur, & ad eò Stoicissat? nec jam Christianus? Quamquam si peccandum est, indulgentiùs fors peccaverit, qui Stoicus audiet, quàm qui Lutheranus, Calvinista, Mennonista. Et verò non auersabor Stoici nomen, sed Stoici Christiani. Tibi lubens convitiatoris, linguæ tuæ calumniatricis nomen concessero. De me verò, quia dicendum est, Deum testor & homines, post calumniam natam, apertiore ac mendaciore calumnia neminem petitem. Ego Stoicas in omnibus opinationes sequor? Quin disertis clarisque verbis, non infima illorum damno & detestor: in quibus tamen cum Christianis contesserant, sequor, & lubens sequor. In quo quid peccavi? Numquam putavi te tam matulam. Intelligis quæ scripsi? An ut prava quæque ingenia, in meis verbis nihil intellexisti, nisi quod ante lectionem animo tuo parum sano tacitus tecum formaveras:

---procul hinc, procul ite nocentes;

Si cui corde nefas tantum.

An quia tu cum Luthero aut Calvino tuò Christum aut ignoras, aut mendacio ad eò diminuis, ut non jam Christus, id est non Deus, sed sceleratorum maximus, eoque nomine exquisitissimis inferni tormentis addictus; tu eadem, aut deteriora, si tamen deteriora fingi possint, animò affingas meo? Quisquis tam in probæ linguæ est, non Judæ

Marsyæque timet manum & rudentem?
nam quæ mitiora speret?

De

De Legibus deinde quædam subjungis, quibus me pro conditione loci accomodem. Quid vis? in singulis provinciis damnare me quæcumque non probo? Non soleo. Probare singula? Neque illud soleo; nec factum à me ullo tempore. Vis ad quæcumq; adversantem animo meo legem, ad arma decurram? Non est instituti mei. Vis verbo saltem tester displicere? Si emendatio speratur, benè mones, & ex mente mea: sin gravius timetur malum, non transco in partes tuas. Quod qui faciunt, quid aliud sunt quàm diffensionum publicæ tubæ? Quàm civilis, quo ardemus, ignis sarmenta & fomes? In quam te quoque flammam aliquid occulti ligni suggessisse ut credam, facit tua hæc ad seditionem nata malignitas.

CAPUT XII.

*An Oratio De duplici Concordiâ Jenæ
à LIPSIO habita.*

REDANIUS. Quid respondebis ad Orationem Jenæ à te habitam, De duplici concordiâ, Litterariâ & Religionis?

LIPSIVS. Non pudet palàm mentiri? Si satis ad veritatem est, dixisse; satis fit ad calumniam interimendam, negasse. Et quis innocens jam erit, si dixisse sufficiat? Quis non aliquid meum aut alienum adumbrare potest, & protrudere? Hoc si valet, latissimus hic ad calumniam limes: & in quo liberis quadrigis illa invehatur & exultet. Verùm ad rem ipsam. Ego Orationis illius parens? Ab alio Jove venit hic Vulcanus; & cui cerebrum pituita sic obruit, ut vel inspectâ illa, me & stilum meum non requirat? Pleraq; sine Charite & Venere, languida, insulsa, sordentia, absona, quæ norma & Grammatica respuat Latialis: & horum ego sum auctor? Age, ex ipso scripto quid si palàm elicio & efficio me scriptorem non esse? Dictam Jenæ, xxviii. Julii anno cio. io. lxxiv. vult auctor. Portentum! quod nullus explicet ab Etruria aruspex. Ego tunc Jenæ? Quatuor antè mensibus non fui: quomodo ergo Jenæ dixi? Nisi cum Plautiniano Sofia, *Ego met me illic reliqui, & si forte oblitus fui.* Quid si ipsum Amphitruonem prodo, hujus Alcmenæ virum? Hujus Palæstræ è Plautina Rudente Darmonem; & ipsius aded confessione, hujus filix patrem? Quid lates? Imò quin prodis? Quin te

calumniarum instructor scenæ. Hic ille Pandorus, qui malevolentiae mantello testus, sagittas spargit, & vulnere in LIPSI O locum quærit. Plura de hoc homine non dicam, dicent alij. Qui tamen, si me audient, nihil dicent, nec dignum judicabunt, in quem nudent dentes. Qui cum laudem sibi quæsisset, tamquam à manu meâ; & vanitatem ostentavit suam, & à me, dictionis suæ infantiam, notam omnem auertit. Quis enim, ne si conetur, tantas ineptias in tantillam congerat orationem, tot Therfites in unum corpus? O semper æmula probis malignitas! Quid meam scriptionem, vinum meum, & vinum (liceat iudicium de me aliorum) Falernum, vinum Massicum, in-scitiæ, imò & malitiæ tuæ diluis aquâ? Ferrem, si puram miscuisses: hanc verò purulentam & in facie suâ natantem, quis ferat? Jam quæ hæc religio est, nomen parare nomine meo: imò nomen turpare meum luto tuo: scilicet

Ut pueris placeas, & declamatio fias.

O quàm

----- miserum est alienæ incumbere famæ.

Ne collapsa ruant subductis tecta columnis!

Factum. Subduco nomen meum, dictionis tuæ columnam: quid nisi ruant tecta, mentitis inædificata columnis? Nec tam miror Goldastum famam captantem, quàm hunc nescio quem de mendaci vagina ferrum stringentem.

----- Quo nemore unquam

Expiravit apert majoris dentibus apri:

Indica tygris agit rabidâ cum tygride pacem

Perpetuam: sævis inter se convenit ursis:

Ast homini ferrum letale incide nefandâ

Produxisse parum est;

armantur de convitio lingue, non uno vulnere jugulaturæ; de mendacio calami, non uno sanguine litim expleturi; de veneno dexteræ, non uno toxico perempturæ; & toties perempturæ, quoties hæc novi lectoris oculos subitura, Mæotide sævior ara;

----- quippe illa nefandæ Taurica sacri

Inventrix, homines tantum immolat; ulterius nil

Aut gravius cultro timet hostia.

At hîc dentes, linguas, calamos, dexterarum videbis, toties in mortem repetitas, quoties lectoris novi (ah nimium in fidem faciles!) paverit oculos.

APPROBATIO.

Hæc Postuma JUSTI LIPSI defensio utiliter typis mandabitur. Datum Bruxellæ, die XII. Augusti, anno M.DC.VIII.

Petrus Vinck, S. Theol. Licentiatus,
Censor ordinarius.

JUSTUS

JUSTUS LIPSIUS
CATHOLICUS,

S I V E

DE VERA JUSTI LIPSII

RELIGIONE CATHOLICA

DIALOGUS ARNOLDI A BOECOP

USIPIOPOLITANI.

H 5

DOCTRINA, VIRTUTE, PIETATE
VIRIS ADMODUM REVERENDIS,

GERARDO LIPPPIO,
JOANNI HASIO,
NICOLAO STEIN,

COLLEGII SOCIETATIS JESU

A P U D M E N A P I O S

T H E O L O G I S E X I M I I S .

NON diu, nec ancipiti consilii lance delibendum mihi fuit, R^{DI} PATRES, cui opellam hanc inscriberem; vobis deferendam putavi, vobis deberi: sacram Paginam, vobis DEO sacratis; Rem Religionis, Patribus religiosis; imò gemmis splendentibus, melius aliquod aurum. L I P S I U ' s est, quem vobis sisto, quem protego;

Non tam certandi studio, quàm propter amorem.

Illum impietatis & impuritatis insinuatum purgavi: non lustralibus aquis aut Oceani fluctibus, sed puris putis undis ab ipso fonte, id est Au&ore, desumptis. Scutum & defensionem suscepi, ut pristinae innocentiae restituam; probis, & si fieri potest, etiam aliis approbem. Sin minùs, istos contemnam. Satis triumphat Veritas, si apud paucos bonosque accepta; nec indoles ejus est placere multis. * *τοφλὸν ἔχει ἥτορ* * *Cacum cor habet plerumque hominum turba.*
ὁμιλῶ ἀνδρῶν ὁ πλεῖς, ait Pindarus. Magis autem ἀρετικῶν. Quos cum Pharaone obduratos in malitiâ & Caucaaso abruptiores hodierna docet experientia. Quis innocentior & sine labe purior, Virtute & Modestiam præclarior inter sæculares hoc ævo vixit, quàm hic noster? Appello vos Patres, qui interiora ejus novistis, contra fidem Catholicam

Quid

*Quid dixit ? Aut quid tacuit ? O rebus bonis
Non infideles arbitri !*

Sed vita & scripta etiam clamant, & dilucidè satis ostendunt. Ut omnibus notum & perspicuum esse liceat, nisi aures obturaverint, & lolio fors vicitaverint, ut oculi fallant in adspectu. Et tamen quis non illum culpât aut damnat ex istis ? In ludis olim & arenâ observatum fuit, tauros purpura & tubore maxime concitari, qui tamen pulcherrimi sunt colorum : simile in hæreticis licet dicamus, quorum virus provocat ipsa Virtus. Exemplo est SOCIETAS vestra, & singuli è toto corpore Patres ; in quos velut de compacto omnes incurrunt, tamquam

--- *Epicuri de grege porci.*

Et qui de humano genere meliùs hoc ævo meruerunt ? Testatur hic & alter Orbis, majora hominibus commoda post homines natos ex nullo ferè Ordine pro-manasse. Alios ad frugem præitis aut deducitis, alios à vitiis retrahitis, aut illa appetentes retardatis ; nihil gratiæ, nihil metui datis, omnia ad justî normam dirigitis. In Indiis autem quot millia hominum ab idolorum cultu in viam salutis, feruore & labore cum molestiis manu duxistis ! morte & martyrio de novo per CHRISTUM mercati estis ! Sicut Solem illum, cum ortus est, videmus

Convestire suâ perfundentem omnia luce,
convestire, sed & demulcere: idem hîc dixerim, fulgorè vestrarum Virtutum honestiores quasque animas peruadere & persuadere, degeneres sanare. Hæc publicè ; quid privatim ? Puram & immaculatam vitam agitis, & cœlestem in terris ; super humana vitia & animorum turbines, in Pietatis, amoris Dei ac proximi, Virtutumque arce sublimes,

--- *velut altus Olympi*

Vertex, qui spatio ventos nubesque reliquit.

Ut non immeritò multi, quibus altius aliquod ingenium, vobis accenseri ambiant ; omnes boni benè velint, & vestras

---VIRTUTES in æuum

Per TITULOS, *memore* ^q₂ FASTOS

Æternent.

Sed ego laudare desistam: quia, ut Poëta cecinit,

Fucati sermonis opem mens conscia laudis

Abnuat.

Una ac verissima hæc SOCIETATIS laus est, ex vero non posse laudari: altera, non velle. Ad me & munus meum redeo: quorum utrumque vobis consecro. Istud tale, quale bonorum favor & amor fecerit: me, candidatum melioris & vestri amantissimum. Uspio poli iv. Idus Junias Anni à partu Virginis salutifero cio. ioc. x.

Arnoldus à Bæcop.

A COELO PROBANDUS.



LECTO.

LECTORIBUS SALUS.

ADESTE & favete, Vos fautores & amici
 LIPSI: abite & dolete malevoli & carpro-
 res invidi; nihil ego vos moror, quia iniqui. Si
 tamen posito adfectu non carpere aut capere, sed
 sapere advenistis, spectate & considerate, ut æquos &
 veros Lectores deceat. Lis olim mota LIPSIQ; illi, qui sic
 lites odit, ut nemo homo Orci portas; non de re levi, non
 de plumâ aut landâ, villâ aut villulâ, sed de Fide &
 fribus. Pectoris penetralia Amazone audaciores pene-
 trant, &, quod Momo non licuit, mentem introspi-
 ciunt, atque in unius DEI limites transcendunt. He-
 siodus ait:

* Men-
 tem ceta-
 runt mor-
 talibus
 immor-
 tales.

* Κρόφαρες γὰρ ἔχουσιν θεοὶ νόον ἀνδρώποισιν
 illi tamen buc eunt. Impuri Alastores! non ferunt ra-
 dios irradiantis illius Solis; & cùm Fama, quæ per Or-
 bem diffusa, tenebras inducere & nebulas obicere non
 possunt, aut ostendere

Dilapsam in cineres facem,
 insultant FIDEM. Et ut striges ac nocturnæ volucres
 ossa circumvolitant, & infasto morsu cadavera inva-
 dunt; sic protervuli illi Novatores & à Modestâ devij,
 admordere & arrodere conantur Modestissimi hominis
 veram Religionem, severam Pietatem. Et talem esse
 volunt, qualem nemo bonus approbare potest, aut quales
 ipsi infelici naufragio ab Ecclesiâ Catholicâ in propriam
 & aliorum ruinam enatarunt:

Tanta mali tamquam moles in pectore constat.
 Egrè scilicet illis est in re hâc seriâ dissentire, & mili-
 tem agere in veteris militiæ sacræ castris; quæ hi terræ
 filij, salutis suæ prodigi, aut apertâ vi demoliri, aut occul-
 tis cuniculis evertere satagunt. Ut enim stirpi arbores,
 fundamento ædes, sic illa Christo Servatori nixa & su-
 perstructa. Quid ais tu Tympanotriba Batave, non nauci
 homo? Num tandem aliquando militiam tuam confitebe-
 re, & fusci an atri alicujus spiritus instinctu marginalia

* è plau-
 stro.

illa *ἰδὲ ἀπαχὺς eblaterasse? Tu Idolomastix nefarie,

-- qui

----- qui perfuris acri

Cum fremitu, sævisque minaci murmure,
num quando vinci te patieris, malè LIPSIUM, impiè
DIVAM à te petitam? petitam dico, non læsam. Sagittæ
tuæ in aëre hæserunt, ad destinatum scopum non perve-
nère. Miserum LIPSIUM si talibus configi necessum
habeat, quoties vos Massageræ aut Sythæ jaculamini!
Et numquam etiam tu Britanne Aulice VERITATEM
à te subdolè suppressam agnosces, & tartareum genium
te inebriasse, & auctorem fuisse ut spurcis & fætidis tuis
frustis chartas impleres, atque in DIVÆ MATRIS &
μακρίτης illius nostri sinum besternam crapulam per os
redderes, & vinum olidum vomitu remittereris? Dic au-
tem quid fatis aut vitij te presserit:

* Καὶ μοι τὸ τ' ἀγὼς & σοὶ ἐτήρυμόν.

Sed ut dixi, sic sentio;

* Ἀ' σὲ τε δαίμον & αἶσα κακὴ, καὶ ἀδέρφατ' & οἱ &.

Tu autem è Gallia novus Poëta, quis te irritavit, aut

-----* τίς τοι κακὸς ἔχρατ δαίμων;

Ut tam petulanter in pium affectum viri pij arietares,
Flammato versans inopinum corde venenum?

Quid iste fert tumultus? aut quid omnium

Vultus in unum illum truces?

O sæculum! Ejus igitur naturæ bodierna isthæc malitia,
& hæretica pestis est, quam libidinosus Monachus nescio
an Liliatus exul ex faucij pectoris impuro gurgustio au-
ditoribus inhalarunt, ut omnes vel leviter infecti non
satis habeant privatim insanire, nisi & publicè grassen-
tur etiam, & laqueos aut foveas alius struant? O

Infanientis gens sapientiæ,

Addicta mentem erroribus impiis!

quæ magno emerit omnem famam bonos decòxisse, &
Catholicos viros inter oblitterata aut damnata nomina
esse!

Quò, quò scelesti ruitis?

Quàm vellem vos reverti! Respicite amabò & respisci-
te. Videte Dominum JESUM, qui tam pretiosè vos rede-
mit: cui dolorem quasi renovatis vestra novella isthac
paratura. Ecce à manè usque ad vesperam vos expectat
& expe-

* Atq;
hoc mihi
effet ve-
raciter.

* Læsit te
dæmon
malus &
mala co-
pia vini.

*--malo
quo dæ-
mone es
usus.

*& expetit, & suavisena vice ad ravim usque clamat ut respiretis. Quid injuriosi estis ei, qui tam benivolè invit-
tat? Expandit alas, qui vos alit, & renuitis congregari?
O fiat aliter! huc deferte onus, apud hunc requiem qua-
rite, qui vos reficere vult & potest. Purgate animum,
sequimini DEUM & Sponsam ejus Ecclesiam; in qua
sunt, ut cum Poëta dicam,*

Fundamenta, quibus nixatur vita salusque.

Syrtes in terra Africa esse dicuntur, in quibus homines obruantur æstu reciprocantium arenarum, ut qui semel ingressus, cum poterit exit, non cum volet: hinc aliter. Licet reverti in Sion, licet in integrum restitui, bonis & Orthodoxis iterum accenseri. Ecce mutæ quædam animæ & irrationales, medicinas divinitus sibi attributas in tempore agnoscunt. Cervus sagitta transfixus, ut ferrum & irrevocabiles ejus moras de vulnere expellat, scit sibi dictamno medendum: hirundo si excæcaverit pullos, oculare rursus de sua chelidonia. Et vos ad imaginem Creatoris facti, salutem non corporis, sed animæ etiam negligitis? Quosdam eo ingenio, siue vitio oculorum esse ferunt, ut de die cæcutiant, in tenebris cernant: forte an vos iis similes: & quod deterius, in animo alitis, quod illi corporis impedimentum habent. Verum enimverò si omnino

---rupistis fræna pudoris,

& detractum redire; si cum Ceritis furere libido est, vobis mali estote, nec aliis calumnias inurere aut scelera intentare præsument. Nulli enim homines celerius incidere debent in malam fortunam, quam qui aliis illam concupiscunt. Imò

*Qui ma-
la cumq;
alij fabri-
cat, sibi
fabricat
ipsi.

*Qui nusquam & numquam injurius sed quantum potest justissimus.

* Οἱ αὐτῷ κακὰ τύχει ἀνὴρ, ἄλλω κακὰ τύχων.

*Videte, obsecro, & serio semel legite (si non omnino vos mala factio excæcarit) hæc paucula, quæ pro LIPSIO ex LIPSIO congeffi, & uni quasi oculorum ictui subjeci, & sine præjudicio veraciter de illo sentite, ac pedibus in illam partem ite, quæ justior & æquior esse videbitur. Et scitote DEUM in calis arbitrum esse, satis idoneum patientiæ sequestrum. * ὅς ὁ δαμῆς ὁ δαμῶς ἀδικῶν, ἀλλ' ὧς οἷόν τε δικάστωτος, ut Plato ait. Imò,*

— * 05

.....*ὅς τε καὶ ἀλλοις

Αἰθρώπεις ἰφοῦν, καὶ τίυται ὅς τε ἀμάρτη.

* qui
mortalia
facta mor-
taleque
videt, de-
linquen-
tes quoq;
punit.

Deinde & ipsum heroa considerate, vivum virtutis & pietatis exemplar; postquam enim fretum adolescentiæ, æstus & fervorem ingenij superavit; postquam curæ alienæ non fuit; dum solidæ mentis fectis in solido; nullibi vacillavit, sed constans in Religione Catholici d: erseveravit. Ut Vita sufficere posset, si scripta non essent, aut dicta. Et rectè. Sicut enim arborum illæ optimæ, quæ non florem solum sed fructum ferunt: sic hominum, quibus præter ornamenta doctrinæ & sententiarum, vita etiam est ad frugem. Piè scripsit, & pro fide suâ Catholicâ adstruenda Catholice. Parum tamen illud si mores discrepassent. Sed illud certum est, & milleni etiam oculati testes, quibus liquidò jurare liceat, in hac parte superasse. Negant tamen aliqui & aliter interpretantur. Sed hæc ipsa nota non boni. Sit libertas hujus judicij: experimento didici, qui virtutem ipsam & canam veritatem non amant aut æstimant, vix istum. Et hercules quod nos amamus, & quod producimus; est ob istam. Sed libemus è multis pauca; & primum sit, quod in SODALITATEM B. Mariæ Virginis nomen dedit. Quod summæ pietatis indicium & instum esse, illi sciunt, qui eadem se manciparunt. Deinde ab eodem affectu Hallas & Siebemsu adspiravit, ivit, preces fudit, pronus aræ utrobique ad voluntus; pennam dedicavit & suspendit, Miracula et vulgavit, nec quicquam in vita prætermisit quod ad DEI aut Sanctorum cultum & honorem. Jam in morte non Stoicorum scitis contra vim morbi animum firmavit, sed pro vanis habuit: Christum crucifixum veram patientiam asseruit, digito in imaginem propè adstantem intento, cum subjecta precatiuncula: Domine JESU da mihi patientiam Christianam. Quid etiam? quàm primum se ostium spectare sentiebat & foras prominere, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis sacris mysteriis animam purgavit, munivit, fovit. In precibus & pietatis actu perseveravit, DEUM & Sanctos cœlites adit voce, suspiriis, oculis; & cum de Dei Matre quispiam ex adstantibus dixisset: Ecce nunc illa Patrona clientem

exspectat suum, & obviis expansisque occurrabit ulnis, *animo manibusque in altum sublatu*, sic devotè precatus est: O MATER DEI, adtis famulo tuo, cum totâ æternitate decertanti, & non me deferas in hac hora, à qua pendet æterna salus animæ meæ. *Ubi etiam in-
cruentum sacrificium Corporis Christi pro se oblatum ex
Reu. Quodam Sacerdote Societatis JESU Theologo intelle-
xisset: Faxit DEUS, respondit, Pater mi, ut sanguis ille
pretiosus in me abundè derivetur, qui in illa passione
effusus est. Et paullò post in hæc D. Stephani verba,
DOMINE JESU ACCIPE SPIRITUM MEUM, pie &
feliciter excessit, & caeleste regnum subiit. Ubi nunc tri-
umphat, & lauream capite & manu tenet, non à livore
aut calumnia eripiendam. Quid nunc oggannu Thom-
sone? Etiam Catholicum negas? Etiam simulatorem &
Stoicum aseris? Ficta hæc facta, coactas orationes, suspi-
ria, lacrymas? Etiam in hora mortis? In ultima viæ li-
nea? Ante tribunal supremi Judicis?*

O multa fleturum caput!

*--certè
aures sunt
tibi tan-
tum,
Queis au-
dire que-
as petiit
mens ipsa
pudorq;.

* ---- ἦν τοι αὐτὸς

Οὐδ' ἀνέμενεις, νόος δ' ἀπόλλυται καὶ αἰδώς.

*Sed & illa animæ cura post excessum, nōne orthodoxum
indiget? In Epitaphio, quod ipse sibi composuit in hunc
modum Lectorem & spectatorem alloquitur.*

Extremum hoc te alloquor:

Æternū ut gaudeam, tu apprecare.

*Pateram etiam duplicem inauratam, Constantiam di-
ctam, templo Patrum Societatis legavit, ut pro se orent.
Testamento condi se mandavit in æde sacra Francisca-
norum Sodalium, ante Virginis Deiparæ aram, ad
quam preces quotidie fundere consueverat. Togam opti-
mam pellibus suffultam B. VIRGINI ad ejus aram Lo-
vanii, in basilica B. Petri Apostolorum Principis, cultus
miraculisque celebrem, offerri & poni per uxorem voluit.
Et hæc non sunt clara indicia adstruendæ priscæ fidei?
Non adferam alia, nisi fors illud quis exigit, quod in scri-
ptis inter scripta, Miracula D. Virginis Lovaniensis re-
perta sint, eodem adfectu quo priora conscripta. Itemque
binæ panegyricæ orationes eidem dictæ. Sed hæc appro-
bata*

banda bonis. imò admiranda, damnare novelli nostri malunt quàm discere: & veteres avias, ut ait ille, displicet à pulmone revelli. O mala bestia hæresis! specie pulchra es, & arrides aut blandiris, cauda vibras. O indomitum orbis monstrum! mixtum, portentosumque, & ex diversis animalium congruentibus membris! quod nullis aptius quàm illis Virgilianis versibus describam:

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
 Pube tenus postrema immani corpore pistrinx,
 Delphinum caudas utero commissa luporum.

Suis non obstupefcat? ô fædam conglutinationem! horribile monstrum!

* τὸ δ' ἐκδιέσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
 χρῆσας πρὸς αἰχρὰ πράγματ' ἰσαδάς βροτῶν,
 Πανουργίης δ' εἰδείεν ἀνθρώποις ἔχειν,
 καὶ πάντος ἔργα δυσέβειαν εἰδέναι.

* Hoc illud est, quod mutatur & mentes docet. Ad fœda rerum & prava se convertere: Fraudis dolosque suggerit mortalibus. Et improbos simul que & impies facit.
 * præfracti.

*Sed ego cum hoc visio non luctor amplius, ne inquiner vel contactu. & omnes illos qui hoc alunt dimitto: * κερᾶς. Βολοι enim sunt, & rationibus vix inducuntur. Æquos lectores & bonos compello, de quibus demerendis non anxia mihi cura est, nec multum laborabo. Ut boni enim bonis favent, sic in re bona bene sentiunt, & gaudent si quid boni eveniat bonis. Quod in hac sermocinatione videbunt, non enim calumniari sed purgare animus fuit, candorem non livorem præferens. Sed hoc etiam sciri convenit, plura & præclara multa adferre & adnectere me potuisse in rem, sed non licuit. Extra oleas divagari non debui & limites; & transiissem si quidquam non ex Lipsio. Quædam tamen addidi aut interjuxi, sed omnia fere sub persona Auditoris. Quem & scire vos velim in quibusdam interdum connivere, approbare, sed ut eliciat veritatem. Sed satis diu vos detinui, audite nunc Lipsium, & molestum satis Auditorem, ut Doctorem suum in arenam provocet; ac valete.*

JUSTUS LIPSIUS CA- THOLICUS, SIVE DE VERA JUSTI LIPSI RELIGIONE CATHOLICA DIALOGUS.

JUSTUS LIPSIUS. Quid igitur molestus es & semper insonas de rescriptione; ac velut classico me excitas ad pugnandum? Nollem te hoc facere. Nam cum naturam meam, cum rem ipsam, cum finem fructumque video, inclino ad silentium magis. Natura sanè mea mitis & tranquilla est, & vehementiori omni adfectui aliena; & ab ingenio meo deserar, si irasci velim aut litigare. Et si me non nosti, scito non esse pacatius ingenium in Belgio. AUDITOR. Non es pugnax, ipsa pacis proles: & scio, nihil minùs libenter te facere, quàm repugnare, etiam læsum, etiam in facili & justa causa; sed ubi ævi gratia aliquid dicendum, tam virum ostendes, quàm duobus aut tribus illis olim aut nuper, qui non lætantur te provocasse. Palmam de te usque adhuc quis tulit? Jactare lubet, quia novi te & alios: & in bona hac utiq; causa, veniant cum Hectore Achilles, non subduces. Age, repone aliquid,

*Lipsius
varie & à
diversis
adburta-
tur ad re-
sponden-
dum ca-
lumniato-
ribus suis;
sed ille ne-
gat, quiescit
& pacis
amans, nec
avidus re-
scribere,*

*quamvis
jam antea
fecerit, &
omnes cum
gloriâ vi-
cerit.*

---pœnasq; inimico à sanguine sume.

Nonne vides, multos favere contra te dicentibus, & sine examine pedibus in partes illas ire? Retrahendi sunt, & vel invitis oculis fulgor veritatis inferendus. LIPSIUS. Respondi quibusdam, fateor; sed comiter, non acerbe, & commissionem & ludum magis dicas, quàm pugnam. Non enim tantùm sine plaga, sed etiam sine suggillatione & morsu: sicut decet veræ pietatis alumnus. Non est meum Thyestæo more, quod hodie obtinet, furere aut levire. Ævum hoc novi, in quo bonis modestisque multa ferenda sunt, stomacho Ciceronis, non animo Catonis. Quàm multis non respondimus? quos ut infantes vagientes habui, & risu non scripto componendos. Vespasianus Demetrium Cynicum in itinere sibi obvium post damnationem, ac neque assurgere neque salutare se dignantem, obla-

*Mavult
eos con-
temnere
exemplo
bonorum;
& quia
Tranquil.
cap. 13.*

Christia-
nus Philo-
sophus est,
ac

Veritas
vinci non
potest.

Famam
oppugnant
quam o-
mnes boni
merito a-
mant;
Salustius
Catil.

sed com-
mune il-
lud omni-
bus mag-
nis viris,
ut invida-
ntur,
antiquo &
novo auro
non autem
ladyantur.

Fama non
est nostra
potestatis,
& ideo in-
ter exter-
na habenda
est,
& utraque
excipienda
doctus.

trantem etiam nescio quid, satis habuit *Canem* appellare; offensæ injuriæque minimè memor executôrve. Grande patientiæ exemplum quidni imiter? Non probò istos, quæ ad singulos insultus se parant & exserunt, & in gladiatorem pugnant. Philosophi sumus? transeamus. Christiani? patiamur, alieni ab excetrâ illa delictorum omnium superbia & vindicta. Alacres & erecti per medium calumniaptium agmen incedamus, adversus linguarum omnium tela scuto tecti *Veritatis* & *Candoris*. Illi ringantur & liveant: nos Epinicia læti canemus, & avertentia sacra faciemus *Invidiæ* & *Pallori*. Et apud illos vincar aut vincam, parum est: cum Aristippo, *Ego victus abibo, jucundius, quàm illi victores, dormiturus*. Etli non potest hoc bonis arbitris: quem te censeo. AUD. Sed si vincere hîc inglorium, atteri etiam sordidum arbitrare. Objiciunt enim ea, quæ *Famam* tuam tangunt. Et quid rerum humanarum carius fama? Quæ jure est bonis ante bona omnia & ipsam vitam. Nam hæc utraq; caduca & fluxa sunt: & opes quidem ante nos sæpè, vita nobiscum semper abit: nomen autem & fama æternant; eaque sola, cum non erimus, hîc erunt. LIPS. De me ne labora, si quidam invident aut carpunt. An ego eximius sum inter homines, qui sunt, qui fuere? Omnes qui excellere aliqua in re conantur (non enim dicam excellunt) statim adflavit & adussit malevolentia ista aura. Cita veteres, reperies. Circumspice hodie nostros: idem. Quid miraris si *Marculus* aliquis hoc in me faciat aut *Lacon*? Mihi sententia de me non nisi apud me fertur: Nec quis sim, alium rogo. Interno isto iudice si probus audiam, quid addent aut dement mihi isthæc scripta? Calumniarum conviciorumque plena sunt: & corniculas citius in Africâ, quàm res rationesque solidas reppererim in istis. Vetus ille versus hîc valet:

Λόγος μὲν Ἑρμοδόρος εὐπορεῖσθαι.

Sunt *Hermodori*, verba, mercimonium.

& digna, ut quicumque

Deferat in vicum vendentum tus, & odores,

Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

Nec famam tamen sperno aut negligo: sed hoc te moneo, non esse eam nostræ potestatis. Idè inter externa habendam, & in momentum nullum ad beatam tranquillamque vitam. Quis sim, in me situm est: qualis audiam, in vano isto vulgo. Qui in publicâ aliquâ famâ sumus, aut utramque excipere debemus, aut nullam: & satis si melior præponderet. Et mihi si qui hostes sunt, vitio suo non meo merito tales habeo. Labet fidenter loqui;

-----mèns altum spirat honorem

Conscia factorum.

AUD.

AUD. Quid igitur? Socratem te, aut Diogenem dicam? & semper in illius vestibulo ridebis pluvias, aut non senties te cum isto ludi? Cùm etiam tonent Xanthippæ, turbæ subsannent? LIPS. Faciant; nos contemnimus, & cum Demosthene decretum habemus. *τὸς τῶν ἀποκαθάρτων βλασφημίας ἔργα ἀπολύει*: *Calumniantium maledicta bonis factis diluere*. Illi qui se opponunt, aut sistere conantur benigniorem famæ meæ cursum, nihil agunt: sese edunt aut atterunt, me aut mea non delibant. Nec sentio illa tela volatica; nec lædar si sentiam. O quietem in hac parte nostram & securitatem! Audaçter dicam, linguam aut stilum non maculo, taliam vel contactu. Abite in vestras tenebras, quibus solum nomen *Lipsii* præscriptum leviter vos extrahit, gravius mox deprimendos. Ego autem sto, & fulgeo. Atque ut ignis paleam exurit, anrum nitidius reddit: sic istæ Calumniæ vanum aut vacuum aliquem absumant, vera virtute gravem illustrant. Nos ii sumus, cum Deo dicimus: & quidquid objiciant, bona Famæ aura hunc cygnum levabit, & à morte canentem etiam audient. Vetus versus est,

*Lipso bene vivere
propositum,
& malos
contemnit;*

*qui me
deprimen-
tur.*

*Generosus
ejus ani-
mus, &
confiden-
tia.*

Non est beatus, esse qui se non putat.

atque etiam verus, fateor: quia sapienti de sua beatitudine constat; nec scientiam solum, sed fiduciam ejus habet. Vides *μεγαλύνει καὶ ῥημαίνει*, magnificè & generosè me loqui?

Σὺν τῷ εὐκαίῳ καὶ μὲν ἔχει φρεσίν.

*Tacitus
Agricola.*

In jure & æquo magnitudo animi decet.

AUD. Vix tamen his temporibus, quibus *sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magnâ famâ, quàm ex malâ*. Apud veteres fiducia potius morum, quàm arrogantia interpretabatur. Adeo virtutes iisdem temporibus optime æstimantur, quibus facillimè gignuntur. Sed mi Doctor, si hæc te non movent, Religionem ne contemne. Nam nec illam immunem habent improbi sui dentis.

Ibidem.

Prima mihi debes animi bona; Sanctus haberi.
Ex quo sequitur, ut

*Religionē
malivoli
elevant,
omniū vir-
tutū arcē;
Horat. l.
Car. Od.*

supremo

Dilectus penitus Fori,
& virtutes etiam habeas. Nulla enim res magis animos & mores componit, quàm Religio: & illa ubi in pectus demissa, virtutum agmen sequitur. LIPS. Proh summe Deus! nec tibi ergo parcant, & tuo cælo? In rebus enim divinis & Religione inveniunt jam quod exagitent; & per quod nos, imò te lædant. Tua enim illa vox decretumque est, tua sanctio, *Abdita mentium cælesti menti refer-*

*21.
atque id
subdole,
scilicet
malè sen-
tendo de
mente*

interiori,
qua uni
Deo per-
spicua &
cognita;
eiusque
Socratis
præce-
ptum.

Non dicta.
dicta vo-
lunt; &
nec facta
sciunt, imò
Triquil-
lus Cap.
68. & Plin-
ius.
altera om-
nia scruta-
ntur, ut
insecta &
minuta
illa ani-
malia;
Triunum-
mo.

quod Plan-
tus etiam
prævidit,
aut con-
quectus est
de sui avi
Curioni-
bus.

O barba-
ros calum-
niatores!
O menda-
ces & im-
pios heret-
icos! qui
dissentire
in Religio-
ne pro cri-
mine ha-
bent.

Vah, novi-
tis illi hoc
audens?

hæc illa
ingemina-
ta liber-
tas?

vanda; nec pectoris hujus fibras pulsandas cuiquam atque referandas, nisi qui eas fecit. At calumpiatores aliter & passim jam (ô labem nostri ævi!) oculos linguamque il-
luc conjiciunt, & adyta interioris hujus templi scrutan-
tur & calcant. Socratis præceptum vetus erat:

Ὅτι τοι ἐν μεγάρῳ καὶ τ' ἀγαθὸν τε τίτῃται.

Adibus in propriis, quid rectum aliudque geratur.

Hodie contra fit, & emissitios oculos omnes habent. O non interpretes meæ mentis, sed divinos! qui non dicta mihi, non scripta, fortasse nec cogitata, tamen sciunt. Tiberium Imperatorem eâ oculorum acie fuisse ferunt, ut noctu pariter atque interdium cerneret: de his appositè dixerim, qui etiam ea, quæ in tenebris & solitudine ge-
runtur, explorant. Domum meam claudo? penetrant, Linguam contineo? pectus inspiciunt. Homines fugio? ipsi me inveniunt. Et ut muscas, atque ejusmodi minuta animalia, nulla cura submoveo: non item ulla cautione istos. Hæc Curionum illa gens, quam Poëta Comicus sci-
tè depinxit:

Qui res alienas curant opere maximo:

Qui omnia se simulant scire, nec quidquam sciunt:

Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt:

Idque quod in aurem Rex Reginae dixerit,

Sciunt: Quod Juno fabulata est cum Jove,

Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ij sciunt.

O Massagetæ aut Scythas! Cur non sic appellem? Imò omnibus barbaris immaniores sunt, qui nos modestè, graviter, piè, & sine cujusquam injuria viventes aut scri-
bentes invadunt, & laceßunt. Aude.

Nihil est profecto stultius, neque stolidius,

Neque mundiciloquius, neque argutum magis,

Neque confidentiloquius, neque periurius,

quàm isti. Atqui nunc etiam injuriam putant in Reli-
gione dissentire. Et illa causa sinistra de te suspitionis.
LIPSIUS. Multa stolidæ & vana in hoc ævo audiui:

Τὸ γ' ἐστὶν ὑπερβολὴ μαχίας.

Id est verè est culmen omnis insanie.

Itane? Et eò ventum? Et Neronæ iterum sunt, qui ve-
tant? Illi novi novitii, & nuper nati (nec ipsi negent) re-
gnum capient, & veteranos possessione justissima pellent?
Nova sua ferri volunt, & armis id pugnant: nobis non
licet vetera asserere; & ævi suffragis atque orbis appro-
bata? O Libertas, quam præscribunt, & pro qua arman-
tur! Indignor hæc fieri, & mecum boni: sed mederi alio-
rum est, & a responsione nostra frustra id speres. Ille in
bono & recto firmus

--- per-

---per obstantes catervas

Explicuit sua victor arma.

AUD. Sed quis melius mederi poterit quàm tu?

Τὸ δὲ νῦν γὰρ μέγιστον ὑπὲρ ἀνάντων κλέος ἐστίν.

Cujus certè nunc maxima ad cælum gloria :
cujus pectus madet omni genere elegantioris doctrinæ
& sapientiæ : cui divinum ingenium, in admirationem ævi,
vix in exemplum (quis enim imitetur, vel ausit?) à Deo
datum.

Uno ore quæ plurimæ consentiunt

Gentes esse virum populi primarium :

Unde populi & reges omnes consilium expetant,

Suarum rerum incerti.

qui in stilo latinitate, perspicuitate, elegantia, ordine vi-
cisti omnes, qui fuerunt, qui erunt : & palmam habes, non
magis quàm Herculi clavam (omnes omnia faciant) ex-
torquendam. Præter jam dictas, etiam duas illas in elo-
quentiâ virtutes habes, quòd copiosus sis in Brevitate, ve-
hemens in Facilitate ; & solus ut mihi videre affecutus,
quod contra rerum naturam est, Brevitas ut obscura non
sit ; quod vel maximè in laudibus tuis existimare potes.
Ostende te igitur & descende in arenam : scio enim,

καὶ τοὶ δὲ ραγὶ ἐστὶ, καὶ ἀσωτῶς ὀμφαλόεσσαι.

Et tibi sunt hastæ, sunt & tibi scuta rotunda :

coërce in mendaciis vagabundos, redige in veros timores,

---actipiter velut

Molles columbas, aut leporem citus

Venator in campis nivalis

Æmonia.

LIPS. Ego faciam ? apage, honestior sum, non violò
edictum Augusti. AUD. Peto & oro. Et nò tue tibi ami-
corum preces iussa sunt ? Inter amicos petitionum debet esse
conditio, ait Symmachus, ut præstentibus prona videantur,
quæ sunt magna petentibus. * Non enim aut levi mercede emit,
qui precatur, aut pretium accipit, qui rogatur. LIPS. Malus es.
AUD. Quid ita? LIPS. Quia verè captatorem agis, & blan-
diris, sed ut in retia tua compellas.

---γέρων δ' ἀλώπηξ (ait verbum) ὁ χάλισ κ' αἶται.

---Vulpecula haud capi. ur senex.

AUD. Imò patiare te capi vel meâ hac cupidinè, quam a-
mare & laudare in adolescentiâ nostra soles. LIPS. Quid
ergo me vis facere? Ora his claudere? Non possum. Irena-
binus. Sicut ignem qui gladio fodit, scintillas in te plures
& stricturas elicit : tale in istis ; cæde & dissipa, acrius in-
furgunt. Est hoc ingenium contumaciæ, subjici posse, non
domari. Alexiaco Hercule opus est ad Hutæos istos ex-

Indigna-
tur Lipsi-
us; & pro-
ponit ta-
men non
respondere,
quævis
unicè a-
piens, ob in-
effabiles
ingenii
dores.
Ennius.

Stili ele-
gantiam.
&

summam
eloquen-
tiam.

Home-
rus.
Et solus
coercere &
reprimere
potest.
Horatius.

Instant or-
go boni o-
mnes.
orant,
Lib. 7. c. 1
pistol. 25.
* Apule-
jus lib. 3.
Flor.

exerans.
Quævis
irritari ca-
lumniasio-
res potius
possint,
quàm
domari.

Lipſius
au:ero non
ladi: &
Horatius.

plebs ſit
qua male
die eo ſu-
ſpiciunt
Tacitus.
Plautus.
quod ca-
vere nemo
potuit.

ORDO
ſermonis
& ſinis,
cum SER-
MONIS
PARIES
QUATU-
OR.
I. Qua-
lis fuerit
it. Qua-
lis ſit.
III. Quid
prober.
IV. Quid
damnet.
Pœnulo.
precation-
em ad
Deum, &
excusatio-
ne quadā
diffuſio-
nis ac

ſtinguendos, qui dejecti, ubi terram, cujus ſuboles ſunt, te-
tigerunt, non robor pro victoria, ſed pertinaciam reſum ſūt
pro ſactione. Sed iſti mei quid efficiunt? Ut liberè dicam

Multa Dircaum leuat aura cygnum;

atque illi tela non perventura, adeò non læſura ſpargunt.
A U D. Sed quomodo dimitteris à concepta ſuſpicionē.

LIP S. *Vulguſ primum ad ſuſpicionē*: nam probi & boni eas
non allectant aut ſovent. A V D ſed interim etiam

--- omnes probos bonoſq; accutere addcet,

Suſpicionem & culpam ut ab ſe ſegregent.

LIP S. *Non poteſt utrumque fieri.* A V D. *Quapropter?*

LIP S. *Rogas?*

Nē admittam culpam ego meo ſum promus pectori,

Suſſicio eſt in pectore alieno ſita.

Sed parum cauti aut probi ſunt, ut rem dicam, qui adten-
dunt: & occultè cupiunt, aut eſſe tale aliquid (novimus
ingenia) aut ſimulant ambigere, ut in arenam me proli-
ciant, & voluptati eorum pugnem. An & tu quoque de fide
mea opinari cœptas ſequi?

Si ſatis affirmaffe fuit, ſatis eſto negaſſe:

& à verā
fide alieni.

Eſt illis potiùs, quàm mihi, certa fides?

Nam ego certò ſcio non niſi ab iis morderi & calumnia-
ri me, qui cum Religione verecundiam exuerunt. Sed ſi-
cut ocymum qui ſerunt, feliciùs id naſci ad convitiā in-
terjecta autumant; ita illi ſpargendis contumeliis ſecun-
dius mihi nomen parant. Et caprificum etiam ajunt, cū
ipſa maturas ficus non gignat, infecta tamen quædam
producere, quæ veras ficus maturent, ſcalpendo, morſican-
do: ſic avitæ fidei illi decoctores, probos bonoſque calum-
niando & mentiendo. A U D. Frequens ergo hæc mea po-
ſtulatione non poterit expugnare tuum propoſitum. LIP S.
Flectere. Non ut fatear inſcipi à me deſenſione, ſed ut
negare & rogari deſinam, feſſus jam clamore & expoſtu-
latione continua. Et dicam ſemel ex profeſſo, *Qualis olim
fuerim, Qualis nunc in re RELIGIONIS ſim; & Quam pro-
bem, aut Damnem.* Nec pigebit memoriam prioris vitæ, ac
teſtimonium præſentis ævi eloqui. Hic interim ſermo ho-
nori Orthodoxæ fidei deſtinatus, profeſſione pietatis, aut
laudatus erit aut excuſatus. A V D.

Quam orationem hanc aures dulcem devorant!

LIP S. Tu Deus, à Deo genite, Homo ex homine genite,
hominibus genite, da in memoriam fugitivam redire, da
quod actum à me, memoriæ prodere; tibi in honorem,
bonis in fructum, pravè ſentientibus in reſipiſcentiam.
Ordinem jam dixi, & quia digna hæc materies, pleraque
non diſtinctè ſolū, ſed diffuſè dicam: nec diſplicebit
accuratio illa, cui Una, Vera, & Catholica Religio pla-
cebit.

cebit. De reliquis & exteris non laboro: non enim ego illis placere volui. Nam quam ego laudo, non probant illi; quam illi probant, ego reiicio. Probent proinde, improbentve, quam ego doceo, nec manum vertero. AVD.

contemptus
improberet.

*Æquum est ab æquis te par impetrassere;
Ab iniquis porro, haud æquum est æqua postules.
Valeant iniqui, & mali habeant magnum malum.*

Lipsius.

LIPS. *A quum esse putas non reputas, laboris quid sit.*

Amphit.

AVD. *Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.*

Asinariâ
Pseudolo.

Et quasi per nebulam scimus atque audimus:

Fateor eos esse importunos atque incommodos.

Sed quæso, quod sum percontatus, ne id te pigeat proloqui.

LIPS. ---- *Iurato mihi*

1. Sermo-
nis pars.
QUALIS
OLIM
FVERIT.

Igitur necesse est loqui, quidquid roges?

Ita me obstinate aggressus es. Non audeo

Profecto, percontanti quin promam omnia,

Proinde actutum istud quid sit, quod scire expetis,

Eloquar; ---- nec dicam dolo:

Ad Lecto-
rem Epist.
Quæst.

Si quisquam est, qui probari se cupiat PROBIS,

ORATIONE, VITA, SCRIPTIS denique:

In his audacter nomen profiteor meum.

A PUERO eductus, doctus, liberaliter

MORES MAJORUM simul & DOCTRINAM insili;

*A puero
igitur Ca-
tholicus
fuit, &*

Nec ego istos mores novi sæculi novi:

a quo Religionum, ut sic dicam, thyrso percussæ, bacchan-
tur ac gallantur multorum mentes. b Novitia igitur (nam
& prosâ dicam, quod dixi versu) parum ad meum pala-
tum, mores & Viros antiquos amabam: c omniaque ad ri-
tum priscum colebam: nec Pietatem aut Doctrinam aliam
æstimabam, quàm quæ erat talis. Passurus etiam pro eâ, ubi
opus, voces, calumnias, damna.

AVD. ---- fortissimus ille est.

a Elect. 1.
2. cap. 18.
b Cent. ad
Germ. &
Gal. epist.
92.
cum Majo-
rib. sapuit,
quamvis
c Cent. ad
Germ. &
Gal. Epist.
18. 19.
cui damno
& calum-
niis, quia
Lucanus.
Scribanus
Amphith.
Sacramento
baptisma-
tis obstri-
ctus.
Cent. 3.
Miseel.
epist. 87.

Qui promptus metuenda pati si cominus instent,

Et differre potest.

Incurrunt mala? Fluent fortè lacrymæ: sed quas Virtus
& bibat & siccet, ne honesti limites transilient. Milites
videmus prædæ cupidine adversa tolerare; quidni & nos
leve aliquod dictum aut damnum contemnimus, præ me-
lioris vitæ spe & promissione? Vovimus Catholici nec
prosperis nec adversis de gradu dimoveri, in veritate &
antiquitate firmi & erecti. LIPS. Rectè putas. Et ego si
aliter sensissem, fefellissem Sacramentum, quo baptismo
obstringebar. Sed quod magis, cum Coloniae Ubiorum à
Patribus Societatis Jesu instituebar, pietas pectus meum
tangebatur. & Patribus ipsis volebam accenseri. Parentes sci-
verunt,

Societatis Patribus accenseri cupit nolunt Parentes ac retrahunt.

verunt, abduxerunt, & annos jam sexdecim natum Lovanium amandarunt.

Quæst.
Epist.
Peregrina-
tur per di-
versas ter-
rasque

*Postinde cum jam flos ætatis surgeret,
Et spatia extremæ ingrederer adolescentiæ,
Magis magisque impendiosè litteras
Amare occœpi, assiduus legere, scribere.
Cum interea, uterque demoritur parens, loci;
Ego hanc occasionem ad studium Musicum
Esse ratus, concepi iter ad oras Italas.
Germaniamque in terram, & terram Galliam
Quæsi ad mercatum litterarum pergere.
Concepi perfecique. Dco esto gratia,
Lætitiâ peperit, parietque, hic mihi labor.*

litteras di-
scas,

& pruden-
tiam, idq;

AUD. Quippin! pulchrum, imò & fructuosum est, mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum, & diversam aquarum coeliq; temperiem cognoscere cum Vlyssæ,

Homerus,
Vlyssæ ex-
emplo.

--- ὃς μάλα πολλὰ Πλάγχθη, ---
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ὄρεα, καὶ τόξα, ἐγνα.
--- qui per sola multa

Γαλατίας, ---

Multorumque hominum mores atque oppida novit.

Lovanium
revertitur,
& studiis
invigilare
pergit; post
Callius
Parmen-
sis.

LOPS. Et cum jam iterum in patriam reversus, aliquamdiu Lovanij egeram modestè, & studiis vacans,
--- nocturnoque ex somnis olivo

Immoriens;

acriores belli procellæ & venti exsurgunt, quibus nihil propius factum, quàm ut mergeretur Belgicæ navis.

--- Nam terras cruor

*Infecit omnes fusus, & rubuit mare,
Et scelera dempto fine per cunctas domos
lære. Nullum caruit exemplo nefas.*

Seneca
Hippoly-
to.

belli mu-
ltum in
Batavi-
am ejeci-
tur &
aliquam-
diu com-
motè egit.
Cent.
Miscell.
epist. 67.

Fluctu tunc aliquo grandiore cum pluribus ejicior, & circumagor Numidæ in morem. Aliquamdiu discurre sine lare, sine sedibus, quas tamen posui in Batavis: sed temporaneas, non perpetuas, & ut stationem ibi haberem, non portum; saltem dum consulescerent turbæ, atque iræ lenirent. Et commodè etiam egimus, nisi quòd inter eos, quibus rerum bonarum non magnus sensus. Fui tamen

*Amico amicus, benivolenti benivoltus,
Ingenuæ frontis, oris & cordis probi.*

Malos ibi-
dem aver-
sabat.

Sed erant ibi rara ingenia, quæ pacem, quæ quietem amarent; hoc est, ingenii mei perpauci: & iis, quos juvabat

Horat.

--- clamor, galeæque leves,
Acer & Mauri peditis cruentum

Vultus

Vultus in hostem ;

--- & litus tubæ

*Permistus sonitus, bellaque matribus
Detestata;*

quibus compositis rebus nulla spes, & omne in turbido
consilium, numquam hoc latus adjunxi; nec cum iis amici-
tiæ foedus colui. De me testabar publicè, Pacis mihi inge-
nium esse, & cum Hesiodo,

& fugio-
bas.

Μηδὲ κικλῶν ἑταρον, μηδ' ἐδλῶν νεικεῖν ἥρα.

Hesiodus.

Nec pravis socium, obrectatorumve bonorum.

AUD. O bellè! ô pulchrè! sed & feliciter; nam inter illos
vivere, & in publica aliqua fama vigère,

sed non sine
periculo,
cum

Periculose plenum opus aleæ.

Et si quis conatur, aut blandientibus auscultat,

---- incedit per ignes

Suppositus cineri doloso.

Quintusculque non seductus & corruptus consuetudine fa-
cile allubescenti illius gentis,

facile cum
Cretis Cre-
tizans,

Βεβαρβαρχήεις τε παροικῶν ἐν βαρβάρῳ;

Faciliusque barbarus habitans cum barbaris:

Id ego fabulosa illa mutatione Cadmi significari existi-
mem, qui relictis Thebis in Illyriam abiit, mox transfor-
mandus in Draconem: non quidem reipsa, sed moribus &
vita. Pro Græcis enim & mansuetis barbaros & feros as-
sumpsit, & vitam instituit ex consuetudine populi feram
& à priore degenerem. Sicut terra interjecta luna lumen
à sole amittit; sic animus obnubilatur interventu alicujus
dignitatis aut honoris, apud degeneres illos Christianos,
& tandem irretitur. Sed tu aliter, & ut araneorum casses
animalia fortiora perrumpunt, sic istos ab insidiantibus la-
queis constanti & robusta mente contrivisti.

à pice in-
q. sinamur
quamvis

Lipsum a-
liter &
prudenter
evaserit
Euripi-
des.

.... καὶ ἀπειθήσας θεῷ.

--- non inobediens Deo.

Et ut Juno illa Homerica, in concilium Deorum veniens, à
nemine poculum nisi à Themide accepit; tu ab antiquis
monita. LIPS. Quidam tam improbi, nec excuso, sefellere
me: nec latentia illa vitia adolescens prorsus intueri po-
tuit, iudicii acie adhuc infirma. AUD. Phocylideum illud
apud Clementem Alexandrinum legi:

Ad Lect.
Critico-
rum.

Πολλὰ πλανήθηναι διζήμενον ἐμύχραι ἐδλόν.

Qui cupit esse bonus, fallitur sæpè ne esse est.

s. Stro-
mar.

LIPS. Sed ignotis saltem adhæli: notos fugi, nec placuit
quispiam, cui non Pietas & vera Virtus. AUD.

pitt & pro-
bis se ad
junxit

--- Virtus rebus omnibus

Anteit profectò. Non peribit cum perit,

Quem penes est virtus. Virtus est immortalitas.

LIPS.

apud alios
commu-
nem viam
interdum
instituit,

Cent. 5.
Miscell.
epist. LXI.

LIPS. Cautè interdum egi; & vitam humana & communi via institui. Scenæ serviendum putabam, quamdiu ego in isthoc theatro. Vidēsne ut nautæ vela sinuent & obliquent, & teneant nihilominus suum portum? Imitabar. Nec fregi majores & decumanos fluctus, sed vitavi aut declinavi; & in externis personam interdum sumpsi aut posui, pro re aut pro ævo. Indictis aut factis, in communi Europæ motu, interdum titubavi. Et reverà in aliena religione, in æstu adolescentiæ, inter blandientes aut terrentes, facillè fuit in speciem culpæ venire, si non in culpam. Ad prudentiorem aliquem appello. AVD. Res clara est. Nam illis placere non poteris, nisi similem te aliquo modo facias, aut dissimules. Et eras ibi apud

Suspiciosos, fraudulentos, duplices;

Qui fronte hilaro, corde tristi obambulant;

Qui gaudent, si quid alteri evenit mali;

Qui moerent, si quid alteri evenit boni.

Quos placitum est, laudant; quos placitum est, vituperant:

Verò ne an falso, sicum non interduint.

opiniones
nō admittit
Cent. ad
Iraios &
Hisp.
epist. 18.

LIPS. Opinionum tamen aura pestilens, quæ oram illam infecit, me nō afflavit: & inter ægros multos & causarios, sanus ambulavi, in hac quidem parte. Alpheus mare Siculum subterlabi dicitur, sine mixtione undarum, ad suam Arcthusam; ego per improbos & impios ad veram pietatem. Et ut Athletæ in stadio oculos ad metam & bravium intendunt; sic mea mens semper ad Cælum & æternam illam palmam intenta erat. Pietas mihi interna & vera erat proposita, Modestia & Virtus. Eram enim ex iis, quibus illa in corde magis, quàm in ore: quique factis exerceri eam acriter malebam, quàm verbis. Fama tantum longa bonis studiis artibusque parari potest: vita æterna, bona hæc vita. AVD. Rectè. *quod sumus professione* (verba D. Ambrosii sunt) *actione potius quàm nomine demonstramus: ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini. ne sit nomen inane & crimen immane.* Ut poma, in Judæa, non poma nascuntur, quæ contacta in fumum abeunt & vaporem: talis verbosa illa pietas, sine vitali operum succo. Sede finibusque in Batavo littore, mente animoque nobiscum egisti, cetera similis bonis. Ut radii Solis in fordes & caligantia loca conjecti, illustrant, non inquinantur: sic tu interferos squallentesque amicos resplenduisti vera virtutis tuæ luce. Sed de pietate: illam animò gerebas inclusam, nec preferabas aut præferabas clarè in scriptis? LIPS. Si veram causam vis, factum à me parcius in isto ancipite statu rerum & varietate judiciorum, metu offensionum. Ecce non sententia sed verbum aliquod à calente calamo anceps fugerat, calumniarum subditus & magnus ignis. Quæ causa in meis

Virtutes
colebat cū
pietate, sed
privatum;
Prescript.
pro
Const.
D. Ambrosius.

nec istam
semper pro-
ferebas in
scriptis, ne
offenderes,
Cent. 1.
Miscell.
epist. 97.

meis scriptis abstinuit me, fateor, ab altiori initu in sacram illud rerum mare: quò materies alioqui & ingenii ventus vocabatur: sed repressit hic metus & adnavigare iussit littus. **AVD.** Talis locus erat, in quo oportebat,

καὶ τῷ λατρεῖν. μὴ τ' ἀντιπῶνίςιν ἀνέμοισι.

Phocylid.

Temporibus servire, nec adversarier ausis.

Nonne etiam Sapientiæ pars est, leviter desipere, & paulum extra viam rectam ire, ad vitandum violentum aliquem occusum? Germani olim in prælio cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quàm formidinis arbitrabantur. Quidni tibi idem licuerit in undoso istoc & opinionum turbido mari? Cur vela fecisses adversis ventis? Ut fluvii quidam, qui erepti oculis & sub terram reconditi, feruntur nihilominus ad suum mare: ita latent inter impios sæpè pii, & tacitè ad scopum destinatum perveniunt. Silentio tuti sumus, quando ratione non licet. **LIPS.** Cum tempore pugnare volebam, etsi haud serviliter servire. Apud me & interiorum animum liber eram, recti iudicii & sensus: in sermone interdum temperabam, nec offendebar qui poterant offendere. Sapientia vera, firma est, non tamen elata: non timet pericula, sed nec provocat aut lacessit. Ascanii illius apud Poëtam juvenilis nimis ardor est, qui

Tactus,
silentio re-
ctus & ta-
citurnitas-
ie,

& re ma-
gis quàm
ere bonus.

Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.

Virgilius.

Non ita ego. Qui abundè fortis eram, si excipiebam non etiam incurrebam in discrimen. **AVD.** Rarò allisa navis est, quæ modico velo legit littus.

Interfusa nitentes

Vitans æquora Cycladas.

Eminentia feriunt procellæ. **LIPS.** Talis mihi mens, qui navim semper avertebam ab illis salebris, velificationem omnem dirigens ad unum tranquillæ mentis portum. Quo enim, aut cui bono aliter fecissem? Semper hoc videndum cui bono, ne sine emolumento Reipublicæ & suo; imò ne omnino res eat turbatum, intempestivâ licentiâ, aut ardore in fumum abituro. Displicent in Repub. non pauca, in Religione fors omnia? Videat an malo remedium reperiat. Non invenit? Sed nec perimat cægrum corpus, & quod invaletudine suâ extrema minatur. Prudentis medici est, in desperatâ valetudine, non adhibere desperata medicamina; quia plerumque tardè gradienti egro, præcipitio consulunt: ergo naturæ illum relinquit, & suggerit quædam in robur & levamentum, si fors fictrix natura mali, pulsâ, quâ opprimebatur, malignitate, revalescat: aut ut ægrum suum paullatim robustiori medicabulo paret, dum crescant vires generosiori medicamini respondentes. Igitur tacebam, nec monita spargebam non audienda. **AVD.**

nec impro-
visè non
profuturâ
proseque-
bat.

Proba-

Probare te aut tua iis volebas, qui non probabant? Frustrâ. Et hoc fuisset quasi cibum aliquem conciliare istis, qui abhorrent. Ille mihi prudens est, qui non in vanum spargit monita; qui quæ scit non profutura, domi suæ tenet, laxaturus habenas, & toto ostio emissurus, ubi melior ipse affulserit. LIPS. Feci hoc apud Battavos, in quo quid peccaverim, nescio: nisi peccatum sit diu siluisse.

*Sed nimis
timidè ser-
tassēs &*

AUD.

Epidicc.

*Tacere optimum est: plus scire satius est,
Quàm loqui.*

LIPS.

Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγύως.

Pauca quidem, verùm argutè.

Meliùs olim Pacuvius:

Pacuvius.

Ego odi homines ignarâ operâ, philosophâ sententiâ.

*debuisset
planius &
planius,*

Attamen silentium illud meum non testatione una, ubi tempus fuit, postea lenivi, sed spongia delevi: imò pro timore meo vano meliora majoraque illi genti reposui. In scriptis enim meis jacienda fuissent salutaria etiam monita & pietatis semina, etsi non statim profutura. Idque vel ab agricolæ exemplo. Ille, si hoc alteroque anno ipse destituit, tamen arat, occat, serit: & Bonus Eventus serius, sed uberius, sæpè respondet. Et ut senex ille in Synephebis,

*agricola
exemplo,*

Serit arbores quæ alteri prosunt sæculo;

*ex dicto
Seneca,
Epist. 25,
& alio si-
mili.*

sic ego monita admiscere potuissèm, quorum fructus ad multos redundassent. Senecam audio: *Quare verbis, inquit, parco? gratuita sunt. Non possum scire, an ei profuturus sim, quem admoneo: illud scio, aliam me profuturum, si multos admonero. Spargenda est manus. Non potest fieri, ut non aliquando succedant multa tentanti.* Et pulchra etiam illa ratio. Quod sicut gemmæ, etsi in lutum aut sordes abjectæ, splendorem non amittunt, sed dies postea revelat & attollit: sic in istis quæ benè, honestè, piè dicuntur. AUD. Plura tu etiam volebas? Audi Euripidem:

Euripides.

--- ὅς δ' ἀζήμιον

Γνώμῃ μὴ ἔσαι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.

--- non vel hoc noxâ vacat,

Si mens inest sapientibus sapiens nimis.

Vide cùm pauca & timidè quædam de religione dixisses, quàm undique incurrebant, pænè dixerim

Ἀγροτέραισι σύβειν ἐοικότες

Agrestibus suis similes.

Quid futurum fuisset, si magis te diffudisses? Robur & est triplex circa pectus induendum fuisset, ut ibi erant homines, tempora, mores. Nihil enim tam probè dici potest, quod non vellicare malignitas velit. Et tu in ea Republica pruden-

prudenter de religione quædam differtiffes, quæ variam in primis & miscellam induxit, stabiliendo scepro? Tu tuam interspersiffes, qui unam, & unam tantum, in unâ Rep. semper probasti? Qui risisti Egyptios reges & Julianum Imperatorem? LIPS. Sed ego icio, non esse humani ingenij, optima quæque primis cogitationibus deligere & ferè secunda in viro consilia maturiora esse. Vetus illud verum est,

*Sed nemo
non errat.*

A' δ' εὐτε παρ' ὀφειδὸς σοφώτερος.

Posteriorēs cogitationes sapientiores.

In Religione tamen, ut dixi, nihil mutavi: in sede illorum non in sensu fui: & ut in peregrinatione, corporis non animi requiem illic elegi. In tempore, ut meum ingenium est, quierè modesteque me habui: non in sacra aut ritus eorum transivi. Vis aliqua compulsi? Aberat animus: & cum illi aliquando multa de Repub. de Religione, risi. Cleomenes Spartæ rex, Græculo cuidam multa de fortitudine disserenti, aures non præbuit, & avertit, Illo mirante, Quia enim, inquit, si hirundo hæc diceret, idem quod nunc facerem, atque affatim riderem: sin autem aquila, darem ei libenter mentem & aures. Simile mihi in illis erat. Quos ferio & cum affectu de utraque differentes risi, qui sciebam quomodo in utramque erant affecti. Sicut Vlysses ille blandientes, sed insidiantes, scopulos, surdâ aure præteruexit, oculos tantum habuit apertos; sic multa obiter videbam tantum, non in aures, minus in animum admitterbam. Semper enim mihi (ô tu qui vides & scrutaris has fibras!) semper stetit infixâ menti Religio vera, & à majoribus tradita; quam nunc palam loquimur & profitemur: semper ille noster sensus, antiquare & cum majoribus sapere: *vetera nobis. & quæta turbidis antehabere*: nec hunc calumnia aut vis ulla, non dicam exuit, sed nec exussit: ab illo

Euripides Rejectione.
Santonis, & Cent. ad Germ. & Gal. ep. 88.
In Religione saltem constans fuit & unus.
Nec Sueda

Majorum scita est mente dimovere potuit,
Tacit. 1. Annal.

aut vis ulla;

Me nec Chimæra spiritus igneæ

Divulsi umquam:

nec alia fraus aut argutiola. Non credunt? esto. hilum non ego deterior, sed nec tristior: qui sto apud Judicem, cui nemo mentitur. Ut radii solis per terram sparsi, à coelo & in coelo tamen sunt: sic noster animus Romano coelo semper adhæsit, etsi Batavo cœno illuxit. Pietas, inquam, mihi salva erat: & ex animo testor aut respondeo, non aliam me viam salutis novisse, quàm hanc, quæ per unum illum & directum limitem duceret. Et quisquis eâ caret, aut negligit, quid verum, non dicam Christiani hominis, sed hominis habet? Ad eam nati omnes, nos quoque peculiari Dei gratiâ instituti sumus: teneamus & amplectamur, unicam quietis hic anchoram, unicam ad perpetuam salutem viaticum & viam. Pietas enim caput virtutum, imò omnis virtus est.

Pietas non interminuit,

per quam cæleste regnum subimus.
ut certam & unicam viam.

K

AVD.

Arbitet.

A V D.

----- ô maxima rerum

Et meritò Pietas homini tutissima virtus!

Cujus studium

*A què pauperibus prodest, locu pletibus aequè:**A què neglectum pueris senibusque nocebit.*Tris-
gistus.

Pulchrè ille Ter-maximus apud Lactantium, Inst. lib. 2. cap. 16. *Μία φυλακή ἰνὸς εἶτα. ἰνὸς βέδς ᾧ ἀνέσπευε δαίμον κακός, ὅτε ἐμαρμενῇ καὶ πῖ. Θεὸς ᾧ ῥύεται τὸν ἰνὸς ἐν ὅκ πᾶσι κακῶ. Una custodia Pietas. Pium enim virum non malus Genius, non Fatum ipsam devincit. Deus enim eum liberat eripitq. ex omni malo.* LIPS. Verè dictum, ipse expertus sum: & eripuit me Deus ex malis illis & parum piis hominibus, & libertati reddidit; patriæ & amicis reddidit. O æterna sapientia, ô lux sine ortu aut occasu, lætus, lubens, laudes ago grates gratiasq. habeo; Quòd duce te evasi ex illis salebris, & loca deveni, per quæ facilior mihi & tutior ad te cursus. Nam nisi tu dux auctorq. nostri consilii fuisses, nisi mirabiliter & præter spem robur dedisses, quomodo per tot discrimina & molestias, è quibus illa depulisti & has mitigasti, tot viarum ambages, in adfectâ meâ tunc valetudine, venissem ad propositam metam? Sed tibi gratia esto, jam illic sumus, ut non ultrà revisamus ambiguos & bonis parum gratos locos, quæ ipsa causâ deferendi. Ut enim aliarum animantium quæque aggregant se ad suum genus; sic inter homines meritò decet, quibus est similitudo & paritas puræ priscæ mentis. AVD. Sed & lenæ fuisse te, ajunt, & ibi docuisse. LIPS. Quid mirum? Publicè dudum sum professus. AVD. Et Orationes habuisse. LIPS. Vel vicens, non nego. AVD. Tales illas improbas & impias? LIPS. Hoc nego, hoc pernego: & palàm editâ Epistolâ ostendi falsimonias istas meras esse. AVD. Tamen iterum ajunt. LIPS. Et sæpius mentiantur. Si satis ad veritatem est, dixisse: satis sit ad calumniam interimendam, negasse. Nam hîc finis non sit, & oriantur *Tusca jurgi*, quod vetus verbum dixit. Nemo innocens erit, si dixisse sufficiat. Quis non aliquid meum aut alienum adumbrare potest, & protrudere? Hoc si valet, latissimus hic ad calumniam limes; & in quo liberis quadrigis illa invehatur & exultet. Sed parentem ipsum & nugatorem probe huius prolis, nonne *Carolus Scribanus Societatis Jesu* Theologus eximius ac multa eruditione clarus, qui & partes meas probè tuendas suscepit: nonne, inquam, ille quem amo ἕνα τῶν ἀληθινῶν φίλων, *unum ex ve is amicis*, ipsum Amphitruonem prodidit hujus Alcmenæ virum? Hujus Palæstræ è Plautina Rudente Dæmonem; & ipsius adeò impostoris confessione, hujus filiz patrem: AVD. Sed quis

Et ob hanc
Deus Lip-
sium
ab impiis
liberavit
& suis
reddidit.
Plautus.

idq. mira-
biliter.

Obiter de
falsis illis
& suppositis Ora-
tionibus.

quorū
auctorem
Carolus
Scribanus
è tenebris
produxit.

quis igitur ille, à quo, si Deo placet, aureus ille partus? **LIPS.** *Melchior Haiminsfeldius Goldastus.* Hic ille Pseudolus calumniarum instructor scenæ. Hic ille Pandorus; qui malevolentiae mantello testus, sagittas sparsit, vulnus intexit, non tetigit. **AUD.** Scilicet nemo nostrum inter oletum istud dijudicet & Lipsianam myrrham? Vah, tam frigidum, solutum, ineptum, & verbo dicam, impium! Et ille tenebrio tam stultus ut speraret se posse impingere nobis falsa tua persona? Bardi Typographi, qui tam ambitiose hæc divulgant. Sed credo in nostrum risum & suum quæstum. **LIPS.** O improbæ nimis & impiæ spei Orationes! Hæ scilicet illæ sunt quibus alienum me ab Orthodoxa fide fuisse contendunt; quibus me simulatæ vitæ infimulent; sed Deo gratia est, fulcrum hoc colapsum est, & structorem prostravit, me innocentem reddidit. **AUD.** Apud Batavos igitur & alios, semper mansisti in via recta quam ab adolescentia institueras. **LIPS.** Semper. sed vacillavi, imò cecidi interdum. Attamen surrexi, & cita celeritate correxi, quod temporis ereptum lapsu. Viden' ut miles quoque si cecidit, surgat alacrior, & animos irasqueumat à casu? Idem mihi factum, & quod in freto illo adolescentiæ, in illo inquam æstu ac fervore ingenij fortasse inconsideratius à me dictum aut factum, constanter emendavi. **AUD.** Præstat autem viam sistere, & temere aut calide aliquid dixisse, quàm fecisse. Deservescunt enim animi paullatim, & affectum veritas ac ratio vincunt. Sicut autem musto tempus damus, ut despuer, sic animo ut juventutis & opinionum fæces ejiciat.

*Melchior
Haimins-
feldium
Goldastum
esse docuit,*

*Lipsium
innocentem
reddidit.*

*Ita igitur
apud Ba-
tavos vi-
xit, & in-
terdum
vacillavit,
sed constanter cor-
rexit.*

*Et quis ab
errore in-
tuitus?*

Ἡ ἐν καὶ νεότητι ἐπιχειρεῖς λόγον ἀνθρώπου.

Vanam homini mentem reddit cum pube juvenit:

ait poeta ille sapiens. Nec culpæ te quisquam idcirco potest, aut probare à vera fide abiisse. Vinum, vinum esse non definit, si aqua leviter temperatum; nec vera Religio, religio, si guttæ in ea externæ labis. Et quis ille qui se labi & errare posse neget? Versus ille Phœbææ veritatis est;

Ἀμαρτάνει δὲ καὶ σοφῶς σοφότερος.

Erratq; sapientissimus sapientium.

Audi Romani nominis & Sapientiæ magnum Solem; audi tuum Doctorem: *Pro quocunque* inquit, *illud respondeamus nobis, sapientissimos quoque viros multa delinquere: neminem esse tam circumspectum, cujus non diligenti & aliquando sibi ipsi excidat neminem tam maturum, cujus non gravitatem in aliquod fervidius factum casus impingat: neminem tam timidum offensarum, qui non in illas, dum vitat, incidat.* Nonne ita est? Solum ego Deum omniscium & expertem

Seneca,

*Solus De-
us.*

Homo er-
rat.

Juvenalis

Homo pœ-
niter, nec
probrī est.
Tertul-
lianus.
Ce. II. 5.
Miscell.
epist. 79.
II. SER-
MONIS
PARS.
QUALIS
NUNC
SIT.
Sed sunt
fluctuatio-
nes hodie
& ambi-
gui in Re-
ligione;
Sallustius
Politia-
nus.

Claudia-
nus.

non ex iis
Lipsius;
Juvenalis

Homerus

edit potius
& comem-
nit.

Apulejus.

erroris habeo: hominum quidquid est, opinantur, vacil-
lant, errant. Numquam à Veritatis area aberrasse, neque
humanum est, neque cadit in hanc vitam: imò

---quid tibi dextro pede concipis, ut te

Conatus non pœniteat, votique peracti?

An nescis ἰδίῳ τὸ σὸφὲ μέγεθος; Sapienti proprium pœni-
tere? LIPS. Scio, & ego si quid peccatum est, pœnitere
malui quàm defendere. Non suffundor errore (ait Tertullia-
nus) quo caruisse delector. Et pœnitentiæ portus ex facili
hanc cymbam admisit, quæ Reges, Principes, Ecclesiæ
ipsos apices non exclusit. Et ego cum gaudio meliorem
me recognovi. En meam vitam à tot annis. Ubi vacil-
lat aut fluctuat? Neque nescio quorundam hodie pra-
vam sapientiam, frigus præferre, medios agere: ut de iis
Homerum illud jure efferas:

Τυδείδην δ' ἔκ' ἀν' γυῖός τις ποτ' ἐρίσσι μέτεϊχ.

Tytidem haud nosces, utris in partibus esset.

ut Syrtium Leptitanarum facies simul cum ventis mutatur;
ita multi vulpiones hodie, toties aliter sentiunt, quoties in
diversa opinantes incidunt: aut semper insuspensio, incli-
natura ad partes valentiores,

---Jove non probante.

Scitè nuper à Politiano dictum, meliorem honestioremque
leonis faciem esse quàm simiæ, et si ista ad hominem propius ac-
cedit. AUD. Graphicè hos in uno omnes Claudianus de-
pinxit:

Libra vit geminas eventu judice vires

Ad verum momenta cliens, sese que daturus

Victori.

LIPS. Mihi displicet; imò malus & impius ille

---qui semper & omni

Nocte dieque potest alienum sumere vultum.

Ε' χθρὸς ᾧ μοι κείνος ὅμως ἀΐδωσιν, ὅλ' αὖθις
ὅς χ' ἕτερον κείναι ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει.

Haud minus ille mihi exosus quàm janua Ditis,
Mens aliud cui tecta tegit, quàm lingua loquatur.

Milesiarum Scriptores magistratos probò, qui ajunt, homi-
nem liberum & magnificum debere, si queat, in prius si ante
animum gestare.

---τιμῶντες δ' ἀρετῆς

Ε'ς φανέρην ὁδὸν ἔρχονται.

---qui virtutes colunt,

Apertâ incedunt viâ.

& aperit
viâ ince-
dit, omni-

Nónne hoc claro fortitune exemplo docuimus, avulsi à lo-
cis in quibus isti erant; & simul aviditate imperandi, ipsi
vitia

vitia pro virtutibus interpretabantur? Ad bonos venimus, etsi jacentes & exhaustos: quia finis mihi non ditiori sed meliori esse. Tranquillo animo hinc vivo, Deo & studiis me consecrans. AUD. Gratia tibi, Magne Deus; tuum hoc munus. Satis ac nimium etiam diu inter contumacia Bataviæ vada adhæserat tua ratis, Lipsi: impegeratque interdum ad rupem illam periclitaturæ salutis. Non quod quidquam illius altius infederit menti (nam bonus, καὶ φρίνας ἡμπεδος, *mente immotus*, cum Homero, semper vixisti;) affricuerat tamen aliquid noxii sui succi: unde illa nata liberioris opinionis, scriptionis. Sed quanto cum fructu aliorum tam constanter reversus es? Sententiæ & decreta utilia ac salutaria, ut valida & efficacia sint, usum & exempla requirunt: tu quæ monuisti sæpius & docuisti, ipse exemplo approbasti. Sicut herbas qui sevit, opportunè eas irrigat atque alit ut adolescant: sic tu sententiarum tuarum velut frutices foves & attollis, vel sole vel pluvia, ut sic dicam, constantis illius exempli. Utrumvis enim præstitisti. Illustrabas, dum in rem velut præsentem ducebas, & factum ostendebas, quod faciendum suadetur; foves etiam dum animum erexisti, & re doces non nova non ardua proponi. Sed & viam præiuvisti, in qua vestigia tutò & alii ponant. Sicut qui gubernandi parum peritus est, ubi plures naves, cursum temperat & sequitur priores. Ita vada & scopulos vitat, & sine magna sua arte portum cum prioribus petiit & tenet. Vidi qui ad speculum se communt, faciem & cultum rectè disponere; prorsus hinc idem: tua vita & facta speculum sunt, & imago, in qua alii se videant, & ad eam decorè componant. *Spestate juvenes, imitamini; in ea tempora nati estis, quibus firmare animum expedit constantibus exemplis.* Habemus fortasse vetera, sed recentia tangunt propius; nec ulla magis, quàm quæ domi nostræ nata,

lus conspicuus; Tacitus. atque alios bono exemplo præst. quod varie docetur.

XVI. Augustinum.

Exemplo monstrantque viam.

Manilius.

LIPS.

Discipulus est prioris posterior dies; ait ille. Sed & diu antea votum habueram inter bonos vivere, tunc etiam Deo auxiliante successum. AUD.

Publ. Syrus.

---te tabulâ sacer

Votivâ paries indicat Uvida

Suspendisse potemi

Vestimenta maris Deo.

Horatius.

Sed malevolorum quàm hinc sint, ut cum Moscho dicam, ὀμμάς τε δερμάλα καὶ φλογέοντι, *oculi acres & flammantes*, nosti? & qualem tibi inurant calumniam? LIPS. Hoc ævo calumnia & invidia passim succreverunt uberrimè, & ho-

Iterum Calpurnia- to: es, qui Moschus, Ely. Puteanus.

minum male feriatorum, carptorum, zoïlorum, plus est fere

Silius. *Quàm olim musca: um est, cum caletur maxime.
O dirum exitium mortibus! ò nihil unquam
Crescere nec magnas pati:ns exsurgere laudes
Invidia!*

Quid tamen est quod emissit illis oculis vident? Aut quid inurunt? AUD.

Scitabanius. *Lidore nemo judice fit nocens,
Quem priva Virtus non peragat reum:
Sed glorie precens jacenti,
Invidia est inimica summis.*

Livius. LIPS. Rectè ergo Livius, *Invidia velut ignis, alta petis,*
AUD. Numquam aliter;
*Æquare palmam scilicet impotens
Clarescit umbrâ,*

Timon Philastius. *----ἀλαζων ὁ καὶ βέλαια ψύχων.
----insolens iniquos liberos effutens.*

Silius. *Téque honor, & laudes, & lato gloria vultu,
Et decus, & niveis victoria concolor alis,
Te cinctus lauro perducit ad astra triumphus.*

dicunt I. i. *Et ajunt patriam te antehabuisse, non sine Religionis sed
psium spe ambitionis, & ut ad potentiam ac purpuram viam tibi
purpura desertæ caussæ præmium. LIPS.*

Baratovs, *An umquam cuiquam contumeliosius
Plautus. Audisti factam injuriam, quàm hæc est mihi?*

AUD. Ride si sapias, mi Doctor, ride;

Homerus *----ἐμὸν δ' ἐγὼ λαοὶ φίλον κῆρ.
----meum verò risit charum cor.*

quod ne in *LIPS. O quàm rem tetigerunt! ò acre & ardens meum
serenio illud votum! Non sic Empedocles amore immortalitatis
quidem in Ætna, ut ego in hoc igne. Quis autem audiet ista sine
cogitaret. risu? Quis sine iracundiâ, qui me vel extremis lineis norit?
Modestia, modestia est, quam appeto, quam præfero: &
Modestia, modestia est, quam appeto, quam præfero: &
quæ sæpè jam effereudum retinuit & repressit. Multa.*

* præci- *----scripsi, scripta divulgata sunt:
pue ep. 6t illa * legant, & sciant in his nos non fallere. O boni, lu-
Cent. 5. brica vestra vita & via est, qui in Aulâ versamini: in quâ, ut
Miscell. verè vir sanctus dixit; Per pericula pervenitur ad grandius
Augustin. periculum. Itaque acri circumspectione & custodiâ vobis
vita disoli- opus contra lapsus. Nihil rerum mortalium, ait prudentissi-
cui, in mus Annalium scriptor, tam instabile & fluxum est, quàm
continuo periculo. potentia non suâ vix nixa. Parva omnino intervalla tempo-
Tacitus. ris, ait appolitè Polybius, omnes homines attollunt, rur-
alienâ vi summi- sumq; deiciunt; maximè verò eos, qui in aulis versantur.
Polybius. Reverà enim isti assimiles sunt abacorum calculis: qui, ut
secun-*

secundum voluntatem calculatoris, modò obulum creum, modo talentum valent; ita Aulici, ad nutum Principis, modò beati, modò miseri fiunt. Et quæ secula id nò docent? Vetera, mediæ, nostra. Inter veteres *Ioab*, ille vir acer, callidus, militiæ *Davidis* & consiliorum arcanorum arbiter, cum à viro rege non avertitur, missus est cædi à successore. Quid *Apelles* inter Græcos? Ille à Philippo rege proximus, eo jam gradu & opibus, ut ab ipso timeretur, momento horæ decicitur, desertus ab iis, qui antea stipabant & colebant. At hoc in *Apelle* exemplum: quàm geminum Romæ in *Sejano*? Qui diu *Tiberii* Augusti potens, & ad instar ejus statuis, honoribus, cultus, tandem unâ epistola subversus est, & caput illud tot orbe secundum, ut cum Poëta dicam, laqueo præbuit, & cadaver suum opprobriis, lacerationi, unco. Quo die illum *Senatus* deduxerat, populus in frustra divisit: in quem, quidquid congeri poterat, dii hominesque contulerant, ex eo nihilo superfuit quod carnifex traheret. Et similis potentia atque exitus *Plautiani* sub Antonio, quæ in *Dione Cassio* lege. Jam in ævo posteriore, *Alfonso Albuquerque* pleaque Indiæ Orientalis Lusitano Regi suo subjecit: at idem accusatus majoris spei, & suspectus denique, revocatus in patriam est, & morte opportuna fortasse ignominii ereptus. Simile in *Duarte Paeico*, qui post magna merita in custodiam & vincula conjectus etiam fuit, & in clara innocentia liberatus tandem, sed ut in paupertate senesceret. Conf. *Lucum magnum* & *Ferdinandum Cortesium*, nec ipsos parem gratiam meritis retulisse, aliquis arbitretur & dicat. Apud Hispanos quàm nobile documentum fluxæ potentiae *Alvarus Luna* est? Amabat & evehebat eum *Joannes Rex Castellæ*, super omnes homines & amicos. Opibus, titulis, præfecturis, cottidie augebatur, atque ita regem suum fecerat, ut vel bellum ejus causa gereret cum vicinis regibus & cognatis. Nulla res in maiore fama & invidia, quàm iste amor, atque is satis diuturnus. Sed quis exitus? Sicut divisiones aquarum, sic cor Regis, ait Hebræus sapiens. Occultè abduxit se ab *Alvaro*, odit quantum amaverat; deniq; paucis consciis, in oppido *Burgensi*, sagaciter hominem in vincla conjicit, damnari per sententiam jubet, caput abscindi, & in forum per triduum Ostendi. O cæca mortalitas! tu ille superbus paullo antè & insolens, ubi es? Quid es? Desisti esse, & tot annorum cumulata felicitas subito turbine quassata & eversa est. Vere tu prædixeras *Alvaro*, non sine mali præsidio, admirantibus aliis fortunam tuam, & apud te prædicantibus: Improvidi ne ædificium ante finem operis laudaveritis. Sed mihi finis non sit, si exempla cumulem, obvia, ut vere dixi, in omni ævo. Avo. Libet cum *Lucilio* clamare:

K 4

Vere

Fa. Joseph.
Quid docet exemplis avi veteris, in *Ioab* & *Apelle*; Polybius, Dione Cass. mediæ, in *Sejano*.

Seneca.

& *Plautiano*; *Dio*. posterioris, in *Alfonso Albuquerque*, *Duarte Paeico*,

Consilio, *Ferdinando Cortesio*, & *Alvaro Luna*.

Salomon.

Lucilius.

*Verè omnè iter hoc est labosum atque lutosum.*Certè in lubrico illo Culmine & fastigio Aulæ cum Labe-
rio licet dicere :

Laberius.

*Summum ad gradum cum claritatis veneris,**Consistes ægre, & quam descendas, decides.**Cecidi ego, cadet qui sequitur.*

Claud.

Mam.

familiari-
tas cum
Principe
periculosa
pro ment
Lipſii, &
proinde ab
ipſo decli-
nata.Et Claudianus Sidonii verbis appositis : *Periculosam regum
familiaritatem esse. Quorum consuetudinem spectatissimus.
quisque flammæ naturæ benè comparat, quæ sicut pullu-
lum à se remota illuminant, ita satis admota sibi comburunt.*LIPS. Ille pleno pectore in rem meam sapit. Et mihi tam
certum & firmum, hoc statu rerum res extremo digito
non tangere, quàm ad extrema rerum aliquando ire, *Ma-
rius Celsus, & Suetonius Paullinus* sim : de quibus scio quid
Tacitus scribat :

Seneca.

*Stet quicumque volet potens**Aulæ culmine lubrico,**Me dulcis saturet quies.**Obscuro positus loco**Leni perſuar otio.*In magnâ
Rep. pul-
chrum illi
fuit agere,
vel in ex-
emplum pro-
cul à Jove
& fulmine
Plinius
Junior.
Seneca
Phil.
Claudia-
nus,Magna Respublica, tu me tene, communis Patria, Dei ho-
minumque civitas : ô pulchrum, in eâ locum ordinemque
habere, & inter illos classicos censerî ! Sit aliquis vel in
exemplum, qui quietem, Musas, se amet, & Numen colat :
vana aut vulgata seponat, aut (si superbum non est) sper-
nat. *Att. Agyptus*, ait Plinius Panegyrico, *alendis augen-
disque seminibus ita gloriata est, ut nihil imbris cæloque de-
beat*; & ut Seneca ait, *nemo aratorum adſpiciat cælum* :--- *sine nube ferax, imbresque serenos**Sola tenens, securâ poli, non indigâ veni :*

& ut alter,

--- *nihil indigâ mercis,**Aut Jovis :*siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere
aquarum solita pinguescere, quàm--- *quæ ipsa velit Niloque redundat,*tantis segetibus induitur, ut cum feracissimis terris quasi
numquam cessura certet. Ita tu tuo lare contentus,*Fortunæ vitæ,**Et tristis curæ & solitudinibus aulæ**Potentioris limina ;*procul à Jove & fulmine, tibi Musisque vivis, abundans
sapientiâ, prudentiâ, virtutibus omnibus, & aliis commu-
nicans largèque instillans. LIPS. Quid verba facio ? Ad se
redeant illi calumniatores, & affectum omittant : vide-
bunt & intelligent me ita sentire, & uno Religionis fine
ad meos remeare. Si quid de amicis. Paucos è veteri classe.

reppe-

Horatius.
Valerius.
non igitur
spe premi
patiam
antichab-
it, sed Re-
ligionis ze-
lo ;
Cent. 1.
ad Belg.
ep. 12.

repperi; paucos veterum morum. Duellii in mea patria & Trebellii regnum possidebant,

Εἰδότες ἐν τῇ αἰσῇ ὁρᾶν μέλπεσθαι Ἀρχι.

In pugnam stabili bellum bellare periti.

quorum amicitiam ego semper aspernatus sum. Sed isthæc frustra. An non ^a à novitatibus abhorreere me passus sum, si mortalium quemquam, præsertim in re seria, quæ mores & vitam spectat: & publicè testatus sum ^b me alienum ab omni novitia opinione aut errore, firmum in veterum scitis? ^c candidum & Fide & Amore & More majorum? Argumentum dabit *De unâ Religione* tractatus, & ^d libelli nostri de *Cruce*, quos vel hac causâ scripti, ut præcones testesque essent, nondoctrinæ meæ, sed avitæ pietatis; quæ mihi in oculis fateor cùm illa congesti, & quæ me ad scriptionem duxit. Illa ipsa Pietas, quæ Senatui Populoq; Antverpiensi in oculis, cùm salutare hoc signum in urbe mediâ erigebant, trophæum in illius hostes. ^e En manum meam, en adfirmationem. Non fallimus in his talibus, in quibus se primum fallit, quisquis alios conatur. O miser qui aliam hîc linguam habet & mentem! ^a Sed & in reliquis meis operibus eodem animo ambigua correxi, aut certè illustravi. ^b Non enim satis ne ipse errem: sed ne alteri sim erroris causâ ^c Nec volui tantum pia, recta, vetera, sequi: sed adserere etiam pro ingenii aut stili viribus, quas Deus dedit. ^d Ut Luna quod luminis à Sole accepit, infero huic mundo refundit: sic ego sapientiam & dona, quæ à magno illo Deo. ^e De me fateor:

*Ego ille sum, qui scelera committi vetem:

Ego sum magister juris ac moris probi;

*ὁ καὶ ἀπειροὺς τῶν καὶ τὸν βίον πράττειν. Non ignarus rerum quæ eveniunt in hac vitâ. ^f Sum juvenum, sum virorum, sum generis humani voce & stilo director & doctor. Avd. O salutaria mihi tua monita, quæ verbis, quæ scriptis! o eximium doctorem!

Qui, quid sit pulchrum, quid turpe; quid utile, quid non,

Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

Bellè sapiens Seneca: *Habet ubi se, etiam in privato late, explicet magnus animus: nec ut leonem animaliumq; impetus caveis coercetur, sic hominum; quorum maxime in seductu actiones sunt.* Negas Sycionia ista aulica aut corthurnos pedibus tuis convenire; & secessum ac otium quæris; sed non ignaviam L I P S. Ubi cumque otium meum abscondo,

K 5

prodesse

Miscell. ep. 59. dCent. 1. Miscell. ep. 88. e Polit. 1. 4. c. 13. *Alios docet ac dirigit;* *Auctor, Thebai. *Aristot. 1. Ethic. c. 3. f Epist. ad Balth. Moretum, quæ dispositioni Cod. Mirand. subjungitur. Horatius. Seneca. Seneca. idq; omni conatu, & sic

a Polior-
cet. lib. 1.
c. 2.

b Cent. 3.
Miscell.
epist. 5.
Cent. ad
Ital. & Hi-
span. e-
pist. 62.
c Cent. 3.
ad Belg.
epist. 86.
d Cent. ad
Ital. & Hi-
span. e-
pist. 18.
Cent. ad
Germ. &
Gal. ep.
72.

Cent. 3.
ad Belg.
epist. 8.
quod de u-
nâ Reli-
gione tra-
ctatus, &
libri de
Cruce do-
cebunt.

e Cent. ad
Ital. &
Hispan.
eistp. 18.
& emen-
dationes in
operibus a-

pud Bata-
vos con-
scriptis.

a Cent. 3.
Miscell.
epist. 5.
b Cent. 1.
Miscell.
epist. 97.

Reipubli-
ca potest

in privato
idq;

sive ullâ
mercede.
sola
benivolâ
mentione
contentus.
Salomon
Seneca
Iul. Caput

Alia ite-
rum ca-
lumnia,
quod Stoi-
ci.

Etiam au-
tem exa-
gnat, &

Iul. Caput

Virgil.

prodesse volo singulis & universis, ingenio, voce, consilio. Non enim is solus Reipub. prodest, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace ac bello censet; sed qui iuventutem exhortatur, qui in tantâ bonorum præceptorum inopiâ, virtute ac pietate instruit animos, qui ad pecuniam, luxuriam, impietatemque cursu ruentes prensat ac retrahit, etsi nihil aliud, certè moratur; in privato publicum negotium agit. AVD. Cùm omnibus iis, qui aliquid conati sunt, plurimum debeamus; quantum utilitatis à doctissimo quoque cepimus, tantum laudis ei adscribendum est. Quantum veniæ meriti sunt, qui errant; tantò plus merentur, qui emendarunt. Te itaque ut parentem, ut doctorem meum celebrò, mercedemque tibi rependo, & rependam, non illam, quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit, & accepit. Iste enim Mandraïtum Prienensem cùm nova quædam & subtilia de cælo ac sole docuisset, offerente illo mercedem quam & quantam vellet: *Hoc pro omni mercede esto* inquit, *ut quoties apud alios ea proferes, Thaletem non celes auctorem.* LIPS. Quæ enim alia nobis merces: Solent Judæi suos ira Rabbinos citare, ut eorum ferè cuilibet addant, *zibrono librachach*, id est, *cujus memoria in benedictione est.* Quod expressit Hebræus Sapiens, *Memoria iusti cum laudibus.* Equidem & ego adfurgo & veneror inventa inventoresque Sapientiæ: sed ut homo homines, & qui non domini nostri, sed duces sunt. Antonius Pius imagines aureas in larario habebat, ac sepulchra honorabat aditu, hostiis, floribus: ego laudibus. Sed erro extra limites sermonis, & ordinem, quem unice amo. Proprium hoc Stoicorum vincere omnia, & quasi annulosnectere in catena: ut non ordo solum sed sequela & cohesio sit rerum. AVD. Certè ordinem amas, gloriari potes: & ea re palmam non aufert hæc, fortasse nec prior ætas. Sed quàm ægrè multis est, quòd aliquoties ut hic, Stoicos probes & imiteris! Ecce

Accurrit quidam, notus mihi nomine tantum,
qui te omnino Stoicum vult, præsertim in re Religionis, id est impium. LIPS. 9. 16. 15. 10. 11. 12. 14. 3. 13. 8. 7. 5. 1. 2. 4. 6. 17
T V N H O M O O S S V G G E R I S?
Et ego etiam tuis calumniis scopus? Sane mente, ut ait ille, exensa es; & Clodium illum Albinum imitaris, qui, ut ait Julius Capitolinus, adhuc puer, quòd esset animi jam militaris ac superbi, sæpe in scholis inter æquales, Virgiliana illa usurpabat:

Arma amens capio, nec sat rationis in armis:
Arma amens capio.

Bona

Bona gratia, abi quæso, & cucurbitas pinge. Quid opus in me sic ultrò & ex supervacuo incurrere? Quid velut e plauistro convitia jacere? Hæc non sunt compolitę mentis; sed illorum, ut cum Poëta dicam,

--- εἰς ἐδιδάξαν ἀριστοῦ γράμματα μέσαι.

--- quos litteras Musæ docuere sinistra.
Define sacrilegâ convitia fundere lingua,
Define, pro JUSTO stat Deus ipse suo.

Sannizar.
de periculo
monet.
 Catull.

Et cave,

Ne poenas Nemesis repositat à te.
Est gravis Dea; lædere hanc caveo.

a Non dissimulo, in pretio & amore mihi Stoïca secta est, a CŒR. l. i
 b virilis illa Secta. Nec mirum. Audi Plutarchum in Cleo- cap. 18.
 mene, ex professo Academię addictum, & proinde Stoï- b Polior-
 cis parum æquum: ἔχει γὰρ ὁ Στοικὸς λόγος πρὸς τὰς cet. l. 3.
 μεγάλας καὶ οὐκ εἰς φύσεις ὑποσφαλὲς καὶ παράβολον. βα- d. 6.
 διττὸν δὲ καὶ πρὸς κερὰν ὑμῶν ἴδαι, μάλιστα εἰς τὸ οὐκ εἶναι
 ἀγαθὸν ἐπιδιδῶσι. Habet Stoïca doctrina, si in magnam Stoïcam
 a-tem naturam incidit, aliquid lubricum & anceps; si autem se-ctam a-
 cum gravi & miti ingenio temperetur, magnos impetus dat ad mavit;
 verum bonum & virtutem. Oraculi hoc ego vice habeo, in Plutarch.
 alta & superba natura Stoam non fore usui; in alia & mo- adversa-
 destiore, saluti. Lege paucos eos libros qui exstant vel riis etiam
 Senecæ vel Epicteti: Virtutem ipsam scripsisse dicas, & laudatâ,
 quod exigit. Repetita aut Excerpta: Continuum apud nostros, quia
 quidquid apud alios excerpitur. Non habemus ista oculiferia, salutaria
 nec emptorem decipimus, nihil inventurum cum intraverit, in eâ semi-
 præter illa quæ in fronte suspensa sunt. Quocumque miseris o- na & mo-
 culum, id tibi occurret, quod emicare posset, nisi intra paria ni-a,
 gèretur. Non sequor tamen aut approbo, nisi in quibus Senecæ
 cum Christianis confesserant. Et nonne etiam inter cul- & passim;
 mina Religionis, qui à sensibus multis non abierunt? Ar- non appro-
 nobium possum dicere, & magis Tertullianum, ingenio bavii, nisi
 etiam Stoïcum & severum. Quid magnum illum Pantæ- quatenus
 nium, Alexandriæ sacrorum doctorem, & antistitem? Hier- Christianus
 onymus de illo aperte: Pantæus Stoïcæ sectæ Philoso- docet: quod
 phus, ob præcipuam eruditionis gloriam missus est in Indi- etiam Ar-
 am, ut Christum apud Brachmanas & illius gentis phi- nobis,
 losophos prædicaret. Optime ab optimis illis factum: Phi- Tertullia-
 losophus ad philosophos missus. Stoïcus ad Brachma- nus, l'âta-
 nas, nec opinionibus quidem nimis dissidentes. Et fru- nus, inter
 ctum verò ingentem fecit, laudemque rettulit: & mox culmina
 Religionis,
 D. Hier.

Alexan.

itemque
Clemens
Alexan-
drinus,

& D. Hie-
ronymus,
Idem.

Cæt. 2. ad
Belg. ep. 1.
& hoc aucto-
r Carolus
Borromaeus.

illa de Deo
supra a-
lias sectas
pulchra,

de moribus
præclara
differit;

quod in Se-
necâ & E-
pictetâ vi-
dere licet;

quæ tamē
vana sunt
nisi cum
Christianâ
Religione
conjugan-
tur:
Tertull.

quod Lip-
sius fecit
a Ad Lect.
Hall.

b. cent. 1.
Miscell.
ep. 97.
Cæt. 1. ad
Belg. e. 8.
in uno Deo
ejusque Fi-
lio JESU

Alexandriam rediens in eâ obiit, cū scholæ illie nobili plures annos præfuisset. In quâ succedere sibi voluit *Clementem Alexandrinum* : illum cujus totijugam doctrinam Ecclesia etiam nunc admiratur & fruitur in libris qui exstant. Qui ipse quā sæpè Stoïcus est, & dogmata eorum sacris nostris aptat? Et meritò aptat. Nam Hieronymi illius sanctioris an doctiores viri sententia est, de tabellâ & scripto recitanda : *Stoïci nostro dogmati in plerisque concordant.* Concordant? Ita: & quod sequitur, occultè ad nostrum dogma & ad pietatem ducunt. Sine fūco dicam, mihi evenisse. Audio magnum illum *Carolus Borromæus*, stirpe, sacra purpurâ, virtute maximè clarum, sæpè fassum Epicteti se libris motum & monitum ad contemptum rerum humanarum, amorem divinarum, venisse. Et quæ Secta aut Deum magis apernit & homini inferuit, aut ea quæ id ipsum? Majestatem dico ejus, providentiam, gubernationem, & curam nostri. Quem primum limitem esse ad cognitionem & amorem veri Dei, nemo negat. Hæc mihi sectam illam non probam prorsus fecerunt (absit:) sed probabilem tamen supra ceteras, quæ magis humi & circa hominem repunt. Jam de moribus & animorum lustratione, quis Senecæ, Epicteto, Arriano (quamquam ille Epictetus alter est, & loquitur ferè ejus verbis) hac parte proponendus? Multa & præclara Plato, confiteor; multa Aristoteles: sed non robore eodem aut nervis. Spirat nescio quis calor in Senecæ aut Epicteti scriptis, qui ad lectorem quoque pervenit: nec dislerere illi magis de Virtute videntur, quàm inserere & inculcare. Sed Stoam cur uberius verbis laudem? Frustrâ. Quia ut montium altitudo procul non apparet, sed cū accesseris: non item hujus splendor, nisi cū pernōris. Pernōsci autem sine Christianâ verâque religione non potest. Quam prælucentem si tollis: fateor ecce & clamo, ludibrium illa, vanitas, delirium est. Benè Tertullianus: *Cui veritas cognita, sine Deo? Cui Deus, sine Christo?* Et sic non averlor Stoïci nomen, sed Stoïci Christiani, & quidem a puri prisicique ritus. b Serio enim scio ac sentio, in uno Deo & Filio ejus Christo, qui nos benignè redemit, liberavit, spem omnem positam humanæ salutis. Vias ad eam perveniendi expressas in Sacris litteris. Nec hæc externa omnia & Philologa sive Philopha, aliud esse quàm accessiones quasdam & ornamenta: folia, inquam, non fructus. Quod judicium meum in libro meo De Constantia in fronte apparet. A u d, Sed semper sacra te volunt promere, & adire puriores illos fontes, qui meliores. L I P S. Meliores fateor: sed adde

omnem spem salutis collucant.

adde etiam graviores. Lacertos meos expendo, & artus artesque libro: cur onus mihi imponi patiar cui non sim ferendo? Theologis, id est magnis altisque viris (& eximios multos hæc ætas tulit) magna ista & alta relinquo, mea cymba legit littus. Elephantēs, ajunt, etsi amnibus impensè delectentur, haud temerè tamen eos ingredi, cum insciji sint natandi: idem in Theologia mihi, quam amo, quam æstimo, & tingo salubribus ejus aquis libens animum, non tamen mergo. Quæstionum enim vortices illos horreo: iisque ne involvar, assideo & obambulo saltem ejus ripas. Et hinc tamen haurio & ex tuto sumo, quæ ad usum. Nam acumina aut dissertatiunculæ quid juvent? Quod ille de Virtute censet, rem esse, non verba; justius ego de Theologia. Cujus verum seriumque finem scio, vitam. Ut melior, non ut doctior fiam, sacra illa volumina tango: ut pectus instruam, non ut acuam mentem. ^a Piè sancteque de divinis sentio; ^b haut procaciter inter Religionis sinus & scopulos navigo. ^c Et prima illa summaque opinio est, nihil hîc sapere præter id quod Ecclesia prisca, id est Romana. ^d In cujus castris sub *Crucis* illo vexillo, quod descriptum & explicatum à nobis, milito; ^e nec transfuga umquam ad novitates ibo. ^f Siquid usquam præter Religionem moresque veterum, non agnosco: & tibi adhæreo * *Statu felix Ecclesia*, cui totam doctrinam Apostoli Petrus & Paulus cum sanguine suo profuderunt. Hæc ex animo dicta, scripta, ut in animum demittas te, per spes tuas, & quidquid carum est, Lector, rogo. ^g Enimvero quem modicè peritum antiquæ historiæ & Ecclesiæ, in Græcis Latinisque Patribus versatum, cepit hæc novitas? ^h Plusculum nos in iis intelleximus: ⁱ & subit sæpè (dicendum est) misratio, cum video non pari splendore aut dignitate tractari. * Corruptores atque interpretes falsi sunt, extrema ponunt & superiora prætereunt, partis memores, & partem subdolè comprimantes. Ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita unius capituli sententiam scindunt. ^k Semper igitur Ecclesiæ S. Romanæ ritibus & præceptis libens, ut debeo, parui: & cum sentu etiam aliquo incommodi jejunia, & Quadragesimalem in cibo castimoniam servavi. Scio homini, Christiano præsertim, *summam felicitatis* ut ait Seneca) *non esse in carne ponendam*: & scio etiam primogenios parentes nostros à Paradisi gaudiis per cibi voluptatem excidisse. Itaque rediri etiam

Sacras literas & Theologiam amat & adit,

& salubribus præceptis amniò manit, non ad altercationem, sed ad usum,

ut melior fiat, non ut doctior.

De Divinis piè sentit, & in omnibus cum matre Ecclesiâ sapit.

a Cent. 5. Miscell. ep. 60.

Crucis vexillo relictus;

b De unâ Relig.

c Cent. ad Ital. & Hispan. c. 11.

** Hoc de Romanâ Tertull.*

nec quidquam præter Religionem

moresque veterum agnoscit,

d Cent. ad Germ. & Gall. c. 22.

e Cent. ad Ital. & Hispan. c. 62.

ad illa quam Patres & segmen-

*tes adstruunt, novatores diripiunt, qui in honestè veterum scripta allegant, * Cyprian. & segmen-*
ta proferunt, veritatem subdole suppressantes. Semper igitur S. Ecclesiæ præceptis parui, Qua-
dragesimam & jejunia observavi. f. Ad Lect. Cruc. g Cent. ad Ital. & Hispan. ep. 12.
h Contra Dialogist. i Cent. 4 Miscell. epist. 62. Sanctorum piis colitis, & præcipue DIVINAM
Virginem; k Cent. 5. Miscell. ep. 15.

1 Cent. ad
Ital. & Hi-
span.
ep. 18.
m D. Hal.
c. 36.]

ad illa per Abſtinentiam : ſed judicio tamen & prudentiâ temperatam. *Non enim per eam caro*, ut vir ſanctus ſcripſit, *ſed carniſ vitia ſunt extinguenda.* ^l Sanctos Dei, benignos cœlites piè & purè colo, id eſt, ritu priſco : & præſertim DIVAM VIRGINEM. ^m Quæ Regina cœli, terræ, maris eſt : ſupra quam nihił niſi Deus eſt : & Luna ab illo Sole proxima eſt, Imò

*Quæ magni genus eſt Dei,
Cui Deus ipſe
Imputat genus, & ſuam
Inſcribit ſibi matrem.*

Capit. 1. 9
15. Divæ
Hal.
*quam à
primâ adoleſcentiâ
amavit,
& in om-
nibus Pa-
tronam
habuit :
in Sodaliti-
um ejus
nomen de-
dit.
Eam ſal-
lis coluit
precibus,*

A primâ igitur adoleſcentiâ ejus amorem & cultum indui, eamque Patronam mihi & ducem in periculis, in moleſtiis, & in omni vitæ curſu elegi, & ſenſu variè auxiliarem. Etiam in ſtudiis : & ſiquid accuratiùs pangendum, aut dicendum publicè eſſet, ubi Famæ vel memoriæ res agebatur, precibus & votis ad eam jviſſe me fateor : & felici ferè ſucceſſu. Itaque ut primùm licuit, in SODALITIUM ejus nomen etiam dedi, quod apud Eburones, & in hac item urbe frequens honeſtumque eſt : cui Patres Societatis Jeſu præſident, diriguntque. Ab eodem deinde iſto affectu Hallas adſpiravi, tandem ivi : locum in multâ apud noſtros & exteros famâ, & inclytum Miraculis, quæ tutelaris ibi Diva à multis jam annis patrat. Sed cùm veni, calide templum adij, ac præces cœpi fundere :

*Sacram pronus ad aram
Flecto corpus, & ipſam
Conſecro mentem.*

& verſi-
bus.

Verſibus paullo poſt teſtatus ſum meum gaudium, & laudes Divæ leviter tetigi. Nam plura non dabatur, & licet illam

*Prædicare ſilentio,
Quæ laudes hominum ſupra,
Quæ Geniorum.*

& pennam
argenteam
suspendit.

Ipfum me, & hoc quidquid ingenij ac ſtili eſt, ei dedi, dicavi, conſecravi ex animo : pennamque argenteam in templo, ante aram ejus ſuſpendi, & verſus ſubſcripſi. Faſta miranda, ſupra captum aut fidem hominum, ſupra ipſam naturam, ibi & in Colle acuto prope Sichemium patrata, ſcripto complexus ſum, & Dei ac D. Virginis gloriæ vulgavi, ac publice militem egi in Eccleſiæ caſtris. Non poſſumus alia re, credo, efficaciùs frangere & calcare Hæreſim, quàm hoc Miraculorum fulmine : ubi non verbis, ſed factis diſputamus, & impudentiſſimorum etiam oculos atque animos perſtringimus iſta rerum majeſtate. Ideoque pie, & viriliter hæc ſcribi & prodi poſteris arbitror utinam majores noſtri indultriè & intente ſemper feciſſent ! An-
nales

*Miracula
vulgavit
& ibi &
Sichemij
patrata,
ut vel ſic
Hæreſim
frangeret
& calca-
ret.*

nales condimus, & facta aut facinora hominum, imò & scelera propagamus: & non magis Dei Divorumque opera decet & juvat? **AVD.** Decet. Et an non juvet ubi tam palam fructus, & tam magnus est? Et fructus quidem non unus. Gaudemus igitur & jactamus nos & omnes boni, quamvis improbi liveant & calumnientur. Miror tamen in re tam clara & testata posse obduci, quod vel apud improbos colorem habeat veritatis. **LIPS.**

Ne tu, quod illi fabulantur, aures immittas tuas.

Quis enim nescit tot istas hodie novellarum opinionum sectas, consensu & velut de compacto in unam **DIVAM VIRGINEM** incurrere, & decus ejus omne ire imminutum? Sed Deus vindex illam tuebitur. Ego sane libens tales scriptiones obeo, & sine molestia obeo: sive animo sive Diva ipsa sublevante, & recreante. Mali aut morosi, & prave sapientes non deterrent, quamvis improbent, tamquam à narrationibus parum certis, ut ajunt, & opinione sæpe nixis. Non debere talibus obsolefieri auctoritatem nostram. **Dissensio.** Et aut istis fides sua certa apud me, & bonos est: aut quid adferent, cur antiquioribus eam præstem? sunt testes, sunt examina, & quæ in profana historia minime adhibentur; & huic tamen credo: divinis tantum refragabor, & adensus mei ostium claudam? Pravitas est: & hi tales per cencillos subvertunt arcem Religionis nostræ, quæ Miraculis est superstructa. Itaque nos illos spernimus, qui sine ulla alia adstructione, *sola magnitudine mendacij fidem querunt.* **SUMMUM PONTIFICEM** Vicarium Christi in terris & Ecclesiæ caput habeo. Et vel idè Senecam meum illi inscripsi, ut orbi constet, quem caput Religionis in orbe esse velim. Illi cœlestis ille Spiritus semper adssistit, & inspirando dirigit: * illum Europa, Asia, Africa, illum America & ipse novus Orbis suspiciunt, & ab Oraculo ejus solliciti omnes pendent, & jura ac leges sacrorum petunt. * Atque etiam nunc quidquid tranquillitatis & pacati est in re Christiana, id manat ab uno illo Capite. Romanus ille Dictator ut sic appellem, & Pontifex, fulcrum aut vinculum est, quod sustinet, quod ligat labentes aut dissentientes in male compacto hoc ædificio partes. Abite non impii solum, sed imperiti, qui aliter. Nobis constat hanc ipsam Romam, & sacrum in ea imperium, fuisse & esse anchoram fluctuanti diu Europæ. Ipsi Reges & Principes adeunt & inclinantur, & obnoxia capita uni huic capiti submitunt. Quid Principes aut homines loquor? Ipsi aerei, terreni, inferi spiritus, siue Genij, verentur & trepidant; & cœlestem illam in terris potestatem vel inviti ac reluctantes agnoscunt. Jam illos ex omni nostro

*Or heresi
eos per-
stringeret,
captivis.
qui semper
iniqui in
Divam
marrem:
sed cum of-
fesi à Dei.
ideoque om-
nes illos
carprores
& calum-
natores
contemnit.*

Cent. 5.
Miscel.
ep. 98.
Cet. 5. Mi
scel. c. 24.
SUMMUM
PONTIFI-
CEM Ec-
clesiæ ca-
put agno-
scit.
* Præf. 58.
* Ad Læc-
Admir.
*Or ab illo
tranquilli-
tatem &
unitatem
in re Chri-
stianâ esse,
illius impe-
rii in
Frimipes
habere, &
in ipsos
spiritus.*

orbe

Ibidem. Cardinalitiam dignitatem veneratur & amat.

Cardina-
litiam di-
gnitatem
veneratur
& amat.

SOCIE-
TATIS
PATRES
reueretur.

Cent. 3.

Miscell.

epist. 30.

Cent. 3.

Miscell.

epist. 87.

qui litteris
& sapien-
tiâ ipsius
imbuerunt,
& in omne

vitam pro-
futura mo-
nita pra-
scripserunt.

orbe selectos ECCLESIAE PROCERES, moribus, pru-
dentia, annis spectandos, quidni venerer, amem, honorem?
quorum confessum si vetus ille Cyneas videat, nihil am-
bigat vel cum Regibus, vel cum Heroibus comparare.
PATRES SOCIETATIS JESU semper amavi &
probavi; & publicè non semel professus sum. Illi me
Rhetoricis, illi Philosophicis imbuerunt; illi salutaria in
omnem vitam praecepta dederunt & praeiuerunt. Ut
Vlyssi illi naufrago Leucothœa vittam sub pectore ponen-
dam dedit, qua tutus à turbine & tempestate esset: sic illi
Sapientiae praeceptis me praeinxere. Ad quæ, (ut Ho-
meri similitudine utar,

Ὡς ὅτε τις δαλὸν σποδὴν ἐνέκρυψε μελαίνῃ,
Ἀ γρουῖ τ' ὦ ἑκατὶς, ὧ μὴ πάρα γεῖτορες ἄλλοι,
Σπέρμα πυρὸς σώζειν.

*Sicut qui torrem cinerum sub tegmine celat,
Longinquis in agtorum, & ubi vicinia tanta est,
Ignis conservans sibi semina,)*

semper ferè vitam meam & mores composui, ignem aut
lumen è fomentis illis eliciens. Imò etiam nunc

Audio quid veteres olim moneatis amici.

O viros à
cælo mis-
sos!

sapientes,
prudentes,
facundos,

& Atlan-
tes Ecclesia
Catholica!

In FRAN-
CISCA-
NOS ani-
mo & ad-
jectu pro-
nus,

Cent. 3.

ad Belg. ep. 76. Cent. ad Ital & Hispan. ep. 56. viros pietate insignes.

A V D. Etiam ego, mi Doctor, quoties ad amatos illos
Patres in viso, sentio & repido quodam gaudio, & mixta ve-
neratione, corpus animumque percelli, & palam in illis
Sapientiam Prudentiamque habitare, quæ vel ignaris men-
tibus se superfundunt. Cum alloquor, facundissimum
sermonem ore eorum, quasi è beato quodam eloquentiæ
fonte, manare audio. Platoni olim, ut in prodigio est, mel
suum apes, velut Aivinae facundiæ indices, in os inferue-
runt: illis vero Gratia ipsæ, non montem Hymettum (Va-
lerii verbis utor) thymi flore redolentem, sed Musarum He-
liconios colles omni genere doctrinæ virentes, Dearum instinctu
deposita, maximis ingenis dulcissima alimenta summae elo-
quentiæ instillasse videntur. Et ut portus in mari Deus sta-
tuit, jactatis refugium: sic hos magnos patronos, quibus
in turbido istoc Religionis ac Pietatis recreemur & reser-
vemur; ne improvisus vortex infernalis undæ nos absor-
beat æternoque exitio demergat. LIPS. Idem etiam de
Sodalitio D. FRANCISCI censeo; in quod hic animus
conscius sibi semper eximii affectus, ut vicissim meruerim
etiam aliquem ab illis. Et jure eum habui. Quidni in eos,
qui pietatis omnes numeros persequuntur, aut habent; & eam

& eam in aliorum animis excitant aut depangunt? Utrumque igitur hunc Ordinem divinitus institutum scio, magno rei Christianæ bono. Sed & CAPUCINOS istos quos dicimus, veræ virtutis, patientiæ, inopiæ & pietatis exemplar, quis sine animi aliquo motu aut impulsu videt? Quis viſos non miratur & probat? Imò omnes RELIGIONUM ORDINES si quis consideret etiam ex adversariis, quamvis ore neget, tacito tamen consensu Divino amore plenis, & favore Dei dignos judicat. Quam laudabiles etiam DEVOTÆ DEO PUELLÆ, ætate adultæ, voluntate prævia, quæ divino cultui corpus atque animum manciparunt? Beata VIRGINITAS, quæ cum Angelis de gloriâ certat: certat: imò superat, virtute, non felicitate; quia illorum tota à Dei munere est, istarum ab electione: sine pugna aut labore illa, ista à certamine parata: & quæ laudem habere, illa admirationem tantum potest. *O illustis portio* (Cypriani verba agnosce) *gregis Christi!* ô flos nunc in terrâ religionis, lucida sidera olim in coelo! **AVD.**

Manud.
I. I. Diff.
XIII CAP
PVCINOS
admira-
tur.

Ô OM-
NES RE-
LIGIO-
SOS OR-
DINES
approbat.
Pieſt. Vest.
MONIA-
LES lau-
dat,
Ô VIR-
GINITA-
TEM
cum An-
gelorum
gloriâ
comparat.
Sanazar.
Hæretici
noſtri in-
juriſi in
Religioſis

*Gaudete coetus Virginum,
Plenus habentes lampadas.*

Sed quam hîc incurrunt undique & incursant! Religioſorum & Virginum vitam elevant: mores, sanctimoniam, genus vitæ, carpunt: otium & desidiam obſciunt; & nescio quæ monſtra vocent. Jam ſi labecula aliqua aut labes, quam tonant, quam malitiſe augent & attollunt! Ut convallium ille ſonus, quem Echo dicimus, pro unâ voce acceptâ duas trêſve aut plures reddit: ſic iſti geminant & multiplicant viſa & audita. Ad ſummam, quod Mediçi de cucurbitis dicunt, quas corpori affigunt, non niſi prævum eas vitioſumque ſanguinem educere: veriùs de iſtis ego, qui attrahunt ad ſe non niſi mala. Atque utinam attrahant tantum! ſed ſemper à ſe addunt & inſpargunt, & ut dicta aut facta referunt, quæ nec in ſomnio cogitata. Sicut araneæ caſſes & filamenta mirâ artē è ſuo corpore gignunt: ſic iſti fraudem, argutos laqueos ſuoſte ingenio neſtunt. **LIPS.** Quæ hæc ævi protervia, & licentia eſt? Clamem jure cum poëta:

Ἡ δὲ νῦν αἰὶς μὲν ἐν ἀνθρώποις ὄληται,
αὐτὰρ ἀναδεῖν γαίαν ἐπιτρέφεται.

*Nunc certè pudor in mortalibus eſt extinctus,
Terrarum improbitas, uxor et imperium.*

O malignitas! & quid non vellicare potes? Sed, mi Auditor, ad quid a iud ſedent iſti, (cum D Auguſtino loquor) quid aliud captant, niſi ut cum quis Episcopos, vel Clericos,

Epistolâ
CXXXVII.

vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant, sed non omnes posse manifestari. Et tamen etiam ipsi, cum aliqua maritata invenitur adultera, nec proxiunt uxores suas, nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. At non habendo quod in causâ suâ divisionis defendant, non nisi homini in crimina colligere adfuerint, & ea ipsa plura falsissimè tractant: ut quia ipsam divinam Scripturæ veritatem quâ ubique diffusa CHRISTI ECCLESIA commendatur, criminari & obscurare non possunt, homines per quos predicatur, adducant in odium, de quibus & fingere, quidquid in mentem venerit, possunt. En imaginem claram horum temporum! quam quasi divinando Divinus ille Antistes nobis reliquit; & in quâ libens abjungo. Illa igitur mea & bonorum Religio, quam non vitâ solùm prætulî, sed linguâ & stilo expressi. AUD.

----Dis pietas tua

Et Musa cordi est;

tibi veritas & vera fides, quam nunc & alias semper probasti. LIPS. Non probem? Et hanc solam probo. AUD. Optimum probare optimum est, & in eâ optimè vivere laudabile. LIPS. Sed & salutare. Nam una tantum est, quâ salvamur; quæ ex libris Sacris petitur, idque pro Ecclesiæ Catholicæ sensu. *Hic est fons veritatis*, ait Lactantius, *hoc domitium fidei, hoc templum DEI: quò si quis non intra verit, vel à quo si quis exiverit, à spe vitæ ac salutis æternæ alienus est.* ^a Quisquis igitur es, in a vitâ Religione persevera, ^b cum prisca Ecclesia sape. Nam qui aliquid libavit è Patribus aut Conciliis (nos fecimus) scit illam esse unam, scit veram. ^c Illa nempe, illa est, quæ non modò tot Regum ac Principum, sed quod longè præclarior est, omnium Sanctorum communis Mater. & in cuius gremio mori felicior est, quàm ab initio nasci. Cum non nasci satius sit, quam in hac non mori. ^d Hæc igitur prima hominis cura erit, ut fundamentum Virtutum ac Salutis habeat. ^e Atque ut navis, ædium, aliarumque rerum carinas aut fundamenta volumus esse & prima & firmissima: sic hîc decet. *Εὐσέβεια δὲ πρώτη τοῦ σωθῆναι, Pietas primum sublevaritor*, ait Synesius Episcopus. ^f Et sicut Mercurius ille apud Homerum talaria, sive ut ipse appellat *καλὰ πίδαλα* sumebat: quæ ferrent eum.

----. ἡμεν ἐπ' ὕψην,

H' δ' ἐπ' ἀπειρον γαίαν ἀμα. πρὸς ἀνέμους.

---- seu super undam,

Seu

Abjungit
de sua Re-
ligione, &
quia ea
Catholica,
hanc solam
approbat,
III Ser-
monis
pars.
QVAM
RELIG.
PROBET.
Dialog.
quia una
salutis via
Lib. IV.
cap. ult.
a D. Hal.
c. XII.
b. Cent.
Ital. &
Hispan.
epist. II.
illam Pa-
tres & Co-
ncilia asse-
runt:
c. Testa-
mento
Joan. Sa-
mosciii
Polonæ
Cancel-
larii.

in eâ mori
felix; &
proinde o-
mnibus as-
sumenda,

d Cent. 5
Sinesius.

Miscell. ep. 8; e Dialogist. ut omnium reliquarum virtutum fundam. unum.
f Cent. 1. ad Belg. epist. 50.

Seu super immensam terram, auras equiparantem :

sic homines Christiani alam duplicem Religionis & Pietatis, qua subvoletis & emineatis super errores fidei & errabundos novatores. In CULTU ipso ad interiora semper prævertere, & cense, Cultum Dei esse optimum eundemque castissimum, ut eum semper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneretis. Aureum tibi dictum imprimis: *Optimus animus pulcherrimus Dei cultus*. Brevis hoc ipsum & acute Lactantius: *Religiosissimus est cultus imitari*. Etiam Hermes Ægyptius, *Θρησκεία τῆς Θεῆς μία ἐστίν, καὶ ἓναί κακόν, unus* (certè præcipuus) *Dei cultus est, non esse malum*. In verbis igitur aut quæstiunculis, ne nimium mihi pruri. Ad facta abi, quia *Christi inorum omnis Religio sine scelere & sine maculâ vivere*. Ama sine vento scientiam, sine novitate pietatem. Publica via qui excidit & semitas quærit, errores & flexus quærit. Sperne, ita te Deus hîc honestum, alibi beatum velit. Moysen illum Ægyptium audi, qui de fide cujusque, magis oculis quàm auribus credit. Et Euripidis illud cogita:

Τὸ σεφροειν δὲ, καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν,
κάλλιστον δοῖμαι γ' αὐτὸ καὶ σοφώτατον
Θνητοῖσιν ἔργον.

Pol. l. c. 3.
Vetus Dei
cultus in
actione
consistit,
Seneca.
Lib. v. c. x.
Trismeg.
Pol. l. c. 3.
non in al-
tercatione.
Lact. l. v.
c. ix.
Cent. 3.
Miscell.
ep. 99.
exemplo
Moysis
Ægyptij.

& ex dicto
Euripidis.

*Sapere modestè, & colere quæ divina sunt,
Pulcherrimum puto, atque sapientissimum
Homini esse.*

Puto tecum Enripides: & odi, odi curiosulos, qui etiam in illa penetrant, id est Giganteo periculo in cælum scandunt. Et cum omnia fecerint, cum cælum & terram subtilis ingenii ala pervolarint; quid aliud, quàm cum Aristophanæo Socrate ἀεροβατεῖσι per aërem incedunt? Et quàm multi hodie natant in hoc freto, & disputationum hîc fluctibus abripiuntur? Tu aliter, ut tutò & feliciter scandas: quod voveo & doceo, sequimini adolescentes. Ut Constantino, olim coelitus ostensa & deformata sacra illa Cryx, cum inscriptione, IN HOC VINO: sic vobis Doctores facto nati (fas ita loqui) ad veram Religionem, & cum ea pietatem excitandam; illos audite, sequimini; & sub illorum nominum ductu auspiciisque VINCITE. AVD. Quid? LIPS. Hæreticorum curiositatem, & inutiles, immo noxias illas super Religione disputationes. Quando magni illi proceres viam faciunt & præeunt, facîle itas Lunas sequi potestis minora alitra. Quid juvat ista omnis disertio, & indagatio? Non enim, qui sermone sapit, is mihi sapit

Ad Lect.
Hall.

Disputare enim periculosum & lapsus proximum. Præscrip. Const. Cæ. l. 1. 2. Bel. c. 5. Speruena igitur hæreticorum argumta, & doctiorum vestigia insistentia, quod immum est; Cæ. 3. Miscell. c. 3. & S. Greg. placuit.

L 2

(ait

gregorius
Theolo-
gus.

Ubi, à qui-
bus &
Dialog.
quatenus
disputan-
do. m.
Sen. ep. 1.
Publice &
populares
disputatio-
nes novia:

Lucret.
Sisinnij
* Soc. Ec-
cles. Hist. v.
c. x & alij
elegans &
prudent
consilium:
&
Sozom. 1.
vii. Ec-
cles. Hist.
c. xii.

Oppian.

Nicetas
Choniat.

Andronij
exemplum
in Dispu-
tationibus
damnan-
dis, aut
subtilibus
inquisiti-
onibus
semper
Turcarum
mos.
Ter contem-
plationes la-
psus in
hereses
iv. pars.
Sermonis

(ait vir sanctus) *nec qui linguam disertam & volubilem ha-
bet, mentem autem inconstantem & indoctam; sed magis, qui
pauca de Virtute differit, multa autem factis ostendit, & fidem
verbis suis ipsa via conciliat.* A V D. Disputationes ergo
damnas? L I P S. Non, si in loco, si inter idoneos, si
cum modo usurpatæ. Locum censeo S. holas, Academias,
Collegia. Idoneos, rerum sacrarum & Philosophiæ item
peritos. Modum, ut contentio & nimia subtilitas absint.
*Nec enim quidquam minus convenit, quam subdola ista calli-
ditas, animis cananibus magna* Sed in publico & in po-
pulo (nisi Principi aut iis qui præsunt, ob causas, aliter
videatur) Disputationes omnes valde improbem. Pri-
mum; quia per eas excitantur ad novitates multi & pru-
riunt.

Humanum genus est avidum nimis auricularum,
ait poeta. Deinde quia Sisinnij consilium (in re quidem
istâ Religionis) mihi probum, * *Viri disertis, rerum usu peri-
tis, in litteris Sacris eruditi, & summi item Philosophi.* Nam
hæc elogia illi dant Scriptores. Is igitur Theodosio aje-
bat: *Disputationes non solum non reconciliare schismata, sed
hæreticos præterea ad contentionem magis accendere* Idcirco
concertationes Dialecticas vitandas, testesque adhibendas
tantum Formulas fidei à veteribus editas. Antiqua enim
& antiquos si reiciunt, quæ ratio aut argutia eos vin-
cet?

---- ἀλλ' ἀπειρήτω γὰρ ἀνδρῶν
Δύσμαχον, ὅδ' ἐθέλωσι καὶ ἀπρεκέσσι πιδέναι.

---- mens ratiæ actaria semper

Indoctorum hominum, & nolunt vel cedere veris.

Andronicus igitur Imperator sapiens, qui tantum absit
ut morem tunc & nunc receptum de divinis dogm.ribus disse-
rendi probaret, aut de Deo novum aliquid vel dicere vel audire
vellet (etsi ipse rerum divinarum perscrutator) ut Novarum
Patrum Episcopum Euthymium, cum exuditione clarum,
& Joannem Cinamum, in tabernaculo suo contra Lopadium
diserentes super isto; PATER MAJOR ME EST, non solum
obviargari, sed etiam abiecturum se in præfluentem amnem
Rhyndacum scrio nuntius se, nisi defferent talia loqui. Sed
& Turcæ & Moschi hæc parte sapiunt: apud quos de reli-
gionis sacrisque disputare, capitale est. O probus hic mos,
qui utinam etiam nunc vigeret! cum per curiosas istas
contentiones multi labantur in heresim, quam ego semper
DAMNO; & extra unam illam Catholicam nullas alias
sectas religiones fero. Et firmiter hæc nostra sententiæ est.

O sæ-
QUAM RELIGIONEM DAMNET. Placet, Const. qua varia in hoc sæculum influxerunt, cum
multis peccatis & impietatis, idque specio virtutum.

O sæculum hoc (audebò dicere) quàm parum mihi placet ! quo nullum umquam feracius Religionum fuit , sterilius Pietatis. ^a quo noxę integritas ; contumelię pudor ; iudibrio fides est. ^b Religio passim nunc in ore , improbitas in corde. Verba pietatem sonant , facta ambitionem , avaritiam : nec in uno alteròve , sed apud plerumque ordinem etatem , sexum.

Quæ non flagitia adfficit ?

Quas labes scelestum ? ruit

Doctrina illa vetus Patrum , &

Patria Virtus.

a Cent. 1.
Miscell.
epist. 8.

b Cent. 2.
Miscell.
epist. 6.

Cent. ad
Ital. & Hispan.
ep. 59.

AUDITOR.

---- quid nos dura refugimus

Ætas ? quid intactum nefasti

Liquimus ? unde manus inventus

Metu decurtum continuit ? quibus

Pepercit aris ?

Horat.

Onimium fertilis venenorum ætas , quàm scenerario surgis foetu ! De Religione satis multi loquuntur , pauci vitæ expriment , & mores à professione discordant. LIPS. Verè , verè. Et Novatores seu novelli isti nostri , quàm morum virtutumque degeneres sunt , ποικιλομήτην , ὁδὸν ἄτοι , *mente varia , fraudum pleni* , ut Homerus Ulysses suum describit : per quos nobiles aliquot Europæ partes non labi sed ruerè incœperunt ! Sed quàm periculosum hac de re disserere ! AUD. At quis hîc filebit ? LIPS. Non ego. Et quamvis cum Platone sciam ἰνδία ἑολεν τὰ τοιαῦτα πρὸς τὰς πόλεις , *calumniis hæc obnoxii : in vulgus* : nec quidquam tam probe aut providè hîc dici , *quod non vellicare malignitas possit* : tamen subibo hoc discrimen , & pro virili aquam infundam in sacrum hunc ignem. Hoc excusatiùs , quòd non curiositas me impellit , sed publica utilitas , & quia priora ita exigunt : tum etiam præfens hîc Europæ status , quem nego me sine lacrymis intueri. O melior mundi pars , quas dissidiorum faces Religio tibi accendit ! Atque ita accendit , ut magna prudentia , imò felicitas fuerit , si omnino restinguantur. Ut enim fratrum odia acerrima sunt : sic eorum ferè , qui consortes aliquando ejusdem religionis. Colliduntur inter se Christianæ reipublicæ capita , miserabili & novo prorsus exemplo. Videamus Annales omnium gentium , & omnis ævi : tam acria , tam diuturna bella pugnata non legemus de Religione. Juvenalis pro miro & monstro habuit , duo oppida in Ægypto concurrissè inter se ob hanc causam , & id dignum

cent. 3 ad Belg. c. 49
Hæreticorum hodiernorum
mala fata
& fact. in Europâ ; sed
Cent. ad Germ. & Gall. c. 15
periculosa
istac sermone
& obnoxia
calumniis ;
In Eutyph.
non omittenda
tamen , quia
Seneca.
epist.
non curiosa , sed
utilis.
Dæmonia
belli quæ
hodierna
Hæresis in Europam
intulit.

Satyrâ censuit: quid nunc diceret aut scriberet, ubi Europa pænè tota, & milleni aliquot homines perierunt ac pereunt, per speciem pietatis? Cum tamen ludi & mimi scelestè interveniant; & quorundam ambitio aut avaritia veletur hoc mantello. Paullus Æmilius pro me loquitur: *In Phil. 2.* Nihil in sacris bellis perinde offuit, atque mos jam exortus, ut honestâ præscriptione suas quisque respiciat res. In ore omnium Sanctum Piumque versetur: consilio, conatu, animo, seculis afficiuntur. Si de Religione tantum agatur, si obivio noxa sanctiatur, omnes idem sentiant. Nunc de Mortalium jure, de Comitatu res est. Dicis virum vatem fuisse, & scripsisse in hoc ævum, Aud. Hercules acu rem tetigit, & doleo infelicitatem nostri ævi, quo innovare, turbare, pugnare, Pietatis species sit. Ipsa sanctitas autem (apud hæreticos dico) disputare, & Scripturæ locos aliquot pro impio & damnabili sensu conglobare, & contra universam & venerandam antiquitatem interpretari. Assiduè (prò dolor!) audiendus nunc fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui movet χορδὰς & ἀκινύτας, chordas non movendos. Semper Evenus, qui

*Hæretico-
rum pietas,
innovare,
turbare,
pugnare:
sanctitas,
disputare;*

Euripid.

Ἐκ παλὺς ἂν τις πράγματ' ὁ δειῶν λόγων
Ἀγῶνα δειτ' ἂν, εἰ λήγειν εἴη σοφός.

*Dere quacumque orationis duplicis
Certamen exiat loquutor callidus.*

*quod sine
discrimine
viris, femi-
nis, pueris
concessum:
Hist. li. xi.
scilicet hoc
tempore
Nicephori,
fuit in
Greciâ,*

Et videtur fatalis hodie ista ingeniorum scabies, ut omnes disputare malint quàm benè vivere. LIPS. Ita est, & velut à cœlo, & ut dixerim, astro aliquo, est hæc pestis. Atque ut corporum quidam morbi certis temporibus interveniunt: sic nunc iste animorum. Viri, feminæ, senes, pueri, quæstiunculis ludunt & lasciviunt: eoque ventum, ut pro parâ sano sit, qui non sic insanit. Mysterium Theologia erat, facta est populare oblectamentum. Vis imaginem claram hujus insanix? Nicephori Gregoræ ista lege: *Apud nos etiam opificibus effusa sunt arcana Theologiæ, atque ita omnes inhiant ratiocinatiunculis & sermonibus tylogisticis, ut herbe & pascuis armenta. Et illi, qui de rectâ fide ambigui sunt, & qui nec quomodo credendum sit sciunt, nec quid sit illud quod credere se dicunt, illi inquam & fora & porticus, & theatra omnia Theologiâ compleverunt, neque solem hunc testem facere impudentiæ suæ reverentur. Quomodo autem non sit absurdissimum, olim cum florent Gentilium dogmata, ordinem aliquem fuisse, & arcana quæ Dædorum Theologis commissa erant, nulli alii vel edicere vel indagare licuisse, sive is Plato, sive Socrates, aut alius sapieniâ celebris fuisset: apud nos verò, qui purum pietatis mysterium profiteamur, ita profa-*

profanari res divinas, & omnibus, qui de Theologiâ differere volunt, id licere suo pie arbitrio & suffragio? Hæc olim in Græciâ fuere. Quando? cum paullo post ruit. His enim & statum publicum turbant, & se ipsos in æternum exitium præcipitant. Et pro hac meâ mente D. Hieronymus: *Agricole, cœmentarii, fabii, metallorum lignorumque cæsores, lanarii, fullones; idcirco dum sacros libros, aut rastro sua & malleos versant, nullo ingenio, nullâ ope divinâ adiuti, in extrema se animarum præcipitia miseri agunt. Et quantum temporis etiam peritioribus inter illos verborum illa cavillatio eripit, & captiosæ diffutationes, quæ acumen irritum exercent? Nesciunt nodos, & solvunt; id est, quid nisi aranearum subtiles telas texunt & retexunt? Sicut pueri pilam percutiunt, sterili voluptate: sic isti. Et tamen alti & subnixi ambulant μετὰ τὴν ἡγέρην διδασκαλίας οὐκ ἔχοντες, majorem quàm pro homine sapientiam sapientes: & quod Socrati objectum olim, ἀεὶ πρὸς ἄλλους ἑστῶτες τοὺς τε ἰσθμὸν καὶ τὴν ἰσθμὸν ἐκπρίναι. Sat. agunt inquirentes & quæ terram infra, & quæ cœlum supra. Et cum omnia fecerint, miselli prætereunt ipsi sese. Reliqua sciunt, illud unum quod seitu necessarium nesciunt, ut se sciant. Bonos singuli sese pronunciant, auscultantes adulatoribus, non conscientiæ. Quidquid assentatio sine pudore congerit, tamquam debitum prendunt. Aliena vitia in oculis habent, à tergo propria, Si*

---- populus sanos recteque valentes

Diffuset a cultam febrem sub tempus edendi

Disimulant, donec manibus tremor incidat unctis.

Alienæ luxuriæ nihil ignoscunt, qui nihil suæ negant; cum bonus & Catholicus ceteris ita ignoscit, tanquam ipse quotidie peccet; ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscit: veniam maximè negant, qui illam petere sæpius meruerunt. Mones, objurgas, pungis? Sapientior sibi stultus videtur septem viris loquentibus sententias. Statim audies, Nihil peccavi, nihil feci. O vitium fœdum! ô malorum omnium fontem! hoc enim ubi animum invasit, quavis scabiæ insanabilius est. Et nisi prius extirpetur, numquam hæresim relinquent aut rectam veramque fidei viam & virtutis ingredientur, aut conabuntur videre salubria & gustare. Vidit Philolophus magnus qui scripsit: *Deprehendens te oportet, antequam emendes. Qui peccare se nescit, corrigi non vult.* Et hæc illa causa est, cur Ecclesiam Catholicam audire nolint. ^a Et hoc fulcro qui non innixus, necessum est in partes semper ruat; ^b ut navis quæ inter fluctus sine clavo jactatur, sic homines qui in hac vita sine veræ fidei gubernaculo. Possem hinc

L 4

b Cent. 2. Miscell. epist. 8.

*sed paulo
ante interi-
tum.*

Epist. ad

Paul.

D. Hiera-

nymus es-

iam dam-

nat;

Manu-

dù. lib. 2.

dist. 3. 1.

Senec.

epist. 45.

Et ruerat

steriliter

lustrata: ita

sapient.

Cent. 1.

Miscell.

epist. 59.

se ipsos

præterit.

Singuli se

bonos &

beatos p-

nunciant;

alios male

vivere vo-

lunt,

Plin. epist.

Prov. 26.

omne pec-

catum a se

removen-

tes.

At 75 id-
est: difficile re-

ducere possunt

ad S. Ece-

clesiam.

Sen. epist.

xxviii.

extra. 3. 1.

oratio per-

sonat.

a Cent. 1.

Miscell.

epist. 97.

Sed Lipsius ultra non progreditur; quia periculosissimi sermones.

Cent. 1.
Miscell.
epist. 88.

quædam appositè & verè : sed Megarensis ille Sapiens mihi inclamat, Περὶ τῶν & ἐν ὁδῷ. Platonemque infusurrare audio: Οὐτοὶ γὰρ οἱ λόγοι χαλεποί. *difficiles, & cum discrimine hi sermones;* Quod oraculum in hoc quidem ævo. Ut enim eadem purpura homines delectat & ad gaudium provocat, tauros offendit & irritat ad pugnam: sic nunc eadem Veritas aut Virtus intelligentes capit, lædit improbos & imperitos. *AVD.* Attamen, ut cum Menandro hoc dicam,

Menander.

Αἰ χρᾶτισόν ἐσι τὰ ἀληθῆ λέγειν

Ἐν παντὶ καὶ ὧ.

Semper quæ vera sunt loqui, res optima est,

Quodcumque tempus incidat.

Cent. 3.
ad Belg.
epist. 55.
Cent. ad
Genn. &
Gall. Pæ-
fat.
& Theola-
gis compa-
runt: quæ
eruditior &
pius hunc
ævo optat,
& qui ex-
rantes re-
ducere pos-
sint;
quod à
fficit omni-
no.

LIPS. Rectè, at alienos fines ego jam non transcendendo. Infelix hoc ævum est, cui subsidia opus eruditorum & piorum virorum, quibus vis ingenii & oris adest, & in concussio hoc rerum statu velut nova munimenta, qui moveant, doceant, persuadeant; moribus, vitæ probitate & exemplo præeant. Ut cælo sereno & mari quieto, minor cura aut inquisitio de gubernatore est; quivis pæne sufficit; at turbido hoc & illo, virum navis quærit, veterem clavi & peritum: sic nunc dixerim; in procellis nimbisque quibus Religio jactatur, magni interesse, quem in curam tutelamque ejus accersi videamus. *AVD.* Sed quis ille tam peritus, qui tollat hæc talia quæ sensibus infident? Omibus enim

---- θυμὸς ἐνὶ στήθεσιν ἄπιστος.

---- incredula pectore mens est.

Medici ajunt Melancholicos morbos (tu sensisti Magne vir) medicinâ omni efferari: idem in isto animi morbo est, quem verè μελαγχολίαν dixeris, & imaginofum quemdam animi morbum. Natura contumax & humanus animus, & præsertim in re hac sensuum, cum opinio accessit pietatis. Galeni verbis appositè utar: Οὕτως ἄρα δυσπαύότεροι τὸ κακὸν εἰν ἢ περὶ τὰς ἀιρέσεις φιλοτιμία, ἢ δυσέκνιπτοι ἐν τοῖς μέλεσιν, καὶ ψυχῆς ἀπάσης δυσιατότερον. Adeo contentio hæc circa sedes malum est, quod nec advertas facile nec eluas, idque omni scabie insanabilis. LIPS. Scio cum prudentissimo Cornelio natura infirmitatis humanæ tardiora esse remedia quàm mala: &

His pietatis opinio accessit.

Vita A.
gricol.

ut cor-

ut corpora lentè augescunt, citò exstingvuntur, sic ingenia humana studiaque faciliùs seduci & vanâ opinione imbui, quàm revocari;

*Videndum
tamen &
non despe-
randum.*

-----tamen utile quid sit,

Juvenal.

Proficiunt aliquando viri.

Non ut in agro satis est semel sementem iecisse, & ille accipit, fovet, profert; sic in animis: qui quotidiano, ut sic dicam, vomere proscindendi & obferendi sunt, ad meliorem illam frugem. Semper, inquam, curandum ut verbis factisque ad meliora traducas. AUD. Mi Doctor, ut n

*quumvis
ipsi volun-
tuntur.*

*Hæc venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira, quæ penitus meant,
Nec nocentia corpori,
Mentis ulcere sæviunt.*

Boëtius.

LIPS. Et illa scio. Nec in primo statim aggressu omnia ad votum animumque succedent, expectandum est, & sæpius idem tentandum. Ut uvam acerbam non statim abscindas aut reiicias, sed patienter expectes,

*sed succes-
sive,*

---- dum tibi lividos

Horatius.

*Distinguat Autumnus racemos
Purpureo varius colere:*

ita hîc fiat. Ecce in fidibus siquid discrepat, non abrumpis statim, sed paullatim reducis ad concentum: in Fidei dissonantia, cur non idem? Audi Medicorum Principem: Χρόνος ἐστὶ ἐν ᾧ καιρὸς, καὶ καιρὸς ἐν ᾧ Χρόνος. ἀνεσις Χρόνω ἐστὶ δὲ ἡνίκα καὶ καιρὸς. *Tempus est in quo Occasio: & Occasio in quâ Tempus. Medela Tempore, est etiam ubi Occasione contingat.* Ingenia nostra, ait Seneca, ut nobiles equi, melius facili fræno reguntur. Et equorum domitores, ferocientes eos non flagellis exasperant, sed popysmis blandè tractant & demulcent: sic in erroneis. Benignè cum illis agatur & comiter, ut clarum & lucentem solem tandem in animum immittant, & confiteantur errasse. Deservescunt enim animi pallatim; & affectum Veritas ac ratio sæpè serò vincit. AUDITOR. Utinam vel in extremo vitæ actu! & peccatum agnoscant. LIPS.

*Hippocr.
in Præ-
cept.*

*& tempore
opportuna,
comiter nō
asperè:
i. De Cle-
ment.*

*& sufficit,
si vel in*

horâ mor-
tus r. pi-
scat.

Epicurus
apud Sen.
Seneca
Agam.
Sermonis
filiis, &

preca mun-
cula pro
salute &
resipiscen-
tia erran-
tium.

Sappha-
Cent. ad
Germ. &
Gail. Præ-
fat.

Act. A-
post. c. iv.
Da Deus
n. i. f. r. i. c. o. r.
Pa. cr.

Home-
rus.

Initium est salutis, notitia peccati, ut ipse voluptatis Magister ait. Et

Quem pœnitet peccasse, pœne est innocens.

Sed ego abjungo ; καὶ τοῖς ἰδὲ καὶ κίον, *ne satietas adveniens gravis ac molesta sit*, ut ait Pindarus. Tu ô benigne (nam voto & suspirio sermonem hunc finio) & miserator,

Nate Deo, Deus ipse, eterno è lumine lumen,
qui curam semper Ecclesiæ tuæ, tuæ sponsæ geris, divisa hæc junge, malè sentientes corrige, prava hæc & novitia opinionum pelle, calamitatem & cladem non Belgicæ sed Europæ; & effice, ut *multitudinis credentium sit cor unum & anima una.* AVD. Et ego illos causamque hanc Omnipotenti DEO scrutatori cordium commendo : quem quidem ex animo precor, ut nobis tantisper gratiam suam impartiri velit, quâ ante extremum remunerationis diem in unam sententiam conspiremus : & ut sic tandem aliquando in cœlo, ubi nulla erit injuriarum memoria, sempiterna amicitia perfruamur. Annue, ô Rex Regum,

-- -- ῥῶσαι ὑπ' ἡέρος υἱας Ἀχαιῶν,

Ποίησον δ' αἰδρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

----- libera de caligine filios Achivos,

Fac vero serenitatem, da autem oculis videre.

ASSER-

ASSERTIO
LIPSIANI DONARI
ADVERSUS
GELASTORVM SVGGIL-
LATIONES

à JOANNE WOUERIO Antuerpi-
ensi scripta.

MENANDER

Οὐ δειῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ' αὖ σφοδρῇ ἢ

Ψευδῆς. ἐπίσαντ' αὐξάνειν αὐτῇ τινες,

Δι' ἧς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει.

Calumniam ne sperne, vel falsissimam:

Nonnulli enim artem illius augendæ tenent,

Quos propter illam si caveres, rectè facis.

LIPSIA-

REV^{MO} ET AMP^{MO} DOMINO
D. JOANNI MIRÆO
ANTVERPIENSIIUM
ANTISTITI DIGNISSIMO.

REVERME PRÆSUL, Cuncti laboribus ingeniiſque
ſuis Patronos requirunt & inſcribunt. Pars ambitione
percita, non aliter paginarum ſuarum titulos onerant,
quàm lucentia pavonum colla natura ornavit. Simpliciter alij
ſamulantur, & obſequium ſe deferre nuda teſtatione profiten-
tur. Ego ſane ab illis tam alienus ſum, quàm cum iſtis non ob-
noxius. Nam Religionis ſi communem cauſam ad ſacrorum
noſtrorum Præſidem deſero, in tuo REVME ſoror te iudicem
appello: & ſic officij munus ſine ambitu nuncupo. At tu LIPSI
innocentiam, bono periculo ab inimicis tentatam, aſſero, non
vicario jam aut cella laxiore contentus, ſellam potiùs & curule
ebur (præſciſcine loquor) pro argumenti dignitate effragito.
Ah! eo namque ventum eſt; appetitur *contumeliæ amor*, & jam
ſumma flagitiorum voluptas eſt, inquinare honeſta. LIPSIUM
nuper in tantum VIRTUS & SAPIENTIA ſupra ſæculi huius
mores eduxerant, ut non tam applaudentis amicitie votis,
quàm conſeſſione victæ æmulationis, ſuperiorum temporum
præſcis Heroibus adſcriberetur. Inò ſecure etiam hanc ſamam
apud malos habuit, quoad divina non traxit. Sed ubi adlu-
beſcens veritas, & piæ narrationis amor, ſtilum in ſe traxit: ecce
inimicitie, ſed impiſſimorum; obrectationes, ſed perditorum,
tamquam procelloſi æris tempeſtates, in JUSTUM detonue-
runt. Vivus ipſe vidit partim & prævidit hos nimbos. Anne
dolenter, & uti nocitura ſolemus? Contra ſane. Nam ante ſu-
premiū illud & decretorium, ſex tantum diebus, cum ex ma-
gna Britannia allatrantem hybridam audiviſſet; HÆC EGO
PRO VENTO HABEO, reſpondit. Aliter non debuit, nec potuit
quidem, imperturbati animi tranquillitas, & ille SAPIENTIS
taliſ ſtatus, qualis Mundi ſupra Lunam eſt. Igitur quid inge-
miſcimus, quid indignamur? Et quem malignitati magnitudo
decre-

decretorum, quem paucorum injuriis bonorum favor, orbisque terrarum gratulatio eripuit, anne vindicare ulquam, aut afferere possimus? Non Virtuti, non Famæ, fateor. Sed pro Honesti quoque intertrimento generosus suspirat animus, & inlata integritati noxam, suam arbitratur. Quin etiam in **LIPSIUM** omnis adversantium acerbitas, torisque laceffentis invidiæ ictus, vobis **REVM** imputantur. Vestris enim auspiciis, ductuque sacrorum Imperatorum, in Ecclesiæ castris militare palam coeperat. Itaque vulnera pro inimicorum voto si acceperisset, tunc cum Philippi Regis milite, non opes, sed opem merito sanè exigeret. Ille cum frigide audiretur, tarde acciperet; vestem posuit, & adversi corporis cicatrices ingrato Imperatori cum exprobratione objecit. Præmium sic rettulit: an quia meruerat? imò quia æque fortiter, atque pugnare solitus, petierat. Abest à vobis **PATRIBUS**, hæc patris ægra liberalitas; magisque obvia, expositaque Alexandri filii humanitas elucet. Qua, uti gestarum rerum magnitudine, patre prior. Nam cum militem ætate ægrum, de via fessum & rigentem vidisset; prope descendit, jacentem sublevavit, folio suo fovit. Idem hoc velle, benivolentia vestra est; posse, auctoritas. Mei interim instituti erit, leviter & in præceßum, veritatem in **LIPSI** defendere adversus *novitiolam* infelicissimi ævi nostri *paraturam*. Deus

RME tuam Præfidentiam Ecclesiæ nostræ, præsentiam urbi, diu sospitet. Ita corde & animo voveo,

RME D. V.

addictissimus Cliens

Joannes Wouerius Anxerpiensis.

LIPSI

LIPSIANI DONARI

ASSERTIO.

OMNIS ætas vidit, omnis affirmavit, nullam lucem sine umbra esse, nullam magnam gloriam sine obrectatoribus. Quinimò vetus hoc adeò verum, *nullum sine amatore vitium esse*, ut hodie virtus nusquam sine adversario consistat. O felicem LIPSIUM! tot calumniantium turbis, tam profundis invidiæ tenebris ereptum; sereno conditum, unde tranquillè jam despicere hæc humana potest, quæ nec vivus unquam suspexit. Sed in hunc, à quo nemo lesus, nisi qui virtutibus offenditur, jam convitia quoque stultissimis intexta poematis, & impiissima epigrammata volant? Hem! (quis nisi cum risu indignetur?) post decumanas atrocissimarum calumniarum tempestates, jam urbis poëtis, non deesse argumentum pellicæ vestis? Talem enim moriens LIPSIUS ad aram VIRGINIS-MATRIS deferri jussit, venerationis suæ donarium, pietatis monumentum. Verum benè est, malivolentiæ pariter & impietatis ingenium, hoc solum in quod arietaret factum, eruere potuisse. Satis gloriæ, etiam ab inimicis, immortalis viro accessit, cum nisi levissimis carminibus convitari pietati possunt, quæ nisi pessimis semper odio fuit. Sanè ego omnibus perfectissimæ amicitiae numeris adhuc vivo conjunctissimus, in primis indolerem, optimi & innocentissimi famam sic impiè lacerari, nisi eam solidam esse, in se teretem atque rotundam,

Externi nequid valeat per læve morari,

omnium optimorum consensu didicissem: nisi latrantibus hisce dentes, laniantibus ungues, ignavissimis denique vires deesse, tam in proclivi mihi esset palàm facere, quam imber cum pluit. Agite, & horum pauca deliria mecum recensete, ita me Deus Fidius, putida, & quæ à probis tam citò reprobentur, quam volpes pirum comest. Igitur breviter: nec per totum errantis insaniae campum vagabor: At ubi vires suas iniquitas conduxit, & toto uti arbitratur acumine pugnat, ibi manus conferam, & non magno veritatis molimine, mendaciorum affanias proster nam. Sed ipsum nunc è mastigiis alterum audite. [Festino. *Odiosa est Circensibus pompa.*

Vidit

Vidit homo frigere sua miracula Divæ.]

Imò vel maximè fervere hoc indicium est, quòd nimis vos urant. Contrà quidquid dissimuletis, jam populatim convenitis ad excidium (uti vestri testantur) exitiabilis incendij. Sinè è Batavià nuper, Germanià, Britannia quoque, tandem ultimus iste nefariorum, è Gallià poetaster, non aliter conclamarunt, quàm si Palatino Cælioque montibus cœptus ignis, materia & vento validus, non urbi, sed orbi interitum minaretur. Hinc ecce Sparteo currant, concurrunt exterriti vigilēs, Sannio Baravus, Idolomastix impius, Veritatis dirissimus & mendacissimus Vindex;

Ambubæjarum collegia, pharmacopola,

Mendici, nimi, balatrones.

Solus Poëta deerat, sed qualis ego vel Cluvienus. Quid narrant Alastores? LIPSI superstitionem, idololatriam, Deæ lignæ cultum, Tunicam pelliceam:

Nugas theatri quæ pueri sciunt.

Quid pueri? nemo Catholicorum tam infans est, qui non veritatem tam nugalibus oppositam, cum lacte biberit nutricis. Nec magni etiàm & graves viri defunt, qui enucleatissimis scriptis, novatorum horum odia omnia, totasque jugulaverunt falsimonias. Ego ali-

* Galen.
lib. de Se-
dis.

quid ut retexam? Non faciam. Monentem salubriter *medicum audio. Οὐτως ἀρα δυσάπότητον τι κακόν ἐστι ἢ περὶ τῆς ἀρετῆς φιλοτιμία, καὶ δεσπότητον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἀπάσης δυσίατότερον. Adeò contentio hæc circa scdās malum est, quod nec avertas facile, nec aliàs, idque omni scabie insanabilius. LIPSI donarium & calumnia illud diffamans, mihi argumentum. Itaque illius tantum sincerissimam pietatem assero, hujus verò infidiosam sinisteritatem deinceps avertō.

JUSTUS LIPSIUS, DIVÆ VIRGINIS HAL-
LENSIS BENEFICIA ET MIRACULA; item DI-
VÆ SICHEMIENSIS SIVE ASPRICOLLIS NO-
VA BENEFICIA ET ADMIRANDA,

æternum duraturis litterarum monumentis posteritati sacra-
vit. Hoc factum adversarii dolent; ex amicis (pru-
dentia uti volunt respectu) quidam culpant. Illi impie-
tatis arguunt, hi exerrationis. Primorum causa (heu no-
ta nimis & publico Europæ interitu, detestata bonis om-
nibus!) discedens in religione opinio est, & pertinacis-
sima novellæ hujus ætatis Κενοτυμία. Insolens, me hercu-
les, malum! nam etiam Deo & ævo præeunte quæ de su-
peris

peris didicimus, dedisse nos, non è cœlo lapsi, sed nuper terrâ orti homines volunt, & nisi statim; ecce convitia, discordia, odia; bellum. Itaque? Non *Veritatis Regula quæ venit à CHRISTO, transmissa per comites ejus*, non vetustatis consensus, & ad nos usque descensus; non *Propheta, Prædicatores, Patres, à primordio in sæculum missi, spiritu divino inundati*, nec tandem miraculorum (quæ prima Christianam fidem induxerunt, & in omne ævum produxerunt) jugis veritas & oculata testimonia, horum contra novatorum insaniam, insolentiamque, stare audebunt? Iterum tamen multa horum, unâ & facili falsitatis sententiâ absolvunt. Ita ut illud nunc maximè dictum valere putes, *Nullam causam ita evidentem deferri posse in forum, cui nulla nemondacij quidem delamenta contingant.* Quid verò contrâ sentiant, quid iterum dissentiant, passivæ opinionum nubes, nebulæ, fami fati diffundunt. Aliquin nihil horum etiam tam citò nascitur, aut subito perit, quàm insipientium istorum sententiæ. Soli olim chamæleonti datum de còrio suo ludere, nunc istis quoque de fide. Ac miracula vestra inquit,

Tertull.
Apolog.

Quintil.
Declam.

Gerra germanæ, atque æde pollyæ, lyre.

Proh pudor! probus quispiam, ne dicam sanus, diem dixerit, diem non esse? Ego tanè credo istos (si pernegant) non veteri tantùm memoriæ, verùm sensibus quoque suis indixisse, fidem non habere. *Cacitatis* (doctissimus Afer scripsit) *duæ species facîle concurrunt, ut qui non vident quæ sunt, videre videantur quæ non sunt.* Sic adversarij dum ne quidem suis oculis miracula credunt, quid mirum si idololatras in nos, dearum lignearum adorationes, aliæque febricitantium deliria deblaterent? Verùm nunc altius paullulùm sententiæ hujus originem persequamur. Olim & semper hæresim sollennis nota, & desectentis à fidelium cœtu erroris quasi tessera fuit, DEIPARÆ-MATRIS odium. Nec miretur quispiam. Improbè faciunt, sed non improvidè. Nam ut qui arborem evertere volunt, non ramos ejus minutatim amputant, sed truncum ipsum aggre diuntur & exciunt; sic isti quibus Religionem & Ecclesiam perdere consilium est, hanc, à CHRISTO radice & primo truncò secundarium fulcrum, agitare & exciunt semper conantur. Hinc priscis statim primisque fidei temporibus, virginitatem aliquis detrahit, alius ipsam prolem; & reperisse eam, non peperisse, tartareâ voce evaporat: tertius, non peccatum, sed peccata affingit. Denique; ut nostri sæculi quasi senior impietas, longè præteritos illos superaret furor; ecce nuper in Germania monstrum, hanc *Sole amictam*, & in qua *macula non fuit*, infra uxorem suam abiicere, aut, ut verius dicam, familiare suum

suum scortum, non veretur. Heu scelera, heu impietas! quæ nos tamen mente & adfectu excremur potius, quàm acri sermone refutemus. Nam quid opus? Sicut is qui solem tenebrosum dixerit, nihil lucis illi detrahit, sed infantiæ opinionem sibi adiicit; sic pariter istæ nigræ noctis & profundo Erebi emergentes aves, splendorem hujus Matris non minuunt, tantum animi sui diritatem, mentis cæcitatem revelant. Pura est enim VIRGO-MATER, speculum sine labe, lilium inter spinas, hortus conclusus, lucerna luminis inextincti. Et nōne talem esse oportuit, in quā clauderetur, de quā egrederetur puritas & splendor ille æternus? At ponamus istos vel libere & de pectoris superfluente nequitia ad insanum modum omnia eructare, quid præterea adferent, nisi CHRISTI JESU gloriam MARIÆ cultu & honore in honorari? Siccine? Et cū Dominus glorificetur in Sanctis; MATRIS-DEI exaltationem, prædicationem, invocationem, Idololatriæ execrabilè crimine defœdabitis? Nam de statuis si id nobis adfingitis, ô impudentem, post tam claras certatque Catholicorum rescriptiones, proterviam! Denique etiam contestari juvat *in suggillationem, & originem, & traditionem, & sententiarum argumenta per quæ, recognoscipossit*, Ecclesiam in cultu MATRIS-DEI, imaginum veneratione, miraculorum fide, nihil nunc aut novum aut portentosum suscepisse. Denique à constitutâ religione, fumos viros præcipuâ hæc semper dignatione habuisse, evidentissima veritas evincet. CONSTANTINUS Magnus Imp. sub quo caput primū extulit libera pietas Christianorum, huic se DIVÆ devovit; nec se tantum, sed novam etiam suam Romam Constantinopolim, in quā templum fabre & splendide constructum (nec id sine miraculo) MARIÆ consecravit. *Ioannes Comnenus* ibidem Imp. partâ ingenti victoriâ de Persis, & hanc & alias MARIÆ acceptas retulit; & piâ quadam demissione, imaginem ejus in curru triumphali impositam ipse pedes antecessit. Plura in Græciâ exempla sunt: quid apud nostros? *Hemicus II.* Imp. Bavarus eximius fuit in DIVÆ hujus cultu, cui templa passim & aras extruxit. Idemque *Dagobertus & Carolus Magnus*, Galliarum Reges. Principes viros enumeravi: dabo & de ceteris claros? Prodi tu *Ioannes Damascene*, & scriptis nobilem dextram tuam ostende: abscisam à Tyranno, precibus Patronæ Virginis recepisti. Tu Beate *THOMA Aquinas*, decus utriusque Sapientiæ, divinæ & humanæ, qui perpetuam Castitatem sine libidinis ullo sensu, acceptam profitebaris à MARIA. Tu *Ruperte Tuitiensis*, qui antea bardus, stupidus, in lumen & gloriam Germaniæ lurrexisti, alle-

Terrul de
Test ani-
ma.

allevante hac DIVA. Nunc obstrepite hic omnes Hæreses, frendite, fremite, qui verè hanc humani generis materem velut scopum destinatis linguarum procacium sagittis. At nobis, O te beatam, & verè eximiam super omnes Sanctos mulierem, stat fortiter laudare, piè colere. Tibi enim, O cæli, terræ, maris Regina; Patriarcharum dignitas fasces submittit; tibi Prophetarum divinitas, Apostolorum auctoritas, Martyrum laurea, Virginum candor, ipse Angelorum splendor contigit. Et omnium cælestium choras proximam à creatore, te creatoris sui matrem laudando celebrat, concelebrando exclamat: *O verè benedicta Virgo, quæ & virginitatis possidet decus, matris & perituli dignitatem. Verè benedicta, quæ & superni conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronam. Verè benedicta quæ & divini germinis suscepit gloriam, & Regina totius extitit castitatis. Verè benedicta, quæ fuit major cælo, fortior terrâ, & ibe latior: nam Deum, quem mundus non capit, sola cepit. Portavit eum, qui portat orbem; genuit genitorem suum, nutritivum omnium viventium nutritorem.* Sic cæli quippe ferrea templa, & in istis æternæ beatitudinis consortes animas, CHRISTI-MATRIS perennia decantare præconia, antiqua sensit Ecclesiæ veritas, & nullis erroribus permixta majorum pietas. Futiliter sic obgannit nebulo quilibet, & illi a prioribus decepti, ut ab istis nunc vos, qui ut pecora sequimini antecedentium greges: O quicumque ante nos nihili homines, quàm altis sopiti sepulchrique erroribus, quàm non ista fidei luce effulserunt! Nos verò Dei spiritus animavit, nos singulari veritatis viâ fides ducit. En omnis hæresis certissimum germen, mendax præsumptio. Ego sanè, nisi Religionis robur satis hoc hovitatis odium confirmaret, mællem cum priscis & piis errare, quàm tantæ vanitatis inter Thrasones verum videri. Sed ne extra orbitam. Olim, ut dixi, cultus MATRIS-DEI Ecclesiæ placuit, quia Prophetis celebratus: *Adstitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate. Quia Apostolicis etiam Evangelicisque intextus visibus: Et signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta sote, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Tandem etiam quia cælestibus decantatus vocibus: *Quæ est ista, quæ ascendit è deserto, deliciis affluens, phœbra ut luna, & effulget ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?* Sunt & aliæ innumeræ, indubieque sacrarum paginarum auctoritates. Contra has tamen unus & alter vinosus, furiosus, nec propriis etiam sæculi satis notatus, perstrepat: His adhaerete, vetera spernite; hoc est, cælum deserite, ad ima tartara properate. Desino cum impiis; venio ad amicos, amiceiter pro-

Petrus' chrysologus Sermone cxliii. scripsit ante mille & centum annos.

amici fama sollicitos, & hanc Divarum scriptionem, *Δις
οὐρανίου* habentes. Hisce privatim, publiceque (quod res
est) rescripsit, historico filo se scripta ista texuisse, ite-
rùm tamen non probant hoc argumentum in Philosopho.
Sed quæso serid, & extra jocum aut bilem. Quid magis
pro philosopho, vel veterum philosophorum sensu, quam
illa quæ sunt afferenda divinitati? Platonicos & Stoicos
audite: nonne à prodigiis & miraculis numen & ejus po-
tentiam validissimis tamquam argumentis adstruxerunt?
Historias legite omnisævi, sacras & prophanas; nonne
miranda facta, & quæ potentiam humanam excedunt,
Deo tribuunt, & Geniorum ministeriis assignant. Ergo
de eventuum causis philosophus disputet, nam de ipsis
non potest, & quomodocumque ad altiorē potentiam &
totius naturæ caput Deum ibit. Atqui de Geniis, & nos
ad beneficos, & salutares nostros ducimus, fidei sacramen-
tis nihil refragantibus. Denique hac una miraculorum ra-
diuitatem adstrui, Christianitatem corroborari, arbitra-
mur; & frena injici impietati & *ἀσεβείᾳ*. Verum nec sic
philologum ea decet. De philologo omitto. Pro philo-
sopho ritè & scitè Synesius respondet, *τὴν ἐπιστήμην αὐτὴν
ἀπόβασιν εἶναι φιλοσοφίας, καὶ ἐπαγγελίας*. Pietatem
non esse descensum à Philosophiâ, sed ad eam ascensum. Et
ita est, si veram quærimus: si non disputare, quod hodie ob-
tinet, & instar hirundinum in scholis strépere; sed sentire
& vivere ex philosophiâ volumus, & salutaribus ejus mo-
nitis adstringi. Facimus. Ego redeo ad nostrum verifi-
catorem, sic mugientem quasi cūti oviculam lupus vorat.
Quid mirum? Carmen ejus in fine laborat.

[Crassa que pro calido stragula thure dedit.]
Cum frigerent, inquit, miracula, thure calidum subduxit, &
substituit crassa stragula. Consequentia sanè. Accipo rei
gestæ narrationem impie. Jam LIPSIUS mortalitatis li-
næ vicinus, optimam pellibus suffultam tunicam, profes-
sionis suæ & muneris administram, gradus etiam & digni-
tatis quasi trabeam, Divæ Virginis ad aram deferri voluit,
& offerri usibus aut necessitatibus sacris. Quid ringeris?
noyū ne aut inusitatum antea præstitit, & quod à LIP-
SIO exemplum capiat? Priscus sanè in Ecclesia mos, & à
majoribus nostris nimidò usitatus; Donaria à vivis, moritu-
ris, denique & mortuis, in templa mitti, recipi, reponi. Sed
ne ab uno paxillo calumniæ tuæ pendeat cribrum: accipe
alterum, alterumque LIPSIANI TESTAMENTI ipsissimis
verbis.

*Pateram duplicem inauratam, Constantiam dictam, de, le-
go templo Patrum Societatis. Pro me orent.*

Item

Item libri scripti Veteres, in membranâ aut chartâ, item libri
Græci omnes cusi aut scripti, Collegi Societatis JESU hic
sunt.

Nec Franciscani, Cappucini, Sodalitas B. Virginis, ali-
que Religiosi, decedentis liberalitate præteriti fuere. Jam
scio insurgis. Utque solet aridis pinguidisque auctus ignis,
vel summa testa lambere, & altissimis exitium minitari, ita
tuus nunc furor ignescit magis, magisque flammescit. Sed
sustine quæso. *Cambartum accipe, ignem extingue, si cor urit,
caput ne ardeat.* Olim dixi, cum sacre, religiose, castæque
fuerunt res omnes, plura sacris collata semper munera fuisse.
Festes requiris in manibus, ipsis, oculis sunt. Aspice
hæc undique laterum in cælum surgentia, turrium, tem-
plorum, aliaque piorum culmina fastigiorum. Nihil nunc
tam augustum, quod ab origine sui non fuerit pietatis do-
num. Ingredere: ornata quæ vides marmore, auro, e-
bore; quæ instructa tabulis, aulæis, vestibus, quæque omni
cultus genere rutilare admiraris; hæc singulorum liberali-
tas est: & vivus dedit, aut moriens legavit. Quid subsan-
nas? & verso pollice totam hanc quasi gradatoriam ma-
num jugulas? Hem contra erit: nam ego tibi, velis nolis,
rudum extorquebo, & vel una antiquitatis assertione, te
ad tui miserationem, Deo favente, ducam. Nec externæ
fidci ad redarguendum opportunitatem dabo, vernacula
te tuosque veritas conficiet: nec è plebe aliquem quem pe-
dibus trahas, sed primario fulgore sublimem: nec studiis
vacuum, non quod (ut ille ait) *Litteratura omnium vir-
tutum maxima* sit, sed ut contra te stare scias, cui vivo hoc
famigerabile laudum præcontum contigit: *Non extat ad
præsens videri hominis oratio, quam peritua tua non sine labore
transgredi queat ac supervadere. Est enim tibi opportunus
in exemplis, fides in testimoniis, proprietates in epithetis, urbani-
tas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen
in verbis, fulmen in clausulis.* Quid respicis, & quasi de
LIPSIO dicta putas? REMIGIUS is fuit eximie eruditio-
nis, ineluctæ virtutis, sanctitatis maximæ Episcopus Remen-
sis. Ille est, (ô gratia agnosce Gallia!) cui Christi fi-
dem, Regis tui religiosissimi, & longo successionis ordine
præfulgentes, post DEUM, debent; a quo per spacia amplæ
regni, tot annis illibatam religionis lumen fulgere cœpit.
Is, inquam, morti per ætatem & incerta humanarum vici-
tudinum, supremis tabulis sic postumæ voluntatis suæ ordina-
tionem inscripsit. Lege, sed hac lege, ne gravissimorum
tractatorum adversus fidem, ne Remensis Ecclesiæ turbi-
sina contra archiva, veritati obstrepas. *Ego Remigius,
Episcopus civitatis Remorum, sacro dotij compos, testem meum
meum condidi jure prætorio, atque id codicillorum vi e* valere

Sidonius
Epist. lib.
11. epist.
111.

* Hinc
mari Flo-
renti. alio-
rumque

præcepi, si juris aliquid videbitur defuisse. Quandoque ego Remigius Episcopus de hac luce transiero, tu mihi heres esto Sancta & venerabilis Ecclesia Catholica Urbis Remorum. Prodi nunc tenebrio, quisquis es; & in hanc lucem claram certamque, vel cæcutientes tuos erige oculos. Remigius totum semel patrimonium, omnium post sæculorum summâ cum laude, Ecclesiæ suæ dedit; unicam LIPSIUM tunicam, aliaque pro fortunæ viriculis munuscula in Ecclesiam pariter conferre, scelus erit? Sed si tanta tibi innata vecordia, ut fas omne nefasque tibi lusus sit, ut pellicæ togæ tenuitatem canino pergas suspendere rictu; vel in agnitionem veritatis te evangelica illa lux oculet, quæ stipem erogantis pauperculæ, prætiosis magnorum donariorum cumulis præposuit. Nec à Remigio tamen recedo, cuius unum sanè è multis & religiosis legatis, fideliter describo. *Vas argenteum triginta, & aliud decem & octo libratum, inter te heres mea & Dioecesim Ecclesiam Laudunensem, factis patris atque calicibus ad ministerium sacrosanctum, prout volui, Deo annuente distribui. Aliud argenteum vas decem librarum, quod mihi sæpe nominatus Dominus illustrisque memoria H. Ludovicus Rex. quæ (ut prædixi) de sacro baptismatis fonte suscepi, donare dignatus est; ut de eo facerem quod ipse voluisset, tibi heredi meæ Ecclesiæ supra nominæ, jubeo thuribulum, & imaginatum calicem fabricari; & epigrammata, quæ Lauduni in argenteo ipse distavi, in hoc quoque conscribi volo. Quod faciam per me, si habuero spatium vitæ. En Donarium, Thuribulum, Epigramma in calice. Tu contra epigrammate donaria eludis; thuri, crassi ò straguli acumine illudis. Sed quin illud quoque legis, ut pudorem habeas, ut tuum impietatis furorem, Remensis Remigij sanctitatis fervorem agnoscas.*

Nota z-
mule na-
scentis in
Gallijs Ec-
clesiæ sta-
tium opes,

Floard. hi-
stor. Re-
mens. Ec-
clesiæ.

*Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro,
Injecto æternus quem fudit vulnere Christus.
Remigius reddit Domino sua vota Sacerdos.*

Utinam tibi bonam mentem & quam vel perfunctoriè hinc te habere vellem, & conferre materiam, sententiam, & utriusque poematis ingenium instinctumque. Non ita soliginis succus lacti distat, quàm hirrens tua & spernaz contumelia mulcedini sanctissimi Vatis. Tuum furiali tumore exuberans, tamquam pestilenti fidere lectorem afficit; istud pietatis uberibus manans distentis, religionis melle, & zeli sesamo sparsum, blanditum auribus animisque illabitur. Si diversitatis causam requiris; accipe istam. Fidem, quam Remigius, operoso pietatis Remigio, Galliis inexit; quam Christianissimi Reges, sublimi majestatis elogio suis præscripsere titulis, quomille centum & sex in hunc

in hunc diem anni venerandâ perpetuitate deduxerunt, hanc tui & tu educere conamini.

Quis furor ô cives, quæ tanta licentia?

Sed ne post donaria, thura, epigrammata, miraculum desideres; iterum crede, & cede tandem. Spero facies. Nam acetum Punicum non sic Alpium solidas laxavit compages, quàm hæc miranda & beneficia, licet vetera, caucasias novatorum mentes. Remigius H Ludovicum prophapo gentilitatis errore liberabat, CHRISTO salutari-
bus abluendum aquis præparabat; cum nec miraculum Fidei SIGILLUM, magni Regis, magni deinceps Christiani populi, salutis incunabula destituit. *Nam cum forte qui Chrisma ferabat, interclusus à populo deesset, ecce subito non alius sine dubio, quàm sanctus apparuit Spiritus in columbæ visibilis figuratus specie; qui rutilanti rostro sanctum deferens Christus, in uer manus deposuit sacerdoti, undas fontis sancti ficientis. Fit gaudium & exultatio: baptizantur multi de populo. Heus sodes, annuis? Noli aliter. Nam alibi turò nugaberis. Hæc miraculi fides sæculis cognita, cæremoniiis sacris & Regnum sanctitati conjuncta, non sacrilegum tantum te, sed & furciferum faceret. Ergo vel operi caput, si erubescis: & Remigium Franciæ apostolum, Regum, Galliarumquæ populi assertorem, calicis, thuribuli, tot præterea donariorum largitorem, sacrosancti Sacrificii mystam, omnis sanctitatis exemplum, deinceps nobis, imò vobis magis concedito. Superstitionem deinde, Idololatriam, togam pelliceam, aliaque ad summam cavendam spectantia, ultra nè diffamato. Contrà, & rationis planè iuris & rationis, facere si pergis, Qui itum fidem invocabo, & te non LIPSIÒ, sed fidei publicæ, mille centum & supra annis, omniumquæ Regum felicissimæ secessioni, convitium dicere clarissimis argumentis evincam. Nunc transeo, nec lucem in meridie accendero pergo. Toga te tantum LIPSIANA postremum objurget; quæ postmodum, proprio nullo usu, aræ aut sacris apta, non magno nimis ære, Cmo Antecessori Gerardo Corfelio Icto Græca & Latina litteratura instructissimo viro cessit. Emit in amicissimi memoriam; nec sine ea accipit, vel ponit. Pecunia adscripta rationibus aræ DIVÆ VIRGINIS LOVANIENSIS.*

Aimoinus
de Gestis
Fræconum
lib 1. cap.
xvi.

NUNC anonymus alter incipit. Sed prius qualis aut quis sit, an ater, an albus, sedulo inquiram? Nihil opus: nam priorem sanè illum colorem ab invidia, hoc est natura, ducit; à moribus, hoc est scripto, ostendit. Nemo candidus, & sic probus, tam irreligiosis calumniis, fato compositum LIPSIUM lacefferet. Tamen præmonco ex

oraculo prudentissimi Historici ; *Pessimum inimitorum genus, laudantes esse.*

Politicorum amator ille verborum.]

Cantè, hem cavè, dormitator iste adludatur. Fama, de Sirenibus sic fabulam instruxit: dulce illas canere, in soporem nautas vectoresque dare, mox mergere & vorare: idè iste, sed frustra tentat. Nam fallese dum cupit, semel verum dixit. Quod nec ipsi tribuas velim, cui numquam nisi de mendacio rectè credideris, sed veritati tam certè, ut nec doctis eam dolis zonarius subvertere possit. Bene hodie, & è tripode vir magnus scripsit, sensitque: *à nemine nominari LIPSIUM, quin prius laudeatur.* Ergo LIPSIUS convitium dicere nullus nisi illaudatus potest. Politioem, audi Livor, ævum nostrum, nec majorum habuit: Latinitas, Perspicuitas, Ordo in scriptis; sed, meliori adhuc elogio, Tranquillitas, Modestia, Humanitas in moribus: ultimo denique optimeque præconio, Prudentia, Sapientia, Virtus in animo. Hicce gradibus: *superata tellus astra donat.*

Tali, tantoque, sic scurriliter tamen iste adlatrare tandem desinit:

In morte fecit LIPSIUS solecissimum.]

Io triumphum! non ita ad liram alinus, quàm ad hunc solecissimum barbarus noster exultat. Enimverò talem hunc adfirmabo esse: inò hujuscemodi, quotquot sunt Scythis & Massagetis omnibus inhumaniores. Ultimæ veritatis legem apud quasdam gentes servari Satyricus scripsit, scilicet ut à propinquis suis, consumerentur defuncti. Hi verò alienum etiam, extraneumque rodere sustinent mortuum. Illos lex & affinitas excusare poterat, hos ingenua acerbitas, & naturale odium, in deterrimum impellunt facinus. Adde ignaviæ ingenium, quod jacentibus insultare solet, & idè se cruore maculare, ut pugnassee videretur. Tamen quàm in irritum horum omnium tela, sicæ, dentes cadant, vel ipsi nunc judicent, quibus non veritas, sed pudor, mentiendi libertatem subduxit. XV. Kal. April. è tussi, gravissimisque substilli cerebri defluxionibus, LIPSIUS agrè esse cœpit. Mensis anni Martius, qui cœli in se vertentis cardine commotior, morborum periculis, aut mortalitatis damnis famosus esse solet. Noster licet jam ab annis vernaculâ & quasi domesticâ valetudine tentaretur, tamen ista fallere non potuit suspicacem, & in ipsam jam mortem propendentem diu ante, ex sapientiâ animum. Quin illud elegantissimi scriptoris celebratum sæpius haud deerat: *Non magno apparatu, aut exquisitâ molitione opus esse, ut corporis atque animi infirmæ & inculæ coherentis societas dirimatur.* Imo, Varronis scito, *Homo bulla est,*

cò ma-

cò magis fenex, & æger, & cui mors dju votum, pœna numquam, aut terror fuit. Itaque tunc malum indies ingravescere, color, calor, vires & vita labascere: denique leto LIPSIIUM affigere, hoc est leto assignare. Quod sanè (omnes qui intertuère novissimis narrant) totius antea vitæ tranquillitate & prospexit pariter, & excepit. Jam olim cum Augusto ^{si Saverian} sibi & suis exoptare consueverat, liberum etiam in illâ necessitate, & intrepidum animum. Utrumque votis accidit. Nam unis tantum quatuor diebus summum hoc egit, MORI: cum adjuvamenta sic vitæ prius omnia, ut olim blandimenta sprevisset. Animi firmitudinem Sapientiæ decreta, sed magis Christiani roboris constantia perficiebat. Nam de illis, cunctisque humanæ scientiæ artibus, quid tunc censuerit, hinc æstimmus, quòd toto mortis tempore, nec scriptorum à se, nec studiorum ullum omnio verbum fecerit. Imò cum solaminis à Stoicis magnam illi materiam superesse quispiam diceret, *Illæ sunt vana*, respondit, digitoque in CHRISTI crucifixi propè adstantem imaginem intento; **HÆC EST VERA PATIENTIA.** Mox magno spiritu subiiciens, *Domine JESU da mihi patientiam Christianam.* Morbi statim invalescentis principio, prima illi cura fuit, sacris Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ unctiõis, purgari, muniri, foveri mysteriis. Denique uno in pietatis actu, piorum precibus incessabiliter expetitis, ipse etiam (ægè licet) ad pias supplicationes, jam fugientes vitæ vires revocare. Sic etiam DEI MATREM invocare, cum religiosè quispiam dixisset, *Ecce, nunc illa paterona clientem expectat suum, & obviis expansisque occurfabitur ulnis.* Tunc renidere noster, & in altum oculis manibusque moribundis sublati, sic piè precari: *O Mater DEI, ad sis famulo tuo, cum totâ æternitate decertanti, & non me deseras in hac horâ, à quâ pendet æterna salus animæ meæ.* Semel quoque iterumque auditus est sibi gratulari, se illo anni tempore migrare è vitâ, quo CHRISTI sanguis maximè in Ecclesia ferveret. Cumque sacri ordinis vir amicus referret, sacrificium Missæ illâ die interpositâ Passionis Dominicæ recitatione oblatum fuisse; summæ pietatis hac voce calidè respondit: *Faxit Deus, Pater mi, ut sanguis ille pretiosus in me abundè derivetur, qui in illâ passione effusus est.* Sed quò ab eo? Tène JUSTE, tuumque innocentis animæ supremum spiritum hisce Divi Stephani verbis, **DOMINE JESU ACCIPE SPIRITUM meum**, involutum, ultrâ comitari conabor? O feliciter excessisti! Te cœlum (piè vovemus) recepit;

Hoc solum longæ pretium virtutis habebis.

Sed noster hic dolor, nostrum vulnus, Mos cum larvis luctantes, sola constantiæ tuæ memoria, contemplatio

probitas, & qui uni tibi propemodum contigit, ex Sapientia modus, recreare possunt. Non ultra, scimus, hæc mortalia te tangunt; aut angunt: verum noster per objacentes hæscæ odii & malivolentiæ angustias non aliter amor eluctatur, quam suspensa aquarum moles per obstantia ebullit. Vel ut deinceps te negligas, nostram nos causam adversus impiissimæ calumniæ & ultimæ insanix hunc furorē deferere possimus? Simulabat, inquit sycophantæ. O invidiæ ingenium, non flagris, sed flammis expurgandum! Ideone scilicet, quia orientis & progredientis fidei institutis institit, quia antiquis Ecclesiæ moribus piæ usus, quia inter divina deficientem animam Deo reddidit, Cælo religionem, Sæculo fidem mentitus est LIPSIUS? Quanto vel gentilitas æquidū censuit, dum *nihil à morientibus fingi, nihil vitā laborante simplicius esse*, dixit, Nulla umquam tam dura servitus, quæ ultimi hujus articuli libertatem subjugavit: una hac teste innocentia constat & gloriatur. Tunc convitium tyranno dicere imbecillis vel ætas, vel sexus non veretur. Contrā insatiabilis sævitia inclamat, *Ita feri ut sentiant se mori*. Tamen omnem adhuc crudelitatis industriam, hæc Calumnia facillè post se reliquit. Illa ignibus urit, ad bestias impellit, in metalla damnat, in insulas relegat; sed mox hæc mortalium mala, una dissolvit mors, in luctu miserique requies omnium ærumnarum. Ista quæ ratione etiam post vitam læderet excogitaverat, & mendaciis (quibus nisi respondetur, facile creditur) rem perficere conabatur. Ecce intercessit innocentia viri, veritas fidei. Denique contra totas maledicentiæ linguas, LIPSIUM, una semper Ecclesia asseret Catholica. * *Illā nempe, illā, quæ non modo tot Regum ac Principum, sed quod longè præclarior est, omnium Sanctorum communis Mater; in cujus gremio mori felicius est, quàm ab initio nasci. Cum non nasci satius sit, quàm in hac non mori.*

* E Testamento
Joannis
Samoscl.
Poionix
Cancellarii, max.
& incomparabilis
Herois,
aurea
gnome;
ita LIPSIUS
amata, ut si
superfuisse,
etiam
scripto e-
logio celebrasset.

CALUM.

CALUMNIÆ IMAGO EX LUCIANO.

CALUMNIÆ auctor quàm minimè bonus vir sit, ignorat nemo. *Sed olim hæc veritas placuit; cujus nec minor hodie ut ratio, in gratia esset, nisi in sæculum incidisset, quo iniquissimè consanguinitate, virtutum titulis ipsa quoque scelera celebrantur, Invidiam, magnanimæ emulationis vocabulum venustavit. Obrectatio, liberæ veritatis sub professione invaluit. Neque etiam tam insolentibus malis insidiosæ religionis color deest. Quid enim gloriosius proximis in LIPSIUM calumniis fuit, quàm Christianæ sinceritatis simulata virtus, atque pietatis odium novitatis falsitate instructum? Astamen nec Calumniam nostri solum ævi malum esse, ista artis Apellæ lineis inscripta tabula satis docet. Specta mecum Lector, & cense novellos istos detractores, ut veterum virtutes plane ignorant, ita vitia studiosissime sectari. Apelles ab Epbeso pictor, apud Ptolemæum regem accusatus à calumniatoribus, tamquam conjurationis in Tyro factæ conscius, imò auctor adjutorque, & hostili plane animo in regem esset. At ille neque Tyrum viderat unquam, neque auctores conjurationis nisi de fama fortasse norat. Sed Antipbilus quidam, æmulus in arte, detulerat. Ptolemæus rex, nec aliàs animi satis compos, irasces, fremere, ingratum & perfidam Apellem dicere, ac jam duci iubere: nisi quispiam è conjuratis interrogatus, nihil sibi suisque cum Apelle fuisse seriò adfirmasset: & re deinde inquisitâ, regi quoque animus & aures apertæ ad veritatem. Imo & ad justitiæ apertæ. Nam statim Apellem quasi luendæ injuriæ, centum talentis donavit, ipsum Antipbilum ad dicit ei in servitutem. Ita extra periculum & cum præmio Apelles: tamen facti memor, tali tabella calumniæ est ultus.* * Ad dexteram tabulæ ledet ALIQUIS longis auribus in asini vicem, quales illæ feruntur regis Midæ. Is manum comiter offert procul advenienti CALUMNIÆ. Circa regem

* Lucian.
Calumniæ
non esse se-
mere crea-
dendum.

regem utrimsecus mulierculæ duæ, IGNORANTIA, & SUSPICIO. Accedit igitur ex adverso CALUMNIA, mulier quantumvis formosa & compta, æstuant tamen & commota, rabiem & iram palam præ se ferens. Sinistra faciem gerebat, dextra juvenem quemdam capillis trahebat, manus ad superos tendebat, & Deos omnes obtestantem. Ante ipsam incedit pallida facie, in formi habitu, acutum & acriter intuens, non absimilis iis qui longo aliquo morbo contabuerunt. Quem LIVOREM esse aliquis facile conjiciat. Sed & mulierculæ duæ Calumniam sequuntur: quæ adhortantur & instruunt, & eam ornant. Interpretres pieturæ agebat INSIDIAS & FRAUDEM esse. At tergo porro paulò longius lugubri habitu mulier subsequitur, in nigra veste, eaque lacera: POENITENTIAM esse dicebant. Atque ea procul venientem VERITATEM, cum pudore quodam & limis oculis aspiciebat, excipiebatque. *Tali Apelles Tabulæ casum suum, & simul ortum, ingenium, noxas Calumniæ aperuit, & posteris ostendit.*

CENSURA.

QUOD JUSTUM. LIPSIUM, virtute & doctrinâ immortalem, orbi hæc pridem exoptum, Fama hæc Postuma dignè ac pro meritis celebret, eumq; à detractatorum calumniis vindicet; digna est quæ utrumque Orbem circumvolet, & emeritum Lipsij nomen ad Jeros nepotes transmittat.

Laurentius Beyerlinck, S. Theol. Licentiatus, Canonicus Antwerp, Librorumq; censor.

JUSTI

JUSTI LIPSII
OPERA OMNIA
QVÆ
AD CRITICAM
PROPRIE SPECTANT:
POSTREMUM AB IPSO AUCTA,
CORRECTA, DIGESTA,
Quorum omnium Index & Ordo post Præ-
fationem.

THE
OBERLIN
COLLEGE
ADDITIONAL
PROBLEMS
POSTSCRIPT
CONCERNING
THE
OBERLIN

AD LECTOREM.

Ecce tibi, Lector, Criticos meos omnes libellos: quos sparsos antea collegimus, & composuimus tibi in hunc fascem. Visa enim res & commoditas tua ita poscere, ut quidquid à nobis hujusce argumenti esset; promptum semel haberes, & in una manu, sub uno oculorum ictu. Et si enim facie & forma stili, quidam ex his inter se discrepent: tamen sine omnes fere conveniunt, & argumento. Finis iis, illustrare, emendare: argumentum, genus omne veterum scriptorum. Quod studium scio esse qui elevent, aut carpant. Verbo tamen potius, quam ex animo: quia reverà nemo aestimare litteras & scriptores veteres seriò potest, qui non simul aestimet ista. Quæ enim sanitas aut puritas iis absque his Notis, imò quæ vita? Ævum avorum cogitent, & ævum nostrum: illo squalor & horrida barbaries vixerunt; hoc Typographia nata, bona sane studiorum nutrix, sed audax sæpè, lucri cupida, & quæ non minùs vere corruptrix librorum audiet, quàm propagatrix: Quod autem remedium adversus utrùmque, nisi Censoria ista, ut ita loquar, sponsia; sive ad veteres illas labe eluendas, sive ad has novas? Nam quòd quidam facile hoc & prout cuivis putant: vereor imperitè aut superbe errent. Et clivi profectò in hac scriptorum viâ non pauci, quos superciliosi isti numquam superent, nisi adjuti & allevati à nobis. Sed videlicet ita humanum ingenium est, facilia putare quæ jam facta: nec de salebris cogitare, ubi via sit strata. Christophori Columbi dictum & factum adpositis iis ingeram, illius qui novum orbem retexit primus. Cùm enim ea res in magna gloria & simul invidia esset: evenit, ut in convivio quopiam Hispani procures hanc laudem ejus delibatum irent & imminutum. Quippe rem pronam eam fuisse, navigationem sine discrimine, appulsus faciles; denique unum aliquem ex sese potuisse easdem illas terras gentes.

gentesque reperire, sine Itali hominis ullo nisu. Columbus (aderat enim) cum tacitus diu audisset, surrexit, & velut aliud agens ovum adtulit à gallina. In mensa reposuit. Et, Heus sodales, inquit, quis vestrum ille follers, qui hoc ovum rectum mihi destituat, & in caput? Mussare illi, circumspicere: negare, ad extremum omnes id fieri. Ille clementer, Imò fiet, inquit: & simul ovum leviter à capite tufum & quassatum, deposuit erectum. Enimverò hîc risus, & pâne irrisus. Pro se quisque, rem facilem nugatoriamque esse, dicere. Attamen, ait ille renidens, quis vestrum hoc facile ante me indicem potuit? Talis inventio novi orbis est: quem inveniendum ante me nemo, omnes inveniant inventum. Hoc, inquam, apte dixerim de emendationibus nostris & conjecturis: quas spernunt multi repertas, sudent multum in reperiendis. Nec tamen ego operam istam nimis etiam vendito (ad majora quædam & altiora voco juventutem, & ad Sapientiæ ipsum collem:) sed utilem tantum clamo, & inter necessarios doctrinæ apparatus. Tu quidem Lector, siquid adjutum te hac industriâ nostrâ in vadis aliquot locorum transmittendis senties, si caligantes oculos tuos illustratos alibi ingenii nostri face: gratum memoremque te præbeas hætenus, ut duobus verbis usurpes, LIPSIUS invenit. Hoc enim à te cum Thalete sapiente illo non inepte peto. Qui Mandraïrum Priensis cum nova quædam & subtilia de cælo ac solo docuisset, offerente illo mercedem quam & quantam veller: Hoc pro omni mercede esto, inquit, ut quoties apud alios ea proferes, Thaletem non celes auctorem. Quæ enim alia nobis merces ex studio isto? quod reverà fructuosum tibi potuit, Lector, quàm gloriosum nobis. Peto amplius, ut si conjecturæ non omnes rectæ, veraces, Apollinæ, veniam benigne indulgeas. Certus, vix aliquid in hoc divinatorio genere esse certi, cum recedimus à libris. Et tamen acumina illa ipsa sæpe, quamquam falsa, delectant: ideoque in prioribus & juvenilibus nostris libris talia quædam consultò reliquimus, nec casti-

castigavimus omnia ad rigidam Veri normam. Videat non nemo alucinationes nostras, si volet, & rideat: sciatque in tot missis jaculis non omnia directò pervenire ad scopum. Talia præsertim in *Varis* nostris sunt: quas editas & additas hîc fateor pænè præter meam mentem. Delitescere enim eas volebam, imò perire: aliter Typographus pervicit & amici. Jam in *Epistolicis* meis aut alibi, si quæ laudes sunt supra meritum aut verum: postulo ne ut testimonia ea accipias, nève me judicii vanum censeas, sed amoris fortasse largum. Cur enim non amplificare nobis atque exaugere quædam in amicis liceat, veterum novorumque exemplo? Illud tantùm non excuso, quòd quosdam vere improbos nimis amice compello, & candorem aliquem lucemque famæ circumdo animis tam nigris. Sed fessè me: nec latentia illa vitia adolescens intueri prorsus potui, judicij, acie adhuc infirma. Ignotis adhæsi: notos fugi, fugiamque. Nec placebit mihi quisquam, cui non Pietas & vera Virtus. Quæ te ament, mi bone Lector, & tu illas.

S V E T O N I U S

D E

VALERIO PROBO.

MULTA exemplaria contracta EMENDARE ac
DISTINGVERE, & ANNOTARE curavit, soli
huic, nec ulli præterea, Grammatices parti deditus.

N

ORDO

ORDO HORUM LIBRORUM.

VARIARUM LECTIONUM Libri tres.

ANTIQUARUM LECTIONUM Libri quinque.

EPISTOLARUM QVÆSTIONUM Libri quinque.

ELECTORUM Libri duo.

IN VALER. MAXIMUM NOTÆ.

ANIMADVERSIONES IN SENECE TRAGÆDIAS.

JUDICIUM DE CONSOLATIONE CICERONIS.

SATYRA MÆNIPPÆA Somnium.

JUSTI

JUSTI LIPS I
VARIARUM
LECTIONUM
LIBRI III.

N 2

INSTITUTUM
MURARIUM
LECTURUM
LIBRI III.

ILLUSTR^{MO} ET AMPLISS^{MO}

DOMINO

ANTONIO PERRENOTO

GRANVELLANO

S. R. E. CARDINALI

MACHLINIÆ ARCHIEPISCOPO

JUSTUS LIPSIUS

S. D.

PRÆSTANTIUM civium, Cardinalis Amplissime, & qui excellentius gerere se in repub. voluerunt, duo ferè genera sunt. Unum eorum, qui ingenii ac consilii sui luce patriæ profuerunt, quorum summa semper in Senatu & apud bonos fuit auctoritas: alterum eorum, qui non tam ingenio, quàm armis & bello, operam reip. navarunt; qui & ipsi apud bonos grati fuerunt, sed vulgi tamen laude & populari gloriâ maxime floruerunt. Utraque res, si verum quærimus, magni viri & præstantis civis est: sed prioris illius generis ut major quædam dignitas, ita major semper in quaque rep. paucitas fuit. Nam quocumque animum & cogitationem converto, multos sanè & pænè dicam innumerabiles, qui bello & armis patriæ fines vel propagarint, vel defenderint, invenio: at qui consilio, auctoritate, prudentiâ regere ac gubernare remp. contra popularem impetum constanter & sapienter possent, paucos equidem ex omni memoria memini legere. Apud Romanos quidem, ne ad externa eamus, claros Imperatores, & rerum gestarum magni-

magnitudine illustres, quamvis multos commemorare nullius negotij sit, Camillos, Curios, Scipiones, Paullos, Fabios, Marcellos, Marios, Cæsares, Pompejos, innumeròs alios: qui verò consilio ac sapientiâ republ. fortiter defenderint, qui seditiosis civibus, qui perniciosis legibus, alijsque quæ labefactare statum reipub. possent, omni contentione restiterint; verè dicam, pro dignitate tanti Imperij pauci semper inventi sunt. Nam præter M. illum Scæurum, dictum principem Senatus, Q. Catulum, L. Scævulam, Catores, Q. Metellum, Ciceronem nostrum, quos in hoc prudentium & optimatum genere debeamus ponere, non facile prætereà ex omni antiquitate commemorare possim. Cujus rei rationem si quaerimus, dux meo judicio paucitatis hujus causæ sunt, vel solæ, vel præcipuæ. Primum enim, ut ego ratiocinor, cum haud paullo popularior & ad gloriam facilior esset illa militaris, quàm hæc rectè consulendi ratio, bellicâ quidem laude excelluerunt multi; prudentiæ verò in republ. gerenda famam pauci consequi vel voluerunt, vel, ut veriùs dicam, potuerunt. Major enim res est, quàm homines suspicentur, & præstantioris cujusdam ingenij, summis de rebus sententiam pari fide & prudentia posse dicere; cognitæ habere omnis reipubl. partes; morem majorum, leges, judicia, vectigalia, commoda reipub. constanter defendere, omnem in partem animo excubare, prospicere futura, meminisse præterita, nullo metu, nulla spe à reip. utilitate & ab illa honestatis regula demoveri. Ergo non omnes erant eo ingenio & prudentia à natura constituti, qui salubri consilio prodesse patriæ, & hæc tanta munia sustinere possent. Deinde etiam, quam ego secundam causam statuo, inter eos ipsos qui ea prudentia erant ut possent, pauci inventebantur ea caritate erga remp. qui vellent hanc tam arduam & plenam periculorum viam ingredi. Nam, ut verè dicam, qui hanc in rep. Optimatum sectam sequuntur, sententiasque suas omnes non ad populum rationem, sed ad patriæ utilitatem dirigunt, multa eis sanè & magna ab imperita multitudine proposita

posita sunt pericula, multi adversarij, multæ insidiæ subeundæ sunt. Quod & in iis amplissimis viris, quos paulò antè commemoravi, intellegere licet; quorum alii per vim in exsilium à concitata multitudo pulsati, alij iudicio damnati, alij aliis ignominiiis & insidiis appetiti sunt: & in quibusdam memoria etiam nostra vidimus, qui cum omnes curas & cogitationes suas in reip. salute defixissent, eam tamen casuum acerbiter indigne subierunt, quam commemorare sine dolore aut lacrymis non possum. Videlicet malus dignitatis aut virtutis iudex est populus: & non raro quorum meritis in rempub. & populum ipsum singularibus nulla gratia, nulla merces digna ne cogitari quidem posset, populo disceptatore, pro mercede poenam, pro laude ignominiam, pro gratiâ indignationem acceperunt. Ut æquidem persæpè in mentem mihi veniat admirari, quemquam repertum esse ea caritate in patriam, qui nullo aut parvo præmio provocatus, & contra tot periculis propositis, ad hanc tam lubricam, & ancipitem reip. administrationem singulari quodam animi robore sit delatus. Et cogor nonnumquam, Illustrissime Perrenote, (patieris enim, ut quod de te sentio, libere dicam) cum admiratione quadam virtutum tuarum in te intueri, quem inter paucos memoria nostra habemus, quem cum veteribus illis Optimatibus & reip. moderatoribus non tantum prudentia & constantia; sed etiam similitudine quadam casuum possimus conjungere. Nimirum ut reliquæ prioris illius ætatis virtutes misero nostro sæculo fere omnes uxoruerunt, sic in primis patriæ caritas, & reipub. cura penes paucos & tui similes mansit. In qua tu cum immortalis tua laude versaris; & ita versaris, ut non cum nostri sæculi hominibus, sed cum antiquitate ipsa comparandus videaris. Nam & tu ea prudentia natus es, quam in paucis, non dicam vidimus, sed vel legimus, vel audivimus; & eo semper animo erga remp. fuisti, ut posthabitis periculis, neglecta etiam propria salute tua, nihil tibi, nisi de patriæ commodis cogitandum putaris. Non dabitur hoc à me

auribus tuis ; sed profectò quis non intellegit unum
 esse te, cujus consilio, fide, prudentia, his viginti an-
 nis patria nostra maxime sit usa? Qui à rege nostro op-
 timo, & post hominum memoriam sapientissimo in
 societatem intimi consilii assumptus, omnibus delibe-
 rationibus ejus non interfuisti solùm, sed etiam præfui-
 sti? Nulla res gravis gesta sine te, nihil laudabile nisi
 per te : nulla legatio dignior, quam non obieris : nul-
 la pax, cui non præfueris : nulla foedera, quæ non san-
 civeris. Magna hæc & præclara laus est, unum ali-
 quem è multis ea præstantia virtutis & magnitudine
 animi esse, qui tot negotia, & tantam molem rerum
 sustinere solus, & tamquam gubernator in navi, sic in
 hoc reip. cursu tractare gubernacula, & clayum re-
 ctum tenere possit. Magna, inquam, & divina
 laus, & quam haud scio an pauci memoria no-
 stra consecuti sint ; & edò tua illustrior quàm cetero-
 rum, quòd cùm nescio quo fato tuo multos semper
 partim inimicos, partim invidos in hac reip. admini-
 stratione nactus esses ; nullæ tamen umquam minæ,
 nulla vis, nullæ insidiæ demovere te ab instituto & à
 caritate patriæ potuerunt. Habet hoc omnino præ-
 stans & excellens virtus, ut nescio quomodo facile aut
 invidos inveniatur aut inimicos, quos qui pro repub.
 contemnere aut neglegere potest, is vere vir, & is pa-
 triæ amans civis judicandus est. Quod quidem præ-
 clare fecisti adhuc, & facis cottidie, nec quidquam est
 tibi tanti, quod demovere te à repub. & à salutari sen-
 tentia possit. Ut equidem non aliter judicare possim,
 quàm divino quodam munere excellentem istam vir-
 tutem tuam difficillimis temporibus datam, atque ob-
 latam afflictæ reipub. esse. Itaque quamquam virtus
 ipsa sibi satis magnum præmium est, nec ornamenta
 ulla aliunde desiderat ; tamen pro his rebus & singu-
 laribus in rempub. meritis tuis & Pontifex maximus
 Cardinaliciam dignitatem ultro nec quidquam tale
 cogitanti tibi obtulit, & clementissimus Rex noster
 præter alia multa quæ honorifice de te statuit, etiam
 Machliniensi Archiepiscopatu ornavit. Quæ dignita-
 tes

tes quāvis magnæ sint, ut sunt, tamen dubium profectò est, utrū te magis ornent, an tu illas. Nec verò inra-
domesticos parietes minor in privata tua vita integri-
tas est, quàm in repub, dignitas & splendor. Domi sin-
gularis modestia, foris comitas, in adversis magnitu-
do animi, in prosperis moderatio, ad hæc erga omnes
humanitas & facilitas tua faciunt, ut omnes te non
tamquam hominem aliquem de nostro cœtu, sed tam-
quam deum quemdam de cælo delapsum intueantur
& admirentur. Sed inter has præclaras & eximias
virtutes tuas maxime tamen quasi è sublimi quadam
specula se ostendit & extollit benignitas illa tua & in-
pata tibi erga litterarum studiosos animi propensio,
quæ ita in te elucet, ut videatur te ad hanc unam vir-
tutem natura genuisse, voluntas exercuisse, fortuna
servasse. Primus enim tu in illo dignitatis gradu con-
stitutus, in his regionibus sopita litterarum studia be-
nignitate tua excitasti, liberalitate promovisti, &
princeps tu nobis, & studiosis omnibus ad bene de lit-
teris sperandum quasi signum aliquod sustulisti. Atque
ut illa felix ingeniorum & doctrinæ omnis parens I-
talia suos Medices, Farnesios, Estenses, Cæsarinos tu-
lit, præstantes viros & fato quodam patros rei littera-
riæ juvandæ, sic profectò te regiones nostræ vel unum,
vel inter paucos habent, qui nostrorum hominum in-
genia ad hæc studia amplectenda benignitate tua ex-
citare & posses, & maximè velles. Quæ causa, fate-
or, sola me impulit, ut hos Variarum lectionum li-
bros, impolitum opus, & eruditis auribus tuis minimè
dignum; sed primos tamen studiorum & adolescen-
tiæ meæ fructus sub tui præclari nominis commenda-
tione in manus hominum & posteritatis famam per-
venire maximè vellem. In quibus si quis aut accura-
tum illud iudicium, aut constantem ubique diligenti-
am desiderat, is parum judicare mihi videtur, quid vel
ab hac ætate mea postulandum, vel ut id addam, à re-
gione nostra expectandum sit. Nam & nos quidem
ea adhuc adolescentia sumus, quam fortasse aliorum
magis scripta & iudicia legere, quàm de aliis judicare

conveniat; & in ea porrò regione educati, quæ uti jam-
 primùm aspicere & agnoscere antiquitatis memori-
 am, & illa studia quæ ab humanitate nomen habent,
 cœpit; ita paucos litterarum istarum vel fautores ad-
 huc habet, vel monitores. Sed hoc quantumcumque
 est quod præstiti, quod sentio quam sit exiguum, nec
 volo nec possum id verbis amplius facere, quàm re
 ipsa est; & id omne tuo inprimis, Illustrissime Perre-
 note, & aliorum judicio permitto. Id quidem si conse-
 quar, ut limitatis tuis & politis sensibus diligentiae meæ
 ratio probetur: primos hos sane adolescentiæ meæ la-
 bores magno & nimio præmio compensatos judicabo,
 & erit causa cur unà cum ætatis progressu ad majora
 quædam & præstantiora te duce ac patrono perve-
 niam. Vale, Lovanii, Kal. Junii, Anno æ. 10. LXVI.

AD LECTOREM.

QUATTUOR isti libelli initio fuerant: ego secundum
 subduxi, qui de Convivio ejusque ritibus erat. Quia
 postea plenius in Antiquis ea sum exsecutus. Sed
 & de PRONVTIATIONE, quod ibi injectum, in pro-
 prio suo libro jam dedi. Quid ergo opus ista reponere? imo
 nec reliquis fortasse valde opus aut usus (tenuia enim
 omnia fateor, nec magnæ rei) nisi quod juvet fortasse a-
 liquem tirocinium hoc, ut sic dicam, ingenii nostri videre,
 & quæ scripsimus in primis illis florecentis ætatis annis,
 Vix novemdecennes eramus, cum VARIAS istas dedi-
 mus, & viam stilo ac famæ straximus: quam utinam fe-
 lici ac recto pede sim emensus! Condi sumus, & videbis
 cum annis & judicio aliquid accrevisse: & paullatim
 ivisse postea ad illam duplicem Scientiæ ac Prudentiæ, imo
 & Sapientiæ metam. Ad hæc siquid scripta mea condu-
 cent, bene est: voveo quidem, & te ad illa, bone Lector, se-
 rio excito & hortor. Antuerpiæ in Typographico PLAN-
 FINIANO, postrid. Nov. Ian. æ. 10. XCIX.

INDEX CAPITUM

LIBRI PRIMI.

CAP. I. M. Ciceronis lib. II. De Oratore locus quidam obscurior explicatus.

CAP. II. Propertij è libro tertio versus de conjecturâ emendatus.

CAP. III. M. Ciceronis locus Oratione pro Cn. Plancio è Demosthenē videri expressum.

CAP. IV. Terentij Varronis in Satyris locus emendatus.

CAP. V. Quis ille Lesbius sit, in quem Casulli epigramma existat.

CAP. VI. Ciceronis locus libro tertio Accusationis emendatus.

CAP. VII. Q. Asconium in interpretatione loci cujusdam lib. I. in Verrem in historiâ lapsum videri.

CAP. VIII. C. Sallustij ex Oratione De Rep. ordinandâ ad Cæsarem locus de opinione emendatus.

CAP. IX. M. Varronis locus Bimarco Satyrâ apud Nonium emendatus, & de ipso titulo Sat. quaesitum.

CAP. X. Conatus loci cujusdam apud Propertium emendandi.

CAP. XI. Valerij & Macrobij de Diphilo tragædo error notatus.

CAP. XII. M. Ciceronis locus Oratione pro Marcello expressus de Isocrate.

CAP. XIII. M. Catonis Censorij locus apud Agellium emendatus.

CAP. XIV. Poëtissimum, antiquum verbum in Lucilio, Ennio, Lucretio restitutum.

CAP. XV. De Ciceronis loco Epistolæ ad Atticum conjectura.

CAP. XVI. Sextum Propertium tres modò libros Elegiarum scripsisse videri.

CAP. XVII. M. Terentij Varronis in Satyris locus purgatus, & de titulo Satyræ quaesitum.

CAP. XVIII. M. Ciceronis locus Oratione in L. Pisonem correctus, & explicatus.

CAP. XIX. Propertium errorem Hercules, & scelus Polymnestoris pro ipso Hercule & Polymnestore dixisse.

CAP. XX. E Cicerone glossæ matz duo sublata.

CAP. XXI. Tibulli locus in Epigrammatis contra Turnebum explicatus.

CAP. XXII. Ciceronem eadem ratione C. Verris odietum quoddam reprehendisse, quâ antea eum Timocratis legem Demosthenes.

CAP. XXIII. In Cicerone & Varrone Græcæ voces duæ restitute.

LIBRI

LIBRI SECUNDI.

CAP. I. Tibulli versus libro tertio à multis tentati , explicati.

CAP. II. M. Terentii Varronis lib. IV. De vitâ populi Romani locus partim emendatus, partim explicatus.

CAP. III. Oratione primâ Ciceronis in Catilinam , in numero erratum videri.

CAP. IV. De Propertii loco libro primo conjectura verisimilis.

CAP. V. Indicatus Ciceronis locus in Verrem , quem à Demosthene mutuatus videtur.

CAP. VI. De Terentii loco in Eunuchò conjectura quædam.

CAP. VII. In Ciceronis Oratore ad Brutum locus auxilio veteris libri restitutus.

CAP. VIII. Propertij carmen quoddam restitutum.

CAP. IX. M. Varronis Satyræ cujusdam titulus explicatus, & locus emendatus.

CAP. X. Ciceronis locus in Hortensio, qui videatur è Platone expressus.

CAP. XI. M. Ciceronis locus libro secundo De legibus emendatus.

CAP. XII. C. Lucilii loci duo apud Nonium correcti, Tibullus item & Propertius restituti.

CAP. XIII. Quid sit apud Ciceronem lib. I. in Verrem, digitum tollere.

CAP. XIV. M. Catonis libri cujusdam titulus restitutus.

CAP. XV. De Ciceronis locis duobus in Epistolas ad Atticum conjectura.

CAP. XVI. Quam causam damnationis Cicero in P. Rutilij judicio dixerit , eundem etiam Demosthenem in Evæonis condemnatione posuisse.

CAP. XVII. Ciceronem à Cornelio Tacito leviter & jejune videri reprehensum.

CAP. XVIII. Propertij elegiam quamdam videri disjungendam, quæ conjunctim legatur.

CAP. XIX. De Ciceronis loco libro quinto in Verrem conjectura.

CAP. XX. Ciceronis locus Oratione pro C. Rabirio perduellionis reo, qui partim videatur ab Aeschine, partim à Demosthene.

CAP. XXI. De Varronis loco in Satyris conjectura.

CAP. XXII. Propertium valde propriè verbo Defendendi, & voce Fastus, & Ciceronem verbo Perseverandi, usus.

CAP. XXIII. De Ciceronis loco Divinatione in Verrem accuratius questum.

CAP.

- CAP. XXIV. *Varronis locus in Satyris emendatus.*
 CAP. XXV. *In Propertio versus duo, qui alieno loco transposui erant, in propriam sedem restituti.*
 CAP. XXVI. *Male vulgo videri Ciesellum Vindicem appellari, quem Cecilium dici oportuit.*
 CAP. XXVII. *Ciceronis locus Oratione pro Milone desumptus à Demosthene.*
 CAP. XXVIII. *Afrani & Pacuvij loci, alter apud Agellium, alter apud Nonium, emendati.*

LIBRI TERTII.

- CAP. I. *M. Ciceronis locus pro L. Flacco partim emendatus, partim interpretatus.*
 CAP. II. *Propertij libro tertio de conjecturâ locus purgatus.*
 CAP. III. *M. Terentij Varronis in Satyris locus emendatus.*
 CAP. IV. *Ciceronis locus Actione primâ in Verrem de promptus à Demosthene.*
 CAP. V. *Catulli epigrammata in Vettium & Corninium, in quos scripta videantur.*
 CAP. VI. *De Ciceronis loco pro Roscio Amerino diligentius disceptatum.*
 CAP. VII. *In Propertio dignum quiddam observatione annotatum.*
 CAP. VIII. *M. Varronis locus depravatissimus ex parte restitutus.*
 CAP. IX. *Terentij locus qui videtur de Alexide expressus.*
 CAP. X. *Q. Asconium & Valerium Maximum De P. Rupilio à Cicerone dissentire videri.*
 CAP. XI. *M. Catonis loci duo, alter apud Agellium, alter apud Priscianum, emendati.*
 CAP. XII. *Duum locorum Propertij correctio.*
 CAP. XIII. *Ratio quædam loquendi minimè vulgata in Cesare & Virgilio observata.*
 CAP. XIV. *De Ciceronis loco quodam in Bruto disceptatum.*
 CAP. XV. *Ex Oratione eâ quæ Ciceroni in Sallustium inscribitur, locus emendatus.*
 CAP. XVI. *Indicatus Ciceronis locus in Verrem qui videatur esse ab Aeschine.*
 CAP. XVII. *De Propertij locis duobus conjectura.*
 CAP. XVIII. *De Ciceronis loco in Pisonem conjectura sequis.*
 CAP. XIX. *Videri veteres nomina quædam aliter scripsisse & pronuntiassse quàm hodie scribimus, in eamque rem Varronis locus explicatus.*

CAP. XX. *Plutarchum & Appianum in Ciceronis historiâ leviter errasse videri.*

CAP. XXI. *M. Varronis librorum aliquot tituli restituti.*

CAP. XXII. *M. Ciceronis locus Invektivarum libro quarto & libro primo emendatus.*

CAP. XXIII. *De Sex. Propertij cognomine disceptatum, & ibidem de patre ejus quaesitum.*

CAP. XXIII. *Ciceronis loci duo, quos mutatus videtur ab Isocrate.*

CAP. XXV. *M. Varronis libro tertio De vitâ populi Rom. loci duo emendati.*

CAP. XXVI. *Ciceronis vulgata lectio contra D. Lambinum & A. Patricium defensa.*

CAP. XXVII. *In Feste loca aliquot emendata.*

CAP. XXVIII. *M. Ciceronis locus Oratione pro Cluentio A-
rito, qui videatur integer è Demosthene expressus.*

CAP. XXIX. *De scribendi ratione in verbis quibusdam breviter disceptatum.*

CAP. XXX. *De Ciceronis loco in Epistola ad Atticam conjectura.*



JUSTI LIPSI VARIARUM LECTIONUM

LIBER PRIMUS,

CAPUT I.

*M. Ciceronis libro secundo. De Oratore locus
quidam obscurior explicatus.*

PLENA est elegantissimæ doctrinæ C. Julij illa apud Ciceronem de jocis & facetiis accurata disputatio, & in quâ legendâ liberalis animus ingenuâ quadam voluptate delinitus possit ut in amœno deversorio conquiescere. Sed, verè ut dicam, vellem quanta in disputatione eruditio est, tanta in exemplis ipsis esset facilitas, quæ ita vel ambigua, vel acuta, vel denique antiquitate ipsâ obscura sunt, ut minimè equidem mirer, viris eruditissimis, & ceteroqui acie mentis occultissima quæque perspicientibus, in his explicandis quasdam offusas esse quasi tenebras. Nolo homines eruditos nominans offendere, quos nisi honoris causa compellare non soleo, tantum interpretationem meam obscurioris cujusdam loci proponam, non præjudicaturus aliorum sententiis, sed quid mei judicii sit breviter expositurus. Ciceronis verba in disputatione illâ de locis; Dialogo secundo De Oratore hæc sunt:

Ridiculè etiam illud L. Porcius Nasica Censori Catoni cum ille, Ex tui animi sententiâ, Tu uxorem habes? Non herclè, inquit, ex animi mei sententiâ.

Proposui locum quomodo eum legendum & interpungendum judico; nunc joci istius & facetiæ ratio quæ sit, paullo altius ex antiquitate repetendum mihi videtur. Illud satis constat, Censores cum lustrum conderent, cum primis curam rei uxoriæ veteri instituto apud Romanos habuisse. Et cum propagatio subolis ad imperii vel dignitatem vel æternitatem maximè pertineret, diligenter cavisse, nequis civis Romanus cælebs & sine uxore esset. Cicero de Legibus Censorum officia describens, *Populi, inquit, æditates, suboles, familias, pecuniasque censento, cali-*
bes

bes esse prohibendo. Et idem in libris de Republicâ : Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari solet, sed sit Censor qui viros doceat moderari uxoribus. Illud fortassis ignotius, solitos esse Censores, aliosque magistratus in iurejurando exigendo hæc verba præmittere, Ex animi tui sententiâ. Id est, Responde ad id quod rogabo ex animi tui sententiâ, ita uti sentis, nève me sciens fallas. Ac deinde addebant, Tu equum habes? Aut, Tu uxorem habes? Quod idem in omni solemnî juramento servatum. Auctor Cicero in Académicis, Quam rationem, ait, etiam majorum nostrorum comprobât diligentia, qui primum jurare
 EX SUI ANIMI SENTENTIA *quemque voluerunt. Et Petronius Arbiter indicat : Eumolpus tabulas fœderis signât, quæ hæc formula erat: Ex tui animi sententiâ. Ut tu Triphena, neque injuriam tibi factam quereris, &c. Ex his jam nunc facilis nobis erit, ut opinor, loci hujus interpretatiô. Cum enim Censor Cato in lustrò condendo à nescio quo Nasicâ nimis faceto homine solemnibus verbis de more petiisset, Ex animi tui sententiâ. Dic videlicet, ut jura, Tu uxorem habes? Ille alter intempestivè dicax, & joci occasionem unde quaque captans, respondit, Non hercè ex animi mei sententiâ. Ita videlicet solemnibus illis verbis respondens quasi Censor non rogasset utrum uxorem haberet, sed utrum morigeram, bonam, & ex animi sui voluntate uxorem haberet. Petebat quidem igitur Censor, ut jurans ex animi sui sententiâ, diceret utrum cælebs esset, aut utrum haberet uxorem: cum ecce ille ridiculè & præter expectationem verba in alium sensum detorquens, negat se habere uxorem talem, qualem ex animi sui voluntate vellet habere. Quis autem fuerit L. Nasicâ iste, incertum: Censorem verò cui id contigerit, M. Catonem illum Censorium fuisse existimo. Quod autem in vulgatis legitur, Non hercè ex animi tui sententiâ, quasi in Censorem ipsum Nasicâ cavillatus sit, eumque ut prouorem in uxorem suam arguere voluerit, id & contra libros omnes veteres esse, viri eruditi testati sunt, neque profectò acutiorum aliquam sententiam aut jocum habet. Ut omittam parum credibile esse, civem aliquem tam scurrili joco, vel potius convitio, severitatè Censoriam ausum esse lacerare. Refertur autem idem hic jocus etiam apud Agellium, sed ita, ut in vulgatis Ciceronis, corruptè. Ergo etiam ille ad hoc exemplum corrigendus est. Non dissimilis jocus Domitij Afri apud Quinætilianum lib. vi. Cum Sulpicius Longus, qui ipse fœdissimus esset, eum contra quem judicio liberali aderat ne faciem quidem liberi hominis habere dixisset: ei respondens Domitius Afer, Et tu, inquit, ex animi sententiâ Longe: qui malam faciem habet, liber non est? Rogo autem*
 si cui

si cui fortè hæc Ciceronis interpretatio mea vel quæsitæ longius, vel acutior quàm pro re videbitur, is locum totum unà cum interpretatione meâ diligentius consideret; ego audacter præsto iturum cum in sententiam meam.

CAPUT II.

Propertii è libro tertio versus de conjectura emendatus.

M. ANTONII Mureti, quem ego virum natum his studiis juvandis honoris causâ nomino, labore & commentatione negandum non est aliquot loca Propertii & emendatiora legi, & minore negotio posse intellegi. Sed tamen sive ille rei difficultate deterritus, quod in tanto ingenio difficulter existimo, seu verius à negotiis aliis districtus curam hanc deponere coactus est, pro rei magnitudine quam susceperat, & pauca quædam præstitit, & in his insignia maximè loca prætermisit. Verumtamen quo candore in litteris omnes esse debemus, gratiam industriæ ejus habeo quod egit, ignosco occupationibus quod omisit. Ego autem cum nescio quomodo secundum Ciceronem, poetæ hujus doctrinâ & elegantia adhuc delectatus sim, libentè & nunc locum quemdam Propertii à Mureto ne tentatum quidem, emendabo, & posterius his ipsis libris, quoties occasio dabitur, idem sæpius sum factururus. Libro tertio Elegia quædam est ad Tullum, ut apparet, nobilem hominem in Græcia, Asia, & exteris regionibus procul à patria peregrinantem, quem cum in Italiam ad penates, & parentes revocare conaretur, elegantibus versibus Italiam laudat, & nihil in orbe toto esse ostendit, quod cum Urbis miraculis & divitiis possit conferri. Inter alia autem leguntur ibi hi versus,

Et quæ Gygei visenda est ora Caystri,

Et quæ septenas temperat unda vias.

Qui prior quidem versus, meritò an immeritò, mihi semper suspectus fuit, neque assequi profectò adhuc possum, quid Propertio in mentem venerit, Caystrum Lydiæ fluvium Gygæum vocare. Anne à Gygæo lacu, qui in eadem regione est, Caystrum Gygæum dixit? Video id placere doctis, neque si hanc scripturam retinemus, faciliè aliquid melius in hanc rem invenerimus; durum tamè meo judicio & quodammodò ineptum sit, fluvium à vicino aliquo lacu denominare, & tum denique probarem, si reperirem simile exemplum. Ego leviter aliquando ex scripturæ vestigiis suspi-

susplicatus sum, *Cygnai*, à poëta hoc loco scriptum fuisse, quod verbum illud hic mirè conveniret, & à vulgatâ scripturâ minimùm discederet. Sed tantùm, ut dixi, susplicatus sum. Nunc autem postquam contigit mihi aliquando Beroaldi viri, ut illius ætatis captuserat, & diligentis & eruditi, in hunc poëtam Commentarios videre, qui testatur in vetustissimo libro scriptum exstare, *Si quante Olorigeri*, non jam susplicor, sed plane habeo affirmare, hanc quam posui, veram & germanam esse hujus loci lectionem. Nam id quod in veteri libro est, *Olorigeri*, aperte ex hujus vocis, *Cygnai*, interpretatione manavit. *Cygnæum* autem *Caystrum* Propertius vocavit, quod is fluvius & loca vicina cygnis quammaxime sint frequentia. Quâ voce ipsa usus est etiam Cicero libris de Oratore. De cygnorum autem apud eum fluvium frequentia & Virgilius testatur, & referti sunt testimoniis veterum scriptorum libri. Sed in re clara quid est necesse *λεπτολογειν*;

C A P U T III.

*M. Ciceronis locum Oratione pro Cn. Plancio
& Demosthene videri expressum.*

MA X I M E esset optandum, ut quam operam in Homeri & Virgilii similibus locis inter se comparandis jam pridem viri eruditi sumpserunt, eandem industriam aliquis in principibus & summis oratoribus, Demosthene ac Cicerone, poneret. Utili certè & jucundâ operâ, cum loca omnia quæ hic noster à Græco illo mutuatus est, uno quasi aspectu liceret intueri, contendere inter se, dijudicare quid ille astrictius, quod hic copiosius, quid noster grandius & ornatus, quid ille purius & simplicius, quid hic, quid ille fortius, nervosius, melius deterius dixisse videatur. Nam si vere æstimare volumus, Ciceronis nostri eloquentia, quanta quanta est, à Demosthene manavit; cumque cum in imitatione præcipuum sibi proponeret, non tantum artificio & ductu orationis sæpe conveniunt, sed nonnumquam etiam in eadem incurrunt & verba & sententias. Cujus generis est ille, verbi gratia, elegans, & pulchra similitudine exornatus pro Cn. Plancio locus, de varietate & inconstantia populi:

Sin hoc persæpe accidit, ut & factos, & non factos esse aliquos miremur, si campus atque illæ undæ comitorum ut mare profundum, & immensum sic effervescent quodam quasi aestu ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant: in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis, modum & censuram & rationem requiramus?

Ita

Ἰτα Cicero. Demosthenes autem de eadem populi temeritate quam non tantum similia dixit, sed pæne eadem: Ὅχλος ἀγαθὸς ἵσταται πρᾶγμα τῶν ἀπάντων καὶ ἀσυνέδοταίον, ὥσπερ ἐν θαλάττῃ κύμα ἀκατάστατον, ὡς δὲ τύχη κινέμετον, ὃ μὲν ἔλθει, ὃ δὲ ἀπᾶλθε, μέλει δὲ ἕδην τῶν κρινῶν, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται. δεῦ δὲ τινες φίλος ὑπάρχει τῷς ἐκαστα πράξουσιν ἐν ὑμῖν αὐτῶ, καὶ δικαίοντος εἶεν ἂν αὐτῶ δοκῇ.

CAPUT IV.

M. Terentii Varronis in Satyris locis emendatus.

M. TERENTII Varronis, inter ceteras librorum ejus reliquias, Satyrarum etiam aliquot fragmenta ad nos pervenerunt, sed ita lacera & misere corrupta, ut haut sanè multum interfit aut omnino periisse, aut ita mutila superfuisse. Sed in iis ut quædam plane deposita & desperata sunt, ita alia ejusmodi, ut tamen videantur eruditorum hominum judiciis & conjecturis aliquantum posse juvari. Quale mihi fragmentum illud videtur apud Nonium Marcellum è Satyrâ Taphe Mænippi:

Sed quæ necessitas te juret aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa? plumbum non habes? ad quam rem nobis est confluuium, ad quam rem urnarium?

Hunc ego locum, comparatis aliquot ejusdem Satyræ fragmentis, quæ in Adversaria conjeceram, non incommode, ut mihi videor, emendavi. *Sed quæ necessitas te juret aquam effundere domi tuæ, si vasa habes pertusa? Polubrum non habes? Ad quam rem nobis est confluuium? Ad quam rem urnarium?* Optima sententia. Egit enim Varro ea Satyra de pavimenti & structura tota ædium. Atque hoc loco eorum negligentiam maxime reprehendit, qui manus aliudve quid lavantes, media domo aquam effundunt, ac non potius, etiamsi polubrum desit, quod ditiorum est, in urnario aut confluvio id faciant, quæ loca aquis & effusionibus derivandis deputata sunt. Similis locus est hac eadem Satyra, & fortasse paucis aliquot interjectis huic connectendus: *In pavimento non audes facere lacunam, at in humum calceos facis elixos.* Quod autem, *polubrum*, superius reposui pro *plumbum*, fateor me sine librorum auctoritate, sententiæ modò

vestigiiis insistentem ita reposuisse: Fabius Pictor: *Aquam manibus pedibusque dato, polubrum sinistra manu teneto, dextrâ vasum cum aquâ.* Ad Satyræ autem titulum quod attinet, is an satis rectus sit, aut ecquid ad tractationem de ædilitate pertinere possit, non equidem dispicio.

C A P U T V.

Quis ille Lesbius, in quem Catulli Epigramma exstat.

VINDICANDUS mihi hîc est à probro & injuria, si diis placet, P. Clodius Ciceronis mei infensissimus hostis. Cui homini etsi maximè sim, ut certè sum, Ciceronis causa inimicus; tamen tanti est veritas, ut ne inimico quidem, quod ad me attinet, falsum crimen & calumniam adherere velim. Suscipiamigitur patrocinium P. Clodii, non hominis causa, sed veritatis, quæ odio omni & invidia debet esse antiquior. Quod ergo ad rem facit, Catullus brevi Epigrammate, sed eleganti, Lesbium quemdam detestandæ turpitudinis accensat, neque mihi nominandæ.

Lesbius est pulcher. Quid ni? Quem Lesbia malis,

Quàm te cum totâ gente, Catulle, suâ.

Sed tamen hic pulcher vendat cum gente Catullum,

Sitria amatorum basia repperit.

Antonius Muretus suspicione ductus, quod Lesbiam Clodiam sciret à Catullo vocari, hunc Lesbium P. Clodium ejus fratrem intellegi putat. A quo invitus & pænè coactus dissentio. Nam quamvis P. Clodii vita ejusmodi fuerit, quæ à nullâ aut sceleris aut facinoris suspicione abhorreat; tamen certè neque Cicero, qui flagitia ejus cum sororibus, totamque reliquam vitam perpetuis notis infamam scriptis reliquit, hanc turpitudinem, quæ hîc notatur, ei umquam ausus est objicere, neque à Catullo aut hoc loco aut alibi, quod observarim, P. Clodius est perstrictus. Sed videlicet apertè scriptum hoc Epigramma est in Sex. Clodium administrum & affeclem P. Clodii, qui hoc genere turpitudinis, quod Græci *υλρασποισις* dicunt, cum Lesbiâ, id est Clodia sorore P. Clodii consuevit. Quod Cicero Oratione pro Domo sua testatur, eumque multis & perpetuis in hanc sententiam jocos obruit. Veluti illa quæ mihi apud Pontifices pænè scurriliter dicta videntur, *Scilicet tu belluoni spurcissimo, præagustatori libidinum tuarum, Sex. Clodio, socio tui sanguinis, qui suâ linguâ etiam sororem tuam à te abalienavit.* Et: *Hanc tibi legem Sex. Clodius scripsit, spurciorem linguâ suâ. Sexte noster, bonâ veni.*

venia dic, quoniam Dialecticus es, & hoc quodque linguis. Et :
Quare hoc ex Clodio scriptore legum tuarum, iube adesse, lati-
gat omnino. Sed si sequi iusseris, invenient hominem apud sa-
ptorem tuam occultantem se capite demisso. Quare ego omnia
 quia obscuriora sunt, potuissim interpretari, si id aut æta-
 tem meam deceret, aut pudor meus pateretur. Hunc au-
 tem Sex. Clodium Lesbium vocavit, opinor, ad eamde-
 rationem, qua Clodium Lesbiam dixit. Hæc sententia
 mea est; quam etsi veram, non magnopere laboro, ut vo-
 his probem. Ita de Cicerone P. Clodius meritis est, ut
 quavis eum defendendum susceperim, tamen in hac
 causa parè paratus sum prævaricari.

CAPUT VI.

*Ciceronis locus libro tertio Accusationis
 emendatus.*

CICERO Frumentaria in Verrem:

Quid si duabus partibus doceo te amplius frumenti ab-
stulisse, quam populo Romano misisse? Tamenne puta-
mus patronum iurum in hoc crimine esse, quod iudicium iacta-
turum, & populo se ad coronam daturum?

Fieri potest, ut iudicans fallar; & tamen locum hunc sin-
 cerum & sine mendo esse adduci ad credendum nondum
 potui. Quid enim illud est, *Dare se populo ad coronam?*
 Aut quando ita seu Cicero, seu alius aliquis scriptor de
 meliori nota locutus est? Mihi quidem igitur legendum
 hoc loco videtur, *Tamenne p. p. t. i. h. c. c. i. & po-*
pulo se ac coronæ daturum? Coronam vocabant circum-
 stantem populi multitudinem, quæ ad iudicium specta-
 di vel audiendi causa convenerat. Cicero in Bruto, *At*
isti Attici cum dicunt, non modo à coronâ, quod est ipsum mi-
serabile, sed etiam ab advocatis deseruntur. Dare se igitur
 populo ac coronæ, est se committere & quodammodo
 iactare populo & multitudini. Solent enim Oratores
 veteres si quid popolare aut magnificum dicerent, in quo
 exultare & triumphare eorum oratio posset, convertere
 & applicare se ad circumfusam populi multitudinem, ut
 ab his melius oratio excipi & intelligi posset; sicuti con-
 trâ, cum invidiosum aliquid & quod minus gratum ad po-
 puli aureis accideret, summis id, & ad solos iudices dice-
 bant. Utriusque rei apud Ciceronem in Orationibus e-
 xempla sunt. Dicit igitur nunc Cicero, Quid, inquit, Hor-
 tensi, quid est? popolare tibi videtur, & in eo iactare cervi-
 culâ poteris, quod Verres decumas magno vèdiderit? quid

si doceo, duabus partibus eum plus frumenti furto domum avertisse, quàm Romam misisse; tamen etiàmne auderis te in hac præclarâ frumenti venditione jactare, & populo ac circumstanti coronæ te dare, quibus hanc rem gratam accidisse in annonæ caritate putas? Dare autem se populo, idem hoc loco ferè valet, quod apud eundem Ciceronem Dialogo De Oratore, *Id quoque toto capite annuit, ut se Crasso daret.* Et Epistolis ad Atticum, *Videò ut equites vestri huic se dent ut daturi sint.* Et Epistolis ad familiares: *Quare da te homini, complectetur, mihi crede.* Cùm hæc scripsissem, admonitus sum ab amico quodam meo, P. Nannium, doctum virum, & qui Verrinas aliquando publicè ante me natum in hac civitate docuit, apud auditores testatum esse, ita se, quomodo ego emendavi, in veteri codice scriptum invenisse. Quod si ita est, de lectionis hujus veritate dubitari amplius certè non debet.

C A P U T VII.

Q. Asconium interpretatione loci cujusdam libri primi in Verrem, in historia lapsum videri.

AMO verècundiam, neque pudoris mei est de antiquitate, cui omnia debemus, aliquid vel liberius vel asperius dicere; illud tamen sine invidia verè mihi videor affirmare posse, in veterum eruditissimis scriptis errores sæpè & menda repperiri ejusmodi, quæ eruditæ aures neque satis patienter legere, neq; commode tolerare possint. Nolo Nonii aut Charisii flagitia commemorare, qui ita multæ turpiter peccant, ut mihi risus nonnumquam consulèdò captare videantur. De Asconio dicam hoc loco, veteri scriptore, & in veterum scriptis mire volutato, non me hercule reprehendendi studio testor, sed veritatis patefaciendæ. Ciceronis locus est in Verrem de Prætura urbana, in quo interruptam Verris tabularum confectio- nem exagitat:

Audivimus aliquem tabulas numquam confecisse, quæ est opinio hominum de Antonio falsa, nam fecit diligentissimè. Verùm sit hoc genus aliquod minimè probandum, &c.

In hunc locum Asconius ait; *Hic est M. Antonius ille dissolutissimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus, de quo post dicet, quem Sallustius ait perdunde pecuniæ genitum, & vacuum à curis nisi in Santibus.* Hoc an aliquo auctore Asconius scripserit nescio, temere certe, & si dicere licet, falsò scripsit. Neque enim Antonium illum maritimæ

oræ

oræ curatorem Cicero intellegit, sed M. Antonium L. Crassi æqualem & familiarem, eundemque summum Oratorem significari voluit, quem ipse in libris De Oratore hac ipsa de re ita loquentem induxit: *Quasi verò non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi defunt, sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor: verum & in hoc ex re familiari mea, & in illo ex eo quod dico quantulumcumque id est, quid faciam judicari potest.* Erravit igitur in ejus loci interpretatione Asconius, & vir in omni vetere historia diligentissime versatus, parum hîc quidem aut vidisse, aut attendisse judicandus est.

CAPUT VIII.

C. Sallustii ex Oratione De Repub. ordinanda ad Cæsarem locus de opinione emendatus.

Post bella civilia dissipata Repub. & amissa libertate, cum C. Cæsar sub perpetui Dictatoris titulo regnum occupasset, multi mox ad eum viri nobiles & eruditi rationem firmandæ pacis, & præcepta componendæ Reip. certatim scripserunt. E quorum scriptis duæ quædam orationes, ne ipsæ quidem integræ, ad nostram ætatem pervenerunt, quas Sallustio vulgò tribui video, & stilus certe atque ipsa scribendi ratio haut multum repugnat. Mihi, cujus eæ sint, non satis liquere pronuntio, neque id anquiri est hujus temporis: tantum, quod institui, ex posteriore oratione inter multa menda locum unum constitui, quo ille quicumque orationis hujus auctor, cum Pompejum ipsum, tum Pompejanarum partium duces, adulatorie potius quam verè, apud Cæsarem insectatur.

Reliqui de factione sunt inertissimi nobis, in quibus sicut in statu, præter nomen nihil est additamenti.

Illud, instituto, nihil ad sententiam huc facere alii ante me adverterunt. Itaque sunt qui *instauo*, sunt qui *institui*, ex eo fecerunt, fecundus videlicet est error. Mihi sententiam accuratius consideranti legendum videtur, *In quibus sicut in statu præter nomen nihil est additamenti.* Quo ad sententiam nihil potest cogitari melius, & quod pæne assererem hoc loco auctoris germanum verbum esse. Acutè enim ignavos & inertes nobiles, in quorum dissoluta vita nullæ vires aut nervi insunt, statuis esse similes ait, in quibus præter formam, & magnificum nomen, nihil invenias.

C A P U T IX.

M. Varronis locus Bimarco Satyra apud Nonium emendatus, & de ipso titulo Satyræ qua situm.

VARRONIS locus apud Nonium Marcellum Bimarco Satyra extat, eleganti, & ut scriptoris ejus omnia, acuta sententia: sed ita miserè depravatus, ut vatem aliquem aut divinatorem esse oporteat eum, qui sententiam idoneam assecuturus sit.

Socius es hostibus, socius bellum ita geris, ut bella omnia domum afferas.

Cujus loci sententiam parva mutatione ita restitui posse opinor: *Socius es hostis, cum sociis bellum ita geris, ut bella omnia domum auferas.* Quod in proconsules prætores eoque qui cum imperio provinciis præerant, dictum Varro videtur, quorum avaritiam & projectam cupiditatem tantam fuisse etiam Cicero alibi conqueritur, ut civitatibus copiosis & locupletibus propter diripiendi cupiditatem bellum sine causa sæpè inferrent, & à sociis ipsis tabulas, signa, emblemata, corinthiaca, atque ejusmodi elegantiorum hominum delicias per vim & imperium auferrent. Facetè igitur Varro ait, eos non cum hostibus, sed cum sociis ipsis bellum gerere, atque ita bellum gerere, ut pulchra & bella omnia è provinciis domum deportent. Ad titulum autem Satyræ quod attinet, nec ab aliis satis constanter aliquid scriptum est, ac ne ego quidem ipse certi aliquid afferam, conjecturam tamen meam non celabo lectorem. *Bimargo*, quod in vulgatis est, vox nihili est, & quam ego præstare ausim non esse Varronis. In aliis libris, *Vimargo*, est, ex quo vidi, qui, *Bimarco*, facerent, quasi Bis-marco, tamquam Varro hic de nobilibus, & qui ad fastum multis prænominibus gaudeant, egerit. Quæ sententia quamquam auctoribus suis valdè placet, mihi idè non probatur, quòd Varro, ut ex fragmentis apparet, tota hac Satyra non aliud quàm in delicatos ciborum exquisitores, & mensarum luxum sit invecus; de nobilibus nec verbum fecerit. Quamquam quid in recensendis aliorum sententiis sim longus? In re dubia conjecturam meam proponam, vos ex contentione quid verisimile dicatur, dijudicabitis. Puto igitur ex corrupta illa lectione, *Vimarco*, faciendum leviter, *In Marco*, ut titulum Satyræ suæ Varro fecerit, Marcus. Ad causam conjecturæ meæ. Vidi ex fragmentis, Varronem Satyræ hanc, ut alias nonnullas, in personas tribuisse, more Dialogorum, atque

atque in his seipsum loquentem interposuisse. Itaque cum in ea sermocinatione primas in dicendo partes Marcus Varro tenuerit, mirum non sit, eum Satyræ nomen suum, Marcus, dedisse, ut Cicero ab eadem causa Lucullum, Hortensium, Brutum inscripsit. Ergo ut Cicero In Bruto, In Hortensio, à Grammaticis citatur, ita quotiens hanc Varronis Satyram significare aut nominare volunt, In Marco, citant, quæ voces per errorem & negligentiam postea coaluerunt, & ex iis, *Vunarco*, postea, *Bimarco*, factum est. Fragmentum autem unde animadverti, Varro nem seipsum cum aliis in hac Satyra loquentem induxisse, hoc est, *Ebrius es Marce, Odysseam enim Homeri ruminari incipis*. Quæ mihi verba videntur alterius personæ ad Varro nem evagantem, & à proposito longius aberrantem. Hæc opinio mea est, quam tamen ego, ut poëta, nescio qui, ait, *Magis audiendam, quàm auscultandam censeo*.

CAPUT X.

*Conatus loci cujusdam apud Propertium
emendandi.*

PROPERTII versus sunt è libro primo,

Quid mihi desidia non cessas fingere crimen,

Quòd faciat nobis conscia Roma moram?

Quem locum depravatum esse, vel varietas ipsa & in constantia lectionis, quæ ferè vitio comitari solet, indicio esse poterit. Est enim qui legat:

Quòd faciat nobis Cynthia amore moram.

Sunt qui aliter, nec necesse est singulorum sententias à me commemorari. Ego autem vulgatam illam lectionem, *Conscia Roma moram*, etsi non veram, proximè tamen veritatem accedere existimo, ex eaque lego,

Quòd faciat nobis conscia Roma notam.

Hac sententia, Quid tu invidere & obrectator, inquit, non desinis me ut desidem & ignavum increpare, quòd Roma jam tota conscia amoribus nostris sit, & divulgata nequitia mea in ore & sermone populi ac vulgi veneat? Falleris, neque verus est iste populi rumor, non fruor jam amplius amplexibus & consuetudine Cynthiae, alium habet quicum delicias faciat, tantumque à me divisa est, *Quantum Hypænis Veneto diffidet Eridano*. Videtur autem hæc sententia mea valdè confirmari carmine quodam, quod inferius sequitur,

Qui modò felices inter numerabar amantes,

Nunc in amore tua cegor habere notam.

Facere autem notam ita dixit, ut facere injuriam, facere contumeliam, quod in Antonio frustra reprehendit Cicero. Et, quod propius ad rem facit, ut facere multam, pro irrogare multam, Cato senex in Originibus dixit. Eiusdem etiam argumenti, & ejusdem sententiae Elegiam scripsit, si memini, Ovidius.

C A P U T X I.

*Valerij, & Macrobij de Diphilo Tragæda
error notatus.*

QUOD Valerius Maximus & Macrobius constanter tradiderunt, Diphilum Tragœdum ludis Apollinaribus ita petulanter in Cn. Pompeji Magni potentiam esse inductum, ut directis & intentis in eum manibus versum hunc sæpius pronuntiaret:

Miseri i nostra magnus est. Et hunc,

Virtutem istam veniet tempus cum graviter gemas.

Speciosa quidem, & iis, quos dixi, auctoribus nixa historia est, sed haut scio an satis vera. Nam egisse quidem ista petulanter Diphilum de Pompeio satis constat; ausum autem esse hominem histriionem intentis manibus in præsentem Pompeium ista dicere, non jam historia est, pace illorum dixerim; sed videlicet, quod Græci solent, ornamentum & additamentum historiæ. Quomodo enim in præsentem Pompeium Diphilus ista dixerit, cum ex Cicerone observaverim, Pompeium, tum cum hæc agerentur, Romæ abfuisse, & Capuæ toto illo tempore egisse? Addit etiam Cicero, C, Cæsarem, cum ludis interfuisset, & graviter tam protervam petulantiam tulisset, litteras hæc de re Capuam ad Pompeium statim misisse. Qui si ludis ipse interfuit, nihil profecto attinuit eâ de re litteras scribere. Sed verba mihi Ciceronis ponenda sunt, ex quibus & hoc quod dico, apertius intelligatur, & illorum error manifestior evadat. *Ludis Apollinaribus Diphilus Tragædus in nostrum Pompeium petulanter est inductus. Nostrâ miseria tu es magnus. Millies coactus est dicere eadem. Virtutem istam, veniet tempus, cum graviter gemas.* Totius theatri clamore dixit, itemque cetera. Si neque mores, neque leges cogunt, & cetera magno cum fremitu & clamore sunt dicta. Cæsar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecurus, huius ita plausum est, ut silvæ Rep. Pompeio plaudire solebat. Tulit Cæsar graviter. Litteræ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. Hæc Cicero. Cui, ut qui rei præsentis interfuit, si dignum est credere, errasse profecto illi putandi sunt, qui hæc tradide-

diderunt, aut certe historiam specioso & minimè necessario mendacio ornare voluisse. Nequis autem me falsum crimen istis putet impingere, subjungam ipsius Valerij verba: *Diphilus Tragoedus cum Appollinaribus ludis inter actum ad eum versum venisset, in quo hæc sententia continetur, Misera nostra magnus est, directis in Pompejum manibus pronuntiavit: revocatusque aliquoties à populo, sine ulla cunctatione nimia illam & intolerabilis potentiae reum-gestum perseveranter egit.* His similia Macrobius.

C A P U T XII.

*M. Ciceronis locus Oratione pro Marcello
expressus de Isocrate.*

QUOD Cicero pro M. Marcello ad Cæsarem dicens, Eleganter scriptum reliquit, multò præclarius esse, animum quàm adversarium vincere, & clementiæ laude quàm armis & bellicis rebus excellere, quòd illa quidem unius propria & certa gloria sit, in his magnam laudis partem militum virtus & fortuna decerpant: idem ante eum ornatissimus scriptor Isocrates dixit, quem cum ille multis repugnantibus unice semper amarit & defenderit, facile equidem credo, Ciceronem cum hæc scriberet, ad quendam Isocratis locum respexisse, & in eo imitando curam cogitationemque defixisse. Quod quò clariùs appareat, utriusque verba subjungam, quæ quàm inter se gemina & similia sint, ex contentione judicabitur. Isocrates Epistola quadam ad Philippum Regem: Πολὺ δὲ καλλίον ἐστὶ τοῖς τυνοῖς τὰς τῶν πόλεων αἰτίαι, ἢ τὰ πείχη. τὰ μὲν γὰρ εἰ μόνον ἔχει φρόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τὰς ἑλπίων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατηγόσι ἀντιθέσθαι. ἢν δὲ τὰς δόξας καὶ τὰς δόξας κτήσασθαι δύναμις, ἀπαιτῆσαι τὴν ἐν διαβολῇ παρὰ τοῖς. Ciceronis autem loco quid potest esse similis? Nam bellicas laudes solent quidam, extenuare verbis, easque detrahare ducibus, communicare cum militibus, ne propria sint Imperatorum: & certè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes commeatus multum juvant: maximam. Verò partem fortuna sibi vindicat, & quidquid est prosperè gestum, id pænè omne ducis suum. At verò hujus gloriæ, C. Cæsar, quam es paullo ante adepius, socium habes neminem, &c.

C A P U T. XIII.

*M. Catonis Censorii locus apud Agellium
emendatus.*

M. CATONEM Censorium moribus & doctrinâ præstantem virum Orationes multas scriptas reliquit; Cicero & Grammatici veteres testantur; in quibus quamquam insignem illum orationis nitorem desideres, tamen hominem intelligentem & amantem antiquitatis sermonis elegantia: sententiarum acumen, & ornatus quidam neglegens mirificè delectet. Scripsit autem inter alias, Agellio teste, Orationem *De Dote*, in qua, ut apparet, etiam aliqua de viri imperio in uxorem dixit. Ex ea hoc affert:

Vir cum devortium fecit mulieri, iudex pro censore est, imperium quod videtur habet; siquid perversè tetrequo factum est à muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque fuis est.

In his verbis, cum sententiam dignam inquisitione subesse viderem, quæ tamen propter loci depravationem difficile intellegi possit, conatus sum sine librorum auctoritate ita emendare, *Vir nisi cum devortium fecit, mulieri iudex & pro censore est, imperium quod videtur habet.* Sententia plana, ut sit, Virum quamdiu cum uxore est, quodvis imperium & omne jus habere in uxorem, & cum in virorum mores aut censor, aut iudex inquirat, mulieribus contra solum maritum & iudicem esse, & censorem. Vocem autem nisi de meo addidisse me fateor, quæ, si ita appellanda est, remota mihi ipsi displiceret, nisi eâ voce addita illa sententiæ concinnitas efficeretur quam videtis; & remoti, aperti mendacii vir gravis Cato nobis sit insimulandus. Quid enim minus verum, quam id quod ex vulgata lectione efficitur, virum cum devortium fecerit, imperium habere in uxorem? Cum jam & maritus esse desierit, & omne imperium in eum, cui posterius illa nupta fuerit, sit tralatum. Quod autem in extremâ periodo legitur, *illa te, si adulterares, digito non auderet contingere*, admonuit me P. Carrión, homo cum mihi amicissimus, tum in his litteris nostris acerrimo ingenio, doctrinâ, iudicio, in Bussidiano vetusto codice scriptum exstare, *illa te, si adulterares, sive tua adulteris audiret.* Copiosius certè & plenius quàm in vulgatis, sed nescio an melius, neque ausim affirmare illa
Cato.

Catonis germania esse verba; vestri iudicii ea res sit.

CAPUT XIV.

*Potissimum antiquum verbum in Lucillio Ennio,
Lucretio restitutum.*

ANTIQUIORA quædam verba & pænè obsoleta in Lucretio, Ennio, aliisque vetustioribus invenire est ab usu sanè nostro & sermone remota, sed in veterum tamen scriptis antiquitatis reverentiâ diligenter retinenda & religiose conservanda. Cujus generis est id quod nunc afferam. *Potissimum* quod nos dicimus, veteres *Potissimum* videntur verâ & germanâ origine dixisse, ex eaq; declinatione. *Potissu, Potissent, Potisse*, aliaque inflexisse. Res est ostendenda exemplis. Lucillius in Satyris:

*Nam si quod satis est homini, id satis esse potisset,
Hoc sat erat: nunc cum hoc non est, qui credimus porro
Divitias ullas animum mi explet potisse?*

Ita versus istos legendos & interpungendos existimo; quorum sententia, quia vel acutior est, vel obscurior, conabor eos vetustissimi & elegantissimi poetæ causâ breviter & *in prælo* explicare. Si inquit, id quod homini satis est, posset esse satis, id est, si eo quod humanæ naturæ sustentandæ re ipsa sufficit, humana libido esset contenta; hoc jam satis erat, neque amplius aliquid esset quærendum: cum autem, animi cupiditas ita se effudit, ut eos terminos quos naturæ necessitas dedit, egrediatur, ne jam credamus, ullam vim divitiarum, aut abundantiam ejus effrenatæ libidini posse sufficere. Lussit autem Lucillius in varia significatione ejus orationis, qua *Satis esse* aliquid dicimus & id quod re ipsa sufficit, & quo contenti sumus. Idem auctor hoc verbum sæpius usurpat, veluti:

*Quid dare, quid sumpti facere ac præbere potisset. Et:
Munus tamen fungi & muros servare potissent.*

Manifestè quidem his locis *Potisset* pro *Posset*, *Potisse* pro *Posse* usurpavit. Nec tamen defuit qui ubique apud Lucillium, *Potuisset*, & *Potuisent*, legendum audacter confirmaret. Ita videlicet in veterum scriptis plerique sine religione versamur. Eodém verbo iterum usus est Lucillius:

Omnibus in rebus fiunt, fierique potissunt.
Et Ennius:

Spero si speres quidquam prodesse potissunt.
Et amans antiquitatis Catullus:

Cur

Cur non divitiis Cressum superare potissit?
 Atque alibi sæpius. Quibus tamen locis omnibus verbum hoc de veteri possessione dejectum est, & in ejus locum *Potissit*, *Potissunt*, sejunctæ duæ voces substitute. Quod, quid querar imperitorum temeritate factum esse, cum eruditis & in antiquitate versatis viris hoc ipsum videam probari? A quibus tamen libenter quæram, quid in *Potisse* facturi sint, quo hujus verbi infinitivo Lucretius, Terentius, atque optimi scriptores usi inveniuntur? *Lucretius*:

Quod si forte ulla credunt ratione potisse.

Et:

Nève putes æterna penes residere potisse.

Et Terentius bonus auctor Latinitatis,

At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos,

Sed nihil potisse.

Quo tamen postremo loco cum Priscianus aperte *Potesse* legat, venit mihi in mentem dubitare, an etiam *Potesse*, *Potessent*, ubique apud Lucillum & alios sit reponendum. Suspicionis meæ ea ratio est, quod cum id verbum ex *Potissit*, & *Sum*, veteres conglutinaverint, videantur etiam in eo flectendo vocis *Sum* declinationem servare voluisse, & cum nimis longum videretur, *Potississet*, dicere, aut *Potissesse*, & *Potisset*, & *Potesse* dixisse. Atque, ut hoc addam, antiquiores fere omnes nescio quomodo in hoc verbo varie inflectendo sibi quodammodò indulserunt. *Potestur* non tantum Ennius, Lucretius, Pacuvius (licet enim aliquid poetis) sed & Varro noster dixit *Possitur*; etiam, ut opinor, in historiis Sisenna.

C A P U T XV.

De Ciceronis loco epistolæ ad Atticum conjectura.

EGO nisi Bibulus qui dum unus hospes in Syria fuit, pedem portâ non plus extulit quàm domo sua, annueretur de triumpho, æquo animo essem: nunc verò ἀνὰ πύλας.

Mendum tam insigne & tam vetustum obsedisse hunc locum, cum tot eruditi viri in hos libros scripserint, valde equidem miror. Nam cujus aures & sensus in legendo ita peregrinantur, qui si paullum modò attenderit, non facile videat, illud *Hospes* huic sententiæ minime convenire? Ejusque loco *Hostis* esse substituendum? Postulante ita aperte & sententiâ, atque adeò Cicerone ipso tantum non cla-

clamante ita esse legendum. *De triumpho autem nulla me cupiditas umquam tenuit ante Bibuli impudentissimas litteras, quas amplissima supplicatio est consecuta. A quo si ea gesta essent quæ scribit, gauderem, & honori faverem: nunc cum qui quoad hostis cis Eufratem fuerit, pedem portâ non extulerit, honore augeri, me idem non assequi, dedecus est nostrum, nostrum inquâ, te conjungens.* Hoc autem Cicero dicit, Nisi Bibulus homo ignavissimus triumphum postularet, qui tamen ita timide in bello isto Parthorum se gessit, ut quamdiu hostes in Syriâ provinciâ ejus essent, pedem ausus non fuerit portâ & castris Jefferson; sed velut olim cum Consul esset, domo se & parietibus, ita nunc urbis se & castrorum præfidiis defenderit; ne ego quidem magnopere laborarem de triumpho: quem tamen si in summa ignavia Bibulus assequitur, turpe sit me tantis rebus gestis idem non assequi. Quod autem dixit, *Qui dum unus hostis in Syriâ fuit, unum hostem ad augendam rem & oratoriè videlicet dixit.* Atque hanc emendationem meam vel verbo potuisse satis erat, nisi certorum hominum tanta esset vel in judicandis erroribus inseita, vel in fovendis pertinacia, ut ne rei quidem certæ nisi rationibus & argumentis allatis assentiantur.

CAPUT XVI.

Sex. Propertium tres modo libros Elegiarum scripsisse videri.

SENTENTIAM suam sine asseveratione dubitantem proposuisse, numquam cuiquam fraudi fuit; neque mihi, ut opinor, hoc loco apud vos erit. Interponam enim in re dubiâ judicium quoddam meum, quod neque vos probare omnino velim, neque mihi iple adhuc satis probavi. Propertium quattuor libros Elegiarum scripsisse, res & in vulgus nota est, & librorum omnium titulis testata. Ac fieri quidem potest, ut vera sit vulgata opinio; mihi tamen persuaderi difficulter potest, Propertium si quattuor Elegiarum libros scripsisset, tam temerarium & inconsultum de librorum suorum numero testimonium in posteritatem relicturum fuisse.

Sat id magna, mei si tres sint, pompa libelli.

Quos ego Persephonæ maxima dona feram.

Quid enim est, quod studiose de tribus libellis testatum relinquere voluit, si quattuor ejusdem argumenti conscripsit? An hoc aut temere à diligentissimo poetâ scriptum, videri potest? Aut, quod alii comminiscuntur, Propertius cum hæc scriberet, trestantum libros componere destinarat?

narat? Nugæ ista sunt, & ut Plautus loquitur, gerræ geræ. Quid ergo est? Ego Propertium tres dumtaxat libros Elegiarum scripsisse, vel ipsius testimonio fretus audaciter confirmo. Quid igitur? Quartum illum librum Propertii esse nego? Minimè; sed cum uti argumento, ita & ordine à tribus illis prioribus seungi volo. Nam cum Propertius tribus libris Amores suos eleganter descripsisset, quartum illum quem isti faciunt in quo non de Amoribus, sed de Urbis antiquitatibus, de Augusti laudibus, & alia quædam grandiora caneret, noluit in dispari materia cum prioribus illis conjungere, sed proprium ei & suum locum tribuere, eumque fortasse *Monobiblion*, seu, librum singularem, quod ejus argumenti solum illum composuisset, inscripsit. Cujus rei magnum argumentum mihi dat superior ætas, tum cum hæc libido corrigendi quidlibet, ac pro arbitrato mutandi nondum increbuisse. Beroaldus enim testatur, & ipse in quorundam scriptis vidi libros hos Propertii ad suam usque ætatem in fronte titulum hunc prætulisse, PROPERTII MONOBIBLION. Falsa inscriptione quis negat? Sed ex qua tamen oppressa diudum veritas elucescat. Nam titulus videlicet iste, qui postremo libro, quem isti quartum faciunt, debebatur, eique præfigendus erat, is à nescio quibus ineptis & neglegentibus hominibus proprio loco motus ad priores libros tralatus est, iisque multos annos mansit præfixus; quem ego nunc iterum rectè, ut existimo, in veterem sedem restitui. Fieri igitur commodè potest atque etiam debet, ut Propertii testimonium verum fuisse existimemus, tresque tantum libros Elegiarum faciamus, & quartum illum propria sua inscriptione contentum, ab alienis finibus repulsum, suis se terminis continere jubeamus. Hæc sententia mea est, quam tamen, ut ante dixi, non ita ut certam probari vobis volo, cum assensionem in hac re adhuc ipse cohibuerim, & ut causâ dubia Romani judices solent, ampliùs pronuntiandum censeam.

C A P U T XVII.

M. Terentii Varronis in Satyris locus purgatus, & de titulo Satyræ quæsitum.

M. VARRO in ea Satyra, cui titulum fecit, *Longè fugit qui suos fugit*, cum, ut apparet, Stoicum illum sapientem, quem illi ab omni parte perfectum statuebant, & cui omnia tribuebant, jocans describere vellet, usus est his verbis.

Solus

Solus rex, solus rhëtor, solus formosus, fortis secus vel ad ædificium modius purus putus; si ad hunc charactèrem Cleophrantus conveniet, cave attingeris hominem.

Non commemorabo ut hunc locum nostrates quidam dum constituere volunt, amplius meo iudicio depravaverint: servabo solemne illud meum, ut sententiam meam, sine cuiusquam læsione aut injuriâ iudiciis vestris subjiciam. Existimo igitur paucorum verborum mutatione locum hunc totum restitui, & sententiam commodam effici posse, ut legamus, *Solus rex. s. r. s. f. fortis, securus vel ad ædificium munus, purus putus; &c.* Cùm enim hunc Stoicum sapientem, fortem, & magno animi robore ostendere Varro vellet, non potuit id significantius, quàm quòd ait, eum securum fore etiamsi ad ædificium munus, id est, ad bestias dandus sit. Neque enim parvis quibusdam rebus aut molestiis frangi hujus viri debilitarique virtus poterit; qui etiamsi ad certam mortem, certa tormenta, & ad bestiarum laniatum deducendus sit, securus tamen, & ad omnem casum prompto & apparato animo futurus sit. Cùm autem ædiles populo munus exhiberent, solent damnatos alicujus criminis, aut servos profugos bestiis crudelissimis cum telo objicere, à quibus miseri homulli, ridente & plaudente in tam nefario spectaculo plebe, statim dilaniarentur & conficerentur. Quòd siqui casus aut Deus è periculo illo eos eripuisset, aut ad proximum munus reservabantur, aut egregio aliquo facinore edito soluti, statim jubente populo dimittebantur. Ait igitur Varrò, illum sapientem tantâ animi magnitudine futurum, ut non tantum mortem contemnat, sed etiam ignominiosam & crudelissimam mortem pro nihilo putaturus sit. Vellem autem ex fragmentis hujus Satyræ argumentum, intelligere commodè possemus, facilius & certior nobis ratio esset de titulo ipso dicendi. Nunc verò cùm duo sola hujus libri fragmenta injuriæ temporum superfuissent, difficilis omnino vel de titulo ipso, vel de argumento dijudicatio est. Siquid tamen divinando assequi possumus, videtur titulus hic olim proverbii & vulgati alicujus dicti locum habuisse; & sententiam aut hanc aut similem continuisse, *Longè fugit, qui suos fugit.* Id est, Longè fugiat oportet, qui ludo & genus humanum fugere possit: quocumque enim te contuleris, semper tui similes, tuæ cognationis, id est, homines inventurus es. Quamquam mihi aliquando visum fuit, commodiorem & acutiorem sententiam effici, si legamus, *Longè fugit, qui se fugit.* Videlicet ut hoc Varro dicat, errare eos qui curâ aliquâ aut graviore sollicitudine oppressi patriam & locum mutant, idque remedium citrarum arbitrentur, cùm

quocumque fugias, teipsum fugere non possis, & ubique terrarum animum tuum & anxiam mentem tecum portes. In quam sententiam videtur illud Horatii dictum,

--- quid terras alio calentes
Sole mutamus? patriæ quis exsul
Se quoque fugit?

Quod autem superius me fugit scribere, ita etiam Horatius sapientem Stoicum descripsit, quomodo hic noster Varro,

*Ad summam, sapiens uno minor est Iove, dives,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.*

C A P U T XVIII.

*M. Ciceronis locus Oratione in L. Pisonem
correctus & explicatus.*

EXSTAT Ciceronis oratio in Senatu dicta in L. Calpurnium Pisonem, hominem re ipsa nequam & insignite improbum, sed vitia sua simulatione & fronte artificiose tegentem. Cujus Consulis, triennio ante, proditione & scelere cum magna ex parte in exilium Cicero missus esset, ut vicissim tam insignem injuriam puniretur, vehementi & acerba ista oratione redeuntem eum e provincia frequenti Senatu insectatus est. In ea autem oratione inter alia locus quidam est, qui mihi de mendo suspectus diudum fuit, quem nunc proponam, & fortasse etiam corrigam; tentabo quidem certe:

Tu tantis nationibus subactis, tantis rebus gestis, minime fructum laborum tuorum, præmia periculorum, virtutis insignia contemnere debuisti, neque verò contempsisti licet Themistâ sapientior, sed os tuum ferreum Senatus conditio verberari noluisse.

Fateor me in hujus loci vera lectione germanaque sententia indaganda longiorem cogitationem insumpisse, quam tamen diu quæsitam, nisi mihi ipse blandior, invenisse aliquando videor. Primum, locum quâ male habet, constitutam, tum interpretationem meam adhibebo: *Neque verò contempsisti, licet Themistâ sapientior, sed os tuum ferreum Senatus conditio verberari noluisse.* Ex qua lectione concinna & optima sententia efficitur. Nam cum Cicero L. Pisoni objecisset, quod solus ipse adhuc proconsul inventus esset, qui ex Macedonia provincia triumphum non deportasset, idque ille homo vide licet sapiens ita excu-

excusaret, ut negaret se triumphi & popularis illius plausus cupidum fuisse: multis verbis Cicero & longa disputatione hunc ignaviae ejus pretextum confutat, aitque, eum non tam jejuno & angusto animo fuisse, qui triumphum & honoris insignia contemneret; sed cum res eas & ea scelera in provinciae administratione perpetrasset, quae non triumphii honore decoranda, sed legum paenis vindicanda essent, sapienter eum fecisse qui triumphii cogitationem abjecisset, quem si maxime petisset, facile intellegebat, omnium convicio sibi iri negatum. Atque hæc loci totius brevis sententia est; nunc videamus correctionem meam. *Themis*, pro illo *Themistâ*, verbo nihili, reposui; aptè, an ineptè, vestrum judicium esto. Themis enim veteres, ait Festus, deam putabant, quæ doceret petere id quod fas esset, & quod liceret. Itaque valdè facetè & acutè hoc loco jocatur Cicero, Pisonem, qui triumphum scelerum suorum conscientiam ab irato Senatu petere ausus non erat, ipsâ Themis sapienterem fuisse dicit, & longè melius providisse quid expediret sibi petere aut non petere, quam dea illa ipsa, quæ mentem hominibus dat justa & æqua petendi, suadere potuisset. Acutè enim omnino L. Piso, quoniam Triumphum neque meruisset, & si maximè meruisset, repulsam tamen a Senatu accepturum se certò providebat, omnino petere triumphum destitit, ut videretur eum potius consequi noluisse, quam non potuisse. Atque hanc sententiam meam spero vos equidem comprobaturus, si locum totum attentius, adhibitâ in consilium ratione, consideraveritis.

CAPUT XIX.

*Propertium errorem Herculis, & scelus Polymnestoris,
pro ipso Hercule, & Polymnestore dixisse.*

UT Horatius virtutem Catonis pro ipso Catone dixit, ita Propertius noster, diligens & ipse imitator Græcorum; errorem Herculis pro ipso Hercule versu illo dixisse videtur,

Quæ miser ignotis error perpassus in oris

Herculis indomito fleverat Ascanio.

Et libro tertio scelus Polymnestoris pro ipso Polymnestore apertè dixit:

Te scelus, accepto Thracis Polymnestoris auro,

Natru in hospitio non Polydore pio.

Qui locus non intellectus quibusdam ejus corrumpendi occasionem dedit. Ex hac autem ratione videtur etiam illud Ciceronis pro Murænâ dictum, *illa pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpet*. Pestis Catilinæ, opinor, pro ipso Catilinâ dixit. Quem locum temerè & frustrâ viri quidam eruditi mutare conati sunt. Ita etiam idem Cicero libris de Oratore: *Nam illi d. immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa virtus L. Crassi morte extincta subita est*. Virtus, humanitas L. Crassi, ipsum Crassum significant. Hæc tenuia sunt, fateor, & quæ eruditiorum causâ scribere nihil erat necesse, ut qui ea legentes faciliè possint advertere: rudioribus quidem certè rem gratam & utilem me fecisse spero.

C A P U T X X.

Ex Cicerone glossemata duo sublata.

MULTA aliena & à Ciceronis elegantia nimium quantum abhorrentia in libros & scripta ejus librariorum negligentia irrepsisse, utinam ne tam multis exemplis testatum esset. Egregia opera hac in parte navata est à D. Lambino singulari viro, qui plurima in hoc genere menda feliciter & ingeniosè sustulit: sed videlicet non est unius hominis aut ingenii vidisse omnia, & nullâ in parte animi aciem inflexisse; nostræ quoque & posterorum diligentia aliquid relictum est. Conabor igitur & ego duo quædam ex superfluis illis hominum semidoctorum interpretationibus nata menda tollere, & Ciceroni proprium suum & pristinum nitorem reddere. Cicero in Verrem de præturâ urbanâ:

Hoc modo iste sibi & saluti suæ proficere didicit, referendo in talulas & privatus & publicas quod gestum non esset, tollendo quod esset, & semper aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareat, interpolando.

Hoc ego loco totum illud, *curando ne litura appareat, glossema*, & alienam hominis cuiuspiam nugatoris, verbi *interpolando* interpretationem esse suspicatus aliquando sum. Quod etsi sine ullo auctore ex orationis ipsius redundantia judicarem, tamen gavissus sum postea, conjecturam hanc meam à veteri Grammatico Nonio Marcello comprobari, qui hunc locum, omittis superfluis iis verbis, ita citat: *Aliquid demendo, mutando, interpolando*. Ut faciliè appareat, aliena ea verba in Cicerone superesse & redundare. Ex hoc genere est etiam illud libro primo De

De Divinatione , ubi Q. frater à Cicerone inducitur pro auguriorum & auspiciorum auctoritate differens :

Qui quidem Romuli lituus (id est, incurvum & leviter à summo inflexum bacillum, quod ab ejus litui quo canitur similitudine nomen invenit) cum esset situs in curiâ Saliorum, &c.

Dii boni ! non enim possum quin exclamem; non animadvertum hoc tam insignis glossema hæctenus à tot eruditis viris? Non ab ipso Lambino? Quid autem clarius? Aut quis non videt omnia illa verba duabus lineis à me inclusa, verbi *litui* superfluum & non necessariam esse interpretationem? Nisi fortè credendum est, Q. Ciceronem statim atque litui mentio incidisset, M. Ciceronem hominem augurem quid lituus esset, studiosè docere voluisse, & ut majorem gratiam iniret, etiam unde dictus esset curiosè ostendere, rem, non dicam Ciceroni, sed tum vulgo & pænè pueris notam, Sed his in rebus comprobandis cum magis judicio eruditi viri opus sit quàm rationibus, abstinere plura dicere, tantum locum utrumque elegantioris judicii hominibus considerandum delegabo.

C A P U T XXI.

Tibulli locus in Epigrammatis contra Turnebum explicatus.

TIBULLUS elegans cum primis Poëta, & in cujus purissimis scriptis nativa quædam & veracula Latine lingue mundicia relucet, de amoribus Sulpiciæ & Cerinthi Epigrammata quædam composuit valde quidem & lepidi & venusti. In iis carmen quoddam est conquerentis Sulpiciæ, quantum apparet, de tralato amore Cerinthi in vilem aliquam nescio quam servam & ancillam;

Sic tibi cura togæ potior, pressumque quasillo

Scortum quàm Servi filii Sulpiciæ.

Scortum quasillo pressum A. Turnebus, magni ingenii & doctrine vir, interpretatur scortum egenum, & se lanificio quæstu malè tolerans. Quod sanè mihi, si à tanto viro dissentire libere licet, aliter videtur. Neque scortum quasillo pressum aliud hoc loco meo judicio significat, quam famulam & servam, quibus inter servilia opera illud erat præcipuum, ut lanam & pensum facerent. Tibullus idem alibi:

At circa gravibus pensis affixa puella,

Paullatim somno fessa venit ut opus,

Atque id certe sententiam postulare videbit qui attentius consideraverit. Indignatur enim Sulpicia, sibi tam nobilis & illustris viri filiae praelatam à Cerintho servam & ancillam pressam quasillo, & herili penso affixam. Animadverti autem, ut etiam id moneam, veteres solere, siquid ancillae sequius fecissent, iis quasi poenae loco gravius onus pensae imponere, quod nisi ad praestitutum absolverent, vapularent. Ex qua sententia est illud Proptii,

Et graviora rependit iniquis pensa quasillis,

Garrula de facie siqua locuta mea est.

C A P U T XXII.

*Ciceronem eadem ratione C. Verris edictum quoddam
Reprehendisse, quod ante eum Timocratus legem Demosthenes.*

SEMEL in vita accusasse Cicero gloriatur, & tamen accusationem eam unam posse satisfacere imitationi eorum, qui ingenia sua potius ad perniciem improborum quam salutem innocentium vellent convertere; & vere gloriatur. Ita enim quidquid vel ad inimici odium, invidiam, reprehensionem, vel ad reliquum artificium accusationis pertinet, quinque libris illis in Verrem complexus est, ut eos qui diligenter legerit, non magnopere in eam rem plura scripta sit desideraturus. Est autem libro primo, quo praeturae Verris urbanam, & edicta mercedi addicta exagitat, genus quoddam reprehensionis sane acutum, sed quo ante eum Demosthenes etiam contra Timocratem usus erat. Scripserat Verres edictum ejusmodi: *Qui ab A. Fulvio Q. Postumio Censoribus postve ea testamentum fecit, fecerit.* Addit Cicero: *Fecit, fecerit? Quis unquam edixit isto modo? Quis unquam ejus rei si autem aut periculum proposuit edicto, quae neque quod edictum, neque ante edictum provideri potuit?* Et item post aliqua: *In lege Voconia non est, fecit, fecerit, neque in ulla praetentum rebus reprehenditur, nisi ejus rei quae sua sponte scelerata ac nefaria est. Ac si hoc juris non unius causa hominis edixisset, cautius composuisset.* Haec Cicero: Demosthenes autem cum Timocratis legem multis rationibus reprehenderet, hanc adfert ut firmissimam, irritam ejus legem esse debere, quod simul & praeterita & praesentia complecteretur, neque ulla lex in praeteritum regredi possit. Locum totum vel idcirco ascribam, quod is huic Cicero s. ita simi is

librarios *ad coelos* fecisse. Quam divinationem meam cum non rejicerem, neque tamen omnino probarem, incidi tamen in duos antiquissimos Prisciani libros, quorum alter cum vulgatis consentiebat, alter manifestè Latinis litteris hanc scripturam referebat, *ac telos*. Nihil autem potest ad sententiam loci istius Varronis neque eius cogitari hac scripturam aut accommodatius. Nam cum hac Satyra Varro de variis sectis & opinionibus dissidentium Philosophorum egerit, enumerare videtur hoc fragmento voluisse, quæ & quam diversæ sententiæ essent de fine bonorum apud Philosophos, quod Græci illi *τέλος* appellant. Ut autem hinc Varronis vox Græca in Latinam degeneravit, ita simili errore apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum video librariis placuisse, ut vox item Græca propria ejus loci, alienæ & adventitiæ concederet, quam homines liberales de suo substituerunt. Locus quem dico, est libro *xii*. Epistola cujus initium, De Cœlio vide quæso.

Te istam tam tenuem ἑρπύλλαν tam valdè admiratum esse gaudeo, et si tua quidem sunt ejusmodi omnia, Scire enim vis quo uno animus maximè alitur? Sed quæso, quid ex istâ acutâ & gravi refertur ad τέλος?

In quibus postremis verbis vitium mihi esse videtur, & pro illo *& gravi*, ἑρπύλλαν vox Græca reponenda esse. Nam illud quidem, *ex istâ acutâ & gravi*, sine addito alio nomine, neque Ciceroni familiare est, neque auribus meis satisfacit.

JUSTI

JUSTI LIPSI VARIARUM LECTI- ONUM LIBER SECUNDUS.

CAPUT. I.

*Tibulli, versus lib. III. à multis tentati,
explicati.*

HÆC tibi vir quondam, nunc frater, crista Neæra,
Mittit, & accipias munera parva rogat.
Teque suis jurat caram magis esse medullis,
Sive sibi conjunx, sive futura soror:
Sed potius conjunx. Hujus spem nominis illi
Auferet extincto pallida Divis aqua.

Versus hi quàm multorum ingenia frustra exercuerint, & quidem summorum virorum, longum sit dicere. M. Antonius Muretus vir cum primis eruditus, & qui in his litteris nostris meo judicio familiam ducit, cum multa hujus poetæ obscura loca elegantissimo Commentario illustrasset, verumtamen ad hos versus cum venisset, libenter passus est, ut est homo non minùs ingenuus quàm eruditus, se in tantis tenebris idoneam aliquam lucem non dispicere, conicere se tamen, Tibullum & Neæram ad quam hæc scribuntur, fortassis fratrum aut sororum liberos fuisse, inter quos cum more Romano nuptiæ constarent, hanc Neæram aliquando Tibullo fuisse matrimonio junctam, ac postea inter eos, incertum quibus de causis, devortium exstitisse, nuptiasque esse solutas. Ideoque in hanc sententiam Tibullum scribere,

Hæc tibi vir quondam, nunc frater.

Id est, hæc munera tibi Neæra à Tibullo tuo mittuntur, aliquando marito tuo, nunc, amisso viri nomine, tantum fratre. Quam ego conjecturam ut levem & nullâ ratione nixam parum dignam elegantissimo Mureti ingenio judico; tum etiam non satis idoneam, in quâ refutandâ supervacuus labor mihi ipsumendus sit. Status autem Achilles homo Lusitanus, vir magni ingenti, multæque lectionis, in Commentariis suis in Catullum exi-

stimare se scripsit, hæc sororis & fratris nomina de casto quodam & integro amore à Tibullo prolata, ut Catullus ad Lesbiam scripsit,

Dilexi tum te, non tantum ut vulgus amicam,

Sed pater ut gnatos diligit & generos.

Ut Tibullus dicat, Hæc tibi Neæra mittuntur ab eo qui aliquando vir tuus vulgari quodam amore te amavit, nunc autem ita castè diligit te & integrè, ut frater sororem. Quid commemorem alios? Qui his etiam ineptiora commenti sunt. Nos sententiam nostram proponamus. Priusquam autem de versibus ipsis dicam, illud mihi primum ostendendum est, veteres solere longè aliter Fratris & Sororis nomine uti, quàm vulgò hodie ea nomina sonant. Fratres enim, puellæ blandientes vocabant interdum amatores suos, & eos quibuscum consueverant, ut contra adolescentuli amicas suas, easque quibuscum caput aliquando collimarent, ut Plautus loquitur, Sorores blandè appellabant. Docet hoc apertè unus Martialis ad Ammianum, hac quidem in re satis idoneus auctor,

O quam blandus es Ammiane matri!

Quam blanda est tibi mater, Ammiane?

Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Cui vos nomina nequiora tangunt,

Lusum creditis hoc jocumque? non est.

Mater quæ cupit esse se sororem,

Nec matrem jurat esse nec sororem.

Quo Epigrammate latis faceret Martialis Ammianum quemdam incesti cum matre arguit, quam ille, ut amatores solent, Sororem, & illa vicissim cum Fratrem, quæ nequitæ nomina sunt, vocabat. Et ut Martialem breviter explicem, Putat ille, inquit, id jocum esse aut lusum? Minimè. Nam mater, quæ se sororem appellari cupit, & amicæ nomine vocari gaudet, ea certè ut liberis amoribus suis indulgere possit, neque mater neque vera soror esse optarit. In eandem sententiam videtur etiam Propertius nosse scripsisse illud libro secundo ad Cynthia.

Cum tibi nec frater, nec sit tibi filius ullus,

Frater ego tibi sum, filius unus ego.

Atque ita hoc loco apertè Tibullus his nominibus usus est, Cujus rei ignoratio facilem ceteroqui locum obscuravit. Cujus ego sententiam breviter & dilucidè nunc proponam:

Hæc tibi vir quondam, nunc frater, casta Neæra,

Mittit, & accipias munera parva, rogat.

Ti quæ suis jurat curam magis esse medullis,

Sive sibi conjunx, sive futura soror.

Sed potius conjunx. Hujus spem nominis illi

Auferet exstincto pallida Ditis aqua.

Id est, Hæc tibi parva à me munera mittuntur, Neæra, à me, inquam, qui, ut spero, aliquando vir & conjunx legitimis nuptiis tibi futurus sum, nunc autem dumtaxat frater, id est, amator & concubinus sum: atque ita tibi persuadeas, te mihi semper fore carissimam, sive soror mihi, sive, quod malo, uxor futura sis. Sed tamen, inquit, magis conjugem te mihi opto, cujus nominis spem sola morseripere mihi poterit. Atque hæc brevis horum versuum sententia est, cujus quidem tam aperta bonitas est, ut neminem tam præcipitem à vero, aut tam perverso judicio esse existinem, cui non ea primâ statim fronte possit probari. Advertendum autem hoc loco, illud *Quondam*, non præteritum, sed futurum tempus designare, ut apud Virgilium,

--- *quondam tua dicere facta* *Tempus erit.*

Eique primo versui, *Hæc tibi vir quondam, nunc frater*, ille sequens versus respondere, eumque quasi interpretari existimandus est, *Sive sibi conjunx, sive futura soror*. Neque enim legitimo umquam matrimonio juncta fuit cum Tibullo Neæra, sed tantum de amore ejus sperare se Tibullus profitetur, ut postea relictis aliis amatoribus, uni sibi adhæsurus sit.

C A P U T II.

M. Terentii Varronis lib. IV. De Vita populi Romani locus partim emendatus, partim explicatus.

In spem adducebat, non plus salutaris quam vellet, iniquis equestri ordini iudicis tradidit, bisipitem civitatem fecit discordiarum acilium fontem.

Cum ad hunc mutilum & depravatum locum manum adhibere vellem, putavi me prius, si id possem, Varronis sententiam indagare debere, ac deinde secundum eam emendationem meam accommodare. Itaque cum observarem, Varronem hoc toto quarto libro non fere aliud quam de seditionibus, bellis civilibus, eorumque causis & eventis dixisse, in eamque sententiam hic locus accipiendus omnino videretur: facile existimaui, hunc locum de L. Sulla intelligendum esse, quem constat offensum plebi & equestri ordini ad senatum judiciorum auctoritatem transulisse. Quam rem hoc loco Varro & Cicero alibi affirmant causâ alienationis & discordiæ perpetuæ equi-

tum

tum à Senatoribus fuisse. Atque hanc sententiam secutus, ausus sum locum eum ita emendare: *In spem adducebat non plus soluturos quam vellent, & iniquus equestri ordini, Senatui judicia tradidit*, &c. Quomodo autem verbum illud *Senatui*, quod ego apposui, & ad sententiam quidem omnino necessarium est, prætermisum sit, non habeo dicere, nisi quod conjicio, cum veteres ejusmodi nomina brevius scribere vel tantum indicare solerent, fortassis in Varronis libris scriptum fuisse, *Et iniquus equestri ordini Se. Iudicia tradidit*. Id est, Senatui. Quam notam cum scriptor librarius quispiam indoctus & rudis non intelligeret, neglegenter eam fortassis omisit. Quod quam frequenter evenërit, testificari mihi possunt ii qui in veterum librorum lectione aliquantum sunt versati.

C A P U T III.

Oratione primâ Ciceronis in Catilinam in numero erratum videri.

IN numerorum notis & variè & sæpè optimis auctoribus. describendis peccatum est. Sed hoc quod nunc afferam non tantum ad lectionis correctionem, sed etiam ad historiæ veritatem facit, Cicero in Catilinam:

Meministisne me ante diem XII. Kal. Novembrium dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem VIII. K. Novembrium, C. Mallium audacie satellitem atque administrum tuæ? Num me fefellerit non modò res tanta, sed quod multò magis admirandum est, dies?

Hæc quidem Cicero in Senatu præsentè Catilinâ dixit, quem ut ab amenti proposito & concepto facinore deterteret, ostendit nihil eum agere, nihil moliri, quod ejus vigilantiam & in Republicâ custodiendâ diligentiam latere posset. Itaque cum alia ejus consilia omnia nota sibi esse, tum etiam multo antè providisse, & publicè in Senatu prædixisse diem & tempus, quo Mallius Satelles ejus in Etruriâ cum improbâ illâ conjuratorum manu in armis futurus esset. Sed protectò si hæc rectè leguntur, in die prædicenda valdè erravit Cicero, qui C. Mallium nefaria illa arma induisse contra Rempub. dixerit ante diem VIII. K. Novemb. quem sanè ex Sallustio constat, non nisi ante diem VI. K. Novembrium arma cepisse. Atque adeò ipsa Sallustii verba in hanc rem apponam: *Post primo, dies L. Servius Senator*

tor in Senatu litteras recitavit, quas sibi Fessulis allatas dicebat, in quibus scriptum erat, C. Mallium arma cepisse ante diem VI. K. Novembrium.

Nec verè falsus esse in dierum numero Cicero, aut à Salustio hac in parte discrepare existimandus est; sed quod ex Prisciano observavi, ille ipse numerus, qui apud Salustium exstat, etiam apud Ciceronem hoc loco rependendus est, atque ita hîc legendum, fore in a, c. d. q. d. futurus esset ante diem VI. K. Novemb. Nam Priscianus duobus locis apertè Ciceronem primo Invektivarum nominans, ita enim veteres Grammatici has orationes vocabant, affert ex eo, *Ante diem sextum K. Novembrium*, interpretaturque ante diem sextum, id est, in diem sextum. Atque hæc apud Priscianum non per numerorum notas, sed uti ego posui, plenè & ordine perscripta sunt. Ut mihi quidem causâ nulla dubitandi videatur, quin ex historiæ veritate, & ex Prisciani certâ auctoritate locus hic, ita uti dixi, apud Ciceronem sit emendandus. Quòd autem apud Ciceronem hîc. C. Mallium scripsi, non quomodo vulgati, C. Manlium, putavi me tutò hac in re & sine reprehensione librorum veterum consentientem auctoritatem sequi posse, in quibus constanter hoc nomen & apud Salustium, & in his ipsis orationibus apud Ciceronem ita perscriptum exstat. Ego quidem usus aliquando sum antiquissimo libro, qui asservatur apud Gemblacenses, quem certa opinio est, & res ipsa docet, scriptum esse Sigisberti docti viri manu, qui in eo loco ante sexcentos plusminus annos claruit, in quo non aliter hoc nomen scriptum deprehendi.

CAPUT IV.

De Propertii loco libro primo conjectura quædam

MEL & deliciæ meæ Propertius cùm Pontico illis temporibus nobili poëtæ excusare se vellet, quòd ingenium studiumque omne ad Elegos & amatoria argumenta deiceret, neque ad altiora assurgeret, ait tantam esse vim & imperium amoris, ut animum semel captum nihil altum, nihil excelsum cogitare sinat. Quinetiam ipsum Ponticum si, quod nolit, amor perculerit, mox relicta & contempta illa heroici carminis sui grandiloquentia, ad ludicra atque amatoria reluctantem & invitum descensurum. Inter cetera autem ait:

Te

*Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolum nostros eviolasse deos,
Longè castra tibi, longè miser agmina septem
Flebis in aeterno furda jacere situ.*

Quem secundum versum cum corruptum esse constet, varij variè conati sunt emendare. Ego aliquando suspicatus sum, *eu voluisse* legendum esse, ductus in eam suspensionem sententiæ ipsius vestigiis. Iuvante autem conjecturam meam, quod postea vidi, veteri Beroaldi codice, in quo esse *Evoluisse* testatur; non jam suspicatus sum, sed veritatem manifestam ita visus sum videre, quasi ea quæ oculis cernuntur. Erroris autem occasionem aliquam fortasse dederit illud *Eu*, quod ego veteres nullo discrimine aliquando aspirasse, & non aspirasse, opinor; quamquam video mihi hac in re Grammaticorum quorundam auctoritatem opponi posse. Hac ipsâ occasione in eodem poetâ isto inferius peccatum fuerat,

Evolat è nostro quoniam de pectore nusquam.

Quod mendum cum alios fugisset, Muretum, quâ est ingenij acie, non fugit, ejusque loco *Eu* reposuit. Legendus igitur versus iste meo judicio hoc modo,

*Te quoque si certo puer hic concusserit arcu,
Quod nolum nostros eu voluisse deos.*

Hac sententiâ, si te quoque, Pontice, aliquando amor iste noster perculerit, quod equidem detestor, & nolum id deos nostros permisisse, tu quoque, longè relietâ illâ carminis tui grandiloquentiâ, ad amatoria ista & elegus describendos convertêris. Fortasse etiam eodem sensu commodè legi poterit,

Quod nolum, nostros; neu voluisse deos.

Deos autem Venerem & Cupidinem intelligit. Hanc conjecturam meam cum ad L. Carrionem IC. eruditum hominem, & multis officiis mihi conjunctissimum, retulissem, miratus est ille & gavisus utrique nostrum eadem de re idem in mentem venisse: nam se quoque jam pridem idem de hoc loco in Adversaria retulisse mihi confirmavit. Cujus doctissimi hominis judicio gaudeo laudari conjecturam meam, & simul comprobari lectionis hujus veritatem.

C A P U T V.

*Indicatus Ciceronis locus in Verrem, quem
à Demosthene mutuatus videtur.*

CICERO cum C. Verrem tam manifestis criminibus creum peregisset, ut omnis honesta defensio patronis ejus

ejus præcisa esset, præter vulgatam illam & improbam defensionem fecisse alios: contra hoc genus non excusationis, sed potius confessionis, vehementer & acerbè ista dixit:

Quid igitur dicet? fecisse alios? quod est hoc? utrùm criminis defensio, an comitatus exilio queritur? Et post pauca: Ut enim assentiar orationi tuæ, defensionem tamen non probabo. Potius enim te damnato ceteris angustior locus improbitatis defendendæ relinquetur, quàm te absoluto, alij, quod audacissimè fecerunt, rectè fecisse existimemur.

Quæ quamquàm more suo copiosius & uberiùs Cicero dixit, tamen certè omnino ejusmodi sunt, ut è Demosthenis oratione contra Aristocratem videantur ea desumpta. In quâ Demosthenes, cum adversarius hoc eodem genere defensionis uteretur, eadem illâ ratione quâ Cicero hanc excusationem arguit & confutavit: *Επὶ τόνον ἰμοί: γε δοκεῖ, καὶ σφιδόρα ἀνακίδης εἶναι ὁ τοιούτου λόγος, ὅς γ' ἔστι καὶ περὶ τὸν ποτὶ ἄλλας ποιῶντα ψηφίσματα. καὶ γὰρ εἰ πώποτε μὴ μὲν νόμος ἐπ' ἀρχῆς, οὐδὲ τὸ ἐμὸν, διὰ τὸ τ' ἀποφύγειν σοι προέχει. ἀλλὰ πῶς ποτὶ πολλοὺς μάλλον ἀλίσκεαι ἂν ταῦτα. ὥστε γὰρ εἰ τις ἐκείνων ἐκάλω, οὐ τοῦδ' ἐκ ἀν' ἡγεμενίας, ἔτι πῶς ἂν συνῇ ἄλλως, καὶ ἔγραψεν.* Fortasse igitur fieri potest, ut utrique idem in mentem venerit; uterque quidem certè idem dixit.

CAPUT VI.

De Terentij loco in Eunuchis conjectura quædam.

NUM solus ille donz dat? nuncubi meam Benignitatem sensisti in te claudier?

De hoc loco quis non putavit sibi aliquid aut scribendum au dicendum? me unum reliquis loquentibus ἀρχὴ σιωπῆς ait ille. Afferamus igitur & nos aliquid non omnino certum, sed mehercule tam verisimile tamen quàm illud Mureti, *Calvier*, aut aliorum, *Claudier*. Priscianus accurate notat, veteres Claudio & Claudeo, pro Claudico usurpasse. Quid igitur si, Claudio, antiquum istud verbum ea significatione in Terentio reponamus? & à vulgata librorum omnium auctoritate minimùm discedentes legamus?

----nuncubi meam

Benignitatem sensisti in te claudere?

Claudere, claudicare, deficere interpretor, quomodo plane in eandem sententiam Cæcilius in Epiclero scripsit illud,

An

An ubi vós sitis, ibi consilium claudcat?

Consilium claudere pro deficere, ita dixit, ut fortasse Terentius Benignitatem claudere. Sicui autem Cæcilius minùs idoneus auctor est, notat idem Priscianus, C. Sallustium etiam in historiis hoc verbo ita esse usum; & Sallustii quidem exemplum ipse affert *Conjuratiōe claudit*. Observavi autem & ego apud Sallustium in oratione. Marci tribunipl. Hoc verbum eo modo quo Priscianus notat, usurpari: *Itaque verborum satis dictum est. Neque enim ignorantia res claudit, sed occupavit nescio quæ vos torpedit.* Fieri igitur potest, ut hoc tam probo & antiquo verbo Terentius hoc loco usus sit, ejusque rei ignoratio versus hos hæctenus depravarit. Sed hanc conjecturam meam ut non rejicio, ita non antè probabo, quàm eam libri alicujus veteris auctoritate confirmari videro, quod sanè non omnino despero.

C A P U T VII.

In Ciceronis Oratore ad Brutum locus auxilio veteris libri restitutus.

CICERONEM ego in his scriptis meis, admiratione quadam divini illius ingenii commotus, sæpiùs fortasse laudo quàm aut res postulet, aut apud eruditos necesset sit. Sed hoc quidem loco meo jure quodammodò facere mihi videor, si eum librum cum laude & honore commemorem, qui & unus inter omnes excelleret maximè, & quem Cicero ipse ubique laudandum & judicii sui testimonio comprobandum putavit. Librum autem illum optimum intellego, qui Orator ad M. Brutum inscribitur, in quo de perfecti illius & veri oratoris officio, quem nunquàm viderat Antonius, summus ipse & perfectus Orator disseruit. De cujus libri elegantia ita judicare soleo, ut artifex ille Phidias in clypeum Minervæ ita Ciceronem nostrum quidquid haberet artis, ingenii, eloquentiæ, judicii, in unum hunc librum contulisse. Ac ut inter orationes ejus Miloniana illa nihil melius esse possit aut divinius, sic inter libros & scripta nihil hoc uno, meo judicio, cogitari potest accuratius aut perfectius. Quamquam quid meum judicium dico? Cùm videam Ciceronem ipsum tam præclare & magnificè de hoc libro sensitse, ut alibi tellatum reliquerit, non recusare se quò minùs quantum de hujus libri laude, tantundem de judicii & ingenii sui fama detrahatur. Equidem, quod ad me attinet, libenter profiteor, cùm in Ciceronis scriptis

scriptis omnibus, nescio quam utiliter, sedulo quidem certe adhuc verſer, nullum mihi tamen ſcriptum ejus plus vel admirationis attuliſſe, vel voluptatis, addam etiam utilitatis. Et fieri poteſt, ut hac in re affectus meus me fallat, nec tamen aliud aliquod ſcriptum Ciceronis eſſe exiſtimo, quod æque vel ad judicium, vel ad ſcribendi rationem conformandam poſſit conducere. Illud quidem expertus habeo affirmare, ad compoſitionis ornatum, ad verba apte connectenda, & ad efficiendum illum orationis quali orbem, nihil hoc uno libro aptius eſſe & accommodatius. Quamobrem gratularer ego mihi, ut veniam ad id quod eſt hujuſ inſtituti, ſi huic tam eleganti & eruditro libro, & quem ego hætenus habui in delicijs, induſtria mea aliquid vel opis vel lucis afferre poſſem. Quod ſane conabor, & de loco quodam non opinionem meam, ſed veteris cujuſdam libri, quo uſus ſum, auctoritatem & lectionem proponam, quam ego non dubito quin vos præ vulgata illa valde ſitis approbaturi. Vulgati ſic,

Facile igitur hic noſter, quoniam loci certi traduntur, percurreret omnes, utetur aptis generatim, diſcedet ex quo emanant etiam qui appellantur communes loci.

Qui locus & à lectione, & à diſtinctione hætenus male habuit, & nunc à me auxilio ejus libri, quem dixi, reſtituetur, in quo germana hæc & vera, ut opinor, Ciceronis lectio perſpicue exſtat, *Facile i. h. n. q. l. c. t. percurreret omnis, utetur aptis generatim dicet, ex quo emanant etiam q. a. c. loci.* Quia lectione quid poteſt melius eſſe aut certius? Orator inquit, percurreret omnes locos, è quibus argumenta duci poſſint, nec tamen ſine dilectu utetur omnibus, ſed dumtaxat accommodatis ad cauſſam & aptis generatim etiam aliquando & univerſe de re dicet, & à proprijs perſonjs ac temporibus ad univerſi generis tractationem orationem avocabit, ex quo fonte emanant & oriuntur communes illi qui appellantur loci. Sententia quidem ita non modo perſpicua, ſed etiam bona, ut nihil neceſſe ſit, optimi libri auctoritatem pluribus verbis aut rationibus à me confirmari. Illud tantum teſtificor, ſicui fides mea dubia eſt, librum hunc, cujuſ teſtimonio in hanc rem uſus ſum, hodieque affervari in publica bibliotheca gymnaſij Lovaniensis, cujuſ ſæpius inſpiciundi mihi copia à Præſecto humaniter tacta eſt.

Q

CAPUT.

CAPUT VIII.

Propertii carmen quoddam restitutum.

VBI sunt ij quibus hic totus corrigendi labor noster nugæ & ineptiæ videantur? negentque in veterum scriptis tanti interesse, hanc an illam lectionem servemus? Quid? an non unius dictionis, dictionis? Imò syllabæ, imò litteræ depravatio integram sæpe sententiam vel obscuram reddit, vel ineptam? Negent si possunt, nisi forte ne id quidem interest ut optimos auctores intellegamus. Non longe abiero, vocabo eos ad Propertium. Agite, versus istos quis vel sine risu, vel sine stomacho legerit?

Quantum ego sum Ausonijs crimen factura puellæ,

Improba virgineo lecta ministra foco.

Pallados exstinctos si quis mirabitur ignes,

Ignoscat, lacrumis spargitur ara meis.

Quis est qui horum versuum ita uti leguntur, sententiam intellegere se profiteri audeat? Aut quid est quod Propertius hoc loco Palladis ignes exstinctos dicit? De Vestæ sane ignibus Propertium intellegendum esse, ex antecedentibus facile video. Sed, obsecro, quid Palladi cum Vestâ? quis Græcorum umquam vel Latinorum, cum Vestam significare vellet, Pallada nominavit? Aut quis de Palladis ignibus vel fando audivit? Nam quod quidā, quibus quodvis flagitium interpretando succipere optatius est, quàm à vulgata corruptaque lectione recedere, acute comminiscuntur, Propertium hîc, si Dijs placet, ex sapientium opinione Palladem pro Vestâ dixisse, qui Deorum omnium diversa nomina communia esse inter se volunt, & ad unum eundemque Deum referri, & Vestam, Pallada, Dianam, Junonem, nomina esse plura, rem unam & eandem: eos ego valde miror sibi ipsis interpretationem tam ineptam probare ullo modo potuisse. Quis enim umquam poetæ concesserit, ut Venerem si quando nominaturus sit, Dianam pro ea dicat, quoniam scilicet ex sapientium sententia Dijs idem sint? Quamquam non defuit etiam alius, qui de Palladio Trojano, quod in Vestæ templo servaretur, nescio quas meras nugas & ineptias scripserit, quas pudet & tædet me pluribus commemorare. Videte autem quàm parva res & quàm minutus error sit, qui frustra eruditos etiam homines hoc loco explicando exercuit. Nam pro eo quod *Pallados* libris omnibus legitur, mihi dubium non est, quin *Pallidus* pro eo reponendum sit, Propertiusque ita scripserit,

Palla-

Palladus extinctos si quis mirabitur igneis.

Ut Tarpeia dicat (hanc enim loquentem Propertius fecit:) Siquis pallidus & perculsus sacrosanctum Vestæ ignem extinctum aspiciet, is ignoscat mihi, cum eum non custodiæ negligentia, sed fletu assiduo & lacrymarum flumine pæne obruerim. Plana & recta sententia & in qua comprobanda non necesse habeo longiorem orationem expromere, quam videam cuilibet paullum modo humaniori, etiam me tacito, statim sua sponte iri probatum.

CAPUT IX.

M. Varronis Satyræ cujusdam titulus explicatus, & locus emendatus.

DELECTATUS est fere M. Varro in Satyrarum inscriptionibus acuta aliqua & nescio unde ex abdito eruta sententia, quæ quamquam pleræque temporibus illis notæ & in vulgi ore fortasse fuerint; nobis tamen certe ita obscuræ sunt, ut in ijs interpretandis viri sæpe eruditi neque initium neque exitum satis dispexerint. Quod si electionis frequenti depravatione fieri putandum est, siue etiam ingenij nostri culpa accidat, ut nobis obscuriora videantur, quæ eruditis illis temporibus vel vulgò erant notissima, non facile dixerim: illud quidem testor, non existimare me, rem ullam in litteris nostris majoris aut ingenij esse aut judicij, quàm de Varronis librorum titulis sententiam suam interponere. Quod etsi ego mihi non tribuo, neque iudicio meo tantum arrogo, ut id me commode putem posse facere; obscurioris tamen cujusdam inscriptionis sententiam diu à me quæsitam, & aliquando, ni fallor, inventam proponam hoc loco, de qua viri eruditi judicabunt, satisne commode eam sim interpretatus. Titulum Satyræ cujusdam Varro fecit, *Pransus paratus*, ex qua duo modò loca à Grammaticis citantur. Quem proverbij loco usurpatum fuisse primà fronte quilibet videat, in quam verò sententiam non quilibet, ac fortasse ne ego quidem, iudicium tamen meum proponam. Existimo igitur, veteres, cum aliquem paratum ab omni parte & ad rem aliquam planè instructum ac intentum significare vellent, cum Pransum paratum vulgatà quadam loquendi formà solitos esse dicere, ejusque proverbij tralationem à militibus sumpsisse, qui pransi & curatis corporibus expediti ac parati ducebantur ad pugnam. Cujus rei testem videor habere idoneum M. Catonem Originum

Q 2

librò

libro v. *Exercitum suum pransum paratum, cohortatum eduxit foras atque instruxit.* Qui locus primus, fateor, lucem mihi prætulit ad illum Varronis titulum explicandum, in quo tamen, id ut perviam moneam, legendum videtur, *cohortatim*, non *cohortatum*, ist est, id per cohortes. Varro etiam ipse in aliâ quadam Satyrâ apertè hujus proverbii hanc sententiam indicat, *Quare, ô Marce, pransum ac paratum esse hominem oportet*, id est, paratum ad omnem casum & semper instructum esse hominem oportet. Ita enim lego apud Nonium; vulgati corrupte referunt, *Quare ô Marce, pransum ac paratum esset, hoc minime oportet.* Est autem posterior locus hic Varronis è flexibulis? flexabilis? an flexitabilis? dicam nescio. Nam mihi quidem, ingenue fateor, hîc tenebræ sunt. Video quid nostrates quidam dicti viri scripserint, quæ neque referenda mihi sunt, quia non probò; neque refellenda, quòd ipse magis idoneum aliquid afferre non possum. Vellem tam prompta & facilis viri inventio esset, quàm falsi confutatio.

C A P U T X.

Ciceronis locus in Hortensio, qui videatur è Platone expressus.

EDIDIT Cicero dialogum quemdam, quem Hortensium inscripsit, in quo cum philosophiam Hortensius, homo remotus ab eo studio, & in forensi semper strepitu versatus, accusasset, ipse contra eum dicens, philosophiæ studium summis & verissimis laudibus ornavit. Sed ejus tam utilis & elegantis libri fragmenta dumtaxat quædam ad ætatem nostram pervenerunt, reliquis vel temporum injuria, vel ipsa rerum confectrice vetustate consumptis. Inter cetera autem fragmentum quoddam exstat, in quo egregia & valdè apta similitudine Cicero ostendit, non posse animum facile ad illum summum & perfectum sapientiæ gradum pervenire, nisi prius eloquentiæ studiis aliisque humanioribus litteris quasi preparatum atque imbutum. Verba ejus sunt:

Ut qui combibi purpuram vult, sufficiunt prius lanas medicamentis quibusdam; sic literis talibusque doctrinis ante excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui, & præparari decet.

Quam tam egregiam comparisonem videri potest Cicero ab illo summo dicendi magistro Platone accepisse, qui hac

hac eadem similitudine Dialogo quarto De Justo usus est :
 Οὐκὲν οἶδα , ἢ δ' ἰγώ , ἐπὶ ἐ βαφίς ἐπεδὲν βυλὴσσι βᾶψα
 ἱρία, ὅς· εἶναι ἀλλ' ἑρὰ, πρῶτον μὲν ἐκλίθην) ἐν ποσῶτων χρωμάτων,
 μίαν φύσιν αὖ λόκυι : ἵππεα περπατῶσιν ἐκ δ' ἄλ' γη παρα-
 σκῶν διεκπῶσαντες, ὅπως δέξῃ) ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, καὶ ἐπε-
 δὲ βαπῖσαι.

CAPUT XI.

*M. Ciceronis locus libro secundo De Legibus
 emendatus.*

M. CICERO cū de origine legum & legislatoribus
 primis accuratè quæreret, Q Fratrem libro secundo
 ita loquentem fecit :

*Quid ? Quod idum Zaleucum negat ullum fuisse Timæ-
 us ? M. At Theophrastus auctor haud deterior meâ qui-
 dem sententiâ : meliorem multi nominant. Commemora-
 rant verò cives ipsius, clientes nostri Locri.*

Qui locus mihi cū nec satis integer nec emendatus vi-
 deatur, experiar, ecquid ei operâ meâ subveniri possit. Le-
 gendum igitur atque interpungendum locum hunc ita
 existimo, *Quid ? q. i. Z. n. v. fuisse Timæus ? M. At Theophra-
 stus auctor haud deterior, meâ quidem sententiâ melior, eum
 multis nominat. Commemorant v. c. i. c. u. Locri.* Ut Cice-
 ro id dicat : Neget sanè Timæus vir magnus Zaleucum
 ullum fuisse ; at Theophrastus tamen omnium senten-
 tiâ auctor haud inferior, ut ego autem judico, etiam supe-
 rior, sæpe & in multis locis hujus Zaleuci commemorat.
 Atque ita sententia commoda sane effici videtur. Ne quid
 tamen dissimulem, locus hic suspitionem mihi facit, non
 esse eum omnino plenum & integrum.

CAPUT XII.

*C. Lucilii loci duo apud Nonium emendati, Tibullus
 item & Propertius correcti.*

C LUCILII elegantis & urbani poetæ scripta omnia
 vel hominum injuria abstulit, vel, ut multa alia, vetu-
 stas nobis invidit. Pauca quædam modò veterum Gram-
 maticorum beneficio ad nos devenerunt, eaque ipsa ple-
 rumque vel fracta & mutila, vel ita corrupta, ut ma-
 gni judicii sit, in iis carminis aut sententiæ rationem ali-
 quam juvenire. Ut autem Nonius Marcellus in vete-
 ribus hujus poetæ testimoniis frequentissime usus est, ita
 etiam

etiam depravationis hujus quamplurima apud eum reperiuntur exempla. Ego duo quædam è multis jam feligam, rem gratam, opinor, facturum ijs qui unâ cum antiquitatis studio antiquorum etiam scriptorum memoriam studiosè & libenter retinent. In vulgatis igitur. Nonij, atque ijs etiam quibus emendandis viri quidam eruditi præfuerunt, Lucilij versus hi sic leguntur,

Aut cum iter est aliquò, & causam commentavi,

Ut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam,

In quibus cum manifesta depravatio sit, videntur mihi hoc modo commodè posse restitui.

Ut cum iter est aliquò, causam & commenta viai,

Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam.

Loquitur autem Lucilius, ut apparet, de muliercularum imposturis & calliditate, quæ si quò ituræ sint, quod viros latere velint, causas statim & excusationes in promptu comminiscuntur, ire se ad aurificem, ad matrem, aut ad amicam; reverà autem ad amicum. Alter locus ejusdem poetæ apud eundem Grammaticum exstat, qui ipse, quia de mulieribus quiddam agit, cum hoc mihi videtur coniungendos:

Quòd si nulla potest mulier tam corpore dura,

Esse, tamen tenero moveat succussa lacerto,

Et manus uberior lactanti in sumine fidat.

Quo loco si legas, *tenerom moveat successa lacertom,*

Et manus interior lactanti in sumine fidat.

aperta quidem & bona sententia erit. Præscribere autem mulierculis videtur, ut siquæ imbecilliore corpore sunt ad concussationem illam & dolorem lactantium puerorum fortiter tolerandum, ut humeros ac lacertos modicè moveant ac succutiant, manuque sinistra, ita enim interiorem manum interpretor, uber paullisper tractent & comprimant. Nisi fortasse cui pro eo *uberior*, non *interior*, sed *ulterior* commodius legi posse videatur, quod ipsum non rejicio. Ratio autem erroris ex eo nata est, quod vetustiores, quæ nos, Servum, Virum, atque alia ejus generis scribimus, illi *Servom*, *Virom* scribebant. Quod & Grammatici antiqui, & monumenta etiam hodie testantur,

Sorvum mareium corde dilexit sorvò.

In vetusto Epigrammate exstat,

Opto te salvom,

In libello Velij Fidi. Quæ res ignota etiam Tibullo nostro vitium attulit, apud quem versus hi constanter ab omnibus sic leguntur:

Ante meum veniat longos in comita capillos,

Esseat ante meum mastia Noera rogam.

Sed veniat cetera matris comitatus dolore,

Mareat hæc genero, mareat illi viro.

Quis autem in Latina lingua ita hospes est? Aut quis aliquem Romani sermonis sensum habeat, qui non statim videat orationis illius barbariem & fordes? *Mærere* alicui, seu *Mærere genero & viro*, pro, *lugere generum aut virum*. Haud timidè quidem igitur hoc loco lego:

Mareat hæc generom, mareat illa virom.

Quod qui aptum & commodum esse non sentit, quantum is aut millesimum potius nihil sapere existimandus est. Eodem modo etiam apud amores & delicias meas Propertium, hos versus emendandos existimo:

Cur ventos non ipse rogis ingrate petisti?

Cur nardo flammæ non oluere meæ?

Olere nardum aut unguenta cum melius & Latinius dicamus, quam olere unguento, ne hic quidem verebor legere,

Cur nardom flammæ non oluere meæ?

Quomodo etiam libenter apud eundem legerim,

Hoc mihi perpetuum jus est, quod solus amator

Nec cito desisto, nec temere incipio.

Ubi vulgati, *Hoc mihi perpetuo jus est*. Perpetuum enim jus Propertius dixisse videtur, alludens ad prætorum perpetuum jus & edicta, quæ tolli aut conveli per alium prætorem non licebat: itaque Propertius ait, hoc tibi tamquam prætori perpetuum jus esse, quod solus nec facile amoris implicaret, & semel irretitus constanter in suscepto amore perseveraret.

CAPUT XIII.

Quid sit apud Ciceronem libro primo in Verrem, digitum tollere,

ISTE vero non procrastinat, locare incipit, non proscripta atque edicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis, foro ornato. Itaque renunciatur Habonius illam decisionem tutoribus. Accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Junius patrus; isti calor immutatus est. Vultus, oratio, mens denique excedit. Quid ageret, coepit cogitare, Si res abiret ab eo mancipe, &c.

FUI aliquando in ea sententia, ut existimarem, in his Ciceronis verbis, Digitum tollere, signum esse negantis, & non assentientis ei conditioni quæ proponeretur, ut contra manus tollere Latinis, & *ἡσυχίαν ἀντιπαραστήσαντες* Græcis, assensionis & admirationis signum esset. Itaque locum hunc ita intellegebam, quali Junius patrus digitum tollens ostendere vellet, se non assentiri ei locationi Verris,

eamque rem se impediturum. Nunc autem cum locum attentius consideravi, in alia omnia eo; & existimo, Digitum tollere, hoc loco signum esse assentientis & acceptantis eam locationem quæ proponeretur. Quam rem ut clarius explicem, pauca mihi quæ antiqui moris sunt, alius repetere necesse est. Solent veteres templa deum, vias urbis, vestigalia, certo pretio proposito, cuilibet de populo, qui modo ante prædibus & prædiis cavisset, publice elocare. Idque, ut ex Ciceronis libris De Legibus, judicare est, per Censores fiebat, qui deinde, præinito tempore locationis exactio, diligenter perspicere solent & rationem exigere, an vel templa sarta tecta essent, vel viæ, ita uti convenerat munitæ; quam etiam curam, si impeditis; vel non electis, Consules aut Prætores habuisse videntur. Qui igitur, ut ad rem veniam, auctorem se locationis esse profiteretur, & hanc vel illam ædem tuendam suscipere vellet, digitum tollebat, eaque manus significatione conducere se & redimere id opus ostendebat. Ex quo etiam conductores ejusmodi aliquando Redemptores à redimendo, aliquando Mancipes dicuntur, quia, ut Festus interpretatur, manu significabant se auctores emtionis. Quod autem ille obscurius manu dicit eos significasse, id ex hoc Ciceronis loco apertum est, eos digiti sublatione ostendisse. Itaque sententia Ciceronis est, Cum Verres locare inceperet ædem Castoris, quam dicebat Junium pupillum non sarta tecta tradidisse, accurrisse statim Junium patruum, digitum sustulisse, & se auctorem ejus locationis esse professum, si quæ tamen in re aliquid à pupilli patre prætermisum, aut non ex conventionem rectè traditum esset. Eâ autem re perturbatum Verrem, qui, si res abiisset ab eo mancipe quem ipse apponi curasset, prædam, quam spe jam & cogitatione devorarat, amisisset, nimis improbe & impudenter vetuisse ait, reliceret pupillo, seu ejus tutoribus opus redimere. Quod autem, ut id corollarj vice addam, hoc loco legitur, *non proscriptâ atque edictâ die*, D. Lambinus eo *prædictâ* fecit, mihi autem *editâ* legendum videtur. Edere autem dicem, est publice procribere & indicare diem, quomodo, ut opinor, IC. nostri aliquoties locuti sunt.

CAPUT XIV.

*M. Catonis libri cuiusdam titulus
restitutus.*

M CATONIS libri cuiusdam De Falsis pugnis commemo-
ratio fit apud vetustiores Grammaticos. Cuius
inscriptio tamen satisne recta & integra fit, soleo nonnum-
quam addubitare. Nam cum eo libro, quod ex fragmen-
tis perspicuum est, non aliud quam de magistratuum &
prætorum iniquo imperio & dominatione in provincijs,
tyrannide in socios, denique de pœnis, mulctis, plagis fal-
so & præter æquum provincialibus irrogatis, apud popu-
lum conquestus sit: videtur mihi quidem inscriptio illa,
De falsis pugnis, non satis huic materiæ & argumento
convenire, potiusque ex eâ levi mutatione, **De Falsis pœ-**
nis faciendum. Qui titulus cum argumento libri ita con-
venit, ut ego quidem existimem, germanam eam & veram
esse hujus Orationis inscriptionem. Afferit autem Agel-
lius ex hoc seu libro, seu, quod verius est, Oratione, illu-
strem quendam locum, quem ego operæ pretium duxi
totum ascribere: *Dixit a decemviris parum sibi bene ciba-*
ria curata esse, jussit vestimenta detrahi atque flagro cedi De-
cemvros Brutiani verberare, videre multi mortales. Quid
hanc contumeliam? quis hoc impetium? quis hanc servitu-
tem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere. Eâne fie-
ri bonis, bono genere natis, boni consilii? Ubi societas? ubi
fides majorum? Insignitas injurias, plagas, verbera, vibices,
eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam con-
tumeliam, inspectantibus popularibus suis, atque multis mor-
talibus refacere ausum esse? Sed quantum luctum, quan-
tumque gemitum, quid lacrimarum, quantumque fletum fa-
ctum audi? Servi injurias nimis ægrè ferunt: quid illos bo-
no genere natos opinamini animi habuisse, atque habituros dum
vident? Hæc Cato ut in re gravi, acri & contentâ ora-
tione narravit, in quâ ut summam illam & consummatam
eloquentiam fortasse desideres, ita certè perfectæ illius &
veræ eloquentiæ tamen lineamenta quædam in eâ inve-
nias. Quod autem Cato dixit: Sed quantum luctum,
quantumque gemitum? quid lacrimarum, quantumque fletum
factum audi? Imitatus id Cicero in Verrem de Filoda-
mi supplicio videri potest, qui in eâ re deplorandâ quattu-
or etiam illa Catonis verba usurpavit: Quid lacrimarum
ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asia
fuisse? quem luctum & gemitum Lamsacensium?

CAPUT XV.

De Ciceronis locis duobus in Epistolis ad Atticum conjectura.

CICERO libro VII. ad Atticum:

Sed stomachari definamus, tempori perreamus, cum Cnejo in Hispaniam eamus, Hæc opto in malis, quoniam illius alterum consulatum à rep. ne datâ quidem occasione repulimus.

Loco huic si vitium inesse dicam, temerè fortassis faciam, præsertim cum eruditissimi viri, qui in epistolas has scripserunt, de loci hujus integritate ne dubitaverint quidem. Et sanè sententia, ut vulgò legitur, non incommodissima est; ego tamen pro illo, *Hæc opto in malis*, non paullo malim legi, *Hæc optima in malis*. Quod quasi proverbii quemdam iocum habet, & quod ad sententiam ac sermonis elegantiam sanè commodius est. Ibo, inquit Cicero, cum Pompejo in Hispanias, non quia id aut tutissimum, aut honestissimum omnino sit, sed è duobus malis, in quorum alterum necesse habemus incurrere, eligamus sanè optima. Sed hæc correctio mea satis fortasse audax videri possit; illa tamen quam nunc proponam, etiam audacior. Cicero eodem libro:

Ita tempus ferebat. Siquidem & jam vos duo taleis ad quintum miliarium.

Hæc à Cicerone dicuntur excusante se apud Atticum de litteris quibusdam ad Cæsarem missis, quas inimici ejus ut nimis humiliter & abjectè scriptas criminabantur. Quod quidem Cicero ita hic excusat, ut neget potentiae & dominationi Cæsaris per adulationem aliquid à se datum sed necessitati temporum illorum se paruisse; quibus sapientissimus quisq; semper inserviendum & optemperandum putasset. Quinetiam ipsum Atticum una cum Sex. Peduceo, præter dignitatem, temporum videlicet causâ, Cæsari ad quintum miliarium obviam prodisse. Hæc quidè Ciceronis sententia est: sed hoc loco, *Vos duo taleis*, quid *taleis* illud faciat, non facile video, neq; simile aliquod loquendi genus legere memini. Quid igitur si loco ejus *Taleis* unius litteræ mutatione *Kaleis* reponamus, quod quidem mirè hic convenit, ut dicat, Atticum Cæsari ad quintum miliarium *Laleis* usque obviam ivisse. *Kales* autem seu *Cales* municipium Italiae est, cujus Cicero in his ipsis Epistolis aliquoties meminit. Hanc conjecturam meam cum ad P. Waveris præstanti eruditione & moribus virum

& mi-

& mihi cum multis officiis, tum sanguinis etiam & cognationis necessitudine conjunctissimum, retulissem intellexi ei vehementer probari. Cujus judicio fretus, ausus sum eam his scriptis traditam, vestris eruditorumque sententiis subicere,

CAPUT XVI.

Quam causam damnationis Cicero in P. Rutilii judicio dixerit, eamdem etiam Demosthenem in Evæonis condemnatione posuisse,

CICERO sæpius indignitatem & labem turpissimi illius judicii conqueritur, quo vir optimus & innocentissimus Rutilius civitate & fortunis omnibus per scelus & injuriam est expulsus. Ejus autem damnationis causam libris de Oratore hanc attulit, quod homo sapiens & philosophus, ut olim ille Socrates, causam suam apud judices copiosius & ornatiùs defendi noluerit, sed innocentiam suam nudâ modò & simplici oratione probari;

Nunc, inquit, talis vir amissus est, dum causa ita dicitur, ut si in illâ commentitiâ Platonis civitate res ageretur. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuquam doluit, nemo est questus, nemo temp. imploravit, nemo supplicavit.

Demosthenes etiam contra Midiam, Evæonem quemdam, virum suis probatum, in causâ quadam non difficillimâ idcirco damnatum ait, quòd in judicio illo neque flevisset, neque judicem ullum deprecatus esset, neque aliud aliquid ad commovendam misericordiam humiliter fecisset.

Verba Demosthenis sunt: Ἀ' κ' αὖτ' ἡρωὴ μία μένον ἀλάνειαν καὶ ταῦτα ἔπε κλαίοντι, ἔπε δευθέντα ἡδὲ δικαστῶν ἔδεος, ἔπε φιλαίθερον ἔπε μίαν, ἔπε ὅπου πρὸς τὰς δικαστὰς πόρταις.

CAPUT XVII.

Ciceronem à Cornelio Tacito leviter & jejune videri reprehensum,

IN jocis & facetiis Cicero semper Deus est, neque ulla ferè tam severa, aut gravis causa est, in quâ non ille jocularum opportunitate judices & populum ad risus ac hilaritatem traduxerit. Sed præcipuè cum in C. Verre diceret, in hoc genere dominata est ejus oratio. In quâ causâ multa facetiè & venustè cum in Verrem ipsum, tum in patronū ejus

ejus Hortensium Cicero dixit , atque inter alia in Verris etiam nomen ipsum facere & acute illudit , veluti libro primo Accusationis De prætura urbanâ :

Quorum alij, ut audistis , negabunt mirandum esse , jus tam nequam esse Verrinum : alij etiam frigidiores erant ; sed qui stomachabantur , ridiculi videntur esse , cum Sacerdotem execrabantur , qui Verrem tam nequam reliquisset.

Cujus utriusque joci ratio hæc est : verrem , porcum exfectis genitalibus membris Latini dicimus. Id autem , ejus quem Cicero accusabat , nomen gentilitium erat. Itaque cum præturam Verris urbanam & jurisdictionem ejus variè reprehenderet , ait , tam notam & apertam fuisse istius injure dicundo libidinem & nundinationem , ut ne populus quidem joci & dictis in eum abstinuerit ; sed alios dixisse , minimè esse mirandum Jus Verrinum esse tam nequam ; alios Sacerdotem reprehendisse , qui Verrem tam nequam reliquisset: Priòris joci ratio in ambiguitate verbi est. Jus enim Verrinum aut jurisdictionem Verris significare potest , aut jus verrinæ carnis , quod insipidum & insuave est. Posterioris joci hæc ratio est : C. Sacerdos ante Verrem prætor urbanus fuerat : ei cum Verres succederet , ridiculi quidam homines Sacerdoti irasci se dicebant , qui Verrem tam improbum reliquisset. Sacerdotum enim erat hostias immolare : verre autem porco solent veteres rem divinam facere cum aliis quibusdam diis , tum etiam Marti. Vetus quidam poëta ,

Mars voveo , si unquam redierit , facturum vidente verre.

Ergo isti non tam faceti quàm ridiculi homines Sacerdotem execrabantur , quòd hunc Verrem non immolasset , eumque tam improbum successorem reliquisset. Joci hi , si veritas dicenda est , satis leves & frigidi sunt , fateor : sed tamen cur in his Cornelius Tacitus , Annalium scriptor eruditus & elegans , Ciceronem tam severè reprehenderit , causam invenire nondum potui. Is enim in eo libro , in quo sui temporis oratores cum veterum eloquentia nimis audacter contendere ausus est , cum alia quædam in Cicerone obscurè reprehendit , tum de his jocis sententiam suam malignè sanè interponit.

Nolo , inquit irrideri rotam fortunæ , & jus Verrinum , & illud te tio quoque verbo pro sententiâ positum , esse videatur. Nam & hæc in dîtus retuli , & plura omisi.

Audio Censoris verba. Non placet tibi , Tacite , vituperari jus Verrinum. Num igitur Cicero vituperat ? populum ,

pulum, non Ciceronem accusa, qui hujus sive facetiæ, sive, ut tibi videtur, ineptiæ auctor fuit & inventor. Itaque statim post recitados jocos istos Cicero, sentiens non satis dignos eos esse acumine & elegantia ingenij sui, detestatur & deprecatur opinionem illam, nequis eorum, qui adessent, existimaret ea à se pro tempore conficta, sed populi & vulgi sermone jamdudum jactata: *Quæ ego, inquit, non commemorarem, ne quæ enim perfectè dicta, neque porro hac se verè, ita te digna sunt; nisi vos illud vellent re-oidari, istius nequitiam & iniquitatem tum in ore vulgi, & communibus proverbii esse versatam.* Itaque vide quantum ego à te, Tacite, dissentiam. Tibi aut ineptum aut præter dignitatem oratoris videtur, ejusmodi tam leves jocos commemorare: mihi in hac causâ nihil videtur à Cicerone accommodatus, aut pro re dici potuisse aptius. Nam cum de jurisdictione ageret, hoc est, eâ de re, quæ non argumentis, sed populi testimonio & vulgi sermone posset maximè probari: nihil potuit aptius aut veritius afferrî, displicuisse populo Romano totam istius præturam, quàm quòd certi quidam homines de plebe, vulgò ne jocos quidem & dictis in eum abstinuissent, quibus improbitatem ejus, & in jure dicundo levitatem coarguerent. Quòd autem Tacitus ait, *Nolo irrideri rotam fortunæ.* Quod ipsum non obscurè in Ciceronem dicitur. Rotam fortunæ ubi Cicero irriserit, non alium equidem locum invenio, quàm illum in L. Pisonem: *Cum collega tuidomus cantu & cymbalis personaret, cumque ipse nudus in convivio saltaret, in quo ne tum quidem, cum illum suum saltatorium versaret orbem, rotam fortunæ pertinescebat.* Quem elegantissimum jocum si reprehendendum Tacitus reverè putavit, valdè requiro judicium ejus; sin non putavit, sed cum aliud non haberet quod reprehenderet, ut tamen institutæ causæ suæ serviret, hoc maluit, quàm nihil reprehendere, desidero hominis eruditi in alienis scriptis candorem & simplicitatem. Quid enim in hoc loco est, quod aut vulgare videri possit, aut sordidum, aut ineptum? Quid aut acutè & venustè dictum? Apage igitur, Corneli, cum istis ineptiis, apage. Non est ea Ciceronis fama & gloria, quæ tam levibus & jejunis calumnijs frangi aut debilitari possit; & quod bonâ pace tua dixerim, ne tu quidem is, qui de Ciceronis admirabili & perfecta in omnem partem eloquentia, temere judicium & sententiam feras.

C A P U T XVIII.

*Propertij Elegiam quamdam videri disjunctam,
quæ conjunctim legatur.*

PROPERTIJ Elegia **ix.** è libro primo opinor est, quæ adhuc quidem sub uno titulo pro una eademque constanter lecta est: sed quæ mihi tamen pro rei & argumenti diversitate in duas easque disjunctas Elegias videatur distinguenda. Initium Elegiæ quam dico, hoc est,

Tûne igitur demeris? Nec te mea cura moratur?

Antibisum gelidâ vilior Illyriâ?

Quam ego continenter legi volo ad hunc locum;

Hic erit, hic jurata manet, rumpantur iniqui,

Vicinus, assiduus non tulit illa minas.

Ex hoc autem loco, & in his ipsis versibus initium novæ Elegiæ & distinctæ à superiori illâ faciendum existimo. Quod quidem & ordo & argumentum Propertij aperte indicant. Nam cum illâ Elegiâ, *Tûne igitur demeris?* De discessu Cynthiæ dolenter lamentaretur, quæ cum nescio quo prætore in Illyriam, relicto Propertio, navigare volebat; nunc hac Elegiâ, *Hic erit, hic jurata manet*, mutatâ jam mente Cynthiæ, vehementer gaudet & exultat poetâ, se tantum precibus & lacrymis apud Cynthiam valuisse, ut cum magna ei & multa à prætore illo promitterentur, destiterit tamen à navigatione, & Propertij amorem omnibus divitijs ejus & pollicitationibus præposuerit. Absurdum autem valdè & mea sententia ineptum fuerit, res tam diversas una & eadem Elegia velle includere, iisdemque versibus & lamentari atque deplorare Cynthiæ discessum, & iterum gloriari atque exultare de mansione ejus & profectioe omissa. Libenter ibit in sententiam meam qui Elegiam totam & argumentum attentius consideraverit. Simili vel errore vel negligentiâ peccatum etiam libro illo singulari, quem quartum vulgò faciunt, existimo; ubi sequentis Elegiæ primi versus ad præcedentem neglegenter & imperite, meo judicio, adjuncti leguntur. Nam versus illi;

Cum fieret nostro toties injuria lecto,

Mutato volui castra movere toro.

qui ad finem octavæ Elegiæ leguntur, omnino addendi sunt ad initium sequentis Elegiæ hoc modo.

Elegia **ix.**

Cum fieret nostro toties injuria lecto,

Mutato volui castra movere toro.

Phyl.

Phyllis Arvenna, quædam est vicina Dianæ,

Sobria grata parum, cum bibit omne decet.

Atque ita deinceps. G. tamen Canterum præstanti ingenio & eruditione adolescentem video in eâ esse sententiam, ut utramque hanc Elegiam, quæ in vulgatis octava & non est, conjungi & in unam redigi velit, quod in utraque quiddam de Lanuvio commemoret, quod equidem non possum improbare, sed in hoc tamen liberrimo scribendi genere ego cuique liberum esse puto, sententiam suam sine præjudicio verecundè proponere.

C A P U T XIX.

*De Ciceronis loco libro quinto in Verrem
conjectura.*

CUM hæc omnia quæ polliceor, cumulatè tuis proximis plana fecero, tum istuc ipsum tenbo quod abs te mihi datur, eo contentum me esse dicam.

D. Lambinus singularis ingenii & judicii vir, & cujus acumen & *εὐχολογία* in conjecturis mirari sæpè soleo, cum ad hunc locum venisset, apertè & ingenuè fassus est, aquam hîc sibi hære, neque aliud de eo, quàm corruptum esse, posse dicere. Et est certe corruptus: quid enim illud sibi vult, *Tuis proximis plana fecero*? Mihi aliquando legendum videbatur, *Diebus proximis plana fecero*. Quod à scripturæ sane vestigiis aliquantulum recedit, sed ad sententiam optime convenit. Cum enim Cicero sæpius iudicibus minatus esset, si forte Verres donis datis muneribusque iudiciorum severitatem perrupisset, se totam illam causam ad populum Romanum & ad majestatis iudicium reiecturum esse; nunc hîc in eandem sententiam dicere videtur, se ista omnia quæ pollicetur, diebus proximis, videlicet si absoluto Verre cassa ista apud populum retractanda sit, plana ac manifesta esse facturum. Nunc tamen accuratius mihi hac de re cogitanti levi mutatione locus hic optime corrigi videtur, si legamus, *ejus proximis plana fecero*. Quæ quidem conjecturâ mea ita parum à libris recedit, & ad sententiam ita apta est, ut prope absit quin asseverem, hunc locum ita esse omnino restituendum. Ac si quis attentius consideret, videbit ex præcedentibus verbis, hanc lectionem plane effici: *Producam etiam, inquit. Confernos nuncipes illius ac necessarios, qui te nunc serò doceant, iudices non serò illum P. Gavium, civem Romanum fuisse & munus ipem Consanum*. Ut Cicero dicat, Cum hæc omnia quæ polliceor, videlicet civem Romanum à te securi percussum esse, hunc Gavium municipem Consanum fuisse, cum hæc

omnia

omnia abundè per ejus proximos & amicos docerò, qui & ipsi cives Romani sunt, & de statu ejus optimè scire possunt, tum, &c. Ejus igitur proximis plana facere, intelligit, per ejus Gavij proximos & necessarios docere. Ut autem Latine dicimus, Testibus aliquid planum facere, Tabulis planum facere, id est, per testes & tabulas; ita quidem ad eandem similitudinem, Ejus proximis planum facere quin rectè dicamus, dubitari non debet.

C A P U T . X X .

Ciceronis locus oratione pro C. Rabirio perduellionis reo, qui partim videatur ab Æschine, partim a Demosthene desumptus.

CICERO in gravi illà & amplà causà, in quà unà cum C. Rabirij capite & fortunis ipsa pænè Reip. salus in discrimen vocabatur, meritò statim initio orationis deos comprecatus est, ut eo die hominis innocentis salus per eos defendi, & respublica constitui saluberrimo exemplo posset; post deorum autem invocationem etiam ipsum populum, qui ferendi suffragij jus habebat, imploret & obsecrat, ut eorum item auxilio vitam fortunamq; C. Rabirij, & simul Reip. dignitatem conservare ab inimicisliceret.

Quæ cum ita sint, inquit, primum, quod in tantà dimicatione caput fortunarumque fieri necesse est, ab Optimo maximo, ceterisque diis, deabusque immortalibus, quorum ope & auxilio multò magis hæc Resp. quàm ratione hominum & consilio gubernatur, pacem ac veniam peto; præterq; ab iis ut hodiernum diem & ad hujus salutem conservandam, & ad Remp. constituendam illuxisse patiantur: deinde vos, Quirites, quorum potestati proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quoniam uno tempore vna C. Rabirij hominis miserri, atque innocentissimi, salus Reip. vestris manibus suffragisque permittitur; adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipub. salute sapientiam, quam soletis.

Æschines autem cum mentitæ legationis nomine a Demosthene in judicium adductus esset, agereturq; caput ejus, & fortunæ omnes, hac eadem comprecatione in defensione suâ usus est, à quo videri possit Cicero illa superiora sua mutatus: Παρακαλῶ δὲ καὶ ἱερὰς αἰσῶσαι με πρῶτον μὲν ἡμῶν, Θεῶν, δὲ πρὸν δὲ ὑμᾶς τὰς τὴν ψήφου κυρίας. Quod

autem

autem Cicero, pro more suo copiosius omnia dicens & fusius dilatans, etiam illud interserit, *quorum ope & auxilio multo magis hæc Resp. quam ratione hominum & consilio gubernatur.* Totidem id pæne verbis ante eum de Athenien-
 sum urbe dixit Demosthenes, *Ὅτι πρὸς αὐτῶν τῶν πόλεως ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτῶν μᾶλλον.*

CAPUT XXI.

De Varronis loco in Satyris conjectura.

VARRONIS Satyra est Quinquatria, quâ in medicorum genus illulisse, & medicinam ipsam infectatus esse ex fragmentis videtur. Ex eâ Nonius Marcellus hoc affert:

Tu Phedi, audes contra dicere, cum in eborato lecto ac purpurei operis toro cubare videas ægrotum? & ejus prius album quam tymphen subducere malis?

Locus miserè depravatus & pæne depositus, & quem non ausim polliceri à me restitutum iri. An idoneam tamen aliquam sententiam ex his tam corruptis verbis possimus efficere, tentabo hoc loco. Nonius hunc locum affert in dictione Tardi: quod verbum cum hoc toto fragmento non inveniatur, facile apparet, aut mutilum aut fractum esse locum hunc, aut certè vitiatum, & quæ mea sententia est, in ejus dictionis locum aliud aliquid verbum per negligentiam substitutum. Videamus igitur an ejectionem & per injuriam expulsum hanc vocem in suam & pristinam sedem possimus restituere. *Tymphen* hoc loco quid valeat, nescire me libenter fateor, & planè existimo depravatum verbum hoc aliunde irrepsisse. Quid si igitur in ejus locum *Turdum* substituamus? Quâ voce Varronem hîc usum esse, Nonij testimonio cognoscimus. Valdè id quidem hoc loco conveniat, id facile jam parvâ mutatione veram fortassis lectionem & sententiam Varronis indagabimus. Legam enim sic: *Tu P. a. c. d. c. i. e. l. a. p. o. r. c. videas ægrotum? & ejus prius turdum quam album subducere malis?* Pauca quædam quæ transposita mihi videbantur, in ordinem redegi, & ex illo album album feci. Nunc videamus sententiam. Jocatur Varro, opinor, in Phedium quemdam egenum & misellum medicum, qui ad divitis sumptuosas & instructas ædes intronissus, cum dominum ipsum eburneo lecto & purpureo toro jacentem videret, insolens tanti apparatus, vix hiscere & contra domini sententiam aliquid dicere audebat, & homo famelicus potius turdum quem appositum videbat, quàm

R

album

alvum domini subducere mallet. Quomodo loci hujus acuta & digna Varrone efficietur sententia. Cùm enim subducendi verbo ita utantur Latini, ut dicant alvum subducere, pro alvum mitigare & solvere, itemque subducere turdum, vel aliud quid, pro, furtim & clàm auferre, facietè nunc hujus verbi ambiguitate ludens Varro ait, miserum istum medicum potius cupere & inhiantem optare domino turdum suum subducere, quàm id quod medici erat, alvum ejus solvere. Hæc igitur an vera Varronis lectio aut sententia sit, non habeo affirmare; difficulter verisimilius aliquid afferri posse, id affirmo.

C A P U T XXII.

Propertium valde proprie verbo defendendi, & voce Fastus, & Ciceronem verbo Perseverandi, usos.

PROPRIE valdè & præter vulgatum usum verbo Defendendi, Propertium eruditum poetam usum observavi, hoc versu:

*Nunc tu si ve leges umbrosæ flumina silvæ,
Sicq; Aniena tuos tinxerit unda pedes;
Nympharum cupidas semper define rapinas,
Non minor Ausoniis est an. or in Dryadis.*

Quo loco Defende non aliud certè est, quàm Repelle, Arce, & Averte. Quomodo etiam Cicero hoc ipso verbo oratione pro Roscio Amerino usus videtur: *Ausum autem esse quemquam se in id conclave committere, cum ibidem essent duo: adloescentes filii, qui & sentire, & defendere facile possent?* Quo loco defendere prohibere esse videtur. Ita C Cæsar Rerum gestarum Commentario primo: *Et quòd bellum non intulerit, sed defenderit, id est, repulerit.* Verbo etiam fastus idem Propertius, non quomodo vulgo utimur, pro arrogantia, superbiâ, aut despicientiâ usus est; sed novâ quadam & magis propriâ verbi ejus significatione, pro contemptu & repulsâ id usurpavit. Et quidem quoties eo verbo utitur, non aliter id usurpat. Ostendam exemplis quod dico. Elegiâ xvi. libri tertii:

*Testis Cretæi fastus quæ passa juvenci,
Inde it abiegnæ cornua facta bovis.*

Fastus passa, repulsam passa manifestè hoc loco valet. Et libro illo quem quartum vulgò nominant, Elegiâ v.

*Non te Medææ delectent probra sequacis,
Nempe tulit fastus ausa rogare prior.*
Et libri II. Elegia xiv.

*Nec mihi jam fastus opponere queri iniquos,
Nec mihi ploranti lenta sedere potest.*

Et libri I. Elegia XIII.

*Nec tibi præteritos passa est succedere fastus,
Nec sinet abduci, te tuus ardor aget. Et alibi:
Exclusa inque vicem fastus patiare superbos,
Et quæ fecisti facta queraris anus.*

Ejusmodi in doctissimo isto poëta multa reperire licet, quæ sint ei quodammodò propria, nec faciliè cum alio communia. Ut autem istis Propertius proprie usus est, ita etiam Cicero Perseverandi verbum nova quadam minimeque vulgari ratione usurpasse, videtur pro P. Quinctio: *Ut necessario confitere neque eorum tam temerarium quemquam fuisse, neque te ipsum id quod turpissimè suscepisses, perseverare & transigere potuisse.* Perseverare, perficere, & constanter ad finem deducere Cicero dixit, quomodo etiam ejusdem temporis scriptor L. Sisenna hoc ipsum verbum in historiis usurpavit: *Idemque perseveraverunt ubi lex perveniret ad questorem.* Hæc si quibus leviora fortassis videbuntur, aut potius quia leviora quibusdam videbuntur, ii sciant, me non eruditis ista scripsisse, sed in juventutis modò gratiam pauca hæc, quæ rariora & minùs obvia videbantur, annotare voluisse.

C A P U T XXIII.

*De Ciceronis loco Divinatione in Verrem
acuratiùs quæsitum.*

PUTASNE te posse quæ C. Verres in questurâ, quæ in legatione, quæ in præturâ, quæ Romæ, quæ in Italiâ, quæ in Achajâ, Asiâ, Pamphyliaque patrarit: ea quemadmodum locis divisa sunt, sic criminibus & oratione distinguere.

Vitium huic loco subesse non dico, dignam dubitationem subesse constanter dico. Nam primum si quis attentius consideraverit, quid est quod Cicero de Verris flagitijs ait, *quæ Romæ, quæ in Italiâ?* In Italia enim tota quod Verris crimen aut flagitium fuit? fuit? quod autem esse potuit? Nam præturæ jurisdictio, in qua multos læsit, Roma & urbe terminabatur: questura autem & legatio jam non ad Italiam, sed ad exterâs provincias attinet, ut divinare quidem non possim quando aut quo tempore Verres flagitium aliquod, aut vel levissimam injuriam in Italia commiserit. Quid autem quod ne ipse quidem Cicero sequentibus libris, in quibus

omnia ejus facta & dicta minima studiose reprehendit, ul-
lius facti crimen in Italiâ coarguit? An igitur oratoricè Ci-
cero & ad augendam invidiam in hac locorum commemo-
ratione Italiam posuisse existimandus est? An potius pro
Italia, Sicilia in Ciceronis libris reponenda sit? In quâ sce-
lerum suorum vestigia plurima impressa Verres reliquit.
Quod quidem ego iudico: neque adduci possum ut existi-
mem, Siciliam a Cicerone in hac locorum diligenti enu-
meratione prætermittam, in quâ & maxima Verris scelera
exstabant, & cujus unius provinciæ causâ hic labor omnis
Ciceroni & accusatio suscepta erat. S. d hoc genus præter
auctoritatem librorum omnium corrigendi cum plerum-
que temerarium sit, hætenus mihi credi volo, quatenus id
aut certa ratio, aut argumenta convincunt.

C A P U T XXIV.

Varronis locus in Satyris emendatus.

SATYRÆ suæ cuidam titulum Varro fecit, *ῥᾶσι σταυρίῃ*
Ex quâ Nonius hoc fragmentum affert:

Nihil sunt Musæ politis quasi ærificæ dixi.

Qui locus cum manifestè corruptum se clamet neque dum
tamen medicinam ullam invenire potuerit, experiar &
ego, ecquid in eo emendando diligentia mea profici possit.
Lego igitur:

Nihil sunt Musæ Polyclis vestri, quas ærificæ duxit.

Quod ego in bellos illos & elegantes homines dictum à
Varrone accipio, qui statuarum, imaginum, atque ejusmo-
di deliciarum admiratione nimiam tenebantur. Ut Varro di-
cat, parvi aut nihili potius faciendas esse Musas illas Po-
lyclis, quas ex ære artificiosè duxit. Vocem autem *vestri*
ex aliis libris addidi. Ac Polyclis quidem statuarij Plinius
meminit: de opere autem ejus, aut de Musarum statu, in
quibus artem suam maximè expressam reliquissè, ex hoc
Varronis loco videtur, nec Plinius, nec alius quisquam,
quod sciam, meminit. Ut autem Varro *ærificæ ducere* hoc
loco dixit, ita poeta nescio qui apud Ciceronem, *Priami*
domum auro atque ebore instructam regicæ, eadem deriva-
tionis formâ dixit. Addam hîc etiam, vel explendi ca-
pitis causâ, alium quemdam Varronis locum è Satyra
ῥαγοῦτο διδάσκοντες, qui in vulgatis miserè corruptus legi-
tur:

*Noctu cultro coquinari se trajecit, nondum enim mihi inven-
ti erant cullæ empestatiè Bithyniæ.*

Lego,

Lego, Noctu, cultro coquinario se traiecit, nondum enim inibi inventi erant cultelli illi importati à Bithyniâ. Cultellos autem quosdam significare videtur, qui ad finiendam viram à nescio quibus in Bithynia erant inventi. Qua de re cum diu inquisivissem, nihil dum reperire tamen certi potui.

CAPUT XXV.

In Propertio versus duo, qui alieno loco inserti erant, in propriam sedem restituti.

DEPLORARE meritò mihi liceret in Propertio eruditissimo & uno omnium elegantissimo poëtâ, tot locorum vel obscuritatem vel depravationem veriùs. Si id unius Propertij esset proprium, ac non ei cum optimo & vetustissimo quoque scriptore commune. Sed quâquam illa projecta imperitorum temeritas & audacia in omnes auctores veteres æque debachata est; tamen hoc vere mihi videor dicturus, nullum esse poëtâ, loquor de Latinis, qui ad posteritatem hoc nostro depravator pervenerit aut corruptior. Ita multa ejus loca manca & mutila, multa extranea & aliena, integri etiam nonnumquam versus transpositi, & in alium locum imperite inserti leguntur, vix ut duas aut tres Elegias in toto isto poëta ab omni parte præstare tibi possim incorruptas & integras. Et quæ res mihi maximo dolori est, cum in reliquis auctoribus pristinae dignitati restituendis tot acerrimorum hominum nostra ætate laboraverint ingenia, Propertio tamen qui opem aliquam afferre conatus sit, Muretum unum excipio, adhuc vidi neminem. P. sane Victorius, magnus cum primis vir, & de quo illud Ennij proferre meritò possim,

Multa tenens antiqua sepulta:

cum in Græcis & Latinis auctoribus partim castigandis, partim interpretandis studiose versatus sit; attamen tot voluminibus Variarum lectionum suarum Propertium hunc nostrum semel modò, atque id quasi præteriens, nominavit. Quid existimem? Contemtumne a Victorio Propertium? D. facile est credere. Neglectum. Ne id quidem, qui in longe inferioribus auctoribus operam suam & diligentiam testatam relinquere voluit. Sed, si veritas dicenda est, refugerunt à Propertio tamquam à scopulo aliquo, & hic ipse quem dico Victorius, & hætenus eruditi alij. Atque etiam ille ipse Antonius Muretus, cum opus aggregis esset dignum elegantissimo ingenio & doctrina sua,

suâ, Catullum quidem & Tibullum mirâ accuratione castigatum & interpretatum dedit; Propertium autem rei fortasse difficultate deterritus, timide & tanquam ab eo refugiens vix attigit. Sed finem facio querelarum, ne non tam Propertij calamitatem deplorare, quam eruditorum virorum negligentiam accusare videar, & veniam ad id unde me affectus meus longius abstraxit. Propertii locum quemdam ex transpositione versuum aliquot, ut ego judico, corruptum proponam, eique medicinam consilii & judicii mei, huiusmodi potero, afferam. Versus hi apud Propertium libro secundo, Elegiâ sextâ sub finem leguntur:

*Uxor me numquam, numquam me ducet amica,
Semper amica mihi, semper & uxor eris.*

Longum sit & fortasse supervacuuni locum hunc totum ascribere, sed quam alieno loco nescio, cujus festinantis aut oscitantis librarii vicio versus hi inserti sint, facile unâ mecum judicabit qui Elegia illa prælecta, attentius paullo sequentia cum præcedentibus, & inferiora cum superioribus conferre voluerit, nihil videbit minus aptè aut convenienter ad Elegiæ illius argumentum, quam hos versus accommodari posse. Existimo quidem igitur, versus illos duos, quos attuli, ab Elegia illa sexta planè separandos, & ad finem sequentis Elegiæ conjungendos esse hoc modo:

*Tu mihi sola places, placeam tibi, Cynthia, solus,
Hic erit & patrio sanguine pluris amor.*

*Uxor me numquam, numquam me ducet amica,
Semper amica mihi, semper & uxor eris.*

Ergo præcedentis Elegiæ finis faciendus est in his versibus:

*Nam nihil invite tristis custodia prodest,
Quam peccare pudet Cynthia tuta sat est.*

Et qui duo versus post hanc sententiam sequuntur, ii ad finem sequentis Elegiæ rejiciendi sunt. Qui quàm aptè eo loco conveniant, vel ex argumento Elegiæ ejus facile est judicium. Nam cum legem quamdam de maritandis ordinibus, ut Suetonius auctor est, & uxoribus creandæ subolis causa ducendis Augustus Cæsar ferre cœpisset, neque tamen præ tumultu recusantium perferre potuisset, de ea lege nunc tota hac Elegia Propertius agens, ait Cynthia & se valdè lætatos esse propter abrogatam eam legem, quod ea, si perlata fuisset, impedimentum amoribus eorum allatura erat. cum uterque ad conjugium etiam invitus lege cogendus esset. Gratulans igitur tibi & Cynthiae Propertius, negat, sibi jam in amore periculum ullum esse, neque se legis ullius metu, relicta Cynthia, aliam ali-

aliquam uxorem ducturum. In quam eandem sententiam versus hi optime intellegi possunt & debent, iisque Elegiam istam septimam Propertius terminasse putandus est. Quomodo autem à sequentis Elegiæ fine ad præcedentem alteram versus hi tralati sint, divinandum est; ita quidem quomodo ego restitui, & eo ordine carmina hæc à Propertio fuisse conscripta, paratus sum Jovem lapidem jurare.

CAPUT XXVI.

Male vulgò videri Cæsellium Vindicem appellari, quem Cæcilium dici oportuerit.

CÆCILIVS quidam Vindex majorum nostrorum ætate celebri eruditione Grammaticus fuit, qui ad Commentarios antiquarum lectionum, & alia quædam præclara conscripsit. Sed is eam iniquitatem fortunæ expertus est, ut non tantum scripta ejus vetustate perierint, sed etiam nomen ipsum, quod ei qualemcumque famam superstes dare poterat, temporum injuria interciderit. Quem enim nos Cæsellium Vindicem longe alium hominem ab isto dicimus, eum L. Cæcilium Vindicem dici oportuisse confirmo. Duo enim veterum ætate celebres Grammatici fuerunt, temporibus vel iisdem, vel certe non longe distantibus, L. Cæcilius Vindex, & L. Cæsellius. Nunc hac in re quantopere peccatum sit, videte. Duorum nos Grammaticorum & scripta, & nomina sine ullo discrimine vulgò confudimus. Cæcilii Vindicis quoties apud Agellium, Priscianum, Charisium, veteresque Grammaticos mentio fieret; in ejus nominis locum Cæsellius successit, eique Vindicis cognomen, quod Cæcilii erat, tribuimus. Ex qua temeritate factum est, ut Cæcilii Grammatici nomen quidem nobis cognitum sit, & ejus scripta omnia siquando citantur, Cæsellio attribuantur. Imperite quidem & pessimo exemplo. Ejusque Cæcilii nomen quoties Vindicis cognomen in veteribus Grammaticis invenitur, audacter pro illo Cæsellii restituendum est. Quod judicium meum temerarium forte videri possit, nisi eum auctorem hujus sententiæ haberem, quem nemo ut minus idoneum hac in parte rejicere possit; & ejus tam certam hac in re auctoritatem, ut contra eam afferre plane nihil possit. Intellego autem Cassiodorum scriptorem quidem, ut ita dicam, Ecclesiasticum, sed studiosum etiam litterarum nostrarum, qui Justiniani principis temporibus vixit. Ejus ego libellum quemdam

perantiquum beneficio L. Carrionis amici mei, litterati hominis, De Orthographia manuscriptum nactus sum. In quo ille veterum omnium quicumque de Orthographia aliquid scripissent, sententias compendiose & breviter recensuit: servato tamen diligenter eo ordine, ut caput unum cuique Grammatico seorsim daret, & quantum fieri posset, verba ejus servaret, veluti exempli causa, *Cap. primum. Ex Agnæo Cornuto ista collecta sunt.* Deinde. *Capit secundum. Ex Velio Longo ista collecta sunt.* Ac sic in reliquis capitibus deinceps. Ut igitur nunc, quod ad rem facit, testificer, capite XII. tituli verba sunt. *Ex orthographo Cællio ista collecta sunt.* At tum capite sequenti manifeste Cællium à Cæcilio Vindice distinguens, *Ex L. Cæcilio Vindice ista collecta sunt.* Ruffinus etiam de Metris Comicis cum Grammaticos aliquot enumeraret, ait, *Cæsius Bassus, Terentianus, Cæcilius Vindex.* Qui locus integer est etiam in vulgatis. Reliqua omnia apud alios depravata. Quare nihil causæ est, quin & huic docto Grammatico una cum scriptis verum nomen restituamus, & illum alterum, qui in ejus nomen temere invaserat, ab alienæ gloriæ hereditate rejiciamus.

C A P U T XXVII.

Ciceronis locus oratione pro Milone desumptus à Demosthene.

M. CICERO cum pro Milone omnibus ingenij & eloquentiæ viribus contra suum & communem bonorum omnium hostem Clodium diceret, id quod caput causæ ejus, & quasi arx erat, primum diligenter ostendit, non utrum Clodius occisus sit, quod constabat; sed utrum jure occisus esset, quod in contentionem controversiamque veniebat, querendum judicibus esse. In eamque rem, seu fabulam, seu historiam De Oreste affert, qui cum matrem occidisse fateretur, Deorum tamen duodecim sententia absolutus paricidij, jure occidisse eam ulciscendi patris causa judicatus est. Ciceronis verba ea de re sunt:

Itaque hoc, judices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, cum qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divinâ, sed etiam sapientissimæ Deæ sententiâ liberatum.

Quod

Quod quidem ille exemplum an à se habuerit, non confirmo; Demosthenes quidem certè oratione contra Aristocratem, eodem Orestis exemplo ad eandem rem comprobendam usus est: ut ego quidem existimem, Cicero- nem hunc locum, ut alia plurima, ad Demosthenis imitationem scripsisse. Demosthenis verba sunt; Δοκούς γάρ μοι εἰς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ζητῆσαι τὸ πρῶτον πάντων οἱ ὧδε τῶν ἐν ἀρχῇ τὰ δίκαια εἰσάγοντες. πότῃ δὲ τίνα χρὴ φέρον ἵνα νομίσ- ζην, ἢ πᾶν ἔσθ' ὅσον νομίσθων. Λογίζομαι δ' ὅτι μετέξα Ὀρέστης ἀπεκτονῶς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν ἀποφυγῆναι, νομίσαι δὲ καὶ ἱππῶν εἶναι φέρον. καὶ γὰρ ἂν τὰ μὲν δίκαια θεὸς ψηφίσαι. Ὡς δὲ πρὸ ἐνόμισαν, γὰρ φέσιν ἡδὴ καὶ διορίζεσθαι ὥς ἐφ' οἷς εἶναι ἀπεκτείνουσι. Quod autem eadem oratione posterius Cicero enumeratis multis Clodij flagitiis ad extremum addit, *Capere ejus amentiam civitas, Italia, provincia, regna non poterant.* Id loquendi genus sumxisse ab eodem Demosthene videtur, qui oratione contra Mediam post enumerationem aliquot criminum ejus hoc ipsum quod Cicero addit: *ἡ πόλις αὐτὸν ἐχρεῖ.*

C A P U T XXVIII.

Afranii & Pacuvii loci, alter apud Agellium, alter apud Nonium, emendati.

QVOD sæpè dixi, parva & vix digna caussa est, quæ & auctoribus ipsis vitium afferat, & legentibus tenebras nonnumquam offundat. B. & V. consonantis magna veteribus & in scripturâ & in pronuntiatione ipsâ videtur fuisse similitudo & affinitas. Ut eâ quidem de causâ infinitis & manifestis erroribus scripta veterum habeamus referta. Sed alios locos, in quibus hæc depravationis caussa erat, alii indicarunt; ego duo quædam exempla nunc afferam, quorum vitium homines eruditos etiam video fugisse. Afranij poetæ comici locus apud Agellium est,

Hemiste parentum est vitabilis liberis,

Ubi malunt metui, quàm vereri se à suis.

Ita enim versus hi sine ullâ carminis aut sententiæ ratione depravatissimè vulgò leguntur. In quibus restituendis nescio quomodo etiam M. Antonius Muretus, quâ eruditione & judicio vir? Caligavit. Is enim in Variis lectionibus suis legendum putavit,

Horumce parentum est vitabilis liberis.

Vita bilis, id est, amara & odiosa interpretatur. Quod ego non opinor eum certè scripturum fuisse, si ingenii sui aciem in considerando loco diligentius intendisset. Quis enim

enim Latinorum ita loquitur, ut dicat, Ejus vita mihi bilis est? At unius litteræ mutatione locus totus restituitur, si legamus, *Vita vilis*.

Horumce parentum est vita vilis liberis

Qui malunt metui, &c.

Quomodo etiam Cicero locutus est oratione in Catilinam? Quorum est tibi videlicet auctoritas cara, vita vilissima. Error ortus ex cognatione V. & B. Eadem occasione peccatum est in illo Pacuvii versu apud Nonium,

Non potest hic, Menalippe, sine tuâ operâ exantlarîi clavos.

Cum perspicuè legendum sit, *labos*. Quamquam Adamantius Martyr in libello De affinitate V. & B. quem manuscriptum vidi, affirmare omnino videtur, *lavor*, ut *favor*, *fervor*, non *labor*, scribendum esse, quod fortasse verum est.

JUSTI

JUSTI LIPSI VARIARUM LE- CTIONVM

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

*M. Ciceronis locus pro L. Flacco partim
emendatus, partim interpretatus.*

M C I C E R O cùm pro L. Flacco repetun-
darum reo diceret, cujus causa gra-
vissimorum & honestissimorum hominum
testimonii premebatur, acutè vidit, si re-
um servatum vellet, omni ratione atque
artificio testium fidem, in quibus robur & firmamentum
accusationis erat, apud iudices sibi esse elevandam. Itaque
tota oratione Græcorum levitatem, Judæorum supersti-
tionem, & Asiaticos testes multis facetiis & sale perstrin-
xit, & testimonia eorum non tam argumentando evertit,
quàm jocorum multitudine quodammodò obruit. Cùm
autem ad Decianum quemdam civem Romanum venisset,
quo auctore accusatus præcipuè Flaccus erat, cùm multa
venustè & facete in eum dixit, tum de injuriis ejus & ini-
quitate in provinciales graviter apud iudices questus est.
Atque in aliis quæ illi obiicit, ait eum in provincia multis
blandit iis locupletem quamdam mulierculam circumve-
nisse, in illius bona invasisse, ejusque prædia tamquam pro-
pria, cùm lustrum à Cenforibus conderetur, in censum re-
tulisse. Sed quibus verbis ea res à Cicerone narrata est, ea
ita depravata circumferuntur, ut difficile sit hanc senten-
tiam quam dixi, ex iis elicere :

*Ad hæc prædia etiam in censu dedicavisti, mitto quòda-
liena, mitto quòd possessa per vim, mitto quòd convicta ab
Apolloniensibus, &c.*

In censu dedicare, hoc loco nec satis Latine, nec satis com-
modè dici D Lambinus acerrimi vir iudicii facile animad-
vertit. Qui tamen cùm hunc locum emendare conatus
esset, nescio quomodo à Ciceronis aperta sententia aber-
rans, vitium mea sententia non sustulit, sed, quod temerarii

nor-

nonnumquam medici, malè affectum locum magis etiam depravavit & corripit. Legi enim voluit, itaque edidit, *Ad hæc prædia etiam incensa dedicavisti.* *Incensa* autem interpretatur non censa. Quâ quidem, si ita dicenda est, correctione, nihil potuit à Ciceronis sententiâ afferri alienius. Quod si ille non vidit, attentionem hominis doctissimi & ingenium desidero: sive vidit, & tamen cum melius non inveniret, hoc maluit, quàm nihil dicere, temeritatem accuso. Nam ut omittam, *prædia dedicare*, pro in censum referre, nullo exemplo apud veteres usum patum inveniri; tum qui attentius paullo superiora & frequentia consideret, non hoc Cicero dicit, Decianum prædia non censa, perinde ac si censa essent, rettulisse in censum: sed eum aperta malitia & circumscriptione, cum in ejus mulierculæ prædiorum possessionem familiam suam intrusisset, illa ipsa prædia tamquam sua & propria, postea esse censum. Ex hac sententia igitur puto locum hunc ita legendum, *Ad hæc prædia etiam in censum dedicavisti.* In censum autem dedicare, veteres in censum referre dixerunt, cujus locutionis insolentia loco huic Ciceronis fraudi hætenus fuit, P. Africanus oratione contra Tiberium Agellium:

Omnia mala, probra, flagitia quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitiâ atque nequitia. Utrum defendis, malitiâ? An nequitiam? An utriusque simul? Si nequitiam defendere vis, licet. Sed tu in uno scorto majorem pecuniam alsumpsisti, quàm quanti instrumentum omne fundi Sabini in censuque dedicavisti.

Ita hoc loco omnino legendum est. Vulgati una voce *incensum*. Eodem igitur modo Cicero In censum dedicare, pro, in censum referre dixit, quomodo auctor non melior, sed certè antiquior Africanus ante eum usurpaverat. Quod autem eadem ratione paullo posterius sequitur:

Census es præterea numeratæ pecuniæ centum triginta millia. Eam opinor numeratam tibi non esse abs te.

Vox tibi, superare hoc loco videtur, & certè joci hujus facetam sententiam obscuriorem reddit. Jocatur enim Cicero & illudit in Decianum hominem arrogantem & gloriosum, qui ut divitiarum opinionem faceret, in censum retulerat facultates suas plures, quàm quanti revera erant. Atque inter alia cum numeratæ pecuniæ census esset centum triginta millia; Census es tu quidem, Deciane, numeratæ pecuniæ tot millia, sed certè existimo, pecuniam eam non rectè numeratam abs te, cum tantum in nummis tuis non habeas. His & similibus facetiis referta

ferta est oratio ista, & satis constat, non alia re quàm iocorum opportunitate in manifestissimis criminibus L. Flaccum severitati iudicum à Cicerone esse ereptum.

CAPUT II.

Propertij libro tertio de conjectura locus purgatus.

OPTANDA nobis esset eorum felicitas, quibus in summa ingenij ac iudicij præstantia accessit etiam illa commoditas, ut cuiusque generis veterum librorum copiam nacti, faciliùs & certius quacumq; de re dubitatio incidisset, iudicare & constituere possint. Nos quidem quantumcumque in his litteris præstitimus, quod sentio quàm sit exiguum, id omne non librorum antiquitati, quos paucos habuimus, sed ingenii nostri mediocritati possumus referre acceptum. Ex quo genere est etiam illud quod nunc ex Propertio afferam. Cujus est iste libro tertio versus:

*Nam quantum ferro, tantum pietate potentes
Stamus, viâtrices temperat ira manus.*

Quem versus ille de Romanis protulit, quos cum tota Elegia maximis & verissimis laudibus ornasset, etiam hanc gloriam eis tribuit, ut dicat, eos non magis bellis & armorum fama inclutos, quam clementiæ & pietatis laude esse illustres, neque magis novisse vincere, quàm victis hostibus temperare & parcere. Sed hoc sanè & vere & dilucide ab eo dicitur, illud obscurius quod subjungit, *Viâtrices temperat ira manus*. Quomodo enim ira victoriam moderari aut viâtrices manus temperare dicitur, quæ irritare potius & incitare victoris animum solet? An ne igitur legendum fortasse est,

Viâtrices temperat illa manus.

Ut id ad pietatem & clementiam referatur, à qua dicat victoriam moderate temperari, & vincentis animum à crudelitate revocari? Quod quidem ego existimo, nec tamen plate assevero. Sequor enim veterem Academiam, ut ne rei quidem verisimili ita omnino assentiam, ut non liberum mihi iudicium in posterum reservem. Et quod Varro noster ait, Cras credo, hodie nihil.

CAPUT III.

*M. Terentii Varronis in Satyris locus
emendatus.*

SATYRAM Varro scripsit ~~de~~ *ἐξαρῶντες*, in quâ videtur contra eos præcipuè disputasse, qui ægritudine aliquâ aut cura graviore oppressi vim sibiipsis & manus fortiter, ut putant, afferunt. Ex ea Nonius Marcellus depravatum hunc locum affert:

Non vituperamus cum sciamus dictum, præcidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad bacchium ventura.

Quem locum existimio commode sic restitui posse, *Non vituperamus cum sciamus digitum præcidi oportere. si o. e. r. g. n. f. a. brachium ventura.* Ex Dictum Digitum, ex Bacchio Brachium, postulante ita sententia, feci. Qua in re quàm sæpe peccatum sit, ut C. pro G. & contra librarii scripserint, noverunt ii qui veteres libros vel aspexerunt. Gangræna verò malum quoddam est in manu articulis originem habens, atque inde nisi magna diligentia præcautum, ad reliquum corpus demanans. Varro De Vita populi Romani libro tertio: *Qui facilius animadvertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænâ sanguinolentam permeasse.* Ex hac ipsa occasione corruptus est alter ejusdem Varronis locus lib. secundo De Vita populi Romani:

Ut noster exercitus ita sit fugatus, ut Galli Romæ Capitolii sint potiti: neque inde ante sex menses gesserint.

Haut dubie reponendum hoc loco cesserint, pro illo gesserint, quod equidem miror non animadversum à nostratibus quibusdam doctis viris, qui Nonium non ita nuper correctum & ad veteres libros castigatum ediderunt.

CAPUT IV.

*M. Ciceronis locus actione prima in Verrem
depromptus è Demosthene.*

QVOD Zeuxim illum præstantem artificem in effigenda Helenæ eximia pulchritudine fecisse memoriæ traditum est, ut virgines omnes, quarum excellens formæ dignitas esset, unum in locum conduceret, in easque intuens, uti quidque pulchrum esset, ad ejus partis similitudinem artem & manum dirigeret: ita videlicet Cicerone-

ceronem nostrum videmus , eum mente concepisset speciem quandam perfectæ eloquentiæ, quasi convocata ex tota Græcia præstantium rhetorum turba , summis & delibasse ex singulis quod in unoquoque esset maxime excellens & eximium, ex iisque conjunctis effecisse tantam illam vim & divinitatem eloquentiæ, quantam humana mens capere maximam potuit, & quam nos posteri, non dicam commode imitari, sed vix pro rei præstantia admirari satis possumus. Sed ut inter cosiplos Græcos Demosthenes unus excelluit in omni genere dicendi, ita in imitatione præter ceteros hunc præcipuum Cicero sibi proposuit , & in ejus scriptis cum esset assiduâ lectione defixus, multa sententiarum & verborum lumina, quibus Græci illius oratio splendet , commutatis paullulum nominibus in sua scripta & Latinam orationem traduxit. Quæ quidem loca annotare ut magni ingenii non sit, magnæ certe diligentiae est & judicii. Et ut de meo sensu profiterar, vix aliud quidquam est quod me æque ac locorum istorum similibus contentio & comparatio delectet. Quare & antea his scriptis meis ex hoc genere multa inspersi , & hunc item locum quemdam afferam, quem hic noster verecunde & artificiose à Græco illo videatur expressisse. Cicero nobili illâ accusatione in Verrem , statim initio actionis primæ, iudices diligenter commonefacit, non humano consilio, sed divinitus quodammodo illis in hoc iudicio oblatam esse occasionem, unâ & Verris hominis nocentis puniendi, & simul iudiciorum & Senatus infamiam sedandi, quam , valde providendum illis esse, ne amitterent. Demosthenes etiam de emētita legatione, omnia quæ in eo iudicio contigerant, altiori quodam consilio & divina quadam benivolentia contigisse confirmat. Quod cum Æschines superiora omnia iudicia elusisset, jam in id tempus se coniecisset, in quo si non ob aliud, saltem ob imminetia pericula damnari eum necesse esset. Verba utriusque , quò clarior res sit , apponam. Cicero :

Quod erat optandum maxime, iudices , & quod unum ad invidiam vestri ordinis infamiamque iudiciorum sedandam maxime pertinebat ; id non humano consilio, sed prope divinitus datum atque oblatum vobis summo reipub. tempore videtur.

Et paullo posterius :

Nunc in ipso discrimine ordinis iudiciorumque vestrorum, cum sint parati quicunque legibus , hanc invidiam Senatus inflammare conentur, reus in iudicium adductus est C. Verres, &c.

Demo-

Demosthenes porro de Æschine planè similia: Τρόπον δὲ
τινα ἡγῆμοι καὶ βῆλομαι, καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα πάν-
τη ἐπὶ ταῖς εὐθύναις ταυταῖσι δαιμονίας τινὸς εὐνοίας ἐν-
δειγμα τῇ πόλει γεγενῆσθαι. Et statim posterius: Ἀλλὰ καὶ
διακρυσσόμενος πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον εἰσελθεῖν εἰς το-
νταῦτα ὑπῆλκεται καὶ ἔργον, ἐν ᾧ τῶν ἐπὶ δυνάτεσσιν ἐνεκα εἰ μηδε-
νός αὐτοῦ, καὶ οἷον τε, καὶ ὁ ἀσφαλὲς ὑμῖν διδωροδοκῆσθαι
τῶν ἀβῶσιν εἶσαι. Ἀνδρῶν μὲν γάρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προσ-
ήκει μισεῖν καὶ πολεμεῖν τοῖς δωροδοκοῦσιν καὶ δωροδοκῆσιν, μάστιγα
δὲ νῦν, &c.

CAPUT V.

*Catulli Epigrammata in Vettium, & Comi-
nium, in quos scripta videntur.*

C. CÆSAR in consulatu suo quem cum M. Bibulo gessit,
cū multa populariter & præter Senatus auctorita-
tem administraret, omnibusque actionibus suis Optima-
tum dignitati adversaretur, commentus est callidum quod-
dam & acutum consilium, quod Senatum & Optimates in
populi invidiam atque offensionem trahere posset. Cn.
Pompejus eo tempore propter amplitudinem rerum ge-
starum, domi militæque solus plurimum poterat. Eum
igitur ut Senatui infensum redderet, subornavit Vettium
quemdam, qui de industria cum telo deprehendi se sine-
ret: atque is cū, ut constitutum erat, à Consule Cæsare in
rostra ad populum productus esset, indicium postulare, &
fateretur, se una cum servis, Pompeij occidendi causas,
cum telo fuisse, ejusque facinoris conscios & impulsores
amplissimos totius Senatus, & totam ferè juventutem no-
minaret. Quia tam atrocis sceleris suspicione cū Pom-
pejum ipsum, tum etiam plebis animos à Senatus & bo-
rorum causa abalienaret. Narrata hæc res copiose est
à Cicerone Epistolis ad Atticum, & à Suetonio in Cæsa-
re. Nunc cujus causa hunc sermonem institui. Hac de
re & de hoc ipso Vettij factò intelligendum existimo Ep-
gramma illud Catulli:

In te si in quemquam, dici puto putide Vetti,

Id quod verbosis dicitur & fatuis.

Istà cum lingua, si usus veniat tibi, possis

Culos & trepidas lingere cercolipas.

Sinos omnino vis omnis perdere Vetti,

Dicas, omnino quod cupis efficies.

Hunc

Hunc enim Vettium ut fatuum & putidum infectatur, qui rem tam nefariam suscepisset, & tot homines nobilissimos & optimos impura lingua sua nominare ausus esset. Neque aliter versus iste nisi de historia hac intellegi commode potest:

Si nos animo vis omneis perdere, Vetti.

Si, inquit, Vetti, non satis est tibi aliquos conscios falso nominare, sed omnino omneis bonos unà nobiscum perdere vis:

Dicas, omnino quod cupis efficies.

Hic jocus Epigrammatis & venustas est. Si nos omneis vis perdere, inquit, nullo negotio & facile potes id efficere. Dicas modò, id est, eloquere & audiamus semel sermonem tuum, assequeris & efficies quod voles: tanta est enim inquinati & foedissimi oris tui turpitudine, ut simul atque loqui cœperis, nos omneis audientes contagione perdas & inficias. Videtur hîc autem nefariæ cujusdam turpitudinis Vettium accusare, ut qui ne capiti quidem suo parcere didicisset. Aliud porrò illud Epigramma quod in Cominium scripsit:

Si, Comini, arbitrio populi tua cana senectus

Spurcata impuris moribus intereat:

Non equidem dubito, quin primum inimica bonorum

Lingua exsecta avido sit data vulturio.

Effossos oculos voret atro gutture corvus,

Intestina canes, cetera membra lupi.

Scriptum mihi à Catullo videtur in Cominium, rabulam quemdam de foro, & odiosum accusatorem, cujus & Cicero & Asconius Oratione pro Cornelio meminerunt, & pro Cluentio Avito. A quo cùm esset vel ipse Catullus vel amicorum ejus aliquis injuria affectus, seu forsitan etiam accusatus, hoc Epigrammate acerbam ejus & inimicam bonis omnibus linguam & loquacitatem infectatus est. Ut autem hæc apertè & non dissimulato nomine scripta sunt in eos quos lædere destinarat, ita contrà illud Epigramma quod in Alphenum inscribitur, ficto & suppositicio nomine manifeste in Pompejum mihi dirigi videtur, cujus nimiam potentiam tamen cùm reformidaret, non ausus est aperte & palàm in eum invehi:

Alphene immemor, atque unānimis false sodalibus,

Jam te nil miseret dure tui dulcis amicali,

Jam me prodere, jam non dubitas fallere perfide,

Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent.

Que tu neglegis, ac me miserum deseris in malis.

Eheu quid faciant; dic, homines, cui de habeant fidem?

Certe tute jubebas animam tradere, inique, me

*Inducens in amorem, quasi tuta omnia mi forent :
Idem nunc retrahis te, actua dicta omnia, factaque
Ventos irrita ferre ad nebulas aëris sinis.*

Quæ mihi omnia sub Ciceronis personâ in Pompejum scripta videntur. Atque ea de Ciceronis exilio intellego. Cujus causam præcipuam in Pompejo & Cæsare fuisse Cicero sæpius testatur. Cæsar quidem aperte cum illâ furiâ P. Clodio faciens, Ciceronem oppugnabat Pompejus, simulatione, falsis promissis, ad extremum etiam apertâ proditione eum evertit. Nam ut Cicero sæpè testatur, & quod hîc Catullus dicit, semper Pompejus Ciceroni omnia tuta esse pollicebatur; verbum de eo Publium non esse facturum recipiebat; tandemque in ipso discrimine supplicem & fidem ejus implorantem eum deseruit, vel verius prodidit. Hoc igitur nunc à Catullo Pompejo objici crediderim, qui alioqui Cæsari & toti illi causæ fuit inimicissimus, & multis aliis locis Ciceronis inimicos, Pisonem, Vatinium, Sex. Clodium, Cæsarem palam est infectatus.

C A P U T VI.

*De Ciceronis loco pro Roscio Amerino diligentius
disceptatum.*

CICERO pro Sex. Roscio:

Cum jam proscriptionis mentio nulla fieret, & cum etiam ii qui antea metuerant, redirent, ac jam defunctos esse periculis arbitrarentur, hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus.

Videte quàm multa in veterum scriptis judicandis nos fallant. Locus hic cui prima fronte non videatur sincerus & integer? Aut cujus tam subtile judicium & acumen est, qui depravationem aliquam in eo latere posse judicet? Sententia optima, optimis verbis elata, omnia aptè & ordine sequentia. Non esse tamen locum hunc satis integrum Charisius Sosipater perantiquus Grammaticus suspicionem mihi fecit, aut verius fidem. Videlicet ut in membris nostris sæpè aliquid ruptum aut convulsus est, quod tamen ita artificiosè cælemus, ut nisi à consciis difficile sit vitium animadverti: ita in veterum nonnumquam scriptis occulta quadam vitia & depravationes insunt, quæ sine Grammaticorum aut librorum veterum indicio, nostrâ sponte difficulter possimus deprehendere. Charisius igitur locum hunc hac ipsâ oratione nominata sic affert: *Cum jam nulla proscriptionis commemoratio fieret,*

cum

cum etiam ii qui antea proscripti erant, sederent, nomen refertur in tabulas Sex. Roscii. Quid potest à vulgata lectione magis diversum esse aut discrepans? Et sanè difficile hinc iudicium est. A librorum omnium veterum auctoritate; qui à vulgatis faciunt, non libenter recedo; & Charisio tamen veteri Grammatico, cujus ætatem nullus, opinor, liber manuscriptus, quamvis antiquus, æquare possit, fidem omnino derogare, impudentiæ sit. Neglegentes sæpè in auctorum verbis citandis veteres Grammatici; fateor. Sed tantam neglegentiam in Charisio fuisse, qui ex tota hac circumductione & periodo vix tria germana Ciceronis verba poneret, adduci non possum ut existimem. Locum igitur totum membratim proponam, & dicam quid sit in singulis iudicii mei. *Cum jam proscriptionis mentio nulla fieret*, vulgati referunt: Charisius autem, *Cum jam nulla proscriptionis commemoratio fieret*. Utrumque retineri commodè potest; istud postremum tamen Charisii auctoritas à me impetrat ut approbem. Sicuti contra illud ejusdem Charisii præ vulgata lectione vehementer rejicio quod sequitur, *Cum etiam ii qui antea proscripti erant, sederent*. Ex qua lectione etsi sententia non incommoda, falsa tamen efficitur. Falsum enim est & præter historiæ fidem, eos qui proscripti erant, vivente adhuc L. Sulla, sedisse, id est, dignitatem recuperasse & Senatores iterum factos, horum enim erat sedere; neque unquam profecto ne recuperata quidem rep. proscripti, aut etiam proscriptorum liberi ad honores & dignitatem admissi sunt. Quare illud *sederent* quod Charisius habet, mea sententia rejiciendum est, & hac in parte vulgata lectio retinenda. Nisi fortè quispiam loco ejus *sederent*, *redirent* apud Charisium reponendum existimet, quod est omnino melius, nec tamen mihi planè satisfacit. Nam ne id quidem satis verè à Cicerone dicetur, eos qui semel proscripti erant, ausos esse vivo adhuc & dominante L. Sulla redire. Illud autem observatione valdè dignum est, ex hac Charisii citatione Ciceronis locum integro membro effici auctiorem, *Nomen refertur in tabulas Sex. Roscii*. Quæ verba ab omnibus vulgatis libris & absunt, & desunt, eaque legenda & inserenda sunt ante illa, *Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus*. Atque ita apta & consequens sententia efficietur. Antè enim in tabulas publicas nomen proscriptorum referri debebat, quàm bona ejus hæcæ subjici possent aut divendi. Sic igitur totum locum legendum iudico: *Cum jam nulla proscriptionis commemoratio fieret, cum etiam ii qui antea metuerant, redirent, ac defunctos sese periculis arbitrarentur*, nomen refertur in tabulas

Sex. Roscii, hominis studiosissimi nobilitatis manceps sit Chrysogonus. Hæc hujus loci, meo judicio, vera lectio & restitutio est; etsi fateor, me aliquando propter hanc tantam diversitatem verborum, quæ in Charisio & vulgatis est, existimasse, ea quæ Charisius affert, non ad hunc locum pertinere, sed esse ex hac ipsâ oratione fragmentum aliquod, quod in vulgatis libris temporum injuriâ perisset: fieri enim potest, ut eandem rem Cicero, postulante ita causâ, paullulûm commutatis verbis, iterum alibi commemoraverit, & judicum memoriæ subveniret. Hoc etsi video non omnino rejici posse, tamen in priorem illam sententiam meam magis propendeo. Quod si quis est, qui vulgatam illam lectionem pertinaciter defendat & probet, cum eo equidem de reliquis non magnoperè pugnabo: illud modò teneatur, verba ea quæ ego ex Charisio ad Ciceronis locum addidi, omnino in vulgatis esse reponenda, eaque ratione Ciceronis orationem illam augendam & supplendam.

C A P U T VII.

*In Propertio dignum quiddam observatione
annotatum.*

VARIA est in Propertio & recondita eruditio, & præter sententiarum elegantiam & acumen, multa in verbis quoque ipsis, quæ notatione & laude dignentur. Illud quidem in eo valdè novum, & haut scio an facilè apud alium scriptorem inventum, ut verbis Simplicibus, utamur enim Grammaticorum vocibus ut res possit intellegi, propriâ quadam & singulari ratione utatur pro Compositis, eamque significationem, quam verba juncta habere debebant, nescio qua opinione elegantiae, verbis simplicibus non rarò tribuat. Exemplis fiet res manifestior. Sectari pro Insectari, Testari pro Detestari, præter ceterorum scriptorum morem, apud hunc poetam invenies, aliaque quæ nunc afferam. Quod qui vel ignoret, vel non observet, in multis sanè eum Propertii locis natare, & dubium hæere necesse sit. Elegia VIII. libri secundi:

*Exaguet n. stros manes, sectetur & umbras,
Insuletque rogis, calcet & ossa mea.*

Sectetur pro Insectetur manifestè hoc loco usurpatum esse, qui non omnino sit ingenio & judicio rudis, vel ex sequentibus facilè intellegat. Elegia item XVI. ejusdem libri:

Nen

*Non quia septenas noctes sejuncta cubaris,
Candida tam foedo brachia fusa viro,
Nec quia peccaris, testor te, sed quia vulgò
Formosis levitas semper amica fuit.*

Hic ego, testor te, detestor & accuso te, interpretor. Quia autem locus hic obscurior est, eumque ab iis qui in hunc poetam scripserunt, tentatum veriùs quàm explicatum video; non gravabos vestra & Propertii mei caussa totam ejus sententiam breviter ascribere. Propertius tota hac Elegia dolenter & acerbè apud Cynthiam conqueritur, Prætorem quemdam foedum hominem, & barbarum, sed qui plenus & benè nummatus ex provincia decesserat, a Cynthia in amore tibi esse propositum. Et post multas querelas addit: Etsi justa & æqua caussa iracundiæ meæ esse possit, ó Cynthia, non tamen hoc tantoperè doleo, quòd septem continuas noctes in impuri istius complexibus jacueris, cùm interea simulares te sejunctam cubare, & Insi operari; neque id succenseo, quòd alium aliquem ad amorem tuum admittas: possum enim rara & verecunda dominæ meæ furta modicè ferre: sed hoc unum maximè me excruciat, & ideo irascor tibi ac te detestor, quòd verear ne hic novus amator totum se ita tibi insinuet, ut ego posthac omnino excludar, nec primum locum, ut soleo, in amore tuo teneam. Solet enim vulgò & plerumquæ, inquit, formosis comitari levitas, & puellis propria esse in amore inconstantia. Perit etiam pro Deperit, & amat, eadem Elegia dixisse videtur:

Ego muneribus quivis mercatur amorem?

Juppiter! indignâ merce puella perit.

Hac sententia: Bone Jupiter! estne dignum, puellas donis & muneribus amorem suum vendere, ac indigna merce & pretio quemvis amare ac deperire? Elegia item IX. libri primi:

Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos,

Nec vigilare alio nomine cedat amor.

Cedat non aliud quàm concedat, hoc loco valere, perspicuum est. Etsi vidi qui hunc versum ejus rei ignoratione mutare conati sint. Hæc autem nova sunt, fateor, & satis audacia, & si verum quærimus, poetis potius quàm oratoribus concedenda. Etsi video ne Ciceronem quidem nostrum, hominem alioqui in verbis novandis cautum & verecundum, in una quadam voce, quod observaverim, hanc rationem refugisse. Tribuere enim pro Distribuire aliquoties apud eum invenies, ut in illo optimo libro qui Orator inscribitur: Nec verò sine philosophorum disciplinâ genus & speciem cujusque rei cernere, neque eam definiendo

explicare, nec tribuere in partes possumus. Et eodem libro postea: Tum videndum est quæ sint ejus generis sive formæ sive partes, ut in eas tribuatur omnis oratio. Tribuere in partes, parti & distribuere Cicero dixit. Ab eadem porro ratione fluxisse videtur, quod idem Propertius etiam contra verbum compositum pro simplici usurpavit, his versibus:

*Nonullo gravius tentatur Cynthiæ damno,
Quàm sibi cum raptò cessat amore Deus,
Præcipue nostri. Maneat sic semper adoro,
Nec quidquam ex illi quod querar inveniam.
Adoro pro oro, seu verius, valdè & vehementer oro dixisse videtur.*

C A P U T V I I I .

M. Varronis locus depravatissimus ex parte restitutus.

MISERET me profecto conditionis tuæ, M. Varro, cujus scripta plena eruditionis & elegantissimæ doctrinæ, temporum dicam an hominum imperitorum injuria ita conflictata sunt, ut nihil ad posteritatem pervenerit corruptius, nihil depravatus. Ne longè abeam, vel hunc unum locum quem modò afferam, quis amans nominis & honoris tui sine dolore aspicere possit?

Ante auris modò ex sobolibus parvuli intorti dimittebantur, sed cincinni oculi suppetuli nigellis pupillis quam hilaritatem significantes animi rictus parvissimus, ut refrenato risu roseo.

Quid potuit fieri corruptius? Aut quid cogitari perturbatius? Vix tria sanè verba hac tota circumductione suo ordine posita, aut sincera videntur & integra. Conemur tamen, si non totum locum, at aliquæ ejus parteis emendatione nostrâ restituere. Lego igitur: *Endo aures modicè * ex sobolibus, & cincinni parvuli intorti dimittebantur. Oculi suppetuli nigellis pupillis, nescio quam hilaritatem animi significantes; rictus purissimus, ore frenato, risu roseo. Vel: Endo aures modice sobolibus parvulis intortæ dimittebantur, ut cincinnati. Describere autem magnificum & modestum habitum nescio cujus virginis aut matronæ Varro videtur, quò etiam pertinent verba hæc quæ Nonius ex hoc ipso libro affert, *Collum procerum, fectum levi marmore. Regillam tunicam diffingitur purpurâ.* Sed in hoc fragmento cum reliqua, ut mihi videor, non ineptissime restituissim, illud tamen *sobolibus* quid hîc sibi vellet, aut quomodo mutan-*

mutandum esset, divinatione nulla assequi potui. Hoc igitur relinquam peritioribus. *Endoatures* autem pro *Ante auris* reposui: videturque mihi *Vatro* antiquo more, *Endoatures* pro *Inaures* ita dixisse, ut *Lucretius*, *Endogredi* pro *Ingredi*, *Endopedire* pro *Impedire*, & *Ennius*, *Endotueri* pro *Intueri*, idemque *Varro* etiam libris *De Vita populi Romani*, *Endo lecto* pro *In lecto*, quo loco tamen vulgati *Ante lecto* referunt. Nisi fortè *Anteaures*, ut *Inaures* nova quadam ratione à *Varrone* dictæ sint. *Locus* autem iste quem adduxi, apud *Nonium Marcellum* exstat, citatus è *Satyra Papiappæ*, corrupto sanè titulo, sed quem necesse habemus hoc nomine tantisper vocare, donec melius aliquid invenerimus.

CAPUT IX.

Terentii locus qui videatur de Alexide expressus.

MULTA in *Terentii Comœdiis* sunt à *Græcis*, vel potius omnia. *Menandri* & *Diphili* fabulas, ut ipse fatetur, integras de verbo expressit, sed ita tamen expressit, ut nonnumquam etiam ex aliis *Græcis* scriptoribus aliquid ad ornamentum fabularum suarum aliunde assisceret. Veluti in *Adelphis*, quæ *Comœdia* à *Diphilo* est, egregiam illam similitudinem de *Vitæ inconstantia*, quam *tesserarum ludo* comparat, nescio certè an à *Diphilo* habeat; *Alexidem* quidem comicum & ipsum poetam hac eadem comparatione usum esse observavi, *Alexis*:

Τοῖς το τὸ ζῆν ἐστὶν, ὡς τὸ οἱ κύβοι.
Οὐ γὰρ αὐτ' αἰεὶ πίπτουσιν, ἐδὲ τὰς βίῳ
Ταυτὴν ἀλγεμένης χῆμα, μεταβολὰς δ' ἔχει.

Terentius:

*Ita vita est hominum quasi cùm ludas tesseriis,
Si illud quod est maximè opus jacto non cadit,
Illud quod cecidit fortè, id arte ut corrigas.*

Eadem, ut videtis, in utroque similitudo est, quamvis uterque ad aliam & diversam rem demonstrandam ea sit usus. Non affirmo igitur, *Terentium* hanc habere ab *Alexide*; *Græcum* tamen illum simile quiddam dixisse, operæ pretium putavi annotare.

CAPUT X.

*Q. Asconium & Valerium Maximum De P. Rupilio
à Cicerone dissentire videri..*

CICERO accusatione in Verrem P. Rupilii, qui leges Siculis De Legatorum decem sententiâ tulit, sæpius commemorat. Sed quando Rupilius leges eas tulerit, video Ciceroni cum Valerio Maximo & Asconio non satis convenire. Nam Cicero quidem manifestè leges eas à prætore Rupilio latas esse dicit libro secundo De Præturâ Siciliensi:

*Dicit Heraclius jus esse certum Siculis quo jure inter se
certarent, legem esse Rupiliam, quam Prætor Rupilius ex
SC. De Decem legatorum sententiâ dedisset.*

Valerius autem Maximus scribit, hunc P. Rupilius, cum initio operam publicanis vili officio dedisset, Consulem postea esse factum, ab eoque Consule universos Siculos leges accepisse, & prædonum item fugitivorumque bellum in Siciliâ profligatum & confectum. Asconius etiam à Valerio aperte facere videtur, cujus verba subjunxi. *Hic est, inquit, P. Rupilius qui quondam ex publicano factus Consul, postea de decem legatorum sententiâ leges Siculis conscripsit.* Quid igitur? Falsum in historiâ Ciceronem existimemus? Et hoc inter ejus *μνησινὰ ἀπορρήματα* referamus? Difficile equidem eò confugio. Et valdè mirum sit, Ciceronem in re tam recentis memoriæ, & in quâ erroris sui populum ipsum testem habere posset, adeò negligentem esse lapsum: & si lapsus tamen esset, non esse id ab Asconio qui manifestè ab eo dissentit, annotatum. Itaque & aliquando suspicatus sum, illum Ciceronis locum, in quo prætorem Rupilius facit, corruptum esse, & cum Cicero scripsisset, *Legem esse Rupiliam, quam P. Rupilius.* Negligentem aut non intelligentem librarium ex eâ notâ quæ Publium significet, Prætorem fecisse. Cujus sententiæ adeò me non prænitet, ut donec coarguar, adhuc in eâ constanter maneam, malimque librarium negligentem, quàm Ciceronem ignorantem condemnari. Eadem etiam oratione quòd Cicero Siciliam primam in formam provinciæ redactam esse confirmat, alii auctores sunt qui id Sardinie tribuant.

CAPUT XI.

M. Catonis loci duo, alter apud Agellium, alter apud Priscianum, emendati.

AGELLIUS illustrem quemdam locum M. Catonis censorii ex Originibus affert, quo ille Q. Ceditii tr. mil. præclarum factum & insignem animi magnitudinem purè & eleganter narravit:

Dii immortales tr. mil. fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit cum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenit, eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque spirantem quod sanguinem defluerat cognovere, eumque sustulere, isque convaleuit, sæpeque post illam operam reip. fortem atque strenuam perhibuit, illoque facto quod illos milites subduxit, ceterum exercitum servavit.

Locus elegans & sine fūco ac cincinnis simpliciter narratus, quem tamen vetustæ cujusdam vocis, qua Cato usus erat, ignorantia depravatum habemus. Loco enim ejus, *Sæpeque post illam operam*, omnino legendum est, *Sæpeque postillà, operam reip.* Postillà autem antiquum verbum est, idemque quod postea significat, quo & Ennius, & Terentius, Catullus & Propertius usi sunt. Addam hinc etiam ejusdem Catonis locum ex oratione contra Veturium, qui apud Priscianum vitiosè ita legitur:

Aquam Anienem in sacrum inferre oportebat, non minus autem x v. millia Anien abest.

Legendum haut dubiè atque emendandum est, *Aquam Anienam.* Uti Propertius dixit, *lympham Anienam:*
Et cadit in patulos lymphæ Aniena lacus.

CAPUT XII.

Duùm locorum Propertii correctio.

PROFECTO experiendo demum sentio quod à doctissimis nostri temporis viris proditum video, Nullum esse mendum in veterum scriptis tam pusillum, quod non permagni intersit tamquam è facie maculam deleri. Res enim sæpè parva & vix dignus error est, qui planam aliqui & dilucidam sententiam ita vel pervertat, vel impediat, nihil ut in ea primum sit, nihil extremum. Ne labar
S 5 longi-

Longius, vel exempli causa illum Propertii libro primo
versum quam parva causa est quæ corruerit, & adhuc
obscuraverit!

*Et mihi non desunt turpes pendere corollæ,
Semper & exclusis signa jacere faces.*

Hic unius litteræ superflua additio sententiam totam per-
vertit, quæ detracta eadem est planissima. Legendum
est enim:

*Semper & exclusi signa jacere faces.**

Sequentis enim vocis prima littera ad prioris finem ad-
hæserat, quod aliàs sæpè. Solent autem amantes, cum
totam noctem frustra, & non recepti dominæ foribus in-
vigilassent, extinctas & deficientes faculas ad ostium
abjicere; quas dum vicini, & prætereuntes manè vide-
rent, facile eo signo judicabant, amatores eam noctem ibi
insomnem traduxisse, atque ita dominam, quæ ædes eas
haberet, non nimis honestam & pudicam esse. Faces
autem & coronæ istæ, signa ebriorum. Plutarchus in
Pyrrho: Καὶ τὸ δῆμα καθέξομεν, λαβὼν τίφανον τῶν ἐώλων καὶ
λαμπράδιον, ὥσπερ οἱ μεθύοντες. Conqueritur igitur janua,
quam hoc loco Propertius loquentem induxit, non posse
se pudorem dominæ suæ defendere, etiam si maximè ve-
lit, cum alius noctu foribus carmina affigat; alius januam
corolis ornet; alius extinctas faces ad ostium abjiciat; quæ
omnia de dominæ impudicis moribus se tacente facile te-
stentur. Eadem planè & gemina causa erroris esse mihi
videtur illo versu libro tertio:

Cur tua præscripto sevecta est pagina gyro?

Non est ingenii cymba gravanda tui.

Quo loco libenter equidem legerim:

Cur tua præscriptos evecta est pagina gyros?

Esi non desunt qui illud *sevecta*, pro seorsum vecta in-
terpretantur, à quibus eo verecundiùs dissentio, quòd a-
micis meis quibusdam eruditis hominibus idem videri in-
tellego. Mihi tamen non paullo elegantius, atque e-
tiam usitatius, Evehi terminos aut gyrum, dici videtur,
quàm Sevehi gyro, ut omittam, me id verbum simili ali-
quâ locutione apud idoneum & veterem auctorem non-
dum repperisse.

CAPUT

CAPUT XIII.

*Ratio quædam loquendi minimè vulgata in
Cæsare & Virgilio observata.*

OBSEVASSE videor , C. Cæsarem peritum hominem,
& in sermone proprietatis valde amantem, *In manibus
esse*, nova quadam ratione, & præter vulgatam consue-
tudinem usurpasse Commentario secundo Rerum à se ge-
starum :

*Subito omnibus copiis provolarunt , impetumque in nostros
equites fecerunt. His facile pulsas ac perturbatis incredi-
bili celeritate ad flumen decurrerunt , ut pæne uno tempore
& ad silvas , & in flumine , & in manibus nostris hostes vi-
derentur.*

In manibus esse, nisi fallor, dixit præsentem esse, & ita pro-
pinquos, ut pæne manibus tangi possent. Quomodo etiam
illud Virgilii accipiendum mihi videtur :

*Quod votis optastis adest, perfringere dextrâ,
In manibus Mars ipse, viri.*

Id est, quod votis semper optastis, ut pugna decernere cum
hoste possitis , nunc aliquando contigit, ecce in manibus
Mars, & præsens jam nunc pugna est. Cicero etiam non
longe dissimili ratione in Bruto scripsit illud : *Sed ecce in
manibus vir & præstantissimo ingenio , & flagrantissimo stu-
dio C. Gracchus.* Cato item Censorius : *Neque mihi edi-
ficatio, neque vasum , neque vestimentum ullum est in manu
pretiosum.* Memini me autem simile etiam aliquid apud
Arrianum Græcum scriptorem legere, cujus exemplum li-
benter apponerem , si liber mihi nunc in manibus esset.
Quod autem Cicero libro quinto in Verrem de suppliciis
scribit , *Dû approbent. Habemus hominem in Fecialium
manibus educatum.* Id interpretor , in præsentia facia-
lium, & perpetua consuetudine educatum. Quod qui im-
mutare conati sunt ; & ex eo in *fecialium moribus* fecerunt,
dum acuti videri volunt , non aliud quàm ignorantiam
suam prodiderunt. Exstat hoc idem dicendi genus in ve-
tusto & elegantissimo Epigrammate :

Doctâ, eruditâ pæne musarum manu.

Hæc ego idcirco annotare volui , ut videremus in quot
quamque varias significationis formas una eademque ora-
tio fingi & inflecti possit.

De Ciceronis loco quodam in Bruto
disceptatum.

MAGNA fuit semper Ciceronis de Isocrate opinio, honorificum de scriptis ejus judicium. Cujus laudes cum multis locis magnifice persecutus sit, tum nusquam, ut opinor, præcarius aut honorificentius de eo testimonium reliquit, quàm in eo libro quem Brutum, vel De claris Oratoribus inscripsit:

Exstitit, inquit, jam senibus illis quos paullo antè diximus, Isocrates, cujus domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit atque officina dicendi, magnus orator & perfectus magister, quamquam forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est postea consecutus.

Quæ si recte leguntur, propensione quadam voluntatis suæ in Isocratem, magnam & profectò nimiam laudem ei tribuisse putandus est Cicero, cui tantam gloriam affingit, quantà neminem postea oratorem consecutum existimat. Quid enim? Æschines, aut eo præstatio orator Demosthenes ad Isocratis gloriâ non pervenerunt? Imò etiam multis partibus superaverunt. Neque existimare possum, quamvis valde Isocratem suum amaverit, ut certe amavit, Cicero, ausum tamen cum fuisse, Isocratem non dicam præferre, sed contendere cum Demosthene. Itaque judicet quisque ut volet, ego tamen Ruffini Grammatici lectionem non possum non vehementer approbare, qui hoc loco manifeste legit, *intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo judicio, est poëta consecutus.* Qua lectione, meo judicio, nihil aut verius esse potest aut elegantius, ut videlicet Cicero ita Isocratem laudet, ut dicat, magnum quidem eum oratorem & perfectum magistrum fuisse; sed tamen quia intra privatos modò parietes poëtarum in morem versata sit ejus oratio, neque in forum atque aciem prodierit, non cum oratorum gloria esse comparandum, sed in suo genere meruisse eam laudem, ad quam nemo poëta pervenerit. Ac valde quidem apte & convenienter eum oratorem cum poëtis comparare mihi videtur, qui alioqui eo genere usus est numerosæ orationis quæ parùm à versu differat, & cujus dictionem poëticam Dionysius Alicarnassæus, aliique magni judicii scriptores veteres vocaverunt. Atque hanc tamen lectionem, de qua tantopere asseveravi, si quis non probat, meminerit, eam non à me confictam, sed in veteri Grammatico inventam, divulgatam, & confirmatam.

CAPUT XV.

Ex oratione ea, quæ Ciceroni in Sallustium inscribitur, locus emendatus.

HABEO honorem hunc vel Ciceronis nomini, ut ex oratione ea, quam opinio est, à Cicerone in Sallustium esse conscriptam, depravatum locum quemdam vel indicem, vel emendem: non me hercle orationis ipsius causa, quam ego & ineptam & vix dignam judico quæ iterum legatur, sed, ut dixi, in Ciceronis solius gratiam, cujus eloquentissimi viri nomen illi nescio cujus declamatoris & rabulæ orationi hætenus indignè mansit præfixum. Statim igitur ab initio orationis istius post longum & otiosum exordium, hæc hominis Sophistæ verba sunt:

Verum eò magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus posuit rudimentum; sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliquâ ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, nisi ut lutulentus sus cum quovis volutari. Longè verò opinione fallitur. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur.

In hac oratione usus sum aliquando antiquissimo libro, qui apud Gemblacenses asservatur, in quo illud *sus*, quod statim post *lutulentus* sequitur, manifeste aberat. Ex qua occasione cum locum totum attentius considerare, & cum præcedentibus ac sequentibus conferre coepissem, judicavi sane, verba hæc quomodo in vulgatis leguntur, non satis sincera esse & integra; id quod ex orationis ipsius ductu & serie quilibet mecum facile videat. Quam apte enim aut quomodo tandem ista cohærent? Itaque nihil aliud studet, nisi ut *lutulentus sus cum quovis volutari*. Longè verò opinione fallitur. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur. Sed est quædam, &c. In quibus primis verbis cum impudicitiam Sallustio objicere videatur, statim tamen de procacitate linguæ ejus, & calumniandi studio subjungit. Itaque cum de toto loco attentius aliquando cogitarem, visus mihi sum tandem veram ejus sententiam & germanam lectionem repperisse. Primum enim illud *sus*, quod à veteri libro deest, & quod ex præcedentis dictionis geminata syllaba natum erat, rectè deesse judicandum est. Deinde si illud *volutari* in *velitari* mutaveris, apta & cum sequentibus rectè cohærens efficietur sententia: Itaque nihil aliud studet, nisi ut

lu. 11.

luculentus cum quovis velitari. Longè verò, &c. Id est, ita procax effectus est Sallustius, ut nihil aliud studeat, nisi tamquam homo festivus & luculentus cum quovis velitari, & quemvis calumniis ac improba lingua incessere. Quæ quidem lectio sequentibus statim verbis manifestè comprobatur: *Longè verò opinione fallitur. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur, sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis objectat.* Dicit igitur hic quicumque tandem rabula, Sallustium hominum impuris moribus & à puero in omni scelerum colluvione versatum atque imbutum, non aliud studere ac conari, quam ut eandem vitæ labem quam ipse concepit, in bonos & probos viros derivet & transfundat, eorumque insectatione de sua invidia aliquid deoneret. Longè verò eum hac in re falli & errare ait, neque calumniis aut procacitate linguæ antea vitæ maculas elui; sed potius cum ea flagitia aliis objiciat; quæ ipse in se agnoscat, illud assequi, ut eorum commemoratione, sua & propria vitia in audientium animis renovet, & quodammodo aperiat. Velitari autem hoc loco insectari & probra objicere significat, in quam sententiam apud veteres scriptores frequenter invenitur. Plautus: *Nescio quid velitati estis inter vos*: Afranius, *Interea verba jactare inter se & labiis velitari.* Et alius quispiam comicus: *Compare verbis velitari. Ad rem veni.* Ita autem & Festus velitationem ultrò citroque probrorum objectionem esse ait, idque verbum ab hastis velitaribus ductum ostendit. Quomodo fortassis jocus etiam ille Ciceronis in Epistolis ad Familiares accipiendus sit: *Me autem à te ut scurræ velitem malis oneratum esse, non molestè tuli.* Sed hæc fortè in ejusmodi nugatoria oratione annotare vix operæpretium fuit. Quam qui non videat Cicerone esse indignam, aut parum is profectò in judicando possit, aut de Ciceronis eloquentia valde jejune & maligne sentiat.

C A P U T XVI.

Indicatus Ciceronis locus in Verrem, qui videatur esse ab Æschine.

M. C I C E R O cum C. Verris improbissimum factum & immanissimam prædam graviter coargueret, quam à Judio pupillo templi Castoris nomine extorsisset, callido argumento & ad rem apto usus est, Non esse quæ-

ret.

rendum, quid Verres in ultima Pamphylia aut Sicilia fecisset, qui in illo Castoris monumento, in cottidiano conspectu iudicum & populi Romani posito, tam clarum improbitatis & furtorum suorum testimonium reliquisset. Verba Ciceronis apponam, quibus is hanc rem graviter & acerbe dixit:

Quæremus etiam quid iste in ultimâ Phrygiâ, quid in extremis Pamphyliaë partibus fecerit; qualis in bello prædonum prædo ipse fuerit; qui in foro populi Rom. pirata nefarius reperiat? Dubitamus quid iste in hostium prædâ molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? Expectemus quid dicant ex Sicilia testes?

Æschines porro acer & ipse orator, gnarusque dicendi, cum Timarchi præturam, quam Andri gesserat, reprehenderet, diceretque, eum ad explendas libidines suas multis ingenuis mulieribus vim attulisse, aliaque multa nefanda perpetrasse; postremum hoc ipso argumento, quo Cicero usus est, negatque esse dubitandum quid absens Timarchus apud socios per vim & imperium egisset, qui Athenis in urbe ipsa, in conspectu civium suorum tam insolenter & improbe se gessisset: Τὶ δὲ παραδοκᾶτε τὸν Ἀθῶναιον ὑβριστῶν, οὐκ εἰς τὰς ἀλλὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, νόμων ὄντων, ὑμῶν ὁρώντων, ἐχθρῶν ἐφεστηκότων, τῶν αὐτὸν λαβόντων αἰδοῦν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν, πῶς οὐ ἐλπίσκειν ἀπολειπόμεναι τὴν τῶν ἀσελγείων ἔργον; Aut igitur Ciceroni idem quod Æschini in mentem venit, aut, quod verisimilius est, Cicero, cum ista scriberet, ad illum Æschinis locum exprimendum mentem & cogitationem retulisse existimandus est.

CAPUT XVII.

De Propertii locis duobus conjectura.

PROPERTII versus sunt libro tertio:

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,

Fama nec ex æquo ducitur ulla iugo.

Gloria Lysippo est animosa effingere signa,

Exactis Calamis semibi jactat equis.

Hac Elegia Propertius idem ferè argumentum tractavit, quod Horatius Ode illa prima ad Mæcenatem, alios videlicet alii rei aptos esse & idoneos, & unumquemque in suo genere laudem aliquam & famam merere. Sed in hac secundus ille versus:

Fama

Fama nec ex æquo ducitur ulla jugo.

& sententiam habet intricatam ac obscuram, tum ne lectionem quidem satis fortasse integram. Quod quidem vel lectionis varietas indicare possit. Nam in vetustioribus paullò libris versus hic ita legitur:

Flamma nec ex æquo ducitur ulla rogo.

Quæ lectio, meo judicio, non modò non melior est vulgata, sed etiam deterior, & ad efficiendam idoneam aliquam sententiam longe ineptior. Videamus igitur & nos, quoniam à libris nihil juvamus, possimúsne ex ingenio & divinatione nostra meliorem aliquam hujus loci lectionem & sententiam constitutere. Quid si igitur versus hunc unius vocis levi mutatione ita legamus?

Fama nec ex æquo ducitur una jugo.

Non ausim affirmare, veram hanc & germanam Propertii esse lectionem, sed idoneam & aptam ex ea sententiam effici, id mihi facile est ostendere. Ut Propertius videlicet dicat, ne ex æquo quidem jugo, id est, pari & simili arte eandem famam & idem nomen venire, & summos ac pæne pares artifices; ex eadem tamen arte non eandem gloriam apud posteros invenisse. Quam sententiam certe cum Elegiæ totius argumentum, tum exempla illa statim sequentia valde comprobant, Lysippus, Calamis, Mentor, Praxiteles, summi artifices fuerunt, & in eadem fingendi arte elaboraverunt: disparem tamen & diversam laudem singuli consecuti sunt. Ille marmoreo opere excellit, hic ebore præstat, ille hominum formis cælandis, hic equorum aliorumque animalium magis idoneus est; alius denique alia re magnus est. Ut hoc simile plane sit illi, quod Cicero de Oratore in eandem sententiam scripsit: *Una fingendi ars est, in qua præstantes fuerunt Myrto, Polycletus, Lysippus: qui omnes inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen ut neminem sui velis esse dissimilem. Una est ars ratioque pictura, dissimillimique tamen inter se Leusis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quidquam in arte sua deesse videatur.* Qui Ciceronis locus ita orationi huic Propertii similis est, ut ego eo audacius pronunciem, hunc versus ita uti eum restitui, videri legendum. Quoniam autem ad conjecturas veni, addam hoc loco etiam aliud quoddam seu judicium, seu opinionem meam de versu quodam Propertii, qui libro illo singulari, quem vulgò quartum faciunt, legitur:

Sunt aliquid manes. Lethum non omnia finit,

Lucidaque evictos effugit umbra rogos.

Cynthia namque meo visa est incumbere fulcro,

Murmur ad extrema nuper humata via.

Qui

Qui postremus versus cùm ne is quidem apertam sententiam habeat, nec illud *murmur* hoc loco aptum ullo modo videatur, putavi aliquando, non incommode *marmor* legi posse, hac sententiâ : Cynthia nuper ante oculos observari mihi in somniis visa est, illa, inquam, ipsa Cynthia, quæ ad marmor & sepulcrum extremæ viæ condita est. Quod enim in sepulcris monumenta ex marmore plerumque constitui solent, marmor ipsum pro sepulcro aliquando accipi videtur, ut illo Propertii versu:

Quandocumque igitur utinam mea fata reposcent,

Et breve in exiguo marmore nomen ero.

Sepulta autem Cynthia fuit in extremâ viâ Tiburtinâ prope ripam Anienis, siquid hoc fortè ad rem pertinet.

C A P U T XVIII.

De Ciceronis loco in Pisonem conjectura tenuis.

SENTIO me his scripturis conjecturas quasdam meas inspersisse, quæ neque mihi ipsi magnoperè probentur, & à legentibus fortasse etiam rideantur. Quæ sive stultitia mea est, sive temeritas vocanda, interpretetur enim quisque ut volet, tamen in hac sententiâ ita constanter maneo, nihil ut tam mingtum aut leve occurrat, quod magnis Auctoribus lucem aliquam afferre possit, quin id libenter scriptis meis mandem, & eruditorum judicio subijciam. Quod quidem ipsum etiam nunc in Ciceronis loco quodam facturum sum, ed quidem liberiùs & libentiùs, quod & locus ipse ejusmodi est, quem corruptum & depravatum esse constet, ut eum hac temeritate meâ amplius depravare non possim; & quod hac in re virorum eruditorum exemplum sequor, qui hunc ipsum locum eadem audaciâ quâ nos, de opinione suâ restituere sunt conati. Locus Ciceronis quem dico hic est:

Quod mihi igitur certamen esset ejusmodi? Cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero barbaro Epicuro, cum altero Catilinæ laternario?

In vetustis libris partim *Laternarius*, partim *Lautumarius*, exstare viri eruditi testantur. Ex quo postremo magni judicii & ingenii vir A. Turnebus *Lautumarius*, quasi colonus & inhabitator carceris faciendum subtiliter putavit. Mihi fuit cùm probaretur *Laternarius* legi, quasi alter Catilinæ sodalis, atque ita intimus qui à latere ejus numquam discederet. Nunc cùm locum attentius consideravi, longè aliud mihi videtur, neque aut illud *Laternarius* aut *Lautumarius* probo, sed corruptam totam sententiam

T

existi-

existimo, & quâ à lectione, quâ ab interpunctione mendosam, de quâ restituenda conjecturam meam equidem proponam. Veterum librorum lectionem, inter alias esse *Lautumarius*, Faërnus & alii testati sunt. Ejus lectionis vestigia diu scrutatus, visum est mihi tandem, ducente me ad eam opinionem sententia ipsa, legendum ex eo, *at timui, ais*. Quod quidem mirum est quàm aptè & eleganter ad totam sententiam hîc conveniat. Sed locum prius totum proponam quomodo legendum eum judico, tum interpretabor: *Quod mihi igitur certamen esset ejusmodi? Cum C. Mario scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero Barbaro Epicuro? cum altero Catilina? At timui, ais*. Quos? nempe herclè ego neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fusi, neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbini- bus ac fluctibus reip. navem gubernassem, salvamque in portu collocassem, si onus tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Pro illo igitur Catilinæ, Catilina lego, ut respondeat illi quod ait, *cum altero Epicuro*. Illud autem, *At timui, ais*, Cicero dixit quasi respondens, opinor orationi Pisonis, quam ille ante Ciceronem eodem die in Senatu habuerat. Nam quoties de discessu suo Cicero loquitur, valdè semper laborat, ut timoris & parvi animi suspicionem à se removeat; quod unum præcipuè inimici in eo criminabantur, tamquam non per vim expulsus esset, sed homo fracti & abjecti animi per timorem spontè discessisset. Quod & ex oratione pro Sextio, aliis locis apertè videre licet. Atque hæc lectio mea valdè ex sequentibus, si quis attenderit, confirmari videtur, *Nempe herclè ego*, inquit *neque tuum supercilium, neque collegæ tui cymbala fusi, nec tam fui timidus*, &c. Quibus omnibus non aliud quàm timoris opinionem detestatur & excusat, ut omnino appareat simile aliquid à Pisone ei antè fuisse objectum, cui nunc respondeat. Et ceteroqui certè illud quos, nisi ita, ut ego dixi, interrogando legatur, apertè supererare & redundare hoc loco videtur. Sed nolo de hac conjectura mea ampliùs asseverare, ne eam confirmando etiam probare videar; quam tamen testor me non ante rejecturum, quam eruditis viris, quibus hunc locum delego, eam displicere videro.

CAPUT .XIX.

Videri veteres nomina quædam aliter scripsisse & pronunciasse quàm hodie scribimus, in eamque rem Varronis locus explicatus.

IN multis veteres illos Romanos aliam quamdà & longè diversam à nostra partim scribendi partim pronunciansi rationem secutos esse, & jam ante alibi demonstrare me memini, & his paucis exemplis quæ afferam, fiet manifestius. Frons, Pons, Mons, atque ex hoc genere alia, ea omnia nos per N. litteram, uti ego scripsi, efferimus, & rectè efferimus; veteres tamen illi nostri nescio an hæc omnia, Pos, Mos, Fros, sine ea littera pronunciasse existimandi sint. Terentius quidem Varro vir cum Græcis litteris perfectus & Latinis, tum antiquitatis cum primis imitator diligens, non aliter ea nomina scripsisse videtur. Atque hinc facit quod Sosipater Charisius annotat, Varronem in libris Antiquitatum Romanarum, *Fors, fænum, messis*, sine N. littera *Fros* scripsisse, & quod Varro ipse sub initium, opinor, IV. libri de Lingua Latina ad Ciceronem scriptum reliquit, *Videtur etiam pos potius pentem significare, quàm potentem*, qui sane locus ab hac scriptura aperte est. Quid enim Pons, ut nos dicimus, cum potente commune habere possit, nisi Varro, atque illa eruditorum ætas id generis nomina sine hac littera pronunciasset? Nonio etiam Marcello in hanc rem testimonium denunciare possem, nisi duo quædam certissima ejus loca per imperitorum in depravandis veterum scriptis audaciam mihi essent crepta: quæ tamen ego non patiar jacere in tenebris, eaque à vitio, si possum vindicabo. Duobus igitur locis diligenter Nonius & studiose annotat, *Fros* pro fronde à Varrone esse usurpatum, quibus tamen locis vulgati depravate, *Frons* referunt. Quid enim Nonio in mentem venerit tam seriò bis admonere, *Frons* pro fronde veteres dixisse, rem & usitatam, & vel pueris notam? Præsertim etiam cum in exemplis quæ Nonius affert, non aliud, quàm *Fros*, recto casu inveniantur. Ergo Nonius his quidem locis corrigendus est, neque aliud monere voluisse putandus, quàm id, quod etiam Charisius admonuit, *Fros* pro fronde veteres dixisse. Solent autem, ut etiam id addam, in aliis quibusdam dictionibus N. litteram ut supervacuum, minimeque necessariam vetustiores rejicere. Ita *Tunfus & Pianfus*, & item *Tusus & Prasus*, in præterito sine ullo discrimine veteres pronunciasse, Papirianus antiquus Grammaticus testatur.

CAPUT XX.

*Plutarchum & Appianum in Ciceronis historiâ
leviter errasse videri.*

CRÆCOS homines in omni litterarum genere semper nostris doctiores & eruditiores habitos esse & fateor, & facile patior. Sed tamen valdè oportet & nostra fastidiat, & externa amet, qui Græcos in historiâ describendâ cum Romanis audeat contendere. Non quin ii & plures, & acriori etiam studio in hanc scribendi laudem incubuerint; sed quòd ferè videmus eos in externis præcipuè & peregrinis historiis describendis nullâ animi provisione fugere potuisse, quin varia cùm in rebus ipsis gestis peccarent, tum in nominibus præcipuè propriis turpiter laborerentur. Quale, exempli causâ, illud mihi videtur, quod Plutarchus & Appianus tradiderunt, M. Catonem primùm in Senatu honorificum illud & verissimum Patris patriæ cognomen Ciceroni tribuisse. Magni viri, qui hoc tradiderunt, quis negat? Sed tamen siue hoc illi aliorum auctoritate inducti ita scripserint, siue etiam in nomine, quod ego existimo, neglegenter erraverint, non laboro: mihi quidem patiamini, quæso, graviolem hac in re Ciceronis ipsius auctoritatem esse, quàm istorum, quamvis magnum testimonium. Nam Cicero quidem sæpius testatur, hunc sibi tantum honorem à Q. Catulo esse habitum: veluti oratione in L. Pisonem, *Me, inquit, Q. Catulus princeps hujus ordinis & auctor publici consilii frequentissimo Senatu Patrem patriæ nominavit.* Et pro Sextio: *Me me ille ut patrem deplorandum putabat, quem Q. Catulus, quem multi alii sæpè in Senatu Patrem patriæ nominarant.* Quòd si Cato, ut illi volunt, princeps hoc cognomen Ciceroni dedisset, valdè profectò ingratus Cicero fuerit, qui quoties de hac re meminit, à Q. Catulo hunc honorem sibi habitum esse testetur, de Catone hac in parte verbum nusquam fecerit. Nam quòd Cicero testatur, etiam alios multos hoc nomen sibi dedisse, in iis si quis Catonem numerare vult, non repugno; & fieri potest, ut post Q. Catulum, & alios, etiam Cato hoc honorifico nomine Ciceronem vocaverit; sed ut Cato primus hoc tantum laudis testimonium Ciceroni tribuerit, non puto ullo modo iis concedendum. Neque existimare possum, Ciceronem, cùm esset inprimis avidus & appetens gloriæ, & posset hujus tanti & tam gravis viri nomine aliquid famæ rebus suis gestis addere, nullo libro aut scripto testatum relicturum fuisse, hunc honorem sibi à Catone esse habitum, si tamen, ut illi volunt, habi-

tus

tus fuisset. Huc accedit, quòd cùm Cato semper in Ciceronem turpiter malevolus fuerit, quod ipse alibi in Epistolis ad Atticum conqueritur, non videatur tantum & tam honorificum testimonium præter morem suum Ciceroni daturus fuisse. Fieri igitur potest, ut Græci illi vicinitate aliquâ nominum, seu nescio quâ aliâ causâ decepti erraverint; Ciceroni quidem hac in parte non credere, impudentiæ sit.

CAPUT XXI.

M. Varronis librorum aliquot tituli restituti.

NESCIŌ equidem an plerisque Varronis librorum titulis aliquid vel depravatius cogitari possit, vel corruptius. Quod accidit magnam partem superioris ætatis inscitia & jejunitate bonarum artium, tum Græcæ præcipuè linguæ ignorantia, qua cùm hic auctor & in libris, & in inscriptionibus plurima usus sit, mirum videri non debet si hæc depravata sunt ab iis, qui, non dicam, intelligere, sed vix meherculè, aut ne vix quidem commodè legere Græca possent. Ego hoc capite carptim & strictim, ut quidque occurreret, inscriptiones aliquot, quas corruptas judico, indicabo, de quæ iis emendandis judicium meum sententiamque interponam Apud Nonium Marcellum Varronis Satyræ cujusdam titulus exstat, *Ephemeride navali*. Quam inscriptionem corruptam esse, ex Prisciano licet intelligere. Qui hanc ipsam Satyram ita citat, *Varro Ephemeride*, omiſsa aliena & superflua ea voce *navali*: quæ non ad titulum ipsum adjungenda fuit, sed cum sequentibus Varronis verbis connectenda. Itaque Nonii locus ita meo judicio corrigendus est, *Varro Ephemeride. Navales Etesia diutius & uberius flaverant. Vel etiam fortasse legendum Nivales*. Scriptores autem librarii, sententiæ ipsius primum verbum cum inscriptione imperitè conjungentes, *Ephemeride navali*, ex eo fecerant. Alia Varronis Satyra est, quæ hunc depravatam titulum apud Nonium præfert, *περί λέξεων*, quæ inscriptio ex ejusdem Prisciani auctoritate, & Satyræ ipsius argumento, *περί ἀρεσκων*, commutanda est. Id est, De opinionibus seu sectis. Egit enim ea Satyra Varro de diversis sectis & sententiis discrepantium philosophorum, eosque pro more suo facete infectatus est: cui argumento quàm hæc *περί ἀρεσκων* inscriptio certè conveniat, & quàm illa altera nullo modo accommodari possit, quivis faciliè dijudicet. Varronis etiam libri *De Rerum natura*, qui à Nonio citantur, cùm ejus

argumenti nullos Varro scripserit, nati mihi videntur ex perversa notarum interpretatione; & cum *De Rust.* apud Nonium scriptum esset, id est, De Re rustica, ab imperitis ex eo, De Rerum natura, factum esse. Nam locus etiam ipse, quem Nonius à Varrone affert, aperte ad libros De Re rustica pertinere videtur, *Ne familiarient cum vicinis.* Quod præceptum ut tractationi de rerum natura accommodari non potest, ita rei rusticæ optime convenit, in qua pax, & cum vicino tranquillitas quam necessaria sit, etiam alii Rei rusticæ scriptores monuerunt. Eadem erroris causa est, quod apud Nonium *Varro de Re pub.* aliquoties legitur, ubi manifeste de Re rustica scribi oportebat, ut apud Nonium in dictione Olivitatem, apud eundem in Præsepe, & alibi. Quæ omnia ad libros de Re rustica pertinere, ex fragmentis ipsis perspicuum est. Illud etiam valde advertendum, extraneos & aliorum scriptorum libros Varroni sæpe attributos inveniri. Ut apud Nonium Varro in Corollario: *Dividia mihi fuerunt tam desidio a fuisse te.* Manifesto quidem errore, cum & ea Comædia, & versus ipse poetæ Nævii sint. Nævius enim, quod ex multis auctoribus constat, fabulam Corollarium scripsit, non Varro noster. Ita apud eundem *Varro in Synephæbis* nominatur, quos perspicuum est comici esse Pomponii. Sic è contra libri *Epistolicarum questionum*, qui Varronis sunt, Catoni attributi leguntur apud Agellium. Sed dies me ante defecerit, quam hos atque alios ejus generis errores singulatim decurfos enumeraverim. Dii imperitis istis male faciant, quorum negligentia & inscitia hæc menda possumus referre accepta.

C A P U T XXII.

*M. Ciceronis locus Invektivarum libro quarto,
& libro primo emendatus.*

QUOD dicturus sum hoc loco, fortasse reipsa parvum sit, sed ad sententiam Ciceronis non parvum. Cicero quartâ oratione in Catilinam:

Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi.

Ita quidem & libri veteres constanter habent, & D. Lambinus vir eruditissimus edidit, & sententia sanè ipsa non incommoda est: nec celabo tamen lectorem conjecturam meam. Mihi enim aliquando ex sententiâ ipsâ legendum hoc loco videbatur; *Multa meo q. d. sine vestro*

timore sanavi. Hoc enim Cicero videtur omnino voluisse dicere, multa se tacuisse, multa dissimulasse, & sine populi timore aut tumultu, propriis consiliis & privato praesidio sanasse. Sed hoc opinionis meae est, illud de veteris libri, quo usus sum, auctoritate, oratione primam locum hunc ita legendum videri; *Tum denique interficere, cum jam nemo tam perditus, tam improbus, tam tui similis reperietur, &c.* Quae lectio commodior sanè videtur, quam quae in vulgatis est: *Tum denique interficiam te.* Neque enim, opinor, Cicero ipse Catilinam suis manibus interfectorus erat,

C A P U T XXIII.

*De Sex. Propertii cognomine disceptatum,
& ibidem de patre ejus quaesitum.*

DA TE mihi, obsecro hoc loco hanc veniam, ut liceat mihi paullisper in re tenui, & incertâ indagandâ, otio meo, & patientiâ vestrâ abuti. De Propertii cognomine subtilius fortasse disputabo quàm veriùs: sed amor & judicium de poetâ isto meum faciunt, ut nihil mihi parvum aut minutum videri possit, quod ad eum scriptorem quomodocumque pertineat. Nedum res tanta levis mihi videatur, in quâ de nomine, & familiâ, ac pænè famâ Propertii mei disputandum est. Beroaldus homo, ut illa tempora ferebant, neque indoctus, & minimè malus, testatur, libros ferè omnes, quotquot ante etatem nostram, renascentibus jamprimùm litteris, divulgati sunt, in fronte referre hunc titulum, *Sex. Propertii Nautæ*, quæ inscriptio etiam in antiquioribus quibusnam libris exstat. Quod etsi, Beroaldi judicio, omnino rejiciendum est, qui illud *Nautæ* alienum hoc loco & ineptum putat, & ab imperitis nescio quâ occasione additum; mihi tamen accuratiùs ea de re cogitanti non ita temerè librorum, & totius illius ætatis consensus repudiandus videtur; sed diligentius quærendum siquid altius sub eo lateret, & ecquid ex falso illo & depravato titulo veritas tamen posset erui. Quod ego quidem existimo; & cum nullo modo persuadere mihi possim, in illa priori & simplici ætate aliquem sua sponte illud *Nautæ* adjecisse: huc ferè labor, ut existimem ex corruptâ illa inscriptione faciendum, *Sex. Propertii Nattæ*. *Nattæ* autem apud Romanos noti fuerunt. Quorum apud Ciceronem, atque alios fit sæpè mentio. Sed hoc ego non pro sententiâ apud vos, sed pro conjectura haberi volo, neque hac in re judicem me, sed disceptatorem

torem ab initio professus sum. Sed ut hoc de Propertii cognomine incertum est, ita æque dubium illud, quo de patre ejus disceptari video, quem plerique omnes captum referunt inter eos, qui L. Antonium secuti, postea, Perusia capta à D. Augusto occisi sunt. Quod an constanter satis & verè traditum ab iis sit, nescio. Nam quòd illi ex ultima libri primi Elegia hoc colligi putant, falluntur, quæ non de patre Propertii, sed de Gallo quodam homine & amico sibi & propinquo intellegenda est, cujus acerbam mortem Elegia illa dolenter deplorat:

Qualis & unde genus, qui sint mihi, Tulle, penates,

Quæris pro nostrâ semper amicitia.

Si Perusia tibi patriæ sunt nota sepulcra,

Italiae duris funera temporibus.

Cum Romana suos egit discordia cives;

Sit mihi præcipue pulvis Etrusca dolor.

Tu projecta mei perpeffa es membra propinqui,

Tu nullo miseri contegis ossa solo.

Proxima supposito contingens Umbria campo

Me genuit, terris fertilis uberibus.

Quæ omnia non esse de patre Propertii, sed de hoc Gallo, quem dixi intellegenda, illud judicio est, quòd præcedente Elegia Gallum ipsum de hoc casu suo eodem modo fecit loquentem, quomodo hîc ipse commemorat. Utrobique enim dispersa insepulti ejus ossa in Etruria ait, ut hîc:

Tu projecta mei perpeffa es membra propinqui,

Tu nullo miseri contegis ossa solo.

Et priore Elegia de eadem re:

Et quicumque super dispersa invenerit ossa

Montibus Etruscis, hæc sciat esse mea.

Deinde etiam, etsi hoc levius est, non videtur tamen, si de patre loqueretur, dicturus fuisse:

Tu projecta mei perpeffa es membra propinqui.

Cur enim patrem, propinquum potius, quam parentem appellaret? Proscriptum sane patrem ejus fuisse, vel graviore aliquo judicii casu afflictum, satis vel ex illo versu constat:

Abstulit excultas pertica tristis opes.

Ceterum cum non tantum proscriptorum, sed etiam judicio damnatorum bona hastæ subjici soleant, quid si dicamus, illum Sex. Propertium, cujus nomen à Sex. Clodio delatum fuisse Cicero oratione pro Domo sua testatur, patrem fuisse hujus nostri Propertii? Qui fortasse illo, aut alio quopiam judicio damnatus solum verterit, bonis publicatis & sub hasta divenditis.

CAPUT XXIV.

Ciceronis loci duo, quos mutuatus videtur ab Isocrate.

M. CICERO Cæsarianâ oratione primâ quâ gratias C. Cæsari pro restitutione Marcelli, nomine Senatus egit, cùm quasi præcepta quædam de constituendâ republ. firmanda pace, revocandis legibus & judiciis Cæsari daret, maximè cum nominis & gloriæ, quam ex ea re consecuturus esset, admonuit. Et quoniam Cæsar aliquando dicere esset solitus, satis se & naturæ suæ & gloriæ vixisse, modicè & verecundè magnificam illam vocem ejus reprehendit, multis ostendens, hominem in eam reip. administrandæ viam ingressum, numquam expleri debere gloria, neque eam nominis famam putare satis magnam, quâ præclariorem & ampliorem alius aliquis assequi posset:

Itaque, inquit, præclaram illam & sapientissimam vocem tuam invitus audiui, satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ; satis, si ita vis, naturæ; addo etiam, si placet gloriæ. At quod maximum est, patriæ certè parum. Et statim: Quid si istud ne gloriæ quidem tuæ satis est? Cujus te esse avidissimum, quamvis sis sapiens, non negabis. Parumne igitur, inquires, magnam gloriam relinquemus? Imò verò alius quamvis multis, satis, tibi uni parum: quidquid enim est & quamvis amplum sit, id certè parum est tui, cùm est aliquid amplius.

Isocrates etiam cùm Philippum regem ad bellum Asiaticum incitare vellet, proponit ei quantam gloriam, quantumque nomen ex ea re consecuturus sit, additque in alijs sanè rebus moderationem quamdam & modum esse debere, gloriæ dumtaxat & famæ in principe viro numquam debere esse satietatem: Εἴ τι δὲ πρὸς μὴ ἄλλο π τῶν ὀντων ἀπλῶς ἔχειν, & καλόν. αἱ δὲ μεταίτητες αὐτῶν τοῖς πολλοῖς εὐδοκίμῃσι. δόξης δὲ μεγάλης καὶ καλῆς ἐπιθυμεῖν, καὶ μηδέ ποτ' ἐκπύλασθαι αὐτῆς τοῖς πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκῆν. Ergo uterque quidem eodem argumento ad res præclaras, ille Cæsarem, hic Philippum cohortatus est; sed Isocrates ut in Epistolâ angustius, noster ut in oratione grandius & natiùs. Ille etiam Ciceronis locus oratione De Aruspicum responsis:

Quòd sic cetera nos magis pervulgata sæpè moverunt; vox ipsa Deorum immortalium non moventes omnium permovet? Nolite enim id putare accidere posse, quòd in fabulis

ſæpè videtis fieri, ut Deus aliquis deſapſus de cælo cœtæres hominum adeat, verſetur in terris, cum hominibus colloquatur, &c.

Non valdè diſſimilis eſt illi Iſocratis, oratione ad Philip-
pum regem, quem ipſe etiam admonet fieri non poſſe, ut
Deorum aliquis cum hominibus verſetur, aut tangendum
videndumque ſe præbeat. Iſocratis verba ſunt, Οἷμας
δὲ σὶ ἐκ ἀγνοεῖν, ὅτι πρὸς τοὺς θεοὺς τὰ ἀνθρώπων διαίκεται. οὐ γὰρ
αὐτόχρηδες ἔτε μὲν ἀγαθῶν, ἔτε τὴν κακὴν γίνονται τῶν συνόν-
των αὐτοῖς. ἀλλ' ἐκάστος τοιαύτην ἔννοιαν ἐκπορεύεται, ὥς τε δι' ἀλλή-
λων ἡμῶν ἐκάτεροι ἀφ' ἑαυτῶν γίνονται τὰ πάντα. Quidd autem ſuperitis,
ut id breviter admoneam, Ciceronem oratione prima Cæ-
ſariana nominavi, ſecutus ſum in eo veteres Grammati-
cos, quos ego tres iſtas orationes, quæ ad Cæſarem ha-
bitæ fuerunt, Cæſarianas nominare obſervavi, *Pro M.
Marcello. Pro Q. Ligario. Pro rege Dejotaro.* Atque ita e-
mendandus Nonius eſt in diſtione *Æmulatio, Tullius in
Cæſarianâ* I. Vulgati, *Tullius Cæſaria.* Probus etiam ma-
niſeſtè verba quædam ex oratione pro rege Dejotaro af-
ferens, Ciceronem in Cæſarianis citat. Ut ſatis conſtet,
orationes has tres, quia præter morem reliquarum non ad-
judices, aut populum; ſed ad dominantem Cæſarem di-
ctæ eſſent, ut unum corpus vel à Tyrone Tullio, vel à
Grammaticis redactas, & uno nomine Cæſarianas vo-
catas.

CAPUT XXV.

*M. Varronis libro tertio, De Vita populi
Romani loca duo emendata.*

SÆPIVS mihi ad partes M. Varro vocandus eſt, in cuius
ſeruditiffimis ſcriptis pervolvendis, & fragmentis diſper-
ſis ſtudioſè colligendis, utinam verè proſiteri poſſim, me
tam utilem quàm diligentem operam inſumpſiſſe. Eſſet
cauſſa cur & me laboris huius mei minùs pæniteret, & vos
item fructum aliquem indiſtriæ meæ caperetis. Sed hoc
quantumcumque præſtiti, quod ſentio quàm ſit exiguum,
aliquando fortaliſis reipſa oſtendam, ſi id quod jam habeo
affectum, aliquando per otium conſectum reddere po-
tucro: nunc autem quod in manibus eſt, agamus. Var-
ronis libro tertio De vita populi Romani verba hæc
ſunt;

*Ut ejus convivium qui triumpharet in Capitolio vide-
tur eſſe proprium, ut ipſe potiùs domum reduceretur à
convivio.*

Cujus

Cujus loci facilis & aperta futura sententia est, si redundantem eam vocem *convivium* alieno loco insertam sustuleris, & sic legas, *Ut ejus qui triumpharet in Capitolio v.e. p. &c.* Hoc enim Varro dicit solitum apud Romanos veteres in honorem ejus qui triumpharet, observari, ut ipse comitante tota multitudine cœnatus domum deduceretur, non autem alios ipse quamvis majores deduceret. Cujus moris etiam alii auctores meminerunt. Eodem etiam libro locus iste est:

Si cujus legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, ut dederentur civitati statuerunt.

Quo loco aptè mihi videtur legi posse, *Si jus legati violatum esset.* Agit autem de Jure legationis, quod apud omnes gentes sanctum & inviolatum esse debet. Ut autem in illo superiori Varronis loco vocis redundantia depravata sententia est, ita etiam in Ciceronis libro quarto in Verrem de signis, locus est, qui meo judicio, sublata superflua voce, emendandus est. Cicero loquens de Mamerthinis:

Tritici modium LX. millia emt a populo Ro. dare debebant, & solebant, abs te solo remissum est. Respublica detrimentum fecit, quod per te imperii jus una in civitate imminutum est: Siculi, quod ipsum hoc non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos & Halefinos immunes populos; & hoc plus impositum quam ferre possent.

Quo loco sanè vox *Siculi* superare & redundare videtur, nec ad sententiam quidquam facit, nisi fortè, quod mihi proximè verum videtur, locus totus à distinctione mendosus est, atque ita restituendus, *Tritici m. lxx. m. e. p. R. d. d. e. f. a. t. f. r. est. respublica detrimentum fecit, quod per te imperii jus in una civitate imminutum est Siciliae; quod ipsum hoc, &c.* Ut illud *Siculi* in *Siciliae* mutemus, quomodo mihi quidem commoda & apta sententia confieri videtur.

C A P U T XXVI.

*Ciceronis vulgata lectio contra D. Lambinum
& A. Patricium defensa.*

FRAGMENTVM quoddam ex Corneliana oratione secunda apud Ciceronem in Oratore ad Brutum exstat, elegans valde, & numerorum rotunditate concinnum:

Neque
4

Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi mercatores vœnalitiique superarunt.

Hoc loco D. Lambinus & A. Patricius, præstanti eruditione & judicio viri, contra libros omnes ausi sunt substituere *Vœnalitarii*, pro eo quod *Vœnalitii* apud Ciceronem legitur. Ea ratione moti, quòd *Vœnalitii* servi ipsi vœnales dicantur; *Vœnalitarii* autem mangones fiant. In quo quàm valdè eruditi isti homines, quod bona venia paceque eorum dicere mihi liceat, fallantur, ex Nonii Marcelli, & Quintilianii testimonio licet cognoscere. Nam Nonius quidem Marcellus in voce *Vœnalitii* apertè hunc ipsum locum adducens annotat, Ciceronem hic, *Vœnalitios* pro *Vœnalitariis* nova quadam minimeque vulgari ratione posuisse. Et Quintilianus item libro nono hunc ipsum locum quomodo in vulgatis exstat, videtur legere. Ut illorum quidem doctorum virorum nimium hac in parte vel acumen vel subtilitas, nolo graviore nomine appellare, nemini placere possit, nisi qui vel librorum omnium fidem neglegat, vel antiquissimorum Grammaticorum certam auctoritatem contemnendam putet. Atque hoc ego non dissentiendi studio contra litteratos istos homines, & quibus summa omnia tribuo, disserui; sed hoc exemplum interpositum volui, nequid temerè in veterum scriptis præter librorum constantem auctoritatem innovetur. In quo si aliquando viri intellegentes, & in omni antiquitate versati, parum sibi temperarunt; cogitare debemus, quid homines imperiti & doctrinæ vana specie subnixi, quibus omnia pro ingenii sui captu metiri mos est, in pervertendis veterum scriptis nonnumquam sibi permiserint.

C A P U T XXVII.

In Festo loca aliquot emendata.

OPTANDUM maximè esset ut veterum scripta propria & germana ad nos venissent, neque eorum vicem decurtatas quasdam & fractas Epitomas haberemus. Quod quidem incommodum referre acceptum possumus iis imperitis hominibus, qui rem gratam & fructuosam facere se juventuti existimabant, si longiora, ut ipsis videbatur, veterum volumina in breviorum quamdam, & quasi Enchiridii formam collectis optimis contraherent: In quo quidem tanto dilectu, si Diis placet, homines rudes versati sunt, ut accisis ferè & ut superfluis rejectis veterum scriptorum testimoniis, pro iis nescio quas nugas & mœras ineptias nobis reliquerint. Sensit id incommodum maxime

ximè nescio cujus Pauli Diaconi culpa Festus , atque ita sensit, ut multis extraneis pro collectoris ejus libidine admittis , in Festo Festum difficile sit agnoscere. Sed huic rei Antonii Augustini , quem ego virum , ut ejus dignitas & doctrina postulant, honestatis causa nomino, diligentia magnam opem attulit , qui multa Festi propria loca ex vetustissimis membranis nobis restituit , atque ex ingenio etiam & opinione sua quædam emendavit. Sed quamquam ille & optimis aliquot libris usus sit , & ingenio ac judicio in veterum scriptis tanto sit , quantum in paucis cognovimus , videntur tamen cum pauca quædam vel fugisse, vel præterisse , de quibus unum ego nunc proponam, quod apud Festum variis locis depravatè legitur. *Dice* pro *dicam*, *attinge* pro *attingam* , veteres usurpasse sæpiùs reperies. Quod certè corruptum ubique apud eum judico : & cum ex Quinctiliani certâ auctoritate constet, Catonem Censorium , vetustioresque alios ea quæ nos *Dicam*, *Faciamefferimus* , *Dicem* , *Faciem*, pronunciasse; audacter quidem apud Festum iis locis omnibus corrigendum pronuncio , *attingem* pro *attingam* , & *dicem* pro *dicam*, similiaque omnia.

C A P U T XXVIII.

M. Ciceronis locus Oratione pro Cluentio Avito, qui videatur è Demosthene integer expressus.

ELEGANS cum primis , & plena artis ac ingenii est Ciceronis illa oratio , quam pro Cluentio Avito invidioso reo , & aliquot præjudiciis pænè damnato prætor habuit. In quâ defensione cum res & causa ita tulissent , ut de legibus earumque utilitate copiosius differendum esset, usus est argumento subtili , & ad rem tempusque illud valdè apto, quo doceret omnia legibus administrari , neque ab iis sine pernicie & interitu universæ reip. posse discedi:

Ut corpora, inquit, nostra sine mente , sic civitas sine legibus suis partibus ut nervis ac sanguine & membris uti non potest. Legum ministri , magistratus , legum interpretes, judices : legum denique idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus. Quid est , Q. Naso, cur tu in isto loco sedes ? Quæ vi est, quâ abs te hi judices tali dignitate præditi coercantur ? Vos autem judices, quamobrem ex tam magnâ multitudine civium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis ? Quo jure Attius
quæ

quæ voluit, dixit? Cur mihi tam diu potestas dicendi datur? Quid sibi autem illi scribe? Quid lictores? Quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? Opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc iudicium quasi mente quædam administrari & regi.

Docuit igitur Cicero valdè quidem aptè & accommodatè, ex iudicii ipsius quod habebatur, formâ, omnes Reipublicæ partes legum præscripto & ordine administrari, à quibus si recedatur, rerum omnium confusionem & perturbationem necessariò consequi. Demosthenes autem summus & ipse orator, cum eandem legum auctoritatem oratione prima contra Aristogitonem constituere vellet, in eamque rem præclara multa attulisset, etiam illa superiora dixit, quæ Cicero quàm paucissimis mutatis ab eo mutuatus est. Ἀλλ' ὅτι πᾶς ὁ τ' πόλεως, καὶ τῶν νόμων κόσμος, οἱ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συνᾶρξάτε καὶ ἀφ' ὧν ἐστὶ τῶν καὶ τὰ οἴμῃ σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω. Λέξω δὲ ἕτερον, ἕτερον δὲ ἕτερον, ἕτερον δὲ ἕτερον, ἀλλ' ὁ πάντες ὑμεῖς ἴτε ὁμοίως ἐμὴ. Εἰ γὰρ τις ὑμῶν ἐξέσται ἐξελθὼν, πῶς ποτ' ἐπὶ τὸ αἶπον καὶ τὸ ποιεῖν τὴν βέλλῃ συζήσας, τὸν δῆμον εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβάντων, πῶς δικαστήρια πληροῦς, πῶς ἑνὸς ἀρχῆς ταῖς νέαις ἐκείναις ὑπεξίναται, πάντα δὲ ὅν ἡ πόλις διοικεῖται καὶ σώζεται, γίγνεται. τὰς νόμους δὲ ῥήσας, καὶ τὸ τῶν αἰσίων πείθεσθαι. Et paullo post: Τὸ τὴν ἐκκλήν τὰς πινυακασίας ἀπὸ τ' ἀσθενὲς πυνυτοὶ κινηκλίδων τῶν ἀπορήτων κυρίαν εἶναι, καὶ μὴ τὰς ἰδιώτας ἐκφύναται. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείῃ πάργου βελλῇ, ὅταν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ κατὰ νόμον ἀσθενὲς ἀπορήτων, καὶ πολλὰ ἢ συχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, καὶ ἀπαιτῶν ἐκποδὸν ὑποχωρεῖν. Τὸ πῶς ἀρχῆς ἀπάσας ὅσας οἱ λαχόντες ἀρχῶν ὑμῶν, ἀμφοτέρω τῶν ὑπερίων εἰπείν. Μετῴθητε ἔξω, τῶν νόμων κρατεῖν, ἐφ' οἷς εἰσεπέμφθησαν, καὶ μὴ τὰς ἀσθενέστοις βιάζεσθαι. Ἄλλα μελέα. πάντα γὰρ καλὰ καὶ σεμνὰ, καὶ δὲ ἂν ἡ πόλις ὑπομείνεται καὶ σώζεται, εἴτοι φυλάττοιται. Et posteriùs: Καὶ πῶς δὲ λέγειν, ὅτι τῶν νόμων ἀπαιτῶν κομμεῖται, καὶ τῶν τῶν πείθεσθαι. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πάντων ἄρτι κληρονομοῦντες Ἀθηναίων, καὶ πάντων οὐ οἶδ' ὅτι ἐκποδὸν εἰς τὰ λαχόντων τὸ δικαστήριον μένοι δ' ἐκείναις ὑμῖν. Διὰ τί; ὅτι ἐλάττω, εἴτα ἀπεκλήρωθητε. αὐτὰ γὰρ οἱ νόμοι λέγουσιν.

C A P U T XXIX.

*De scribendi ratione in verbis quibusdam
breuiter disceptatum.*

QUOD eruditi quidam viri & scientiæ ejus quæ ad attiquitatem pertinet, cum primis studiosi constanter asseueraverunt, & item libris suis ediderunt, exsulium non

non aliter quàm per u scribendum : videlicet exemplo suo docuerunt , nihil esse in his minutis rebus indagandis æque fugiendum ac nimiam illam curiositatem , & in rationibus inquirendis superfluum subtilitatem. Nam quia Exsilium ab exsule derivetur , Exsul autem quasi ex solo ire sit , omnino juxta analogiæ rationem , Exsulium scribendum censuerunt. In quo dupliciter falluntur ; quòd & veterem scribendi loquendique consuetudinem ad certam rationem & astrictas quasdam regulas dirigendam putent , & quòd ab Exsule Exsulium , juxta analogiæ veritatem derivandum existimant. Nam si ratio postulat ut ab Exsule Exsulium , cur non simili ratione à consule Consulium probent , equidem nescio. Sed quid in re clara opus est verbis ? Refelluntur enim isti analogiæ consecratores primùm librorum omnium auctoritate , quibus plurimum tamen tribuere se profitentur : deinde etiam Grammatici vêtusti certo testimonio , Entychetis , inquam , qui hac de re ita scribit , *A consulo , inquit , & exsulo , V. in I. conversâ , consilium , exsilium dicimus.* Repudianda est igitur eorum subtilitas , qui levi aut nulla ratione mori , à vulgata & veteri scribendi consuetudine temere discesserunt. Quoniam autem in hunc sermonem semel ingressus sum , non pigebit me alia quædam , quæ aut ipse nova in veteribus observavi , atque quæ vulgo ignotiora sunt , ascribere. Haut , memini ubique his libris quoties consonans sequeretur , T. littera scribere , secutus in eo optimi Grammatici Victorini auctoritatem , qui testatur , hanc vocem , quoties vocalis sequitur , per d litteram in fine scribendam ; aliàs semper t. quod si ille subtiliùs fortasse monuit quàm verius , tamen peccasse hac in re non sum existimandus , cum & hæc scriptura in veteribus libris sæpe invenitur , & Charisius mihi testetur , veteres *Haud* , quamvis ab ἥδ Græco originem habeat , indifferenter tamen etiam per t litteram scripsisse , ut etiam *ad & at ; quid & quit ; atventum , aput* , & similia sine discrimine scribebant. Ex hac porro dictione & verbo Scio , veteres unum verbum *hauscio* composuerunt , quod & ego una voce ubique scripsi . & ita scribendum esse , Phocas Grammaticus , aperte testatur , his verbis : *Omnia quæ ab au diphthongo principium habent , Dasi an respuerunt , ut audax.* Designatum est , *haud* , unde , *hauscio* , compositum simplicis habebit scripturam . Quamquam apud eum *hauscio* sine t littera legitur , quod fortasse rectius est. Ne etiam pro eo quòd *Næ* , vulgò scribitur , cum affirmandi vim habet , ubique sine diphthongo scripsi . Qua in re miror viros eruditos nostri tem-

peris

poris, cum eam constantem librorum omnium veterum scripturam esse testentur, non ausos tamen esse à vulgata consuetudine recedere, præsertim cum hæc scribendi ratio etiam à Grammaticis confirmetur. Priscianus quidem ait *ne*, quando valdè significat, accentu circumflexo notari, quando negationem continet, gravi. Et Charisius ita scribi per e simplicem oportere docet, etsi à Græco *vai* dictum sit. *Idem* etiam pro *idem*; & *isdem*, pro *iisdem*, vulgò veteres scripsisse; & pronunciassè audeo confirmare. Exstat hæc scribendi ratio in antiquis monumentis, comprobatur à Grammaticis. A Prisciano libro septimo, qui ait. *Idem & isdem* pro *lidem & liidem*, veteres scripsisse; à Charisio libro primo, cujus verba opponam. *Is homo idem compositum facit, nisi quia Cæsar singulariter idem, pluraliter iudem dicendum affirmat. Sed consuetudo hoc non servat.* Ex quibus verbis videre licet, etiam vulgò ad Charisii tempora eam scripturam duravisse. In veteribus quidem libris, quòd sciam, hæc scriptura non exstat, sed ea fere in illis depravata est in *hisdem* & *hidem*. Hæc sicui ego de re levi & parva pluribusegisse videor, is ignoscat nobis, si in linguæ Latinæ orthographia paullum sumus diligentiores, cum etiam in nostris, barbarisque linguis tanto studio hanc rectè scribendi rationem tueamur, ut in ea peccantes pueros vel convicio insectemur, vel scutica plectamus.

C A P U T XXX.

De Ciceronis loco in Epistolis ad Atticum conjectura.

SCRIPSYT Cicero libros Epistolarum ad Atticum hominem familiarem, valde quidem probandos, & juvenuti, si me audient, diligenter legendos. In iis liber septimus & octavus, quos in illa perturbatione belli civilis conscripsit, quasi commentarii & historiæ loco illorum temporum esse possunt; in quibus res ferè quoque die seu à Cæsare, seu à Pompejo gestas diligenter & singulatim persequitur. Epistola autem quadam libri octavi Attico ista nunciat:

Sulmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque, Q. Lucretium inde effugisse scis. Cn. ire Brundisium desertum. Confecta res est.

Quem

Quem locum ita sine varietate ulla Lambinus & Malaspina ediderunt, & credo equidem, eos in veteribus libris ita repperisse. Qui tamen satisne integer & incorruptus sit, addubitare nonnumquam soleo. Primum genus loquendi, *Scis Cnæum ire desertum Brundisium*, non omnino hoc loco mihi probatur; deinde etiam temporum & historiæ ratio huic lectioni repugnare videtur. Nam tum cum Sulmone portas Antonio Attius aperuit, & cum Cicero ista scriberet, tantum abest, ut de Brundisio deserendo Pompejus cogitaret, ut nondum etiam Brundisium venerit. Id quod partim ex Cæsaris Commentariis, partim ex sequentibus Ciceronis Epistolis intelligitur. Nam Pompejus tum Luceriæ morabatur, & paulo antè Brundisium versus ex eo oppido se commovit, quàm de Corfinio & Domitio capto auditum esset. Quare mihi quidem locus hic ita interpungendus videtur, *Cnæum ire Brundisium, desertum. Confecta res est.* Illud autem *desertum* per indignationem, breviter & concisè dictum accipio, & Domitium intellegi volo. Ut Cicero id apud Atticum stomachans conquestus sit, Pompejum parare iter Brundisium, Domitium unà cum nobilissimis civibus desertum ab eo, neque auxilio, quod omnes putabant, sublevatum. Aut, quod fortasse verius est, Domitium, addendum sit, atque ita legendum, *desertum Domitium*. Quod nomen fortassis ea causâ ab omnibus libris abest, quod veteres, ut ante dixi, ejusmodi nomina priore aut altera littera adjuncta significare contenti erant. Itaque cum fortassis in Cicerone scriptum esset, *desertum Do.* aut, *Do. desertum*, non intellectam vocem librarius scriptor omisit. Ex hac eadem scribendi brevius, vel potius tantum indicandi propria ista nomina, corrupti mihi videntur loci duo libro primo Epistolarum ad eundem Atticum, atque ita restituendi:

*Nunc est expectatio comitiorum, in quæ omnibus invitis
trudit noster Magnus Afranium.*

Et posterius eodem libro:

*Afranius ita se gerit, ut consulatus ejus non consulatus,
&c.*

Quibus duobus locis alii omnes *Aulifilium*, & *Aulifilius* legunt, decepti, opinor, interpretatione notarum istarum AF. id est, Afranius, ex quo illi A filius fecerunt. Nam ego quidem fateor, me non videre quid elegantiae aut venustatis habeat, cum Afranium designare velis, A. filium generali quadam & communi appellatione dicere, perinde quasi in eo locus aliquis & acumen sit. Sed de his

locis sententiam meam timidè & fortasse temerè proposui : appello tamen ad eruditorum judicium, à quibus ut argui & refelli paratus sum, ita ab Amusis quibusdam & nulli judicii hominibus reprehendi me temere non fero. Testorque me æquam & modestam scriptorum meorum reprehensionem æquo & libenti animo laturum, ineptas & ipsa malevolentia jejunas semidoctorum hominum calumnias ferre nullo modo posse. Polliceorque,

Ἄνδρ' ἀπαμύναξ ὅστις πρότερόν χαλεπήνῃ.

Hi Libri præterquam quòd variarum rerum lectione delectant, nihil etiam habent quod pias aures quoquomodo ostendat.

Cunerus Petri de Brouwershaven,
Pastor S. Petri Lovanii, VII. Junii,
Anno MDCLXVIII.

JUSTI

JUSTI LIPSI
 ANTIQUA-
 RUM
 LÉCTIONUM .
 COMMENTARIUS.

Tributus in libros quinque ; in quibus varia Scriptorum loca , PLAVTI præcipuè, illustrantur aut emendantur.

A D

AMPLISS. ET NOBILISS. VIRUM
D. THOMAM REDINGERUM.

MITTO ad te, nobilissime Redingere priorem hunc Commentarium meum, debitum vel privatæ amicitiae nostræ, vel publicæ tuæ in litteratos benignitati. Leve manus, si id ab opinione vulgi spectabis: non leve, si vel à labore meo, vel à judiciis paucorum. Quinque enim libri sunt; in quibus optimorum scriptorum varia loca partim sanavi, partim illustravi, quædam divinans, pleraque adjutus à libris. Quorum alterum ingenii est, alterum diligentiae, & utrumque judicii. Quid effecerim, tu imprimis, & à te alii judicabunt: effecissem quidem certè (deprecor numina læva quòd fidenter hoc dicam) paullo amplius, nisi mediis conatibus meis transversa incurrisset fortuna miseræ patriæ, cujus naufragium pertinuit etiam ad nos. Scitum autem est illud, ut ex studiis gaudium, sic studia ipsa provenire ex gaudio. Vale.

AD

AD LECTOREM.

BENIVOLE Lector, cum duos Commentarios Antiquarum Lectionum hoc tempore pararem emitte, tributos in libros X. quod minus id præstarem, communium temporum iniquitas & varietas fortunæ meæ fecerunt: quæ, ut in agris fructum subita calamitas, sic suppresserunt speratam fecunditatem ingenii mei. Ergo priorem nunc tantum emitto: in quo, ne levis apud te fides mea sit, quos codices antiquos, & quibus in locis sim usus, ordine dabo. In Plauto corrigendo præcipuus hoc scripto fui. Ejus exemplaria quattuor cum curâ ipsi vidimus. Tria Romæ in Vaticano sunt: è quibus duo in primore bibliothecâ inter libros, ut sic dicam, proletarios habentur, tertium optimæ notæ servatur in bibliothecâ interiore. Quartum bona fortuna in Rauracis mihi obtulit, cum ad Sequanos iens, illac transirem. Communicavit id mihi vir nobilis Antonius Roverius civis Ro. Laudo interdum & codicem Cassinatæ, sed, nequid fallam, fide aliendâ. Nam ab amicissimo Fulvio Ursino Plauti exemplar accepi, quod vir eruditus Benedictus Hegius olim cum illo codice studiosè composuerat, & suapte manu varietatem lectionum adnotarat. Hæc in Plauto. Propertii exemplaria quattuor laudo: primum è bibliothecâ Farnesianâ habui, alterum Vaticanâ, tertium à Fulvio Ursino, quartum à M. Antonio Mureto. Reliquos libros cum nomino, locum & auctorem addidi, ut pariter mecum id scires. Vale.

INDEX EORUM QUÆ SINGVLIS

LIBRIS TRACTANTUR.

LIBRO PRIMÒ.

- CAP. I.** *In Plauti Amphitruone antiquam vocem reponendam videri.*
CAP. II. *Nonius Marcellus emendatus.*
CAP. III. *Truculentus Plauti correcta, & versibus duobus aucta.*
CAP. IV. *Propertii Elegia de raptu Hylæ emendata.*
CAP. V. *Plautus Trinummus emendatus.*
CAP. VI. *Germanicæ gentis nomen apud Dionem Cassium restitutum.*
CAP. VII. *Afinaria Plauti de locis duobus conjectura.*
CAP. VIII. *Petronii Arbitri aliquam multi loci de opinione emendati.*
CAP. IX. *Elegans jocus Plauti Persa restitutus.*
CAP. X. *In Agellio duum locorum correctio, tertii in ordinem veterem restitutio.*
CAP. XI. *Plauti miles emendata.*
CAP. XII. *Quæ sit in Cicerone aquaria provincia, & cur in eâ adclamari solitum.*
CAP. XIII. *Plauti miles correcta.*
CAP. XIV. *Ex Tragœdiâ Seneca quæ Octavia inscribitur mendæ aliquot sublata.*
CAP. XV. *Plauti Truculento antiqua vox, & alio versu vetus scribendi ratio reposita.*
CAP. XVI. *E Corn. Tacito Dialogo De causis corruptæ eloquentiæ, loci duo emendati.*
CAP. XVII. *Plauti Pseudolo versus de conjecturâ correctus.*
CAP. XVIII. *Varro in Fragmentis emendatus.*
CAP. XIX. *Miles Plauti correcta, & antiqua vox restituta.*
CAP. XX. *In Propertio antiqua scriptura reposita, aliæ quædam carptim adnotata.*
CAP. XXI. *Plauti Curculione versus duo restituti : & cur parasitus Herculem nutricem inuocat, explicatum.*
CAP. XXII. *T. Livii locus auxilio libri veteris, & alii tres à conjecturâ restituti.*
CAP. XXIII. *Acuta sententia Plauti versus apud Nonium reposita.*

LIBRO SECUNDO.

CAP. I. *Plauti Pseudolo elegans locus restitutus.*

CAP. II. *De Ciceronis locis aliquot è libris De legib. judicatum.*

CAP. III. *Plauti Rudente versus quattuor à conjectura correcti.*

CAP. IV. *Nonii Marcelli aliquamulti loci purgati.*

CAP. V. *Plautinae Militis versus, & alter Poenuli emendatus.*

CAP. VI. *Apud Macrobiū elegans Ciceronis locus restitutus: similis error è Suetonio sublatus.*

CAP. VII. *Plauti Asinariā antiqua vox, & alio versu Graecanicum genus dicendi repositum.*

CAP. VIII. *De Fano Gemino à Nerone clauso, in eoque Tacitum à Suetonio dissentire.*

CAP. IX. *Plautus in Mostellariā versu uno auctus, & idem Pseudolo.*

CAP. X. *Propertii versus complures emendati.*

CAP. XI. *E Cassinā locorum trium correctio.*

CAP. XII. *Ciceronis loci duo, quorum alter ab Alcæo videatur, alter ab Homero.*

CAP. XIII. *Plauti Mænechmi. locorum aliquot emendatio.*

CAP. XIV. *Quintilianiani locus correctus: marmor antiquum expressum.*

CAP. XV. *Plauti Epidico versus, & alter Bacchidibus restitutus.*

CAP. XVI. *Corn. Tacitus à mendis aliquot vindicatus.*

CAP. XVII. *Plauti Poenulo de tribus locis conjectura.*

CAP. XVIII. *Quis sint dii Semones, & in eam rem Varro emendatus.*

CAP. XIX. *E Poenulo Plauti quædam delibata.*

CAP. XX. *Propertius emendatus.*

CAP. XXI. *Plauti Persâ transpositos versus videri:*

CAP. XXII. *Q. Ennii insignes versus apud Agellum emendati.*

LIBRO TERTIO.

Sermo convivialis, in quo conviviorum veterum ritus proponuntur: in eam rem varii scriptores emendantur, explicantur.

LIBRO QUARTO.

CAP. I. *Propertii Elegia de morte Corneliae emendata.*

CAP. II. *Plauti Truculentus dimidiato versu augetur.*

CAP. III. *De Ciceronis duobus locis Oratione de Aruspiciū responsis levis conjectura.*

CAP. IV. *Plauti Pseudolus emendata.*

CAP. V. *Nonius aliquot locis purgatus.*

CAP. VI. *Plauti Truculentus restituta.*

CAP. VII. Seneca in libello De Brevitate Vitæ, duobus locis emendatus.

CAP. VIII. Plauti Pseudolus emendata.

CAP. IX. Varro duobus locis restitutus.

CAP. X. Plauti Pseudolo locorum duum cum Græcis comparatio.

CAP. XI. E Propertii libro I. complures loci observati.

CAP. XII. Plauti versus Truculento de opinione correctus.

CAP. XIII. De Ciceronis locis duobus Epistolis ad Q. Fratre[m] conjectura.

CAP. XIV. Plauti Miles emendata.

CAP. XV. Livius aliquot locis restitutus.

CAP. XVI. Plauti Truculentus correctæ.

CAP. XVII. Nonius Marcellus carptim emendatus.

CAP. XVIII. Litteram I. cum V. sæpè locum commutare, ejusque generis menda aliquanta sublata.

CAP. XIX. Ciceronis Epistolæ ad Atticum restitutæ.

CAP. XX. Plauti Miles emendatur.

CAP. XXI. In Senecæ ludo De morte Claudii quædam animadversa.

CAP. XXII. Plauti Miles correctæ.

LIBRO QUINTO.

CAP. I. E Plauti Cassinâ quædam delibata.

CAP. II. De Ciceronis locis tribus conjectura facta.

CAP. III. Plauti Truculentus emendata.

CAP. IV. Agellii noctes aliquot maculis liberatæ.

CAP. V. Plauti Miles emendata.

CAP. VI. Senecæ duo loci correcti.

CAP. VII. Conatus Plautini versus emendandi Trucul.

CAP. VIII. Mos antiquus apud Dionem explicatus.

CAP. IX. Pseudolus Plauti correctæ.

CAP. X. E Propertio cursim quædam decerpta.

CAP. XI. Plauti Cassinâ liberiores aliquot versus emendati.

CAP. XII. Ciceronis trina fragmenta restituta.

CAP. XIII. Plauti Asinariâ antiqua scriptura reposita, alia quædam correctæ.

CAP. XIV. Nonius Marcellus emendatus.

CAP. XV. Miles Plauti correctæ.

CAP. XVI. De armis ancilibus vetus religio explicata: Tacitus & Suetonius illustrati.

CAP. XVII. Stichus Plauti emendata.

CAP. XVIII. Suetonii lib. I. quædam à veteri codice restituta.

CAP. XIX. Plautina Scenâ in Poenulo emendatæ.

CAP. XX. In Propertio paucula animadversa.

CAP. XXI. Truculentus percursa.

CAP. XXII. Nonius Marcellus emendatus.

JUSTI

JUSTI LIPSI ANTIQUARUM LE- CTIONVM

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

*In Plauti Amphitruone antiquam vocem
reponendam videri.*

A PLAUTO sit initium : cujus insignitum locum Amphitruonis Prologo , arbitrario jure constitutam. Quod enim vulgò legitur :

Sive adeò ædiles perfidiosè cui duint,

Similem rem ipse in legem esse jussit Juppiter

Quasi magistratum sibi alteri ve ambiverint.

me judice adulterinum est pro germanâ & antiquâ voce, *Sirempse in lege jussit e. I.* Siremps veteribus Ro. solemne in legibus scribendis verbum , valet Similis aut Eadem. Meminit Festus , idque interpretatur Similis res ipsa , producto exemplo Catonis. Charisius litterator dupliciter tantum inficæi ait, nominandi casu Siremps , & auferendi ab hac Sirempse. In monumentis antiquis etiam hodie legitur : DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. & in alio: SIREMPSQUE. EIS. VIATORIBUS. DE. QUE. EIS. VIATORIBUS. Q. OMNIUM. RERUM. JUUS. LEX. QUE. ESTO. QUASI. SEI. EI. VIATORES. &c. Arbitror igitur Plautum auferendi casu scripsisse , *Sirempse in lege esse*, id est, simili in lege esse , & perinde teneri : aut si placet, *Sirempse legem* , spreta Grammaticorum anxia observatione. Ceterum imperitos exscriptores divulsa voce fecisse *Sirempse*, ac mox pro captu suo illud *Si in Similem* vertisse. Ejus argumentum quod C. V. Sambuci codex habet, *Si similem* , ut planè appareat à priori voce , hanc alteram quasi interpretem fluxisse. De hac re ita cenleo.

CAPUT II.

Nonius Marcellus emendatus.

NONIUM cùm intueor, veterum scriptorum tiste naufragium videre videor : è quo quasi tabulas aliquot hoc capite conabor colligere.

Non. in Tandem,

Tandem significat tamen. Tuinnius Gemina, Symphoniâ odiosum tandem, ut moribus placeam viro.

Vara lectio est, Sin formâ odiosum, tandem ut. Verba mulieris matronæ.

In Certamen,

Sisenna Histor. lib. IV. Acolis celeriter consumptis ad gladios certationem revocaverunt.

Scriptum fuit, *Jacolis celeriter. Id est, Jaculis.*

In Catapulta,

Sisenna Histor. lib. III. Præterea catapultas XVI. IV. ballistas. XX. plaustra coriis ac minoribus sagittis onusta.

Quid Corii nomen inter genera telorum? Lego: *Plaustra coriis ac. Ita appellarunt thecam in qua sagittæ.*

In Longiter,

Lucil. lib. III. Non, ut opinor, id à leto jam longiter rati. Vir doctus emendat, Longiter acti. Sed dubium non est quin Lucretii versum laudare Nonius voluerit, scripseritque, Lucret. lib. III. Non, ut opinor, id à leto jam longiter errat. Exstat in disputatione de mortalitate animi.

In Pudet.

Idem: An pro me, Da ne quiete adjutem invenio hortari pudet, non prodesse id piget.

Emendo, *Idem Andromeda: Nec quire adjutem.*

In Tumulti,

Idem Nyctegeriâ: Cujus vos tumulti causâ acie timeo quid parum adverti. Colligebam scrib. Cujus vos tumulti causâ accierim, eò quod parum advertis.

In Percontet.

Nævius Belli Pœnici lib. II. Blandè & doctè percontat Ennius: quo pacto Trojam urbem reliquisset.

Quis verò iste Ennnius nominatur Nævio, cùm Nævius antiquior Ennio poetâ fuerit? Et ecquid omnino Ennius ad historiam Pœnicam? Præsertim cùm Nonius in Liquidum eundem hunc locum sic producat, *Blandè & doctè percontaris quo pacto Trojam urbem liquerit. Censeo emendandi percontat em quo pacto T. v. liquerit. Em antique, pro eum: ex quo illi fungi exsculperant Ennium. Scripsit hæc,*

hæc, ut opinor, Nævius in origine Carthaginæ, de Didone Æneam excipiente.

In Comparare,

Accius Euriisface : nihil est, si autem ad te retardat socium, in portu est, copiaque subsistat modò, tu te ipse affirma & compara.

Scribo, si autem ad te ire tardat: si otium in portu est copiaque, subsistat medo: tu te ipse affirma.

In Convicium,

Convicium dictum est quasi e vitii locum, qui secundum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus cavilletur.

Legendum, dictum est quasi e vicis loqui, quia secundum i. l. m. e. d. t. cavillentur. Aut si placet, cum vicis loqui. Adducere enim Nonius idem erymon convitii voluit quod Verrius Flaccus, *Convitium a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum, vel immutata littera quasi convocium.*

C A P U T III.

Truculentus Plauti correctæ, & versibus duobus aucta.

TRUCULENTUS Plauti quid aliud quàm Hippolytus est? Ita miserè elegantissima fabula ad mutilata, lacerata, distracta fuit: ut vix Æsculapius cum parente suo illi persanandæ sint. E qua aliquot malè acceptis membris, hoc locò mederi conabor. Scena, Num ibi nam:

---- propter militem

Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi

Me habebat annum dum hîc fuit. DI. ego senseram.

Libri Vaticani, *Me habebat anno uno dum Citra controversiam vera lectio est, Me habebat anno, dum.* Elegans genus dicendi, sed in libris fere corruptum. Valet autem anno præterito: cui opponitur Horno. Plautus Amphit. *Etiam histriones anno cum in prosenio hoc Jovem invocant.* Ita rectè Camerarius: alii de Nannio germanas nugæ. Emendandus & Nonius in Hornum. Ubi vulgò, *Hornum ipsius anni, Lucill. Utrum nano an horno te absuleris à viro? Leg. Utrum anno.*

---- consuetudinem Suram

Novisti nostram, quæ modò erga ædem sese habet?

Nihil hîc libri: quis tamen negabit legendum, *quæ modò erga ædes habet?* Id est, è regione habitat. Nam habere pro Habitare notum iis qui nondum ære lavantur. Vulgata scriptura e jusmodi est, ut eam tractanti clamare libeat, Aquam manibus.

Sed

Sed tu posterior. P H. omnem rem tenes.

Claudit versus : explent Vaticani, ordine omnem rem. Scena, Ne expectetis,

--- *jam propinque miles mea Phronesium*

Tibi adest Stratophanes nunc tibi opus est agram ut te affimules. P H. tace. S T. Peperit mulier, ut ego opinor.

Ingens hinc lacuna, & Vaticani duobus versibus auctiores; sic conceptis *P H. tace cui adhuc ego tu malam eam emoves ruri à mematio vincere est, repperit mulier. Hercules, tuam fidem ! monstra verborum : quæ tamen, nisi animi fallor, non invito Phœbo divinantes sic correximus : Tace, quid adhuc ego tui, malum, ammonitricis ? An me maleficio vincere est ? S T. Peperit mulier. Cùm enim propinquaret jam miles, sedula ancilla dominam officii monuit, ut calidè & appositè simularet agram puerperam : at illa quasi indignata admoneri, ut quæ sua sponte nimium mala esset & astuta, *Tace*, inquit, &c. Scriptum autem videtur fuisse *Ammonitricis & malificio*, pro *Admonitricis, Maleficio*. Hæc probabo fortasse doctis; alii quid probent, quid non probent, ciccum, ut comicus ait, non interduim.*

C A P U T IV.

Propertii Elegia de raptu Hylæ emaculata.

ELEGIAM de raptu Hylæ Propertius imitatione Græcorum conscripsit, elegantibus, Dii boni, & quasi papavere ac sesamo sparsis versibus. Eam placet à capite emendantem percurrere, Ac principio, nunquam ille ipse Hylas tam anxie quæritus Herculi fuit, quam mihi istorum versuum correctio :

Nympharum cupidas semper defende rapinas,

Non minor Ausoni est amor in Driadis.

Nam mendam inesse libri scripti clamabant, qui omnes consensu habebant, *est amor Adriacis*. Adde rationem linguæ Latinæ, Driadibus postulabat, non Driadis. Vix tandem venit in mentem terminatione Græca Propertium scripsisse, *est amor & Driasin*. Quod mox pluribus docuero.

Ne tibi sit durum montes & frigida saxa,

Galle, neque expertos semper adire lacus.

Pugnat hæc lectio cum mente Propertii. Neque enim monuit Gallum ut montes & loca sola frequentaret ; sed contrà exemplo Herculis, ne locis solis delicias suas concrederet, deterruit. Dissentiunt etiam libri, qui, *Ne tibi sint duri montes*, referunt. Sed scripsit haud dubiè poëta,

Ne

Ne tibi sit duros montes. Interpolarunt varii librarii quibus insolens erat genus illud dicendi, *Ne tibi sit adire montes:* id est, *ne adieris.* *Geminum illud Tibulli: Ne tibi sit duros acuisse in pectora dentes.* Et: *Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.* Item Propertii lib. III. *Ne tibi sit rauco prætoria classica cornu Flere, nec Aonium cingere Marte nemus.* Quod autem iisdem illis versibus legitur & *frigida saxa*, Mureti libro erat & *turbida saxa*: in Vatican. *tumbida.* Scrib. fortè *Tabidâ*, aut aliud verbum remotius.

Ab dolor ibat Hylas ibat Hamadrias hinc.

Quæ tandem ista Hamadrias? an Driope, ut alii censent? Nugæ. Nam Propertius ab omnibus raptum Hylam facit, non ab unâ. Scribo ut & suprâ; *Ibat Hamadriasin.* Et sic plana sententia horum versuum est, nec causâ cur ignominiosè notâ depravationis insigniantur, Cessent jam, inquit, Zethes & Calais sectari puerum: quippè qui factus erat dolor & novâ cura ipsis Nymphis.

Hic erat Arganthoneis sub vertice montis.

Hæc lectio est ab elegantissimo Mureto, quàm hominis causâ libens probarem, ni repugnarent omnes libri. Nam Vatic. & Mureti ipsius, *Hic erat Arganti phlege sub vertice.* Farnes. *Ege sub.* Pulvii, *phège.* Ut liquidum sit legitimam scripturam esse, *Hic erat Arganthipege.* Usus enim est Græcò *ἄνθι.*

Grata domus Nymphis humida Thyniacis.

Quomodo rectum Thyniacis? Nam analogiam si sequimur, Thynicas Nymphas dicemus, ut Bithynicas. Refellunt & libri, Nam Farnes. & Mureti, *Thyniasin*, Pulvii, *Thyniasis.* Ut non magis certum habeam solem illum lucere, quàm Propertium scripsisse, *Thyniasin*, ab eo quòd esset Nymphæ Thyniades. Ne quis miretur, primum cogitandum est totam hanc Elegiam nescio quid præter ceteras *idoneis*: deinde Plinium testem laudari à Charisio Grammatico, qui ipsum Varronem ejusmodi omnia Græcè terminasse confirmet, ita ut ne Schematis quidem dixerit, sed Schemasin. Hæc ferè Charisii verba: & exstat hodie fragmentum Varronis: *In argumentis Cecilius palmam possit, in elthesin Terentius.* Appello postremo fidem M. Antonii Mureti: qui iudex à me captus illius superioris conjecturæ, librum mihi conspiciendum in loco præbuit, in quo Antonius Ferillus quispiam ante annos l. adnotarat, scripturam *Driasin* disertè in vetustò codice exstare.

Quam circum nulli pendebant debita curæ.

Quattuor manus nullæ, idque rectum, ut Cicero, *Unæ rei*, & Plautus, *aliæ mulieri.*

Cujus & accensæ Driades candore puellæ.

Duo libri, *cujus inaccensæ.*

CA-

C A P U T V.

*Plautus Trinummus emendatus,***T**RIUMMO, Scenâ, Minus quindecim:*Decedam ego illi de viâ, de semitâ,**De honore populi, verum quod ad ventrem attinet**Non hercle hoc longè nisi me pugnis vicerit.*

Labor ut ex Roveriano libro, qui *hoc ongue* habet, legam, *hoc ongue* ~~περὶ τῆς~~ enim sermo est, transversum unguem alicui non cedere. Nec movet me quod item Mostellariâ legitur: *Quid est igitur? Aberramus hinc nos.* TR. *non hoc longè Delphium.* Nam & illic emendandum cenſeo *hoc ongue*. Etsi alterum etiam illud commodè & tamquam à demonstrante accipi posse scio.

Cœna hæc annona est sine sacris hereditas.

Error inolevit ex confusis vocibus. Scribo, *Cœna hæc annona est? ἐγγύμνητος*. Hereditas sine sacris est, cum heres non adſciſcitur in sacra & gentem. Cum ~~est~~ hereditate ludens servus cœnam comparat. Ut item Captiveis, *Sine Sacris hereditatem sum aptus effertissimam.* Scenâ, Huic ego diei:

*Si ante lucem ire occipias à meo primò nomine**Concubium sit noctis priusquam ad postremum perveneris.***CH.** *Opus factum est & viatico ad tuum nomen, ut tu prædicas.*

Absurdè verò: quid enim est illud, *Opus factum*? Sed gloriari liceat: egregiè emendavi, *Opus factum est*. Nimirum cum Sycophanta ridicule dixisset tam longum suum nomen esse, ut ab aurorâ ad concubiam noctem si ambules, vix ad finem perveneris: subjicit senex, Si ita est, inquit, opus profectò erit *factum* & viatico ad tuum nomen, ut in tam longo itinere & victus suppetat, & in tenebris lumen. Causa vulgati erroris in concisa scriptura fuit, *Opus factum est*. Nisi quis tamen scribendum putet, *Opus facta est*. Pro Facula, ut Poela. Spectacula, Populus, & talia sexcenta. Hujus postremi loci perspicuaveritas est: qui ambigit, illi nihil causæ est quin facem etiam in meridie accendamus.

CAPUT VI.

*Germanice gentis nomen apud Dionem
Cassium restitutum.*

VIDITNE quisquam turpius mendum illo quod Dionis historiam infedit lib. LV.

Φοβηθέντες ἢ αὐτοὺς οἱ βάρβαροι, πλὴν τῶν Κανταβρῶν, ἐπι-
κηρυκάζουσιντο. Καὶ ἔτι τότε ἔτυχον πρὸς αὐτοὺς ὑπερβ. ἐπι-
ψαν μὲν γὰρ καὶ οἱ Κανταβροὶ, ποσὶν δὲ ἤδη ἐδεδῆθησαν ἀπ-
πράξαται π, ὥστε καὶ ἐκείνους πάντας ἀπείλας. ὁ, π γὰρ
ἀνυπακούσαντες αὐτοὺς ἐς πόλιν ἑλθόντες κατέπετο, &c.

Nam profectò non tam manifestus in adulterio Plauti miles fuit, quàm hic locus in vitio. Quippe hic de mediâ Germaniâ sermo: at Cantabros Hispaniarum populos pueri sciunt, nisi quidem citis quadrigis subitò in Germaniam demigrarint. Putabam ipse scribendum utrobique Συγάμβροι, & Συγάμβρων. Putabam autem ex historia. Nam ex Dione colligimus illos quoscumque populos in deditionem acceptos aliò translatos, & per urbes ab Augusto distributos. Et ejus quidem facti Tiberium ducem fuisse. Convenit utrumque istud in Sugambros: sic enim auctoribus libris appello, quos vulgus Sicambros. De migratione Sueton in Augusto: *Suenos & Sugambros dedentes se in Galliam traduxit, & in proximis Rheno agris collocavit.* De duce Tiberio, Tacitus Annal. II. (loquitur autem ipse Tiberius.) *Se novies ab Augusto in Germaniam missum, plura consilio quàm vi perfecisse: sic Sugambros in deditionem acceptos: sic Suevos,*

CAPUT VII.

*Asinaria Plauti de locis duobus
conjectura.*

ASINARIÆ scena, Herclè verò:

Impetratum, inauguratum est, quovis amittunt aves. corruptè legimus, cum scribendum sit, *admittunt aves.* Admittere verbum augurale, ut & Impetrare. Festus: *Admissivæ aves ab auguribus dicuntur, quæ consulentem jubent.* Livius lib. IV. *ut ab auguribus, simul aves rite admississent, ex composito tolleretur signum.* Nam imperitè Glarcanus emendarat, *admissæ essent.* Scena, Ubi ego nunc:

Nam si huic occasione tempus sese subterdixerit,

Num-

Numquam edepol quadrigis albis indipiscet postea.
 Hæreo in his quadrigis albis. Nam eas honoris tantum insigne fuisse scio, atque ita Platonem à Dionysio Tyranno quadrigis albis acceptum in Plinio legimus: & in altero poetâ, *equis præcurreret albis.* At hic aliquid de celeritate sententia postulat. In Roveriano codice margini adscriptum erat, *quadrigis argis.* In Langii nostri, *quadrigis abis.* Mihi suspicio est, ne scribendum sit, *quadrigis si abis.* Ut fefellerit exscriptores confusa scriptura, *quadrigis sabet.* Quadrigis abire, curriculo fugere, & similia, valent proverbiali sermone, numero, & celeriter abire, fugere. Plaur. Penulo: *Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.* Aululariâ: *Quod herus jubeat, citis quadrigis citius properet persequi.* Amphitr. *Quadrigas si nunc incendas Jovis, numquam effugies infortunium.* De hoc ita judico, sic tamen ut legis Valeriæ beneficium non tollam, & à me ad populum provocari permittam.

C A P U T VIII.

*Petronii Arbitri aliquammulti loci de
 opinione emendati.*

PETRONII Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptores terri & venusti, &, nisi quod in re illâ voluptatum nimis Latinè interdum loquatur, cetera laudati. Ejus pro parte emendandi caput hoc scripsimus:

Descedentes ab aule capillos meos tentatâ manu duxit.
 Scribo, *dentatâ*, id est, manu in modum pectinis, ut sic loquar, dentatim formatâ.

Mox manum demisit in sinum, & pertracto vasculo tam rudi, hoc, inquit, bellè cras in promulsi de libidinis nostræ minabit. Nam hodie post asellum Diaria non sumo.

Præfatus veniam scribo, & distinguo, & protracto vasculo, *Tam rude hoc, inquit, bellè.* Vasculum vocavit eam partem quæ inter res serias nominari non debet, & quam Dea Bonâ à sacello suo exfulare voluit. Plautus Pœnulo: *Facio quod manifesti mœchi haud fermè solent, Refero vasa salva.* In carmine libero: *Hic legimus Circen Atlantiadénque Catypso Grandia Dulichii vasa tulisse viri.* Ita lego, non ut triti libri, *jussa tulisse.* Sic in Spartiano Eligabalus Imp. benè vasatos conqueri jussit, non ut vulgi opinio & lectio est, benè nasutos.

Priscis etiam temporibus cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenue, summumque certamen inter homines

nēs erat nequid profuturum sæculis diu lateret. Itaque herculæ herbarum omnium succos Democritus expressit, &c.

Aliās, itaque Hercula. Dubitabam, num è pergulâ. Ut à Democrito contemptum patrimonium & paupertinam ejus domum significaret. Lucianus quidem in Philopseude scribit, Democritum in monumento clusum fuisse, atque ibi admiranda illa scripsisse.

Cùm Eumolpus & ipse vino solutus dicta voluerit in calvos stigmososque jaculari.

Lego, Dicta voluere & in calvos.

Habeo tamen quod celo imputem si non fata conjunxerunt. Omnino scrib. si nos fata conjunxerint. Habeo, inquit, quod cælestibus debeam, si te frui datur.

Talis humus Venerem molles clama vit in herbas.

Fortè, clina vit in herbas. Undè Inclinare.

Tremebat illa resoluta marmoreis civibus aureum tortum, myrtæque florenti quietum verberabat.

Alii, crinibus. Sed totus locus sic legendus, Tremebat hilare soluta marmoreis clunibus aureum thorum.

Totoque corpore in amplexum ejus immisus non precantis, usque ad faciem osculis fuor.

Puto leg. non pernegantis, usque. Ut illam malè pertinacem recusationem puellarum indicet.

Quod solùm igitur salvo pudore poteram contingere, languorem simulavi.

Scribo, languorem insimulavi, ex sententiâ. Languor autem propriè in palæstrâ Veneris, cùm à luctâ nervos paralysis occupavit.

Et quandoque mihi fortunæ arriiserit hora,

Melius arbitror, arriiserit aura.

Tales Hercule & Stympthalidas arte coactas

Ad cælum fugisse reos, pæneque fugentes

Harpyjas.

Alii, poenasque luentes. Mihi placet, pennaque fluentes, poetica phrasi, pro Volantes.

C A P U T IX.

Elegans locus in Plauti Persa restitutus.

VENUSTUM sanè & scitum dictum in Persâ nos fallit his versibus,

---- DO. *Ubitu nra es? VIR. Ut mihi Mater dixit, in culinâ, in angulo ad laevam manum.*

quod levi emendatione est eruere, si legas, *Inquilina in angulo.* Nam cùm virgo ea quæ vænium ibat, libera esset.

Athenis nata, servitus autem in hoc modò simularetur, ut irrita venditione circumduci leno posset: illa jam producta callidè cavet ne suapte confessione induatur, nève consensisse in servitutem sui videatur: & ad interrogata lenonis sic respondet, ut partim eorum scite declinet, partim ambigùè eludat. Elusit hìc, cùm interroganti ubi nata esset, respondit, quod res erat, inquilinam se, & civem Atticam: sed id ita perplexè pronuntiasse putanda est, ut ille bardus intellexerit, *In culinà*. Itaque Toxilus statim subjicit, *Tactus est leno, qui rogat, ubi nata esset, diceret. lepidè lusit*. Hæc tam liquida veritas est, ut qui facetias & salem hujus diſtionis nondum videat, illi homini animum pro sale datum arbitrari possimus.

C A P U T X.

In Agellio duùm lacorum correctio, tertii in ordinem veterem restitutio.

R I D I C U L A cura est: sed tamen scriptoris Noctium Atticarum nomen numquam nisi dubitans & hæsitans pono. Ecce enim tibi qui A. Gellium vocari contendat, cum quo vulgus facit: ecce qui Agellium, à quo Priscianus & libri antiqui dicunt. Sed utrum horum, scriptorem eum, quod institui, à mendis pauculis liberabo. Lib. I. cap. de P. Crasso:

Is cùm in consulatu obtineret Asiam provinciam, & circumſedere oppugnareque Leucas oppidum pararet, scripsit ad magistrum ἀρχιτέκνεια molis Atheniensium sociorum amicumque populi Ro. &c.

Ambigua lectio. Nam libri Vatic. quattuor, ἀρχιτέκνεια moleatenſium, referebant. Et in Stephano quidem legimus Μάλος, Λιεύσσα πόλις, τὸ ἑθνικόν, Μαλυάτης. De hoc igitur docti. Lib. II. cap. VII.

Sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminofam: aut pro reo Catilinà aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causſam dicere. scilicet et non parendum.

Quis verò iste Bibulus tam insignitè improbus, ut inter Catilinas & Clodios meruerit censerì? Nam de Bibuli gente nihil tale, quod meminerim ipse, vetus historia supeditat. Scribo igitur, aut L. Tubulo. Intellego Tubulum illum, qui paullo supra Ciceronem prætor fuit, homo tam projectè improbus, ut ejus nomen non hominis sed vitii esse videretur. Cicero pro Scauro: *Si mecherlè judices, pro L. Tubulo dicerem, què unum ex omni memoria sceleratissimum & audacissimum fuisse accepimus, &c.* & ibi Afconius. Causſa

Causa erroris fuit, quod forte ἀρχέτυπον aliquod Eubulo habuit. Lib. xvii. cap. 11. transpositæ aliquot lineæ sunt:

Hæc ego pauca interim super eo libro quorum memoria post lectionem suppetierat, mihi notavi in sermonibus forte quos de temporib. rerum ad usus hominum repertarum agitabamus.

Nam hic finem faciunt capitis secundi: sequiturque inscriptio tertii: deinde caput ipsum hoc initio, *Adolescens quæssiam*. At dubium non est, quin ea omnia fœdè inversa, sic restituenda sint, *post lectionem suppetierat, mihi notavi*. Hic finis capitis secundi, adde mox inscriptionem tertii, tum caput ipsum tertium retrahis ex fugatis quæ à fine secundi ad hæserant. *In sermonibus quos forte de temporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus: adolescens quæssiam non indoctus, &c.*

C A P U T X I.

Plauti Miles emendata.

SCENA, Nisi hercle:

Tibi ego dico, ane unitatus ne sis, heus te alloquor.
Monstrum verbi, quod consensu damnant libri veteres, qui habent, *Tibi ego dico anheriatus*, ex quo colligebat Turnebus, *anheri jus nescis*? Ego puto ἀρχέτυπον in scriptura fuisse, legendumque, *au! heriatus ne sis*. Au interjectio, ut litteratores nostri loquuntur, excitantiss. Heriatus interpretor Feriatus, prisca ratione scribendi H, *au! rē P.* & contra Fōlus, Fostis, Fostia, pro Holus, Hostis, Quintil. notat: Fircus pro Hircus, Varro: Felena pro Helena, Priscianus. Vide & Dionysium Halicarnasæum lib. 1. Jam è contrā H. pro F. apud Festum Horda bos, & Hordicidia feriæ, quæ aliis Forda bos, à ferendo: & Hanula, id est, parva delubra, pro fanula. Faciunt & libri.

Nam infra eadem fabula Plauti, ubi vulgò:

Neque equidem heminas cetera ex prompti in urcum.

Vaticani *feminas* disertim. Veteres vulgati, *fæminas*. Scene, Inde ignem:

Nisi voluntate ibis, rapiam te domum.

PH. *ostium* lo. mihi.

Domicilium est, Athenis dorxus ac herus.

Libri vet. *hostium* hoc mihi. Littera inserta egregie emendari puto, *hosticum* hoc, id est peregrinum. Nam hostis antiquitus, qui nunc peregrinus. Callida igitur illa mulier, cum servus eam vi conaretur domum abstrahere dissi-

mulans se eam esse. Mi homo, inquit, vide ne erres, equidem hîc non habito : sed hoc Periplectomeni hospitio tantum utor ut peregrina, Athenis est vera domus. Res clara ex fabulæ argumento. Scenâ, Cohibete intrâ :

Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.

Probam lectionem putes, absque libris esset. Vatican. *contra benium istis*, alter. *contra inimici istis*. Ut appareat à vulgatâ abesse vocem. Fortè leg. *contra emissim istis*, sive Emissim, Nam Emere auro contra, ut apud Varronem, *Ubi poma veniunt contra auro*. Ita enim eum locum Delicium illud Musarum Scaliger divinitus emendavit. Nisi placet, *contra mutim istis*, id est, Mutem. Sicut Edim, pro Edam.

Tum ad salrandum non cinædus magis aptus est quam ego. Supposita lectio. Vaticani, *cinædus malacius æquè*. Optime. Idque approbat vetus codex Nonii in Cinædus.

C A P U T XII.

Quæ sit in Cicerone Aquaria provincia, & cur in ea acclamari solitum.

IN hoc capite Nuptis verbis mihi utendum erit, & in Cicerone, ut res est, explicanda quædam liberius. Ne malè audiam apud severos, exantè testor me hæc ad Aristippilucernam scripsisse, non ad Cleanthis.

Cicero pro Murenâ :

Habuit hic lege Titia provinciam tacitam & quietam, tu illam cui cum Quæstores sortiuntur, acclamari etiam solet, Hostiensem.

& Interrogatione in Vatinius testem :

In eo magistratu cum tibi magnis clamoribus Aquaria provinciae sorte obtigisset : misisti ne sis à me Cos Puteolos ?

Quæri video cur in sortitione provinciae Hostiensis populus adclamarit : aut cur id tam studiosè, & quasi cavillans Cicero notaverit. De eâ re ego pedarius Senator ita censeo. Veteres cum Veneri operarentur, aquæ ministerio vulgò utebantur. Cicero pro Cœlio : *Ideone aquam adduxi, ut eâ tu incestè uterere ?* Ovidius :

Dedecus hoc sumptâ dissimulavit aquâ.

Lucianus in Asino, apparatus illius palæstræ describens ? *Τοῖς πρῶτοι δὲ τῇ κλίνῃ παρέρχεται ποτίεσσι ἔχουσι, καὶ ὕδωρ ἱπποὶ καὶ δερμῶν.* Martialis defellante : *Quâ tibi parte opus est, Lesbica, sumis aquam.* In carmine hortulorum : *Quas aliter*

aliter sumas hostes habebis aquas. Frontinum etiam ita interpretor lib. II. De Aquæductibus: *Ita ut ipsam Mariam splendore & rigore gratissimam balneis ac fullonicis & relatu quoque fœdis ministerii deprehenderimus servientem.* Ministeria enim hæc ad libidinem intellegit. Inde manasse puto ut aquarium munus, aut aquas aggerere, inter probra vulgi fuerit. Lampridius De Commodo: *Gladiatoribus contrixit, aquam gessit, ut lenonum minister, ut probris natum magis quam ei loco crederes ad quem Fortuna provexit.* Verrii Epitome: *Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum sordidi affectæ.* Lexicon vetus ab hac causâ interpretatur *aquaculat, lenocinatur.* Hoc positum, cum constet Hostiensem provinciam alio nomine Aquariam dictam: quid aliud arbitremur, quam populum in voce ipsâ Aquariæ lulisse? Et quidem si provincia ea in hominem famosum & Vatinii similem cecidisset, magno risu & clamore eventum fortis comprobasse? Sed manum de tabulâ: nam neque mihi est os ferreum, & hæc sufficiunt iis qui non habent cor plumbeum.

CAPUT XIII.

Plauti Miles correctæ.

SCENA. Quid mihi:

Qui consecrare æquè maresque & feminas.

Vet. Roverii, *consecrareque maresque feminas.* Similis scriptura in Aldi. Repono elegantem phrasim, *consecrare quæ mares, quæ feminas.* Quomodo frequenter Livius, & Cicero ad Atticum. Scenâ, Sequimini:

Vos modo porrò, ut occæpiſtis date operam amicabilem.

Ex Vaticanis scribo, *operam adjutabilem.*

Abierim cupiens istius summæ nuptiarum ordinis.

Ineptâ lectio quæ de verbis quæ de sensu. Emendandum judico; *cupiens istius summæ nuptiarum ordium ἀρχαίου ὁδός.* Ordium pro Exordium, quæ vox reperitur etiam in Lucetii. Vel potius divisim, & ad alteram personam tracto sermone, *ordine is.* Scenâ, Heraecum:

—MI. cum ipso possum secuta

Placidè ipsa ut libitum est mihi, otiosè meo arbitrato.

Sententiam insitens emendo, *possum locuta.* Ancilla enim pulchrè os sublektans gloriolo militi, audiente illo ut magnum beneficium prædicat, quod hominis tam pulchri conveniendi copia fuerit.

Ergo iste metus me macerat, quod illi fastidiosum est.
 Libri Vatic. *ille fastidiosus est.* Rectè.

Dum te oluetur, interim lingua atque oculi perierunt.
 Supposita lectio: nam veteres omnes, *linguam oculi præciderunt.* Eleganter. Nam in amore cum oculi cupidè quod amant inuentur, non solùm mens sed etiam lingua obbrutescit. Ita fit ut quasi præcipi & præcidi verba ab aspectu videantur.

C A P U T XIV.

*Ex tragædiâ Senecæ Octavia menda
 aliquot sublata.*

SUM ex iis qui mirantur antiquos, nec tamen, ut quidam, inferiorum temporum ingenia prorsus despicio. Itaque non gravabor & Senecæ, (scriptori quidem probo, longè tamen ab optimâ illâ notâ) post Fabricium, opem aliquam adferre. In ejus Octaviâ legitur, statim ab initio:

*En qui ora Tanais primus imposuit jugo
 Ignota tantis classibus texit freta
 Interque gentes barbaras tutus fuit.
 Et sæva maria, conjugis scelere occidit.*

* Vel. ut
 Scaligero
 placet, *En
 qui Bri-
 tannis,*

Emendo, * *En qui ora Tamesis primus imposuit jugum, Ignota & amè classibus.* Nam cum manifestò sermo de Claudio Imp. sit, quis sanus hærebit, quin per Tamesim Britanniam intellexerit, cujus intactam ad id tempus libertatem ille primus delibavit? Scenâ sequenti:

*Genitamque fratris conjugem captus sibi
 Toris nefandis flebili junxit face.*

Scribo, *Genitamque fratre conjugem captam.* Ex historia. Agrippinam enim intellegit, quæ filia Germanici Cæsaris, fratris Claudii, fuit. Ibid.

*Sillanus & cruore fœdavit suo
 Patrios penates criminis f. Etus reus.*

Fortè scrib. *criminis fidei reus.* Vide Tacit. lib: XII. Infrà:

*Invidia tristis victa consensu pio
 Cessit Senatus, equitis accensus favor
 Plebisque votum est, atque judicium patrum.*

Lego, *Invidia t. v. c. pio Cessit: Senatus e. a. favor Plebisque natus* st. & id sententia comprobatur.

CAPUT XV.

*Plauti Truculento antiqua vox, & alio versu
vetus scribendi ratio reposita.*

ANTIQUITATIS in Plauto vestigia multa superant, plura per exscriptorum imperitiam mutarunt. Habuit enim prisca illa & horridula ætas ut verba quædam propria, ita & scribendi peculiarem modum. Quæ in libris antiquis & reconditis sincerè inventa, quid ni tamquam vetusta signa aut nummos miremur? Utriusque rei, & quomodo in eo peccatum sit, exemplum è Truculento promam. Ac verbum quidem antiquæ notæ statim in Prologo per injuriam dejectum est, illo versu:

Athenas qua sine architectis conferam.

Nam duo Vaticani disertè *sine arcuspletis conferam*, tertius autem, *arcuspletis*, suprâ tamen eadem manu L. addito, ut fieret arcuspletis. De quo ignoto sanè verbo nihil ultrâ habeo dicere, quàm illis testibus probum videri & antiquum. Jam de scripturâ, quod eadem fabula Scena. 1. legitur:

Aut vasum aheneum aliquod aut lectus dapsilis.

adulterinum id esse item convincunt libri. Nam duo Vaticani optimi *lectus laptilis* disertè habent; tertius, *leptilis* littera modò immutata. Prior illa pura puta Plauti scriptura est, valetque Dapsilis. L. videlicet pro D. & T. pro S. Ita enim litteras commutabant. Hinc Dingua, Cada-mitas, Dacrimæ, pro Lingua, &c. Priscianus observat: Præsilium pro Præsidio Victorinus: Cassilam pro Cassida Festus. Quin & Gallinam Melicam pro Medica Varro scripsit. T. autem pro S. poni docet Ennii illud: *Adgrettus fari*, id est, aggressus, & veteris poëtæ apud Nonium, *Atrei terta nigei galez*, pro Terisa.

CAPUT XVI.

E. Cornelii Taciti, ut vulgus putat, dialogo De causis corruptæ eloquentiæ, loci duo emendati.

QUICUMQUE scriptor fuit dialogi illius De causis corruptæ eloquentiæ, (nam Tacitum quidem esse nondû adducor ut credam, sed quicumque, inquam, scriptor: &

ipsum profectò litterarum multarum fuisse cognoscimus, & syntagma quoque cuius pars modò superest, non inutili neque infcitam de eloquentiæ progressu & occasu disputationem habuisse. E quâ illustriores duas maculas conabor eluere. In oratione Apri vulgò sic :

Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines Attali & Statuæ, quæ neque ipsa tamen negleguntur, tam herclè quàm divitiæ, &c.

Quæ istæ imagines Attali? Aut cui umquam tam perito auguri vera lectio in mentem fuisset absque libris? E quibus nunc quidem clara res est. Nam Farnesii codex. *imagines, ac tituli, & Statuæ*, perspicuè refert. Nec quidquam pote certius aut clarius. Vulgati erroris causa fuit brevior scribendi ratio, *ac tli*, id est tituli: ex quo manavit, si Dîs placet, Attalus. Sed hoc à libro: istud alterum ab ingenio erit.

Ibidem :

Quia video etiam Grajis accidisse, ut longius absit Aeschines & Demosthenes sacerdos iste enitet, & si quis alius Ephesum vel Mitylenæ contentus scholasticorum clamoribus quatit, &c.

Videbar non absurdè emendare, *ut longius absit Aeschine & Demosthene Sacerdos iste Nicetes, & si quis alius, &c.* Sententia & historia probante. Nam Sacerdos Nicetes illa ætate non ignobilis * rhetor in schola fuit. Plinius lib. VI. Epistol. *Erat non Auditorum tantùm, verum etiam studiorum amantissimus, ac propè cottidie ad audiendos quos tunc ego frequentabam Quintilianum & Sacerdotem Nicetem ventitabat.*

C A P U T XVII.

Plauti Pseudolo versus de conjectura correctus.

PUTO in vitio esse versum illum è Pseudoli scena, Postquam illic :

*Quid nunc acturus? Postquam herili filio
Largitus dictis dapfiliis, ubi sunt ea?*

& rectè sic corrigi, *Largitus dict' es dapfilia*, Dicta dapfilia, id est, munifica & larga. Ortus error fuit ex vocibus imperitè confusis.

CAPUT XVIII.

Varro in Fragmentis emendatus.

VARRONIS fragmenta quotiens video, oculos mihi dolere necesse est: adeo non solum pauca quædam ex tanta vi pulcherrimorum scriptorum ad nos venerunt, sed ea ipsa ita lacera, amfracta, divulsa, ut quod poetæ Pentheum diripuisse ajunt Bacchas: nugas maximas fuisse credam: præut quo pacto Varro distractus fuit. Equo numero aliquot malè accepta membra hoc capite sanabo, conabor quidem certè.

Apud Nonium, Calcar:

Varro sesquialysse, Ventus suo casu vehementius sufflare, & calcar admove. Ebrios & Ticinios non vinolentos aut si nocivo, sed expletos qualibet re possumus dicere. Varro Eumenid. Et ceteri scholasticis auribus scolica dape, atque ebriis festi. è ἀπειρολογία consurgia consurgimus jejuniis oculis.

Mulæ vestram fidem! malè acceptus locus. In quo id primum monendum, duo exempla, sive duas dictiones Nonii turpiter coisse in unum, & sic separanda. **CALCAR** pro impetu. *Varro S. V. sub occasum v. se calcar admove.* Hactenus Varro. Faciendum deinde à verbis Nonii initium, & alterius dictionis impropria significatio ponenda, eo modo quo nos (sine dolo dicam) præclare emendavimus, **EBRIOS ET JEJUNOS non vinolentos aut sine cibo, sed expletos, &c.** *Jejunos* scripsi *procinios*, rejecto T. quod ex priori adhæserat: *Sine cibo*, ex illo, *si nocivo*, noto & tralatitio errore V. pro B. Res tota clara ex Varronis sequenti exemplo, cujus emendationem à Junio petendum.

Apud Nonium, Defubulare:

Varro Sesquialysse. Unam veniam esse non amorisse duce virtute, hanc esse nobilem: alteram Carneadem defubulasse bona corporis secutum.

Manuducente sententia emendavi, *Unamque viam Zenona morvisse duce virtute.* Vel potius, *Zenona mœnise*, antique pro munisse. Distractæ perperam voces induxisse librarios videntur, *Unamque viam se non amorisse.* Quas vix duabus litteris immutatis eleganter reconcinnavi. Egit hinc Varro de variantibus sententiis philosophorum, & illinc Zenonem constituit Stoicorum principem, qui virtutem solam beandæ vitæ esse voluit: Carneadem, qui bona corporis adjunxit. De utriusque hac sententia videatur Cicero & Laërtius. Loquitur eodem modo eadem Satyra

Varro: *Alteram viam deformasse Carneadem virtutis è cupis acris aceti.*

Apud Nonium , Sacrum:

*Varro lege Maniâ , Signata sacra esse defierunt , postea-
quam homines sunt facti.*

Latet acuta sententia in paxilla menda. Scribo , *signa-
tum sacra.* Ambiguè. Id est , Signa seu statux Deorum
defierunt videre sacra sive religiosa , postquam homines
facti sunt sacri , id est , scelesti. Et de his quidem ita
arbitror.

C A P U T XIX.

Miles Plauti correctâ , & antiqua vox restituta.

QUOD in Milite constanter omnibus libris scribitur,
Scenâ , Cohibete intrâ :

Nam borum consilium surripitur sepiissime.

Si minus cum curâ aut catalogo loquendi lectum id est.

id sincerum esse non ipsi fidei crediderim. Nam cui Al-
ciatus probabit , Catalogum , ordinem loquendi esse: aut
nescio quis Veronensis enumerationem sermonis ? Quin
potius divisim scribendum censeam , *aut cato loco.* Ca-
tus locus , quem præcedentibus versibus tutum locum no-
minavit , id est , remotum ab arbitris. Sive etiam , *aut catè
locos loquendi lectus est.* Locos pro Locus , & id sanè per-
placet.

Eadem scenâ :

O lepidum senem si quis memorat virtutes habet.

Non temere est quod in noto verbo titubant omnes li-
bri. Rover. *Lepidum semiseum* : alter Vatican. *semisenem* :
alter proxime verum , *semiscem*. Nam ego paratus sum
pignus in omnes fortunas meas dare , Plautum scripsisse ,
O lepidum senicem. Senicem pro Senem , ἀρχαῖος. Ita e-
nini inflexille antiquos Priscianus diserte tradit , prolat-
eiusdem Plauti exemplo : *Datores bellissimi negotioli seni-
ces soletis esse.* Nec dissimile est apud Nonium *Senica* pro
fæmina sene: Pomponius : *Sed me exercet senica nequam, ne-
que illi quid faciam scio.* Atque hoc probatum spero irius
quibus probari ipse velim: de ceteris non est tanti.

CAP-

CAPUT XX.

*In Propertio antiqua scriptura reposita, alia
quædam carptim adnotata.*

QUIS non miretur in uno versu tantam librorum discrepantiam?

Eleg. XII. lib. II.

Quid tibi jucundum siccis habitare medullis?

Si pudor est, aliò trajice tela puer.

Nam vet. Farnes. *Si puer est, aliò trace puella tuus.* Fulvii, *trajice puella puer.* Mureti, *Si Pudor est, aliò traice puella loco.* Vatican. *Si pudor est. a. t. tela tuo.* Quid autem tam diversum à mente Propertii quàm Puellæ nomen, quod tamen libri constanter obtrudunt? Sed vide causam erroris, & ride. Nam ego sacramento quinquagenario contendere paratus sum, Propertium scriptum reliquisse, *traice duella tua.* Antiquè, pro Bella. Ne quem lex versus moveat, scire licet aut *traice* d. syllabon esse, ut in illo Virgil. à *stamine reice capellis*: aut *duella*, ut Lucret. *Et equorum duellica proles.* Sed huic admonitioni attexamus ex eodem poetâ alia.

Lib. II. Eleg. III.

Ut Maeni. nix minio si certet Ibero,

Utque rose puro lacte nudent folia.

Comparatio sumpta videtur ab illo Anacreontis

Γρόφι ῥίνα ῥοῖ παρσίας

Ῥόδα τῷ γάλακτι μιγῶς

Eleg. v.

Cynthia forma potens, Cynthia verba levis.

Vet. Mureti, *Cynthia f. p. Cynthia formâ levis.*

Eleg. IIx.

Sed non efficies. Me. um morieris: oportet

Hoc eodem ferro stillet uterque cruor.

Forte an leg. *Sed non effugies.*

Eleg. ix.

Sidera sunt testes & matutina pruina.

Hunc versum, ut opinor, in mente Servius habuit ecloga v. ubi adnotat Testis etiam neutro genere dici, ut Propertius, inquit, *Testes sunt sidera nobis.*

Eleg. XIII.

Et duo sint versus. Qui nunc jacet arida pulvis,

Unus hic quoniam servus amoris erat.

Corrupte hic versus legitur apud Charilium Sosipatrum lib. I. *Pulvis*, inquit, *masculino genere, quamvis Propert.*
dixe-

dixerit, Cui nunciet horrida, pulvis. Ceterum horrida, non arida, unà cum Charisio omnes libei:

Si tam longæva minuiſſet fata ſenectæ

Gallicus Iliacis miles in aggeribus.

Librorum partim, *Quis tam:* Farnes. rectiſſimè, *Quis tam:* elegans locutio deſiderata conjunctione. Plautus Mænech. *Nam abſque teſt. eſt hodie numquam ad ſolem occaſum viderem.* Ita Roverii codex. Vulgò peſſimè, *Nam ſi abſque te eſſem.* Emendandus ita Ovidius Epistoſa Acontii, *Aut eſſes formoſa minùs, potere e mode ſcè.* Ita Vatic. liber. vulgati, *Si eſſes tu formoſa.* Simile illud Cicer. ad Atticum lib. XII. *Sciſſes enim, mihi dixiſſes*

Illis formoſum fleviſſe paludibus, illuc

Diceris effuſa tu Venus iſſe comâ.

Tres veteres, *jacuiſſe paludibus, Fulvii, laſſe palud.* Utraque harum verior vulgata. Fulviana ad morem antiquum referenda, de quo Ennius: *Tarquinii corpus bona ſemina lavu & unxit.* Moſchus ſimiliter facit Adonin ungi à Venere, ab Amoribus lavari.

Eleg. xv.

Sic nobis qui nunc magnum ſperamus amantes.

Malim, *Spiramus amantes.* Spirare magnum, quod Græci *πνεῦμα πνέω.*

C A P U T XXI.

Plauti Curculione verſus duo reſtituti:

& cur paraſitus Herculem nutricem invocet, explicatum.

CURCULIONE, Scena I.

PA. *Nempe huic lenoni qui hic habitat?*

PH. *rectè tenes.*

PA. *Nimis formido ne exedat.* PH. *odioſus es.*

ſcrib. formido ne ex. idat, Cùm herus diceret, Rectè tenes: ſervus ludificans in verbo Tenendi, Nimirum inquit, me-tuo ne elabatur.

Scena, Date viam:

Videò tuum ſodalem, argenti rogo uti faciat copiam,

Sciſes velle gratiam tuam noluit fruſtrari.

Lego, *Sciſes velle gratiâ tuâ, noluit fr.* id eſt, Sciſes facile cum tua cauſſa velle, ſed non poſſe. Vide ſequentia.

— jactat volutrios quattuor.

Talos arripio, invoco almam meam nutricem. Herculem.

Facto baſilicum. Propino magnum poculum.

Quis

Quisiste Hercules Basilicus? An, ut Turnebus censet, talorum species in qua Hercules sculptus sive pictus cultu regio? Logi. Nam quis Herculem umquam ut regem pinxit? Et non potius, cum clava & pelle leonina? Arbitror ipse vitiatum ab interpunctione locū esse, & sic disting. *almam meā nuricem Herculem: Facto basilicum.* Cum enim in more esset, ut qui talis luderent, Deum aliquem propitium invocarent, ut exempli causa milites Martem, amatores Venerem, aut pro Venere amicum: Plautus egregie in Parasito τὸ πρέπον servans, facit ab eo Herculem invocari. Ab hac causa: Veteribus, cum decumas Herculi polluerent, epulum publice præbere solenne fuit. Ad id epulum imprimis Parasitos advocari tamquam peculiaries ejus Dei servos leges Græciæ sanxerant.

Athen. lib. VI.

Τὸ τῆς Ἀλκυονίδος ὄνομα οὐ μὴν ἀδόξον ἐστίν, ἀλλὰ δὲ τῆς ἀρχαίων ὀρίσσοις τὴν παρμόσιν ἰσχυρὰ π. χρῆσις καὶ τῶν σωδοῦν παύσασιν. Ἐν Κνωσσῶν μὲν ἐν τῇ Ἡρακλείῳ εἰλη π. ἐστίν, ἐν δὲ ψήφισμα μὲν Ἀλκυονίδος. Λέγεται γὰρ ἐν αὐτῇ περὶ τῆς σπουδαίας ἑστῆς. Τὰ δὲ ἐκ μὲν ἡμετέρω ὁ ἱερός μὲν τῇ Ἀλκυονίδος.

Simile apud Ro. obtinuisse ex Possidonii verbis apud Athen. & ex Plutarchi Crasso licet colligere. Itaque cum plerumque usu veniret ut Parasiti in templo Herculis ex ejus decimis pulchre acciperentur: quis non fateatur ab homine porco, & uni ventri dedito recte & facete Herculem invocatum, cum cognomento nutricis, quod ab eo sæpe nutreteretur? Tantum est de Hercule nutrice. Sed quis basilicus jactus? Me iudice idem qui Venerius, opinionis meæ causas dabo infra in Sermone conviviali. Quis Volturius? Idem cum Cane. Quod enim is jactus (qui fiebat cum quattuor tali pari litu in dorsum subsilirent) infelix esset & rapax, videntur ei nomina quædam infauusta & mali omnis indidisse animalium rapacium, ut Canis, Vulturis.

C A P U T XXII.

T. Livii locus auxilio libri veteris, & alii tres à conjectura restituti.

ERAM in Sequanis à gravissimo morbo ἀδενῶν adhuc καλὰ ἔμψον, cum opportune ad animi mentem recreandam adfertur mihi à Claudio Chiffetio IC. vetus exemplar Livii. Bibliothecæ Vefuntionensis esse ajebat. Percurro, quod sine fraude valetudinis meæ liceret, avide; & statim à principio, ubi vulgati,

Mul.

Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare ab Aretinorum seditionibus motu orto nunciabatur: ubi Licinium genus præpotens divitiarum invidia pelli armis ceptum. In illo ms. invenio, *ubi cilinim genus*. Assensu statim, eoque libentius quod & veteres editiones Livii partim, *ubi cilinim genus*, habent, partim, *ubi Licinum civium*. Cum hæsitantes videlicet librarii illud *Cilinim* in *Civium* vertissent. Hi porro Cilinii sunt, nisi fallor, à quibus primam originem C. Mæcenatis illius Musarum patroni petendum est. Argumento gentile ejus nomen Cilnius: argumento & hic Livii locus, qui Cilnios istos Etruscos Aretinos constituit. Atqui profectò Mæcenas populo Etruscus, domo Aretinus fuit. Colligitur ex Epistola Augusti apud Macrobi-um, in qua præter cetera delicata nomina, *Laser Aretinum*, à patria prima vocatur. Emendandus ita Livius infra: *Seditionibus tantum Aretinorum compositis, & Cilniogene-
nere cum p'be in gratiam reducto.*

ubi item vulgati, *Licinio*. In Silio Italico error similis, lib. VII. *Cilnius Arreti Tyrenis ortus in oris Clarum nomen erat.* Ubi perperam vulgò *Cilinus*: nec dubitandum quin aspexerit ad gentem & ortum Mæcenatis. Hujus in Livio lectionis non solum testem, sed etiam approbatorem habeo: eruditissimum Victorem Giselinum, hominem junctum mecum fidelissima gratia, & cujus mihi non modò jucunda consuetudo fuit, sed etiam consilia & fides salutaris. Sed subjungam huic capiti Liviana alia. Lib. XXII. In rogatione de vere sacro:

Rogatus in hæc verba populus: Velitis jubeatis [hoc sic fieri]? si res populi Ro. Quiritium ad quinquennium proximum, &c.

glossemare fœdatus locus: quem sic lego, *Velitis jubeatis, si res populi Ro. superfluis illis accisis.* Quid enim velle jube-
bere populus debeat, æstincte subjungit: ut in aliis rogationibus solitum. Cicero Pro domo sua, eandem rogandæ formulam exprimens, *Velitis jubeatis, ut M. Tullius in civi-
tate ne sit?* Et: *Velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdi-
ctum sit?*

Ibidem:

Si res populi R. Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velineam, salva servata erit hisce duellis, datum donum duit populus Ro. Quiritium: quod duellum.

* Nunc
tamen
ambigo.

Sigonius tentat legere, *Notum donum duit*. * Scribo, *Latum donum* Forma vetus loquendi in donationibus Livius lib. XXIII. *Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum virtutis causa latus datus est.* Etli hoc ad latitudinem referre possis. Ceterum vereor ut totus hic locus trajectis verbis vitiatus sit, & hoc ordine legendus, *servata erit*

erit hisce duellis, quod duellum pop. Ro. cum Carthaginiensi est, quæque duell. & cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, latum domum duit populus R. Quiritum, quod ver attulerit ex suo, &c. Judicent docti.

Ibidem :

Quod fieri oportebit, profanum esto, neque secus esto.

Legend. *neque secius esto.* Id est, deterius. Suetonius in Tiberio : *Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secius admissa intemp. exstant.* Ita Vatic. Codex.

Ibidem :

Si ante id ea Senatus populusque jussit fieri ac fecit, populus solutus liber esto.

Reponenda vetusta vox *Antideæ*, quæ valet antea, interjecto D. ut Plautus postidea, medicum, & similia.

C A P U T XXIII.

Acuta sententia Plautini versus apud

Nonium reposita. •

NON. diu, sed acriter me torfit anquisita correctio istorum versuum apud Nonium :

Plautus Vidularia: Malim moriri meos quam mendicari.

Boni ministrantur, illum nunc irrident mali.

Nisi me animi fallit, inveni tamen. Lego, *Boni im miserantur, illum nunc irrident mali.* Im pro Eum, antiquè. Vide Festum.

Est autem ἀπολογία versus prioris, Pauperi melius esse mori quam mendicari: quia si moritur, misericordiam à bonis; si perseverat vivere, irrisum à malis consequitur. Sententia est, quæ compar Menandri istis :

Ο πρῶτον ὄραν ἀφ' αὐτοῦ πτωχὸν τίχην,

Πολλὰς ἐποιήσει ἀβλίς· ἀπλὴν γὰρ ἴω

Τὸν μὴ διαμένοντα ἐν ἀλίᾳ, δαπανῶν

JUSTI

JUSTI LIPSI

ANTIQUARUM LE-

CTIONVM

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Plauti Pseudolo elegans jocus restitutus.

NEGARE nolo : amo Plauti elegantes & urbanos sales , nec Venusini illius aliter censentis versus umquam mehercle finè indignationcula lego. Sed ex iis quidam in vulgus obfcuri, quidam corrupti. Quo in numero censendus ille Pseudolo.

Scena, Pseudole non :

-----Pseudole arcesse hostias

Victumas, lanias, ut ego huic sacrificem summo Jovi.

B A. Nolo victumas, agnitis me exstis placari volo.

Libri omnes antiqui, *Nolo victumas, at minimis me.* Scribendum judico, *At minis me exstis*, vel etiam, *At minimis*, voce ducta à Mina. Nimiùm eleganti sententia & ad lenonis mores accommodata. Nam cùm amator propter servatam, ut putabat, amicam, facere victumam lenoni vellet, ut Deo & auctori fortunarum suarum : ille qui aliud spectaret, negat se victumas & inania honorum morari, sed minas & argentum velle. Hęc porrò verba, *At minimis* (nam in ambigua pronuntiatione jocus fuit) leno ita extulit, ut adolescens minime malus intellexerit cum *Agnitis* dixisse. Ergo subjicit : *Quid stas? Arcesse agnes.* Audin' quid ait Jupiter? Hoc nisi certum est, nolo mihi posthac quifquam duarum rerum quidquam creduat, ut ille ait.

CAPUT II.

*De Ciceronis locis aliquot, lib. De legibus
judicatum.*

CICERONIS locus est II. De legibus, stigmate notatus, ad quem emendandum conari cum bona gratia eruditi cujusdam viri vix possumus, Quippe qui eum ita flagi-

flagitiose corruptum & penitus depositum confir marit, ut ne hiscendi quidem de eo facultas sit.

Locus sic habet :

*Quid quod multa pernicioſa , multa peſtifera ſciſcuntur in populis? Quæ non magis legis nomen attingunt , quàm ſi latroes aliquas * conſeſſu ſua ſanxerint.*

Mihi tamen præclare huic vulneri remedium adhibitum iri videbatur, ſi legeremus , *Quàm ſi latrones aliqua conſeſſu ſuo ſanxerint.* Sententia perſpicua. Scita ea, inquit, quæ turbulenti magiſtratus violandæ aut perdundę rei publicæ fuerunt , non magis ſanctiſſimo legis nomine dignanda ſunt , quàm ea quæ latrones aut pyræ in ſuo conſeſſu de præda dividenda aliſque talibus ſanciunt.

Ibidem.

Plures autem Deorum omnium , ſinguli ſingulorum ſacerdotes, & reſpondendi iuribus , & conſuetudinarum religionum facultatem adferunt.

Videri poſſit mancus locus, legendumque , *Plures autem Deorum omnium pontifices , ſingulorum ſacerdotes.* Siquidem hæc interpretata ſunt ex verbis legis illius, *Diviſque aliis alii ſacerdotes, omnibus pontifices, ſingulis flamines ſunto.* Adfert etiam moleſtiam illud *conſuetudinarum religionum* , quod rectum eſſe vix videtur. Divinabam leviter, ſcriptum fuiſſe , *conſuetudinarum* , id eſt, cum fide, quod convenit præclare.

Ibidem :

Tum ebur ex inani corpore extractum.

D. Lambinus voluit, *ex inanimato* : mihi probatur *ex inani*. Quod convenit in Elephantum. Lib. III.

Tribuniſque quos ſibi plebes rogaviſſet juſ eſto cum patribus agentibus idem ad plebem quod cenſus erit ferunto.

Idem Lambinus emendat, *Quod cenſuerint ferunto.* Quod probarem, ſi probabile eſſet in tam noto verbo offendere omnes libros. Veteres plerique, quod ipſi in Vaticano uno & altero apud Sequanos vidimus : *Quod cenſus erit*, referunt. Ut perſpicuum ſit verbum aliquod remotius fuiſſe, quàm pro captu imperitorum. Quid igitur ſi legamus? *Quod cenſus erit.* Antiqua ratione ſcribendi pro *Uſus*, Quod ad ſententiam aptum eſt certe : & *Coerare*, ac *Coeratio* , pro *Curare* Cicero in hiſ ipſis libris ſcripſit. Non diſpliceat etiam , ut propius recedamus à libris , *Cenſus*, quando Ciceronem in ejuſmodi verbis omnibus geminaſſe conſonantes & Caſſus, Diviſſio, Uſus dixiſſe, Quinctiliani & Annaei Cornuti teſtimoniis cognoviſcimus.

C A P U T III.

Plauti Rudente versus quattuor à conjectura correcti.

RECTENE Plauti Rudente scriptum legimus in lepido colloquio Ampeliscæ & Sceparnionis, cum illa attretantem paullo liberiùs servum rejiceret?

Non ego sum pollucta pago, potin' ut me abstineas manum?

& rectè quidem esse ocellus Galliz Turnebus censuit, qui polluctam pago, interpretatur communem & expositam pago, ut inquit, in Pollucto Herculis omnia exponebantur obviis. Duriusculè, ut mihi videtur, & potiùs vix duabus litteris mutansibus legerim, *Non ego sum polluta, apage, potin'* Sic idem Plautus in re simili: *Pura sum, comperce amabo me adtractare Agorastocles.*

Scena, Nimio hominum:

Hoc quod induta sum, summa opes oppido.

Scrib. divisim, *sunt mea opes.* De puellâ naufragâ cui nihil reliqui erat præter vestitum. Scenâ, Meamne ille:

LA. *Siccine me spernis?* CH. *sic ago, semel bibo.*

Legerim, *sic ago, sic mel bibo.* Insultans impuro lenoni hospes ait ejus calamitates melli sibi & voluptati esse.

Scenâ, Iterùm mihi:

Dic ergo quanti censes? TR. *egone?* censeo.

PL. *At sume quidem ne censionem semper facias.*

Editio Aldi, *Adsume quidem*, alii, *Adsum equidem*. Sed, meo animo, certum est Plautum scripsisse, *Absume quidem* Venusto joco. Nam cum servus ludos herum faciens non aliud ad interrogata responderet, quàm Censeo; quasi indignatus adolescens, & in amphiboliâ verbi ludens, At, inquit, ne semper censeas, absume potiùs & in decoctores referare. Quod sumptum est à moribus Rom. Constat enim eos qui abligurriissent, & nihil in bonis haberent præter facculum illum Catulli, liberos fuisse à molestiâ dedicandi sua in censum.

C A P U T IV.

Nonii Marcelli aliquam multi loci purgati.

VT ii quæ antiquitas delectat non solidas tantùm statuas, sed & avulsum crus & fractum brachium capiuntur cernere: idem nobis usu venit in litteris. Noni-

us in

us in manibus & sinu eruditorum est, non quia ipse per se tanti sit, homo aliàs nugator & ad risum sæpè ineptus, sed quia in eo veterum scriptorum reliquæ & fræta quasi membra comparent, quæ ex avita hereditate nos ut ruita & cæsa delectent necesse est. Ad ea membra aliquot pro parte sananda hoc capite conabor.

Noñius in Verruncent.

Afranius Divortio : Et puncto averruncent cur Syriam simul.

Liber vetus, Et ponito. Lego, Et ponti averruncent cursuram simul. Vel potius, Verruncent. Cursura ponti, navigatio est, ut Virgil. Huc cursus fuit.

In Manipuli.

Sisenna Histor. lib. III. Condictus tamen & tempora singula constitui, & sicut steterat manipulos obverti jussit.

Lego, Connixus tamen ex tempore signa constituit.

In Tristitias.

Turpilius Leucadiâ : Ante facta in ignem committo tristitias ante divortium.

Si recta hæc lectio, quid tam ridiculum quàm quod Nonius monet Tristitias pro Tristitia hic positum? Sed emendandum in verbis Nonii, *Tristitas* pro *Tristitia*. Hoc primum. Deinde cum pro illo *ante divortium*, in veteri libro sit *ante dorcium*: emendandum arbitror, *tristitas antedortium* R. & S. in libris frequenter alternant, *Anted. D.* addito more antiquo. Hoc dicit. Omitto præterita, en nova tristitia præ foribus est.

In Patibulum.

Sallust. Hist. lib. IV. In quis notissimus quisque aut male dependens verberabatur, aut immunitate corpore improbi patibulo eminens afferebatur.

Vix est ut audeam post accuratam diligentiam Carrionis aliquid in Sallustium: quod tamen ejus voluntate fiat, puto hoc loco legendum, *in proris patibulo*. Rectè ad sententiam, quia in navibus hæc supplicia sumpta colliguntur.

In Lucius.

Afranius Frater. Pistori nivat cur non scribitario.

Vir doctus legit, *Pistor orat*. Emendarim ipse, *Pistori nivat cur non scriblitario*. Scriptum fuit *nivat*, inde *novat*. Scriblitarius, qui placentas conficit. Prologo Pœnuli, *Nunc dum scriblitæ æstuant, accurrite.*

In Optare.

Sallust. histor. III. Atque cum cupio laudatum accensumque præmiorum spe quibuscum optavisset ire jubet.

Ita Carrio emendavit : optime. Nisi quod pro illo *cupio*, legendum censeam *Curio*, aut *Cepio*. Forte de Curione illo sermo est, qui Dardanos vicit. Meminit epitome Livii, & Sallust. lib. II.

In Amnis.

Accius epinausemacheumandria : mundam falso sanctam obtexi sanguine atque acerbos altâ in amni corpore explevi hostico.

Restituo, *Accius epinausemache, Scamandriam undam.* Et deinde, *acerbos* pro *acerbos*. Scamander fluvius in Phrygia. Dicuntur hæc forte in persona Achillis.

In Imberbi.

Varro epist. ad Fabium. Quod facis Saturnorum similes sunt, quod maxima sunt, idemque imberbi.

Lego, *Quod facie Saturnorum*: id est, Satyrorum. Nisi placet, *falcis Saturnorum*. Saturnus cum falce incurva pingebatur. Ludens igitur Varro eos dicat incurvos esse ut falcem Saturni. Prius magis placet. Reliqua lego ut doctissimi Junius.

In Faceffere.

Ennius Annal. I. Hæc effatus, ibique latrones dicta faceffunt.

Non dubito quin Ennius scripserit, *Hæc effatus ibus*, *ap. p. 11. 205*, pro *lis*.

In Picumtus.

Higinius : Picumtus est parvâ veste picus Martius.

Alii, *parcâ veste*. Scribo, *variâ veste*.

In Lanitium.

Laberius: Nihil refert utrum mollem è laniceâ Atticâ,

An pecore ex hircorum vestigium geras.

Perfpicue leg. vestitum geras.

In Ignaviter.

Quadrigarius Annal. II. Et qui ibi erant, non ignaviter putando eum diem pro meliore habuerunt.

Lego, *ignaviter pugnando*. Scriptum fuit *pugnando*. Hinc error.

In Parciter.

Pomponius Verre. Salbeulo parciter tamquam frater mihi sis medium abdomen cum dividam.

Scribo, *Salveolum parciter*. Videlicet autem, verbum Dividendi hic inter obscœna esse & devirginata.

CAPUT V.

*Plautinae Militis versus , & alter Pœnuli
emendantur.*

EST verò quod semper judicavi. Corrupte in Milite legitur colloquio Sceledri & Periplectomeni extremo :

Frequens Senatus poterit nunc haberi.

Ibo itirò, ne dum absum illis sortitò suam.

Quam enim sententiam idoneam habeat illud sortitò esse, Comprobant iudicium meum libri : è quibus Vaticanus alter, *ne dum absum multi fortuitò suam*, alter, *multi fortuita*. È quorum vestigiis confirmo scribendum, *ne dum absun multa fortuitò suam*. Vel potiùs, *multai*. Venusta sententia. Nam cum lepidus ille senex de confessu congeronum suorum, qui consilium habebant mulieris liberande, tamquam de Senatu magnifice locutus esset: in eodem nunc ludens & simul veterem ad morem respiciens addit, se quoque tamquam unum aliquem Senatorem in curiam iturum, ne forte absenti multa imponatur. Moribus enim Rom. Senatori qui die Senatus non adesset multam dici solere. Consulemque jus habuisse pignoris capiendi, vel ex uno Cicerone nota res est, De Orat. III. De Leg. II. & Phil. I. Quamquam eadem hac sententia legi etiam possit *multisortio*. Voce non abhorrenti à Comica compositione, uti multisortionem dixerit, qui multam sortitur. In eadem voce turpis error Pœnulum obsedit scena ante ultimam.

Rapiamus in jus. P. O. E. minime. A. G. quapropter?

P. O. E. quia.

Injuriarum multa inducitur.

cum perspicue legendum sit, *Injuriarum multam dici satius*. Utriusque conjecturæ meæ cum ante biennium Carolam Langium, virum quo nihil sol ille doctius vidit aut melius, arbitrum fecissem, sic eam comprobavit, ut pronuntiaret acrius hispsis imperitiæ multam dictum iri, qui istud de multa non probarent.

CAPUT VI.

Apud Macrobius Ciceronis elegans focus restitutus : similis error in Suetonio sublatus.

NIHIL meream, quin conjecturam meam de acuto quodam Ciceronis dicto proponam, quod exstat apud Macrob., I. Satur.

Idem Cicero aliàs facilitatem Cæsaris in eligendo Senatus irrisit palàm. Nam cum ab hostiæ suo P. Mallio rogaretur ut Decurionatum pridigno ejus expediret, assistente magnâ frequentiâ dixit, Romæ si jus habebit Pompejus, difficile est. Ita libri. Quibus in verbis neque sententiæ ejus quam elici Macrobius voluit, neque omnino elegantioris dicti vola aut vestigium apparet. Lego igitur: *Romæ si vis habebit Pompeius difficile est.* Optimè. Nimtrum perstringens Cicero facilitatem Cæsaris qua quosvis vulgò in Senatum admittebat, respondit Mallio *Difficile fore ut Pompeiis* (quod Campaniæ oppidum est) *Decurionatum impetret: ceterum si Romæ in Senatum velit, id jam Cæsare Dictatore facile posse.* Similis planè error in Suetonii Claudio, ut vulgata distinctio est.

Cap. XXVII.

Liberos ex tribus uxoribus tulit, ex Herculaniâ Drusum & Claudiam: ex Patinâ Antoniam: ex Messalinâ Octaviam & Britannicum, Drusum Pompejum puerum amisit propter lusum in sublime jactis & hiatu oris exceptis strangulatum.

Quis enim historiæ & antiquitatis modicè peritus hærebit, quin & hæc leg. sit, *Drusum Pompeius*? Ut locum adnotarit ubi Drusus ille exstinctus. Nam neque Claudii Pompejos paterno aut materno genere attingebant: & ne quis de adoptione suspicetur. Principia Romæ filium ab alio inferiore adoptatum esse, absurdum.

C A P U T VII.

Plauti Asinaria antiqua vox, & alio versu Græcanicum genus dicendi repositum.

ASINARIA, cum anus morosa & difficilis egenum amatorem expulisset, amica discedentem illum lacinia retineret, sic legimus:

PH. *Quò nunc abis? Quin tu hic manes!*

AR. *Max si voles manebo.*

Depravatè. Nam adolescentem àliquid de Nocte dixisse statim paret ex sequenti versu quem Libanus subjecit: *Audin' tu hunc operâ ut largus est nocturnâ?* Itaque citra controversiam Plautus scriptum reliquit, *Nox si voles manebo.* Nox à *ἡχαιῶς* pro noctu. Cujus vocis insolentia loco fuit depravando. Veteres ita locutos discimus ex Agellii Indice lib. IIX. Noctium cap. I. *Hesternâ noctu rectè autem vitio dicatur: itemque quod X. viri in XII. tabulis Nox pro noctu dixerunt.* Caput autem ipsum quo id pluribus docuit

docuit Agellius, etsi unà cum libro periit: tamen verba ex XII. quæ ille in mente habuit, repperi apud Macrobiū, qui ejusmodi multa utendā ab Agellio sumpsit, si fatetur; furatus est; si negat. lib. I. Sat. *Si nox furtum factum esset, si in alio occisus, jure casus esto.* Addam ex eadem Scena alibi:

Argenti viginti minæ me modò ad mortem appulerunt,

Quis hodie adolescens Diabolus ipsi se daturum dixit.

Restituendum hic ajo nimium elegans genus dicendi, quod imperiti nebulonēs furbis ejecerant, *Quis h. a. Diabolus ipsi daturus dixit.* Itā jam sine ulla litura Vaticanī librī: & codex Langii nostri, *daturus dixit*, littera una discrepans ab illis. Est autem purus putus Hellenismus, notus iis qui primoribus labris litteras Græcas gustarunt. In quo eodem emendandus Plaut. Bacchidib. Scen. II.

Fiam ut ego opinor Hercules, tu autem Linus.

Nam & hic Vaticanī disertim, *Eja nunc esse ego opinor Hercules, tu autem Linus.* Simile est illud Virg. *Dixit, & extemplo* (neque enim responsa dabantur *Fida satis*) *sensit medios delapsus in hædes.* & Propert. *Furabo & bis sex integer esse* dicit. item Horat. *Vix bonus & sapiens dignis ait esse paratus.* Arnobii etiam I. Contra gentes: *A quo ipsam deitatem sortiri esse sentium.* Atque hoc quidem genus loquendi, quod adhuc remotum ab usu vulgi poëtis modò relinquebatur, primi ex Plauto in lucem protulisse videmur.

C A P U T VIII.

De Jano Gemino à Nerone clauso, in eoque Tacitum à Suetonio dissentire.

DIGNA sanè res admiratione est, quid causæ habuerit Cor. Tacitus scriptor haud paullo melior quàm vulgus, & hic aliud agens populus existimet, cur in Neroniæ rebus mentionem nullam Jani Gemini fecerit: quem pæce terra marique parta quintum clausum à Nerone non solum Suetonius adfirmat, sed testantur etiam nummi. Sueton. *Janum Geminum*, inquit, *clausit tam nullo quàm relictuo bello.* Nummi, è quibus æreos tres ipsi vidimus, IMP. NERO. CLAV. CÆSAR. AUG. GER. P. M. TR. P. V. P. P. à tergo, PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. JANUM. CLUSIT. Factum hoc est P. V. C. anno DCCCXI. Nerone III. & Valerio Messalla Cos. Anne igitur memoriæ vitio id Tacitus indictum omisit? an ut rem levem & scriptiōne indignam præterit? Nihil sanè horum: sed, quod

pauci observarij, dissensit in hac historia Tacitus à Suetonio & nummis, & Janum à Nerone clusum non fuisse existimavit. Qui potest in re tam clara? Inquires. Nescio, sed en tibi fragmentum Taciti apud Orosium his verbis: *Deinde ut verbis. Cor. Taciti utar, sene Augusto janus patefactus dum apud extimos terrarum terminos novæ gentes sæpe ex usu, & aliquando cum damna quaeruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium.* Enimvero si ab Augusto ad Vespasianum apertus mansit, quomodo constat ut cluserit Nero? Quamquam fieri illud potest, ut quemadmodum Nero falsum triumphum & falsos archs de Parthis admisit: sic etiam ambitiose & præter morem veterem Janum cluserit residuo adhuc bello. Ideoque factum id Tacitus omiserit. Et sane magis magisque vereor ut emendandus sic Suetonius sit, verbis junctis & reductis, *Janum Geminum clausit, tamquam nullo residuo bello.*

C A P U T IX.

*Plautus in Mostellarid versu uno auctus:
& item Pseudolo.*

HOC quidem capite Nervam, Trajanum, & ejusmodi clementes Imperatores imitabor: & ut illi priorum temporum injuria pulsos exules, sic ego Plauti versus duos ab omnibus libris exsultantes in veterem sedem re-rituam. Præsertim cum iis nihil objici possit præter libertatem sermonis: lege autem Julia non verba moechantia, sed facta puniri receptum sit. Mostellaria, colloquio Phanisci & Tranionis.

P H. non potes tu cogere magis tibi

Male dicam, Novit herus me, si sobrius sis.

Male non dicam.

In duobus Vatic. hæc interseruntur: *Novit herus me Sen. suam pol culcitellam oportet. P H. si sobrius sis male non dicam.* Quæ germana Plauti verba esse ne Carneades quidem ille dubitaverit, qui dubitare in omnibus solet. Nimiram cum Phaniscus dixisset notum se esse suo hero, alter servus id verbi in nequiores sententiam detorquens, Mirum, inquit, ni culcitellam suam noverit. Hic enim contumeliose vocat eum quem intellegi vult hero officium noctu præstitisse, & pro culcita fuisse in quam incumberet. Quomodo & Dolabella Cæsarem, qui Delicium Nicomedis audiebat, *spondam interiorem regie lectice* ab eadem causa dixit. Pseudolo etiam Scena III. ubi vulgò.

Nam istoc quod nunc lamentare non esse argentum tibi,

Apud

*Apud novercam querere. Ps. Fac hoc quod te rogamus
Ballo.*

*exulat integer versus, quem ex Vaticanis postliminio li-
cet restituere: Apud n. querere. Ps. ehò numquid tu hujus mu-
psisti patri? B. A. Dñm. s. faciant. Ps. fac hoc quod t. r.
Arguto sed licenti sane joco, qui in verbo Nubendi con-
sistit. Quod verbum antiquitus inter ea fuit, quæ custos
ille horum libentius quàm Virgines Vestæ usurparent.
Inde Festo Nupta verba, obscæna, & Petronio Nuptias
facere, τὸ γυναικῶν ζῆν. Inde Virgini Vestali crimen incesti
intentatum apud declamatores, quòd versum scripsisset:
*Felices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est.**

CAPUT X.

Propertii versus complures emendati.

PROPERTIUM qui non amat, cum profectò Musæ non
amant. Tanta ejus versuum suavitas est, ut quemad-
modum comicus ille ait, nil nisi mulsa loqui videantur;
tanta eruditio, ut non nisi Phœbo dictante credamu-
exceptos. Equibus aliquantos carptim emendabo, ve
potius, ut majores loquebantur, saltuatim.

Lib. II. Eleg. XXVIII.

Et tibi Mœonidas interque Heroidas omnes

Primus erit nullâ non tribuente locus.

Tres veteres: *Et tibi Mœonias inter Heroidas.* Quæ lectio-
ne nihil varius. Corruerant illi bardi, quibus versus in
vicio esse videbatur, si illud *inter* à postrema longum le-
geretur.

Eleg. XXIX.

Apparent non ulla thoro vestigia presso

Signa voluptatis, non jacuisse duos.

Pendet sententia hujus versus, & recte me judice Farnes-
codex, *Signa voluntatis.* Nimirum cum nescio quo casu
Propertius, Cynthiam suam bene mane solam offendisset
(quæ alioqui, ut mea fert opinio, libenter Clodiam ipsam
imitaretur, & propter nocturnos tortores raro incomitata
dormiret) sed tamen cum solam: mulier casta eo argu-
mento magnifice pudicitiam suam jactat. Et vidēsne, in-
quit, externa nulla vestigia in hoc lecto esse, signum non
jacuisse hîc duos complexus & volutantes.

Eleg. XXX.

Nectū virginibus reverentia moveris ora.

Nulla discrepantia in libris, nec quidquam sollicito. Place-
bat tamen olim: *Nec te virginum reverentia movet ora.*

Y 5

Eleg.

Eleg. ultima

Me juvet æternis positum languere corollis.

Lib. Fulvii & Vatic. *Me juvet hæsternis, perspicue verum.*

Lib. III. Eleg. II.

Orpheu te tenuisse ferat, & conosa dicunt

Flumina Threiciâ detinuisse tyrâ.

Duo veteres, sustinuisse tyrâ. Bene & Latine. Pro fustere, & reprimere, ut Lucill. Sustinet ut currus bonus sæpe agitat equos quo.

Eleg. V.

Heu itas curvæ & leti convexæ causæ.

Vet. Farn. & Fulvii, & leti convexæ causas, hiata poëta non insolenti, si ita visum librariis nostris fuisset.

Ibidem:

Terra partim fuerat, terris adjecimus undas,

Fortunæ miseræ auximus arte vias.

Eficienda in iusticia vox est, vera civi reposita, Terra parum fuerat satis, adjecimus undas. Ita omnes libri & sententia ejus elegantiam quisvis videt. Lucanus eadem mente de Argo:

--- fatisque per illam

Accessit mors una ratem.

Ibidem:

Paullatim socium jacturam flevit Ulyxes,

In mare cui soli non valere doli.

Alii, solum: ego conjicio solui scriptum fuisse.

Ibidem:

Et miser invisam traxit hiatum aquam,

Lego, Et niger, ut *μῆλας κόμην*, & similia apud Homer.

Eleg. VIII.

Non flebo in cineres arcem sedisse paternos

Cadmi, nec semper proelia clade pari.

Suspicio emendandum, nec septem. Ita Propert. lib. I. Longè castra tibi, longè miser agmina septem, Flebo in ætrem Iunda jacere situ. Et nota est historia.

Eleg. XII.

Et certamen habent leti, quæ viva sequatur

Confugium: pudor est non licuisse mori.

Scribo, certamen habent letæ.

Ibidem:

Pinus & incumbens latas circumdabat umbras

Nec fuerat nudus pœnæ videre Deas.

Libentiùs legerim, Et fuerat nullas penè videre Deas. Ea enim felicitas primi illius sæculi recensetur, quod Dii & Deæ vulgò cum gente hominum versabantur, & tantum non conspiciendos se dabant. Hæc levia sunt, fateor, in tantum poëtam: sed non male olim ille Græculus ad Augustum, *οὐκ ἴσθης ὅτι πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἰδὲν ἐστιν.*

CA-

CAPUT XI.

E Cassina lecorum trium correctio.

In lepida illa fabula quam Cassinam Plautus inscripsit, cum mulierculæ mirum in modum libidinosum senem ludos facerent: hæc in omnibus libris legimus:

*Nam nisi ex te scio quidquid hoc sit citò, jam tibi istuc
Cerebrum dispercitiam execrata, ludibrio pessima adhuc
Quæ me habuisti.*

Nec tamen dubito quin pro illo *Execrata* Plautus scripserit *Excetra* tu, id est, vipera, maledicto mehercle satis convenienti in malas illas merces. Usus eodem est in Pseudolo: *En excetra tu, quæ tibi habes tot amicos tam probe oleo onustos.* Quamquam & ibi plerique omnes libri, *Execrato* aut *Execrata* corrupte referant.

Scena sequenti.

----nunc quidem gladium ancilla

Intus Cassinam habere ait qui me atque te interimat.

Omnès plane libri, qui me atque te invitet. Idque immutare sane religio sit. Opinor invitare eum dixisse pro isto, vitam tollere, ut poëta vetus apud Cicer. Evitare, *Hæc omnia vidi inflammari*, Priamo ut vitam evitari. Ludit in eodem verbo ipse Plautus Rudente: *Ne istunc istis invitassitis, Usque adeo, donec quæ domum abeat, nesciat.*

Scena cujus initium, Si sapitis:

Sed eccum egreditur cum coronâ & lampade

Meus socerus, compar, commaritus, villicus.

Apage illud Socerus. Nam Olympio seni illi servus profecto, non focer. Nisi animi fallor, *meus sociennus*, scriptum ἀρχαῖος fuit. Sociennus valet Socius Plaut. Amphitruo. *Nam Amphitruonis sociennum me esse volui dicere.* Aulular. Ibo intrò atque illi socianno tuo jam interstringam gulam. Juvat vehementer conjecturam meam Roverii liber, qui *socius* refert, glossema quasi illius. Et sane socium lepide dixerit, uti & comparem & commaritum. Quippe ambiebat senex ille, (ita fabulæ argumentum est) cupidus & attentus ad rem faciendam, in famula dividunda pro socio Olympioni esse, & agrum illum communi impendio arare. Nec repugnabat sane homo benignus & minime asper Olympio; nisi argutæ mulierculæ, suppositicia Cassina consilia illorum omnia turbantes, vetulum illum hircum serò docuissent quàm verè ab Ennio scriptum esset. *Stultus est qui cupida cupiens cupienter cupit.*

CAP.

C A P U T 'XII.

*Ciceronis loci duo, quorum alter ab Alcæo
videatur, alter ab Homero.*

ITA est profectò : multus in Græcorum libris Cicerò fuit, nec oratorum tantum, sed & poetarum. Argumentum, scripta ejus illorum quasi luminibus crebrò distincta. In quâ classe censendum videtur illud divino Oratore ad Brutum :

Magnum opus & arduum, ut sæpe jam diximus : sed ingredientibus considerandum fuit quid ageremus, nunc quidem quocumque feremur danda pimirum vela sunt.

cujus loci elegans sane ἀναγνώσις expressa apparet de illis Alcæi :

Εἴς γὰρ χερὶ πηλοῖν πλοῖον,
Εἴς δὲ αὐτοῦ χερὶ παλάμῳ ἔχει,
Εἴς δὲ καὶ πόντον ᾗσιν,
Τὰς παρτόν τε χερὶν ἀνάγκη.

Sicut item quæ III. de Oratore in laudem eloquentis legimus :

In quo igitur homines exhorrescunt? In quo exclamant? quem stupefacti dicentem intuentur? quem Deum, ut ita dicam, inter homines putant?

Cui non persuadeamus, postremis verbis imitata ab illo Homeri

Odyss. 9.

Εἰς ἄνδρα δὲ αἰνὰ ἄνθρωποι δὲον ὡς εἰσεβέωσι.

quem versum de viro eloquenti Ulysses pronuntiat increpans protervam Euryali orationem.

C A P U T XIII.

In Plauti Menæchmis locorum aliquot emendatis.

QUOD apud Plautum Menæchmis est, Scenâ cujus initium, Ni mala :

ME. Ecquid tu de odore possis, siquid forte olfeceris,
Facere conjecturam? Captum sit collegium augurum.

vitiose esse arbitror, & persona insita legend. *Facere conjecturam* : PE. Captum sit coll. aug. ME. Agedum. Roganti enim marito, ecquid divinare de odore posset? Præclarus ille augur, Egône? Inquit. Non ipsum collegium augurum melius conjecturam fecerit.

Sequentem etiam versum :

Age-

*Agredum odorare hanc quam ego habeo pallam, quid olere
Abstines?*

potius est scribi, *quid olere abstines?*

Scenâ, Nulla est voluptas :

Ego autem homo iracundus animi perditus.

Emendo, animi percui.

Scenâ sequenti:

Adolescens quibus hic pretiis porci veniunt

Sacres sinceri nummos eos à me accipe.

Distingo & lego ex vestigiis librorum, *Sacres sinceri?* Cy.
nummo. ME. cum à me. a. Approbat Plautus ipse infra: *Au-*
din' Menæchme? Si me consulas, Nummum illum quem mihi
diudum pollicitus dare, Fubeas si sapias porculum offerri tibi.

Ibidem :

Pro sanè loqueris, cum me appelles nomine.

Scribo, pro sano loqueris : eleganter. Ut Cæsar De bello
Gallico v. *Nihil eum se absente pro sano facturum ratus,*
qui presentis imperium contempsisset. Sed hæc leviora, illa
locus insignis & quasi notæ Opimianæ.

Scena eadem :

ME. *Jàmne ille abivit? Edepol haud mendacia*

Tua verba. MES. *exterior esse observato modò.*

quem non invitis Musis quâ distinxî, quâ correxi, Tua Ver-
ba exterior esse. MES. *observato modò.*

Scenâ, Potin' ut quiescas :

Potin' ut quiescas si ego tibi hanc hodie probe.

Quidam libri, sic ego tibi, alii, sed ego : scriptum fuit, si
ego, more antiquo, addito D.

Ibidem :

Feciſti funus absenti me prandio

Cur ausus facere, cui ego æquè ac hæres heredem?

Multarum litterarum vir Junius noster, *æque ac Eres hæ-*
ream, leg. censuit. Erem interpretatur Erinacium. Sed
meo animo Vaticana lectione nihil verius. *Æque ac he-*
res eram. Venustè. Nam funeri justa ut fiant, heredis
curatio est. Huc respiciens Parasitus, cui de consumpto
prandio ægrius erat, quàm olim Achilli de Patroclo in-
terfecto: hem, inquit, vappa hominis, cur ausus tu sepelire
hoc prandium, & illi justa facere, cum ego legitimus he-
res nullus adfuerim? De prandio autem sive cœna, ut de
hereditate quapiam (siqui exempla requirit) loquitur
idem Plautus Carculione, Stichos, & Trinummus.

Scenâ, Ut hoc utimur:

Ut hoc utimur maxime more morum

Mo: est loque multum, atque uti quique, &c.

Emen-

Emendo, more moro molestoque. Plaut. Milite: *Ego stulta atque mora multum, quæ cum isto fabulem.* Ubi itidem titubant libri, & plerique, *moror multum*, vitiose referunt.

Scena, Ut ætas mea :

Reliquere, ut ætas mala merx est, ergo.
Scribendum, *merx est tergo.*

C A P U T XIV.

Quintilianus locus correctus : marmor antiquum expressum.

QUOD genus antiquæ scripturæ vel sexcentis locis in Plauto occurrit, ut post vocalem in fine dictionis D. additum reperiatur; ut Med, Ted, Sid, Meritod, & similia: id intellegi haud dubie Quintilianus voluit, cum lib. I. scripsit:

Latinis veteribus D. plurimis in verbis ultima adjecta, quod manifestum est etiam ex columnâ rostratâ, quæ est Julio in foro posita.

Sed enim is Quint. locus insigne mendum continet: quod argumentis facile est pervincere. Ait genus id scripturæ existare in columna rostrata quæ est Julio posita. Duplex vanitas. Nam nec posita umquam rostrata (quæ navalis victoriæ propria est) Julio Cæsari fuit: & ut fuerit, cui sano probabitur Cæsarem unum omnium minime, ut sic dicam, antiquarium, genus illud scripturæ jam pridem desitæ & oblitæ in columna sua exprimi voluisse? Quid multa? Conceptis verbis jusjurandum dabo Quintilianum scripsisse, *Quæ est Duilio in foro posita.* Conveniunt omnia præclare. Nam & posita C. Duilio, qui primus Pœnos classe vicit, columna rostrata fuit: & ea etiamnum Quintilianus ætate existit: & genus illud antiquæ scripturæ repræsentavit. Duo priora docet Plinius lib. xxxiv. De columnis: *Item C. Duilio posita est, qui primus navalem triumphum egit de Pœneis, quæ est etiam nunc in foro.* Tertium ostendit fragmentum antiquissimi lapidis in foro Ro. eruti, quæ hujus ipsius columnæ partem esse omnes humanitate tincti homines mihi assentient.

pugnANDO

EXEMET. LECIONES

AXIMOSQVE, MAGISTRATOS L.
 OVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELLAM
 PVCNANDOD, CEBET. ENQVE EODEM. MAC.
 EM. NAVEBOS MARID. CONSOL. PRIMOS. G.
 CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PA
 CVMQVE. EIS. NAVEBOVS. CLASEIS. POENICAS. OMI
 SYMAS. COPIAS. CARTAGINIENSIS. PRAESENTE
 DICTATORED. OL ///// OM. IN. ALTOD. MARID. PVCN.
 QVE. NAVE ///// T /// CVM. SOCIETS. SEPTEM
 ///// OSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. X. .

aur OM. CAPTOM. NVMEI. 1 1 1 D. CIO.

argen TOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI.

Ita enim fracta & mutila scriptura habet, quam (nisi quòd postremas aliquot numerorum notas de prædâ captâ omi-
 fi) ita cum curâ expressi, ut non ipsa Fides possit fidelius.
 Quæ autem minutis litteris interpretationis causa adjunct,
 ea sunt à Polybio & à Zonará, qui Segestam à Duilio obli-
 gione liberatam, Macellam Siciliae opidum expugnatum
 tradiderunt. Illud monstrum verbi EXFOCIONT quid sibi
 velit, Apollo rogandus est: nisi cui placet eruditissimi Sc.
 Pighii amici mei conjectura, qui antiquè pro exfugiant,
 scriptum iudicabat. Quod fractum legitur, OL. /// OM,
 puto fuisse *ollorum*, id est illorum. CLASES. Et NUMEI.
 Scribuntur unica consonante, quia, ut Festus ait, antiquis
 geminare consonantes insolens fuit. NAVEBOVS. Pro na-
 vibus, quia v. pronunciabant *ou*. Ex quo apud Plautum jo-
 cus Menæchmis, *Tu istic, inquam: vin' afferri noctuam, Que
 tu, eu, usque dicat tibi? Nam nos jam defessi sumus.* Cetera alio-
 rum ingeniis relinquo. Sed, quòd monere me fugit, ad illud
 Quin&. exemp. emendandus Sex. Rufus videtur in Regio-
 ne fori Ro. *Columna Duilii*, non ut vulgò, *Divi Julii*.

CAPUT XV.

*Plauti Epidico versus, & aliter Bacchidibus
 restitutus.*

FACTO est Epidici initio in libris:

Corpulentior videre atque agilior. TH. huic gratia. eamque
 scripturam non solum sententia repudiat, sed pænè dicam
 natura rerum. Qui enim convenit, ut unus aliquis corpus-
 lentior fiat simul & agilior? Imò tardior potius. Citra con-
 troversiam igitur rectè ver. Rev. *atque habitior.* Et hunc lo-
 cum, ut opinio mea fert, in mente Verrius Flaccus habe-
 bat, in cujus mutilata Epitoma legimus, *habitior pingior.*

Agol-

Agellius etiam amans, Plautinæ dictionis, Noctium IV. *Censores equitem ejus liberrimum atque habitissimum viderunt.* Addatur explendi capitis Bacchidum locus.

Scenâ, Amiciorem nunc :

*Sed satin' ego animum mente sincerâ gero?
Qui ad hunc modum hic, hæc quæ futura fabuler?*

non dubitarim legero, *satin' ego animi mentem sinceram.* Mens animi, ut Catullus, *Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.* Et Plautus Cistellar. *Nullam mentem animi habeo : ubi sum, ibi non sum.*

C A P U T XVI.

Corn. Tacitus à mendis aliquot vindicatus.

IN Caji Taciti locis paucis purgandis stat mihi imitari frumentarios, qui cum acervos frumenti domi habeant, tamen ut emptorem concilient, ejus exemplum pugno solent ostendere: sic ego qui inibi sum, ut, cum Musis volentibus, brevî totum Tacitum correctiorem edam, ejus industriæ meæ leve specimen hoc capite dabo.

Lib. III. Histor. vel ut vulgò lib. XIX.

*Ibi Vespasiani virtutem viresque partium adtolit : trans-
fugisse classem inopiâ commeatuum : adversus Gallias His-
paniaque, &c.*

Ad quem locum *μειγείας* ille corrector Taciti adnotat, In libris erat, In arcto commeatuum : reposui, Inopia. O hominem apertum! qui nihil nos celet : eundem acutum, qui tam *δυσχερὲς* divinet. Nam quid tam verisimile, per omnes Musas, quam classem quæ commeatum ex Ægypto & Africa universæ Italiæ supportabat, eam ipsam commeatus laborasse inopia? Sed ille sine omni mala malitia quod sensit id scripsit : nobis ex libris investigata veritas est. Nam Vatican. & Farnes. *classem marcem commeatuum.* Tolle litteram quæ ex fini præcedentis vocis adhæsit, & scribe, *arcem commeatuum.* Manifesta restitutio est. Cæcina enim, ex cujus oratione hæc sunt, cum hortari ad defectionem milites vellet exemplo classis, En, inquit, illa ipsa classis Ravennas, à qua tamquam arce commeatus vestri dependent, transfugit ad hostem. Simili phrasi apud Cicer. Lex repetundarum arx sociorum dicitur: Cotyla arx amicorum Antonij : arx causæ : & similia. Eodem libro, in descriptione pugnae Cremonensis

At

At Vitellianus exercitus cui acquiescere Cremonæ, & recipere cibo somnoque viribus confectum algore atque in-ediâ hostem postera die profligare ac prœuere ratio fuit: indignus rectoris, &c.
puto superare vocem, legendumque, ac prœuere fuit. Fuit, id est, licuit: bellissimus pueris notus.

Annal. XII.

Suum quoque fastigium Agrippina alius extollere, carpento Capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus & sacris Druidibus antiquitus concessus venerationem augebat fœmina.

Turpe, Jupiter, glossema. Unde enim huc ad res Ro. Galli Druides? Aut cur illi sacri, quorum religionem alii omnes immanem & barbaram vocant? Sed recte in iisdem veteribus omiſſa eâ voce legimus, & sacris antiquitus concessus. Sacra sunt, Dii ipsi, qui Romæ quorundam Circesium dieb. in carpentis traducebantur. Suetonius Augusto: Classibus tempestate perditis exclamavit, et in invito Neptuno victoriam se adepturum: ac die Circesium proximo solemnî pompæ simulacrum Dei detraxit. Ita Plautum interpretor Milite: Quæ me ambæ obsecraverunt, ut te hodie quasi pompam illam præterdicerem. Id enim proprie vocabant pompam. Prudentius: Fertur per mediam ut publica pompa plateas Pileto residens molli.

C A P U T XVII.

Plauti Pœnulo de tribus locis conjectura.

SUAVIS profectò infania nostra est: rex mihi visus sum inventa correctione Plautini versus Pœnulo,

Scena III.

Quid mihi nunc es auctor Milphio? MIL. ut me verberes.

Atque auctorem facias. Nam impunitissime Tibi quidem hercè vendere hæc ædis licet.

A G. Quid jam? MIL. majorem parte minore habitas meâ.

Lego, majorem partem in ore habitas meo. Qua conjectura nihil certius umquam cortina Phœbi protulit. Cum enim servus frequenter ab immodesto illo amatore vapulans, per indignationem dixisset: Vende tandem hæc ædes tuas: demiratus adolescens insolentiam dictionis, Quis tandem ædes? Inquit. Nam, respondet servus, Ego

Ego tibi pro ædibus sum, in cuius ore pugni tui magnam partem sic versantur, ut habitare in eo videaris. Notum autem est, Habitandi verbum ita transferri, ut quibus in rebus quis frequens & multus est, in iis habitare dicatur. Nec me fugit Solem illum Galliæ Turnebum legere, *minorem partem minorem habitas meâ*, sed (quod manes ejus me condonent) tam illepidâ & tam diversâ à Plauti mente sententia, ut credam id Turnebum ipsum Dicis causâ potius, quàm quia reverâ ita sentiret, scripsisse.

Scenâ, Satis spectatum est:

Sy. *Malus es.* Mi. *malus sum.* Sy. *malè mihi est.* Mi. *memorandum esse aliter decet.*

Quid est quod male sit, cui id omne est quod edis quod ames affatim?

Emendandum puto, *memorandum, esse aliter decet*, id est, memora, ut Iteradum Cicero ad Att. *Iteradum eadem ista mihi.* Sequenti etiam versu magis placeat legi. *Quid est quod male sit cui domi est, quod edis quod ames?* Habebat enim Sincerastus apud Ienonem.

Scenâ, Ita me Dî:

Nisi cum pedicis condidicisti sic occrassari gradu.
Scribo distractâ voce, *sic hoc crassari.* Idque perspicue verum.

C A P U T XVIII.

Qui sint Dî Semones, in eam rem Varro emendatus.

RI DE ineptias antiquorum. Deos suos in certos ordines & quasi classes transcripserunt, ut quemadmodum Romanis patricii majorum & minorum gentium, sic illorum Dî alii Majores essent, alii Minuti. Majores, qui præcipua munia in administratione rerum fungebantur, puta, Jupiter, Saturnus, Juno, Venus, alii Minores, qui levibus curis occupabantur, & quos vix cælo dignos deputarent ob meritâ zupertatem, ut ait Fulgentius, ut sunt Priapus, Vertumnus, Pomona, Flora, alii tales. Hos postremos Semones appellabant, fortè (si placet ineptias Stoicorum ἐπιμολογῆσαι imitari) quasi semihemones. Nam hominem antiqui Hemonem. Varro apud Fulgent. *Semoneque inferius derelicto, Deum depinnato attolam orationis eloquio.* Livius lib. VIII. *Ædes quæ essent in palatio diruendæ, bona Semoni Sanco consueverunt consecranda.* Hanc vocem

in

in Varronis altero loco apud Nonium, Ruma, pridem restituentam censui, ubi vulgati :

Varro Cato, vel De liberis educandis. Hisce manibus lacte fit non vino. Cuninae propter cunas, Ruminæ propter ruminam. Id est, prisco vocabulo, mammam, à quo subrumetiam nunc dicuntur agni.

Nam quid pote hac lectione vanius? Manibus, inquit, lacte fit non vino. Falsum, & id omnis antiquitas arguit. Virgil. ab *Æneæ* facit *Anchisæ* manes placari vino. *Hic duorité mero libans carchesia Baccho, Fundit humi.* Vide & Festum in *Respersum*. Jam si de manibus Varro locutus, quid ita Cuninam & Ruminam subjungit? Quas non in *Dis* manibus, sed in superis censi liquidum est? Sed mihi quidem dejerare liquet Varronem scripsisse: *Hæ Semonibus lacte*, vel etiam, *Dis Semonibus*. Nam Varro eo libro quo educationem liberorum edocuit, inter cetera sollicitè præcepit, quibus Divis pro pueris & quomodo faciendum esset. Exstat fragmentum aliud quod prope a fuit ab isto, apud Nonium in *Edusa*: *Cum primore cibo & potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusa, & à potione Potinnæ nutrices.* Ita enim is locus corrigendus, idque apparet ex ipso Nonio, *Sacrificantur*. Itaque & hoc loco monet, Cuninæ & Ruminæ utpote *Dis Semonibus* lacte tantum non vino faciendum esse. Veteri quippè religione hi minores & quasi semipagani Dî non victimis aut vino, sed lacte duntaxat, libo, & frugibus in patella adpositis placabantur, nec misellis illis Jovem comitari licebat *μετ' ἀρμυρας Αἰδομένης*. Itaque peritè ad hunc morem Virgil. *Sinum lactis & hæc tibi liba Priape quotannis Exspectare sat est.* Et Priapus apud Catullum cautè sileri jubet, quod villicus illi interdum hircum aut capellam faceret, ne hunc extraordinarium honorem alii Dî inviderent. *Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram Barbarus limit hirculus cornipesque capellæ.* Atque adeo de hac ipsa Rumina (malè in eo Rumilia dicitur) Plutarchus in *Romulo* tradidit, lacte ei fieri sine vino. Quem vide.

CAPUT XIX.

E Pœnulo Plauti quedam delibata.

IN Prologo :

Neu designator præteros ohambulet.

Designator & Designare semper in opt. Vaticano, à quo stant lapides :

C. MATIENI. C. F. UVF.

OVICULÆ

ANNORUM. XXVII.

PRÆCO. IDEM. DISSIGNATOR.

Scenâ, Negotii tibi :

AG. *I in malam crucem. MI. ibi sum equidem.*
Legō, inibi sum equidem.

Paucis verbis rem divinam facio, atque audin' respice,

Reflexit, idem pol Venerem credo facturam tibi.

Magis placet Rov. lectio, atque audin' ? respice. AD. reflexi.

AGO. *idem pol.*

*Lusit amator in Respiciendi verbo, quod interdum opera
 ferre significat, ex quo Romanis Fortuna Respiciens.*

Scenâ, Quid nunc :

Fundaſque, eò præſternebam folia farſari.

*Vaticani, Farſeri. Rectè. Pertinuit ad hunc locum adno-
 tatio Feſti, Farſerum virguli genus. Sic lego, malè vulgò,
 Farſenum vel Farſenum.*

Scenâ, Jam tenes :

*Dî te perdant. MI. vos quidem herclè commendo, quom
 quiqui tamen.*

Et benè & benignè facitis quom hero amanti, &c.

*Præeunt ad veram ſcripturam Vaticanæ, in quæ eſt, quidem
 herclè quo meo quom quiqui. Lego, herclè cum eo. Quiqui ta-
 men. Alterum illud quom inculcatum perperam eſt ex
 verſo ſequenti. Cùm advocati Miſphioni malè precaren-
 tur Dî te perdant, ille paratus referendæ gratiæ, Imò her-
 clè, inquit, Di vos perdant, cum eo. Lenonem digito de-
 ſignabat.*

Scenâ, Age tu :

Quando id quo ire operam dedimus, impetravimus.

Omniſino leg. Id quod rei operam.

Scenâ, Jam iſtuc :

Ubitu Leucadio, Leſbio, Thoſſo, Coſo.

Vetulaſtare vino edentulo ætatem irriges.

*Lepidè dictum, vinum ſine denſibus, quaſi nimia vetuſtate,
 liſdem verbis Alexiſ comicus :*

Εἴ τι, γ' ὄσον ἀνθρώπων μέν', ἐστὶ καὶ μέλας.

Ἡδὺς γ' ὀδοὺς ἐκ ἔχον ἡδὴ σκωρῆς.

Scenâ, Ain'tu :

Siquidem Antidamarchi quaeris adoptaticium.

*Quomodo Antidamarchi ? Nam ſtatim poſt Antidamæ ſe
 adoptaticium nominat. Arbitror coaluiſſe duas voces,
 ſcribendumque, Antidamæ Demarchi. Antidamas De-
 marchi, more Græco, filius videlicet. Res clara ex his
 verſi-*

versibus : *Hic me Antidamas hospes tuus Emit me, & is me sibi adoptavit filium. Demarcho item ipse fuit adoptatius. Ad versum porro quod attinet, ne justo longior sit, juvandus elisionibus erit.*

Scena , Fuit hodie :

---neque contemsi ejus opus hodie.

Scribo, ejus opes.

Mea fiducia hercle aruspex, patruelis, promisit scio

Libertatem.

Verior lectio , patruelibus promisit. Ex argumento fabulæ.

Scena, Si ego minam :

Ubi nec leno nec ille redeunt , nec quod eram , quidquam datur.

Emendo, nec ille redeunt, nec quod edam.

CAPUT XX.

Propertius emendatus.

Eleg. xi. lib. iv

Et *Veni veteres & vos tum regna fuistis,*

Et vestro posita est aurea sella foro.

Qui isti, & vos? Aut si eisdem Veios intellegit, quæ hæc indecens repetitio? Sed numquam ille Propertius tam cupide suam Cynethiam complexus est, quam ego lectionem in Vaticano codice inventam, & *Volsæum regna fuistis. Volsæum pro Volscorum;* quid pote melius? Et vos, inquit, Veii olim fuistis, & regna item Volscorum, & in vestro foro aurea sella jus dictum : at Nunc intra muros patris buccina lævi cantat, & in vestris ossibus arva metunt. Faciunt libri alii, qui omnes, regna fuistis, non præda, habent.

Nomentum & captæ jugera pauca Coræ.

Tres veteres, jugera terra Coræ. Vera lectio, jugera terra

Cossus ait. Forti melius concurrere campo

Ne mora sit, plano sistit uterque gradu.

Fortè pleno sistit. Pleno gradu se sistere, militari more. Liber tamen vetus gradum refert. Si probamus, sententia erit, uterque in plano sistit gradum.

Eleg. x.

---sed non manserunt hospite Caco

Incolumes, furto polluit illè laum.

Libri veteres, polluit illè Jovem, optimè: Intellego Jovem Hospitalem.

Pandite de fessis hospita te squa viris.
 Libri missi. *hospita vana.* Quid si, *hospita nana?* Ut poeta
 vetus, *Ingeni nana per salicta.* Id est, parva. Sed nihil
 affirmo.

Eleg. ix.

Phyllidos iratos in vultum conjicit ungues,
Territa vicinas Theia clamat aquas.
 Vatic. *conjicit ignes.* Idque comprobatur sequens versus de
 aquis.

Eleg. vii.

Qua numerosa fides, quaque errat turba Cibelles.
 Vatic. Et Fulvii, *era rotunda Cibelles.* Optime. Intelle-
 git cymbala.
Hæc summa æternis queritur vivere catenis
Brachia, nec meritas si frigida saxa manus.
 De Andromede loquitur. Itaque legerim, *Hæc sua ma-*
ternis,

Eleg. vi.

Et nimium remis audent, prope turpe, Latinis.
 Lego, *proh turpe.*
Nam tulit iratos mobilis unda Notos.
 Fulvii & Mureti libri, *unda Notos.* Forte scribendum. *Non tu-*
lit i. m. unda Notos, ut dicat Apollinem ventos iratos in
 Antonium duxisse.

Eleg. v.

Sperne fidem, pro volve Deos, mendacia vincant, Cedant da-
mnosæ jura pudicitie.
 Supposita lectio. libri omnes, *Frangere & damnosæ.* Idque
 germanum.

CAPUT XXI.

Plauti Persæ transpositos versus videri.

FUGIT ratio librarios in collocandis versibus istis
 Plauti.

Scenâ, Jovi opulento:

Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque
censebam.

Nam herus meus me Eretriam misit, domitos boves uti
mercarer.

Eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de cælo.

Dedit argentum, nam ibi mercatum, &c.

Neque dubium apud sanos & sobrios homines erit quin
hoc ordine disponendi sint: Quod ego non magis s. n. o. n. c.

Eam

*Eam fore mihi o. e. n. q. d. d. c. Nam herus meus m. E. d. b. u.
m. Dedit argentum.*

CAPUT XXII.

Q. Ennii insignes versus apud Agellium
emendati.

ENNII versus immortalitate omnium temporum dignissimi exstant apud Agellium lib. xxi. de amici veri officio : qui & à verbis ejusmodi sunt , ut in iis vernaculus ille , & sine fuco ac cincinnis natus color , hominem eruditum mirifice delectet : & à rebus ita salubres , ut adolescentium aures circumsonare ejusmodi vocibus multò potius sit , quàm sexcentum philosophorum præceptis. Sed ii incredibile dictu est quàm depravati existent in vulgus : ut non solum eos emendanti , ex successu præmium , sed etiam emendare conanti , ex ipsâ audaciâ laus debeatur.

Sic igitur vulgati :

*Hocce locutus vocat, quicum bene sæpè libenter
Mensam sermonesque suos rerumque suarum
Comiter imperiit , magnâ cam lapsâ diei
Parte fuisset, de summis parvisque gerendis
Consilio, induforo, lato, sanctoque Senatu,
Cui res audacter magnas parvasque jocumque
Eloqueret, hæc tincta malis, & quæ bona dictu
Evomeret, siquid veller, tutoque locaret :
Quocum multa volup, ac gaudia clamque palamque
Ingenium cui nulla matum sententia suadet
Ut faceret facinus, lenis, haud malus, idem
Doctus, fidelis, suavis homo, fecundus, suoque
Contentus, scius, atque beatus, secunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vitæ paucorum,
Multa tenens antiqua, sepulta & sæpè vetustas
Quæ facit, & mores veteresque nosque tenentem,
Meliorum veterum leges diuque hominumque
Prudentem, qui multa loqui ve tacere ve posset,
Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.*

Dii boni ! non enim possum quin exclamem : numquam Hippolytum tam malè equi sui acceperunt , quàm imperiti nebulones hos versus. In quibus singillatim emendandis ne ludam operam : optima ratio est , ut inductis una litura illis omnibus , adscribam istos partim à libris , partim ab ingenio nostro :

Comiter impertit magnâ cum lassus dici
 Parti fuisset de summis rebus gerundis
 Consilio, endo frolato, sanctoque Senatu.
 Cui res audacter magnas parvasque jocumque
 Eloqueretur: tincta malis & quæ bonâ dictu
 Evomeret, si quâ vellet tutoque locaret.
 Qui cum multa voluit gaudia clamq; palamq;
 Ingenuo cui nulla malum sententia suadet
 Ut faceret facinus levis aut malus: doctus, fidelis,
 Sui vis homo, facundus, suo contentus, beatus,
 Silius, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
 Paucum, multa tenens antiqua, sepulta, vetusta:
 Quæ faciunt mores veteresque novosque tenerem,
 Multarum veterum tegum Divumque hominumque
 Prudentem, qui dicta loqui ve taceret possit.
 Cujus correctionis meæ præcipuas rationes ordine pro-
 ponam.

Magna cum lassus dici. Secutus sum sententiæ ductum,
 & M. Antonii Mureti fidem, qui in veteri libro diserte sic
 scriptum vidisse coram mihi confirmavit. Vaticanus quat-
 tuor *Lapsus* habebant.

Parti fuisset. Discrepant libri, quorum alii, *Parte fuisset*
de finibusque gerundis: plerique *parte f. de summis reb. g.* sic
 tamen ut nulli stent à lectione vulgatâ. Mihi probatur,
 Parti pro parte, more antiquo: & *fuisset*, geminatione
 litteræ productum, ut *habuierit*, *fuverit*, apud Plautum:
fluvida, apud Lucretium *luunt*, apud Lucillum. Si quis malit, *Ma-*
gnam cum l. dies Partem fuisset: non repugnabo.

Eloqueretur: tincta. Sic libri antiqui omnes habebant,
 sic ratio flagitabat. Facetis illos nebulones, qui *eloque-*
ret maluerunt, quid aliud existimemus quàm more Impp.
 solutos legibus fuisse, qui Prisciani regulas tam protervè
 migrarint?

Qui cum multa voluit. Sic erat in Vaticanis: quos ita
 sequor ut non rejiciam tamen vulgatos.

Ingenuo cui. Hujus versus emendatio à divinatione meâ
 est, a quâ audacter dissentiet, qui melius inveniet.

Ut faceret facinus. Ab hoc versu sequentes omnes
 contra leges militiæ turpiter palantes ad signa & ordines
 retraxi, auctoribus libris. In quibus scire licet ista omnia
 solutæ orationis more præscripta fuisse, eo tamen verbo-
 rum ordine quem religiosè servavi, Vulgati pro arbi-
 trio additis, demptis, inculcatis vocibus sic turbant, ut
 quatuor istorum versuum nec caput nec pes appareat.

Commodus, verbum Paucum. Ita restitui, nisi animi fal-
 lor, *ut dixi*: secutus legem versus, & in eo tantum ab
 antiquis libris recedens quod illi habebant, *Verborum Pau-*

CUTUM.

cerum. Qui insolentem ejusmodi contractionem putabit, is videlicet in veterum scriptis est insolens. Plautus *Trucul. Sequere me, verbum sat est.* Et alibi sexcenties. Sic emendandus, me judice, Cicero in Bruto. *Plato enim unus est instar omnium illum*, pro illorum. Quod comprobant libri, in quibus ferè omnibus est, *Omnium me illum.* Nam qui ex Græcis verbis Antimachi emendarunt, *Instar multorum milium*, ii rogandi videntur ipsi ut suo arbitratuloquantur, Ciceroni in scribendo ne suis verbis præcant. Ceterùm in hoc Ennii versu flagitia illa hominum, quibus omnia antiqua nova & insolita sunt, novum versum exsculperant: & quidem (germanos Ennios credas) etiam spondaicum.

Quæ faciunt mores. Non erat hoc quidem disertè in libris, sed quod ratio Latinæ linguæ flagitabat, id scripsi, sicut & in versu sequenti. Nam vulgata lectio ejusmodi est, ut ejus auctores ablegandi ad Orbiliū videantur, qui ejusmodi discipulis sexcentas infligat prægnantes plagas.



JUSTI LIPSI ANTIQUARUM LE- CTIONVM

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

*In quo conviviorum veterum ritus proponuntur : in
eam rem varii scriptores emendantur,explicantur.*

CUM instituissem, Lud. Carrio, hoc libro sermo-
nem eum retractare, & quasi retexere, quem an-
te ipsos annos quinque cum A. Deinio & F. Mar-
tinio ocellis Belgicæ nostræ apud me habui-
mus: in ipso aditu luctuosâ & acerbâ sanè dupli-
cis doloris recordatione sum percussus. Nam & oberra-
bat adhuc oculis meis illud Deinii immortalitate dignum
ingenium, occurrebant jucunda colloquia, & facti ad hu-
manitatem mores: & verò infidebat recens in animo do-
lor de Martinio, quem pleno jam gradu ad laudem eun-
tem simul & in Italiam venisse & vixisse nunciatum est.
Quo quidem nuncio, in animo molli ad dolorem non so-
lum novam plagam accepimus, sed etiam obducta illa de
Deinio quasi cicatrix sic recrudit: ut utriusque doloris
sensum non nisi in illis oblivionis undis videamur posse
deponere. Equidem in hac cogitatione defixus angebar
animo, & commovebar intimis sensibus, ex tot æquali-
bus quibuscum in primâ adolescentiâ conjunctissimè sua-
vissimeque viximus, alios fato suo defunctos esse, alios pu-
blico. Qui in hac communium temporum calamitate se-
juncti à nobis, & quasi æstu quodam abrepti sunt violentæ
tempestatis. Quamquam de duobus illis modica con-
solatio apud sapientes est, quòd iis temporibus erepti sint,
ut si eos reverà amemus, occasum illorum benivolentia
potius quàm misericordia prosequi debeamus. Nam eo-
rum quidem alterum in primo quasi actu futuræ Tragœ-
diæ: alterum in ipso jam tumultu tamquam è mediis flami-
nis opportuna mors eripuit. Non vidit Deinios flagran-
tem bello patriam, non amicorum præcipites miserosque
casus,

casas, non deformatam & vexatam eam civitatem cujus solo primùm institerat, cujus aërem primùm hauserat, non denique interitionem istorum studiorum, quibus ille non modò profligatis, sed ne percussis quidem voluisset vivere. Jam verò Martinius apud exteros audivit ista, non vidit: quod ipsum quamquam in animo amanti patriæ valet, ad dolorem vel mœrorem potiùs, tamen haud parum interest è terra spectes naufragium, an jactêris ipse in eadem navi. Itaque illi, mi Carrio, si rectè ratiocinamur, non solùm non miseri sed etiam beati, quorum virtuti & ingenio cùm clausus in posterum esset quasi campus, testinantes & tamquam quadrigis vecti pertigerunt ad metam: nos potiùs infelices, qui abreptis ex medio itinere fidissimis comitibus ante in hanc reip. noctem incidimus, quàm quò dirigendus cursus esset commode per ætatem scire possemus. Et quomodo adhuc jactemur, vides: ut nihil verius in nos quàm illud conveniat:

Τὸ μὲν γὰρ ἐνθεν κῶμα κολινοῦται,

Τὸ δ' ἐνθεν. ἅμεις δ' ἐν τῷ μέσῳ

Ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνῃ.

Quæ cùm ita sint, & cùm in hoc ancipiti rerum statu tam multa cottidie impendêre videantur præter naturam præterque fatum: huc quæso incumbamus, ut hujus temporis fluxi brevitate æternitate famæ pensemus: sejungamusque nos à profano vulgo, cujus inanes fragilesque curæ à corpore ortæ cum eodem occidunt. Et quamquam, quod sentis ipse, cursum ingenii nostri præmat hæc importuna patriæ clades: contineamus tamen nos in illis perennibus studiis, quæ eò tutius amplecti jam possumus, quò cum paucioribus ea rivalibus amamus. Amorem verò nostrum integrum inviolatumque servemus, cujus usum & suavitatem longa absentia mea fortasse imminuit; de magnitudine quidem ejus nihil delibavit. Cui amori testificando libri hujus munus habebis, consecratum tibi non solùm à vivo Lipsio, sed poene dicam oblatum ab illisipfis mortuis, quibus si tenuium harum rerum jam aut sensus aut cura superest, nihil erit jucundius quàm hære in animis nostris memoriam sui, in eaque propaganda cum illorum laude nomen tuum conjungi. Et quoniam olim adolescenti mihi hujus ipsius sermocinationis quoddam quasi *ῥήτορας ἡμῶν* excidit, in quo erant nonnulla verniliora, quædam etiam juveniliter redundantia: minime miraberis, si accisis iis omnibus, alia attexam vel meliora vel graviora. Utrumque enim secutus sum, alterum etiam, ut spero, adsecutus. Quam immutandi licentiam mihi & ratio Dialogorum permisit, & verò natura mea imposuit, quæ cùm jam paululùm deferbuerit, & ver-

& vergere incipiat ad virilem maturitatem, vix satis decora in hac ætate videbantur, quæ adolescentiæ nomen apud alios excusavit, apud quosdam etiam præbavit. Rectè enim, ut opinor, Alexides:

Ὁ μοῖά τε τοῦ ἀνδραποῦ οἶνα τὴν φύσιν
 Τρύπαν πῶ' ἐστὶ. τὸ γὰρ οἶνον τὸ νέον
 Παλὴν γ' αἰάγει καὶ τὸ ἀνδρ' ἀπείρεται.
 Πρώτον αἰφνέειται καὶ παύσεται, πάλιν
 Σκληροὶ γηράσκει.

Dedi autem operam, si modò assequi potui, ut veterum Ro. morem in conviviis ignotum plerisque exprimerem: tum scriptorum varia loca, quæ illuc facerent, partim illustrata, partim correcta proponerem. Quid effecerim, tu, & post te alii judicabunt. Nunc si placet ad sermonem ipsum nostrum veniamus: cujus principium ne tam alte petam quàm in Saturnalibus ille Longævus, sic gesta res est.

Inambulabam à meride in hortis, otiosum otium meum Plauti fortè lectione oblectans, cùm accurrit puer nuncians Deinium ex Morinis revertisse, & paulò antè ad portam esse conspectum. Exilui gaudio, excussoque Plauto cùm soleas & pallium magna voce poposcissem, ut Deinium nec opinantem in hospitio opprimerem: ecce tibi in aditu hortorum ipse Deinius. Ad quem accurrens, eumque familiariter complexus, Ut ego te Deini reducem conspicio lubens! inquam: sed satin' salve? Cùm quidem te salvum complector, inquit. Quid autem res privata? Quid publica? Inquam. Privata, ut volumus, inquit: de rep. quælo sit silentium. Nam neque ego quod audire tibi volenti sit quidquam habeo, & (quod inter nos liceat) ea jam parari videntur, ut verear ne brevì nova Homero opus sit ad novam malorum Iliada. Melius ominare Deini, inquam, & profectò nondum

Excessere omnes adytis arisque relictis.

Dii quibus imperium hoc steterat.

Attamen, inquit, memento Lipsi; ut istæ ab Oceano nubes minantur, non diu erit quin

Belgica terribili tremet horrida terra tumultu.

Ominantur istuc alii, inquam, ut spero; frustra: sin autem, mihi tamen adversus hos fluctus de portu jam prospectum est. Quonam illo? Inquit. Æneam imitari constitui, inquam, & incenso Illo in Italiam demigrare. Tum ille, At videsis Lipsi ne communis Europæ sit ista tempestas, quæ jam quidem urgeri fatis suis videtur. Atque hæc ego: abrumpens sermonem ejus, manuque prehensens, Quid stamus? Inquam, quàm potius in hac compluviata per-
 gula

gula de his aliisque talibus sedentes fabulamur? Ignosce, inquit, non est operæ. Tum ego, Eja! delicias facis Deini. Quid operæ? An non est hic primus dies consecratus Lipsio tuo? Vellem, inquit: sed ita negotium est. Nam recens de via ad Valerium & Carrionem communes amicos committere non debeo quin visam. Malè narras. Inquam: & jam intellego quam vim habeat illud tuum, Aliorum amicorum usu te esse, mancipio meum. Nam penes alios quidem usus & fructus est: mihi quid præter nexum superest? Non est ita Lipsi, inquit: semihoram hanc tibi dereptam, usura solidæ noctis pensabo. Nam tu mihi hodie parochus eris, ligna & salem præbebis. Quid hoc perplexi sermonis? Inquam. Cænam viaticam vespere mihi debes, inquit: habet enim nescio quid inter amicos nocturna illa λείψανον. Ego verò libens volensque debeo, inquam. Et abeunte jam illo, Spondesne igitur ad cænam adventiciam vespere? Inquam. Ille subridens, Tu quidem, ait, solennibus verbis rogare emptum videris: sed ne scinde penulam, Spondeo. Vide ut ne demutes, inquam: alioqui ex legibus XII. quoniam mancipio meus esse fateris, duci te jubebo. Ridens ille discessit, ego Plautum reprehendens inambulavi. Nec diu factum est. Cum una cum L. Carrione rediens Deinicus, ita ut vadatus, sisto me tibi Lipsi, inquit: sed vidēsne quàm liberè? Qui comandnem amicum Carrionem nostrum ausus sum à me dare hospitē? Sed hospitē ad illud præscriptum Ennii:

Cui res audacter parvas, magnasque jocosumque.

Et ego ad Carrionem, Mi Carrio, non potuit ipsa opportunitas tam opportunè. Nam ecce tibi præsto puerum hunc, quem ad te arcessendum meditabar mittere. Nihil verò necesse erat, inquit Carrio, nam ego musca sum, ut antiqui loquebantur, invocatus advenio. Et admirante me insolentiam verbi, subjicit Carrio, Itane assiduus Lipsi in Plauto es, & fugit te hoc verbum? Nam veteres, Parasitos & ejusmodi nugas hominum qui alienis conviviis non vocati superveniebant, facetè muscas vocant. Ita interpretandi Plauti versus, qui plerisque ænigma videntur, Pœnulo:

Hospitium te ajunt queritare. Co. querito.

Ly. Ita illi dixerunt qui hinc abierunt modò

Te queritare à muscis. Co. minime gentium.

Ly. Quid ita? Co. quia à muscis si mihi hospitium quererem.

Adveniens huc irem in carcerem rectà viâ.

Quærebat ille adolescens hospitium à muscis, id est, liborum ab arbitris & adventoribus. Id enim supra advocati dixerant: *Potare amare vult nequi sciat neve arbitersse.* Addit deinde ludens de carcere. Nam certè in carcerem periculum non erat nequi invocatus veniret. Invenio ita locutos & Græcos. Apud Antiphanem comicum parasitus inducitur:

Θύρας μεχλόν, σαρμός. τίω ἡδῶν, ἀπείς.

Διπνέειν ἀκλῆτι, μυα. μή ἴξενδεῖν, φρίαρ.

Nec dissimile illud Plauti Mercatore:

Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberi,

Nec sacrum ne tam profanum quidquam est quin ibi illic adfit.

Itaque Ægyptios Orus tradit, cum impudentiam signare vellent, muscam pinxisse. In Clemente Alexandr. legi, lib. II. pædag. cap. I. parasitos ipsos appellatos muscas. Locum, si vis, vide. Tum ego, Servas solenne illud tuum Carrio, ut specimen doctrinæ in quovis sermone appareat. Verumtamen tu non Musca, sed optatus conviva nobis: qui nisi fuisses, vidēsne ut in discrimen lex illa Varronis venerat, qua voluit jussit ut ne convivæ supra numerum Musarum, neve intra Gratiarum essent? Et conversus ad Deinium, Dum cœna coquitur, placētne ad hortos? Inquam. Nam ne sis nescius habito in veteri meo studio, & hortos (propitiæ mihi Deæ sint si pecco, vel potius, quia pecco) non neglegentiùs colo quam Musas. Excipit Carrio, Quasi verò aliquid hac amœnitate ingenii tui dignius sit: & quasi antiquitus non idem Deus studiorum præses fuerit & herbarum. Tum Deinius, Quò tu igitur Venerem ablegas, in cujus tutela hortos esse Romani voluerunt, & ea re Vinalia Rustica a. d. XII. K. Septembris honori Veneris instituerunt? Est etiam mihi in mentem vetus Nævii versus: *Coquus dedit Neptunum, Venerem, Cere-rem;* in qua vides per Neptunum pisces, per Venerem holera, per Cere-rem panes ab eadem causa signari. Est istud, inquit Carrio: sed ab his hortis eodem ablegata Venus est, quo ille inverecondus custos, cujus nomen inter homines serios appellari non debet, Nam Lipsii hortos Gratiarum modo & Musarum esse scibis. Subjicio arri-dens, Nescio quàm Musæi horti mei, Carrio: hoc scio, hortos istos & abducere me sæpè à Musis, & ad easdem reducere, cum quasi in curriculo studiorum defessa animi mens in his arbuſtis, & his frugibus meâ manu disſitis, jucundè conquiet. Secundùm hæc intrabamus jam hortum, cum Deinium laciniâ pallii reprehendens Carrio. Et quò te agis? inquit, vide ne pecces insciens. Nam priusquam intres, leges istas hortuli cognoscendum est, quas illic

illicò vides. Et simul digitum intendit ad tabellam. Tum ego, Abstineamus à nugis,inquam : ego hunc Deinium exlegem habebò : intrate modo. Sed Deinius nihil memoratus, dereptà , quæ ad superum limen januæ tabella, legit hos versus , quos in persona Vertunni pronuntiarì feceram :

Vertunnius custos ad hospitem.

Duas res agere finitu' decretum est mihi:

Et horti leges, & meum nomen eloquat.

Adhibe hospes, sis, vacuas ædes aurium.

Primumdum mi esse nomen Vertunno scies,

Qui clarius clueo Semones inter Deos.

Namq; Imperator divum atque hominum Jupiter

Nos caliciv'es in tres classes disparat :

Sunt superi Dì, sunt Inferi, & Medioximi.

Hos alios alia fungi jussit munia ;

Mihi cessit hortus: hunc colo, atque istinc malas

La Vernionum cum curâ arceo manus.

Sic hominum usu meâ pro parte servio

Velut hic nunc hortus, quem factum' st biennium

Postquam meæ tutela berus concredidit,

Me venerans, hunc introitum ut servarem sibi :

Nerve adeò quisquam sine grandi & solido malo,

Præquam lex patitur, hortum frueretur suum.

Eam legem ego dabo, nequi peccet insciens.

Principio edictum' st leniter dictis bonis,

Ne in Justum injustus quisquam injustè cogitet,

Quod promiscam omnes, servi sint an liberi,

Dites inopesque ab aditu vult arcerier,

Præter Musarum qui iniuncti sint sacris.

Id adeò honori Musarum placitum dari,

Quarum hortus hic mancupio est, usu tantum heri.

Quod tu alites adire speres, nugæ egeris :

Ego sum Vertunnius, omnes verto & arceo.

Primum hoc tenebis, nunc intra stin' ? optimè est.

Licet ambules hic per quadrata compita,

Modò ne transcurrents velut hœdus lascivias :

Licet acquiescas compluviatâ in pergulâ,

Modò ne ocquinscens somno fœdè indulgeas.

Viden' hos ad dextram flores variato ordine ?

Viden' høs melones mel & delicias heri ?

Bonum factum est, tacitus spectes, tacitus gaudeas.

Nam quod surripere quidquam tu te postules,

Frustra es : nihil est hïc prædæ prædatoribus.

Ne si malè tagax quoquam adjeceris manum.

Malum habeas certum, pol, non arbitrarium,

En tibi pro flore pignus capiatur toga.
Satis hoc viris edicto dictum deputo :
Nunc res mihi cum matronis. Hem quid excidis?
Non res sed verba, ne tu mœchum censeas.
Primum matrona sine marito exestod hinc.
Ita placet Musis, Græcam consuetudinem
Græcæ reducunt, mulier nequa in publicum
Spectandam se sine arbitro præbeat viro.
Deinde autem vos summates atque nobiles
Quæ syrma à tergo trahitis septenium pedum.
Mala peñtis, mala perniciës horti, abscedite,
Aut tragicam vestem supra femur attollite.
Quid est? Facturæ hoc estis, an non? Abnuunt.
En herclè ut hujus sæcli mores possident!
Videri nolunt: quid sitangi? Ultrò annuant.
Jam vos puellæ blandæ, delicatulae,
Nigrioculae, tenellulae, integellulae,
Quas Dominus adventantes limis adspicit,
Vobis edico, solæ ut ne intretis huc.
Nam dicam ingenue, novi vos merces malas:
Quarum una ratio est, steriles intrò ad nos manus
Quas attulistis, gravidas portetis foras.
Quòd si quæ comitem amatorem huc adduxerint:
(Namque omnes norunt, credo, nostræ virgines
Quàm liberæ istiusmodi rerum sient)
Moneo nil præter verba inter se ut misceant,
Neu capita liment, solitis morsuunculis
Et his papillarum oppressuunculis
Abslineant: non est his nugis noster locus.
Postremò canem aut catellam huc nulla adducito,
Melitæi sint, Sardoi, vel Molossici.
Sin aliter, faxo delicata ut accubes
Non herclè mecum aut cum hero, ne frustra sies,
Sed cum Catello, sin' quem dicam? Ferro.
De lege tantum est: vir, matrona, virgines.
Bonum factum est, edicta ut servetis mea.

Dum lentè ambulans ista legit Deinius, ego cum Carri-
 one perveneramus jam ad umbratilem pergulam, in quâ
 concedimus, vitandi solis. Accedens mox eòdem Dei-
 nius, Ita me Deus Fidius amet, inquit, (nam jurare cum li-
 cet, sub dio sumus) lepidum hoc carmen tuum Lipsi, &
 quod te in Plauti non esse hospitem testetur. Hoc dixe-
 rat sedens, & simul vidit in mensâ pauculos positos li-
 bros: versusque ad Carrionem, En, inquit, nihil opus erat
 indice Vertunno, hic ornatus sapienti indicio esse poterat
 de tutela horti. Sed itâne tu Lipsi graviora studia in hor-
 tis? Nullus ego quidem, inquam: sed ita casu evenit, ut
 sum

cùm puer de te nuntiaret, nescio quid quasi per jocos & ludum legerem in Plauto. Occupat Carrio, Otiosi sumus: nunquid igitur causæ est; quin ut veteres illi Romani ante cænam exercebantur lavando, fricando, ungendo: item nos aliquid agamus, quod animum jucundè exerceat legendo aut dissilendo? Et age tu Lipsi, ecquid ex pomeridianâ tuâ lectione audes communicare nobiscum? Cùm dixisset, casu injicit manum in Senecæ librum, ibidem cum Plauto positum, & renidens, Benè meherclè compositum par, inquit, Seneca cum Plauto. Atqui ne mireris Carrio, inquam, invenias & in Senecâ quod Plautum illustret, & in Plauto quod illum. Ejus argumentum Plauti versus Mostellariâ:

--- me miserum! occidi. SI quî? TR. quia

Venit navis nostræ navique frangat ratem.

SI. Velim ut velles Tranio. Sed quid est negotii?

quos antea sæpè legeram, sed sic ut quasi per nebulam sententiam eorum perspicerem. At quam clara res ex Senecæ loco, lib. ix. Epist. lxxviii.

Aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem. Utrum illitanden. dicturus es, Vellem quæ velles, & Molestè fero: an, feliciter quod agis?

qui locus quidem uti unicus est, quod sciam, ad Plautum illustrandum, & ex quo doceri possit, veteres in consolatione & alloquiis amicorum, genus illud sermonis usurpasse, *Vellem ut velles*: ita vicissim hic Plauti singularis ad Senecæ veram lectionem, quam posui, stabiliendam. Nam in vulgaris libris, *Nollem quæ velles*, imperiti Aristarchi nostri fecerant. Præclara verò monitio, inquit Carrio: sed quoniam in Mostellaria es, porrige quæsolibrum. Redeo enim in memoriam alterius veriusæ

Aliter verus Mostellariæ inter. præstatui.

Si tibi sat acceptum est fore amicum tibi sempiternum,

Soli gerendum morem censeo, & capiundas crines.

cujus sententiam jamdiu frustra inquirō. Interpellat Deinios. At si nescis explicavit hoc nuper in Adversariis suis illud Gallix decus Turnebus: cui placet Capere crines, esse blandè & amatorie osculandi causâ capillos prendere, ut & aures solebant. Tum ego: Magnum virum Deinios, nominas, inquam, magnum: & cui fortasse, in his studiis, simile nihil ætas nostra tulit. Nam, non feret, nolo dicere: quia jam nunc est adolescens in Gallia nobilis, qui Turnebi laudi succrescit. De quo quid & quantum augurari debeamus, nisi deprecatus numina læva, non ausim dicere. Sed ut de re, vereor ut conquirere in hoc Turnebi judicio hic Carrio possit. Dicit enim sine exemplo, sine teste.

A a

Ego

Ego putabam, Capere crines, non aliud esse quam Nubere, & matronam fieri. Nam ornatus matronarum ut alia quædam propria habuit, exempli causa duplicem vitam, stolam, &c. sic etiam crines peculiari quadam ratione formatos. Itaque Plautus Milite, cum instrui ancillam ornatu matronarum vult, ait :

Utique eam ornata adducas matronarum modo

Capite comto, crines, uti æque habeat.

Facit huc opinor, illud Festi, *Senis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus tenuissimus fuit, quidam quod eo Vestales virgines ornentur.* Inter hos sermones cum puer interpellasset de cæna, surgens ego, Eamus, inquam, ad cænam, non illam Pontificiam aut Saliarem aut Adjicalem, sed qualem lex Fannia jussit aut Licinia centenaria. Nam nostra hæc cæna Dubia non erit, & vereor ne nihil nisi terre natum habeat. Ejusmodi cænas, inquit Carrio, Plautus Terrestris appellat. Horatius egregie, cænas sine sanguine imitatione Græca, ut opinor. Apud Diphilum Parasitus auguria captans ex fumo colinæ :

Εἰς δὲ πλάγῳ καὶ λεπτοῖς, ὁδῶν τοῦ

Ὅπ τὰ μοι τὸ δῖπνον ἀλλ' εἰδ' αἶμα' ἔχῃ.

Jam intraveramus cænaculum, posco alta voce Aquam manibus. Lavimus, & cum nescio quid leviculæ contentionis de loco esset, De digniori loco, inquam ego, more majorum statim videbimus : nunc te Deini leges hospitii migrare nolo, Regi & Patri cænæ parendum est. Cum assedissemus igitur, & puer more patrio ova cum lactucis ad cænam dedisset, statim Deinus, Et quis verò apud majores Lipsi locus dignior ? Tum ego, Heu ! creditorem acerbum ! vix debere incepti, tu flagitas. Sed hoc potius agamus Deini, & ex præcepto majorum ab his ovibus cænam ordinamur. Et simul portigebam manum ad ova. Respicit me Carrio, Et quo tandem præcepto ? Inquit. An non meministi legere, inquam, illud Horatii ?

--- si collibuisse ab ovo

Usque ad mala citare jo Bacche; id est à prima mensa ad postremam, quoniam ab ovibus videlicet cænatio inciperet, in pomis desineret. Sic enim majores soliti sunt, Hinc est quod Catius ille apud Horatium cænarum artem editurus, primum omnium de ovibus tradit :

Longa quibus facies ovis erit.

In hanc rem &

Varro emendandus Endymionibus :

Discumbimus mussati, dominus maturat ova, ac cænam committit.

Ita enim tribus Nonii locis legendum censeo, aut certe Dominius maturo ovo cænam committit. Nonius enim ipse disertim explicat, Committit, id est, incipit : nimirum ut

Lati-

Cæna sine sanguine à Græcis.

Ova apud antiquos initium cænæ.

Varro correctus apud Nonium.

Latine committi dicuntur ludi. Etiam Apulejus Milesia
 ix. ova Gustulum ab hac caussa appellavit. Tum Carrio,
 Teneo de ovis, inquit, & jam scio cur Cicero epistola ad
 Pætum per jocum scripserit, *Integram famem ad ovium ad-*
firo. & de lactucis Lipsi vide ne fallas, quas non incohalles;
 sed clausisse cœnas ovorum, vel Hispano poëta teste, po-
 tes cognoscere. Idem scriptor Mureti voluit illo versu:

Grataque nobilium requies lactuca ciborum.

Lact. cœ-
cœnas veteres
tum Lipsi.

Simile quid apud Athenæum memini legere, si is tibi ad
 manum est. Est verò, inquam: & cum puero innuissem, ad-
 tulit librum, ex quo Carrio ista legit: Οἱ πόσι πει ἀρχαῖοι πεν-
 τε σφὸν καὶ διπλίην εἰ παρὶσσοι εἴτε μή τις εἴτε θρίδακας, εἴτε
 ἄλλο τι τῶν πιδέτων, ὡσπερ νῦν γίνεται. Tum ego, Bene mo-
 nes Carrio, inquam, & ita ut dicis, olim res fuit. Postea
 mos ille mutavit: & quidem jam tum Horatii ætate lactu-
 cas in principium cœnæ fuisse discimus ex convivio Nasti-
 dieni, in quo statim ponuntur:

---- *actia circum*

Rapula lactuca radices. His dictis, ad me Deinius, Et
 quid jam Lipsi? Solvisne ultro quod debes de ordine dis-
 cumbentium? An ex legibus XII. manum tibi endojacio;
 & in nervum compingo? At ridens Carrio, Clementer,
 inquit: nam dies justi xxx. nondum elapsi sunt. Tum ego,
 Vocas me Deini in sermonem non tam difficilem, quam
 longum: quia tamen dicturus promisi, ne tricarî videâr,
 dicam. Et quidem ut res possit intellegi, ordiar paullo
 altius. Primum omnium scitis veteres Ro. uti & Græcos,
 non sedisse ad mensam, ut nunc solidum est, sed accubu-
 isse. Quem morem etiamnum plerisque Oriens usurpat.
 Hic Deinius, Ne gravare, inquit: in ipso aditu interpellan-
 dus es. Nam Homerus certe, aliter ac tu, heroas illos suos,
 ficut & procos Penelopes, sedentes in convivio facit. Est
 in mente versus Odyss.

Veteres ac-
cubuisse ad
mensam.

Διαιτῆρες δ' ἄλλ' ὄνματ' ἀνέχοντ' ἀείδοντες
 Ἡ πόσι ἐξείης.

Catullus etiam noster nonne in Nuptiis Pelei de sessione
 intellegendus est? Qui postquam nixens flexerunt sedibus ar-
 tus. Respondi ego, Ne frustra sis Deini, de vetustissimis illis
 & heroicis temporibus nullus hic loquor: ne id quidem
 nos turbet, si forte servi aut sordidi Cynici aliquos philo-
 sophi ad mensam non accubderint: quo respexit Plautus
 Stichus, *potius in subseilio Cynice accipiemur, quam in lectis:*
 nam mihi vulgatum modo Ro. morem exprimere consiliū
 est. Quem hunc fere, quia ex libris, quia ex monumentis ve-
 terum, fuisse collegimus. In cœnaculo mensa collocabatur
 rotunda, humilis: inferiorum quidem hominum tripes

Plautus
Sticho illi:
et mihi.

& ex simplici ligno, lautiorum citrea, aut acerna, aut lamina argentea interta: quam pes eburnus fabre factus, puta in modum Pardi aut Leonis, sustinebat. De prior mensa Tigellius ille apud Horat, adfectatâ paupertate:

--- Modò sit mihi mensa tripes & Concha salis puri:

de alterâ Juvenalis:--- Putère videntur

Unguenta atque rose, latos nisi sustinet orbes

Grande ebur, & magno sub iis pardus litu.

Circum mensam tres, ut plurimum, lecti erant, ex quo Triclinii nomen. Vel duo etiam, quod Plautus Biclinitum: posterior ætas hoc aut aliquid simile Sigma vocavit. Quod cum esset in formam hemicycli aut lunatæ testudinis exstructum, vocari placuit nomine litteræ Græcæ: quia, ut ex marmoribus liquet, illa ætas sigma litteram ut mediam lunam scribebat. C. Martialis:

Sigma
quid.

*Nos hac
fusus ex-
plicamus
in Ritibus
convivia-
libus.

Aspice lunatâ scriptum testudine sigma:

Oculo capit, veniat quisquis amicus erit,

& lib. x.

Septem sigma capit, sex sumus, addè Lupum.

Lampridius: De croco sigma stravit, cum summos viros invitasset ad prandium. Ipsi prò lecti internebantur aulaeis, purpurâ, aut alia veste stragulâ, pro copiâ aut inopiâ convivoris. Id sub horam cænæ fiebat. Interpellans Deinicius, Et quæ, inquit, antiquitus hora cænæ? Puto fuisse diei nonam, inquam. Nam octava hora lavabantur. Martialis.

Horacana.

Nunciat Octavam Phariæ sua turba juvencæ.

Temperat hæc thermas, nimios prior hora vapores

Halat.

Nona decumbebant.

Idem Mart.

Imperat exstructos frangere Nona thoros.

Hinc intelligimus cur reprehensum ut intempestivum à Satyrico sit:

Exul ab Octavâ Marius bibit, & fruitur Dis

Iratis.

Sed priusquam accumberent, togas mutabant vestibus quas à re Cænatoris dixerunt. Petronius: Cænatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant. Mart. in Apophoreto, Cænatoria:

Vestes ad
canam.

Nec fora si int nobis nec sunt radimonia nota;

Hoc opus est, pidi is accubi esse thoris

Excalceda-
ri solitos
ante discu-
bitum.

Tumetiam soleas pedibus de mebant, ne lectum conspurcarent. Intellegendus ita Plautus Truculentus:

Jam rediit animus, den e de me soleas, cedo vitiis.

Plautus
corro et us.

Ita enim explendus addita voce versus est, auctorib. libris. Martialis:

Depo

Deposui soleas, adfertur protinus ingens

Inter lactucas oxypetorumque liber. Horatius de Nasidieno inter cœnam surgente: *Et soleas pascit.* Hic Deinius, Singuline igitur convivæ, inquit, singulares lectos habebant? Minime gentium, inquam: sed aut terni, aut plerumque quaterni unum lectum occupabant. Horat.

Quot convivæ in uno lecto.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Si plures, sordidum id & minime lautum habebatur. Cicero in Pisonem: *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, &c. Græci qui in stipati in lectulus, sæpe plures.* Ita fiebat ut ex una communi mensa vix supra XII. vescerentur. A quo numero illa Augusti famosa cœna apud Sueton. *Ad dædala* dicta. Apud Macrobiū tamen in cœnæ Pontificiæ descriptione in duobus tricliniis decem modo convivæ nominantur, ut pareat in magnifico aliquo epulo vix binos lectum unum occupasse. Jam verò modus accubitus hic erat. Accumbebant reclinata supra parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente: capite leviter erecto, dorso à pulvillis modicè suffulto. Ab hac ratione interpreter & emendo Plauti versum Milite:

Modus accumbendi.

Sed procumbunt, & se percellunt, dimidiati dum appetunt.

Plautus Milite commendatus.

Ut enim apud Horatium, fastidiens, &c.

Languidus in cubitum sese convivæ reponit:

ita contrà inhians & imminens toto corpore in cibum procumbebat, & à decore illo habitu recedebat. Qualem gestum exprimere voluit Plautus. Iterum Deinius, Sed quis decubitus plurimum? Aut quomodo omnes æqua parte ad mensam pertingebant? Vide sis, inquam, hoc modo. Primus decumbebat ad caput lecti, cuius pedes porrigebantur pone dorsum secundi: secundus verò occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto, pedes jacebant ad tergum tertii: & sic deinceps tertius, sic quartus. Hoc jam tenetis? Agite nunc de loco digniori, unde hic sermo manavit. Is qui primus & ad caput lecti decumbebat, Summus dicebatur: qui ad pedes, Imus; qui inter istos, Medius. Hinc illa Plautina, *Da puer ab summo.* & Horat., *secutis omnibus imis.* Tum Carrio, Nempe igitur hoc dicis, Summum locum dignissimum antiquitus fuisse? Ut in illud Virg.

Inde thoro pater Aeneas, si orsus ab alto. Servius Altum thorum, locum summum interpretatur, quem ait Pontificalem fuisse. Subjicio ego, Musæ melius quàm ut hoc dicam. Nam ego non Summum, sed Medium locum,

honorificentissimum habitum confirmo, quidquid illi
Sextianus adinquitati Commentarii præ se ferant, Cicero
Epist. lib. 13. ad Patum, *Acubueram hanc novam. Ubi? Apud
Luturam um: & quidem supra me Atticus, infra Verrius, fa-
niliæ res tui.* Eni, Summus Atticus fuit, Medius Cicero,
quod dicitur clatius, quam Ciceronem consularem senem
signissimo loco accubuisse? Ita apud Virgil,

--- autem j im se regina superbis

Arreâ conpositis pondus mediique loci arsit.

ut debeat reginam. Apud Sallust. 111. H. R. *Igitur discus-
sione, & peritius in mediis, super eam Titus Fabius
Lupus, viri, & senator exproscriptus: in summo Antonius, &
intra scriba Sertio et Cersius, & alter scriba Maceus in imo.
Medius inter Tarquium & Orvium Perperna.* Ecce è duo-
bus lectis alterum medium Sertorius occupat ut Imp., al-
terum Perperna ut convivii dominus. Puto ad hunc
morem emendandum Plautum Stichum, ubi vulgo,

*Plautus e-
dem t.*

*Haec postula equidem med in lecto accumbere,
Sed tu med esse mihi sublelli virum.*

Scripserim, *med in lecto.* Neque enim hoc Parasitus
cheisse nolle in lecto accumbere; (ita enim exclusissi-
mus à cæna fuisset) sed nolle medium aut summum, sa-
tis esse si in imo haberet. Idque sequentia Plauti docent.
Ut distincte igitur concludam, si tres convivæ in uno le-
cto, medius dignissimus: proximus honore, Summus.
Si quatuor; in medium censere arbitror, proximum a
summo. Si duo tantum, dignissimus Summus fuit. At-
que ego quidem de hac re ita censeo: nisi quid huic Car-
moni locus videatur. Mihi ne? Inquit ille. Tu verè
Lipsi ista erudite. Unum modo. Censetne tam anxie
et nunc fit, discrimen istud locorum servatum antiquis?
Quippia, inquam, in primis anxie. Audi Seneam. 1. ut
optuer, De ira: *Atque honorato loco postus trahi ex p. si
convivato i, vocatenti, ipsi qui ubi præferrebatur. Denique,
et id inter est, quam lecti præstas partem? Honoris reme aut
tur, iorem potest facere pulcrum? Sed satis de virgibus &
hic ego exhibitor elegans, qui convivas meos sermoni-
bus pascit. Simul innuere pueri ut secundam cænam defer-
ret. Cumque illic sublevis mentis gallinam iusticiam
cederet, & alius secus pullos, cum olivis, rapulis, & p.
paci: conversus ego ad convivas meos, Ad hunc sane ap-
paratum nec Senece nec Chironemite, opus erit, In-
de multo minus. Ve ut enim in universis moris iudici-
apud antiquos. Nam scilicet Atheniensium et domo o-
convivii simul ac decubitus lecti sedam. dari, quæ delecta*

*2. ut
7. ut
1. ut*

ordin-

ordine obsonia omnia haberet, ut jam tum sciri posset quid postremum coquus missurus esset. Hac molestia quidem nos carebimus. Et ad Carrionem, visne frater de ista parente trium liberorum? Simul abrupti gallinae alam, eaque Carrioni anteposita, Mirum, inquam, ni haec avis ex familia Curionum fuerit, aut certe ex gente Licinia, cujus cognomen manifeste praefert. Nolo tamen frustra vos esse, haec tam male habita gallina canae nostrae caput est. Hic cum Deinus Carrionem intuens quaerere videretur, quid esset caput cenae: occupans ego, Ne id cum damno tuo ignores Deini, dicam. Cenam antiqui in tres partes tribuerant, sive placet dicere Missus. Primum missus, Antecenam sive Gustationem, sive Gustum dixerunt: secundum, in quo praecipui & lautissimi cibi, proprie Cenam: tertium, in quo bellaria, Mensam pomorum, sive Mensas secundas. Quod quaeris igitur, secundi missus praecipuum ferculum, Caput cenae dictum fuit. Exemplum. Hanc gallinam & hos pullos, & olivas, & rapula, & capparim, omnia simul, proprie Cenam dixerō: caput autem cenae hujus, gallinam ipsam. Ita Martial.

Triples divisio canae.

Quid proprie caput canae.

--- nullus tibi quattuor emtus

Libratum cenae pompa caputque fuit. Cicero v. Tuscul. Negavit se jure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum. Gemina ratione Graeci κεφάλαιον δείπνου appellant. Alexi:

Βραγύδιον π χρῆσις ἐν πομπῇ.

Ἐπιπαιζει, κεφάλαιον δὲ δείπνου γινεῖ.

Nec absimili metaphorā Livius Fundum Vejentanum, caput patrimonii appellavit. Optime, inquit Deinus: sed possum ex te scire à quibus auctoribus illa distinctio cenae sit? Potes verò, inquam. De antecena Macrobius: *Ex indice Metelli pontificis cena haec fuit. Antecenam, echinos, ostreae, crudas quantum vellent. In cena, sumina, succiput aprugnum, patinam piscium, &c. De gustatione Petronius: Fussi discubimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam Falerno inunđabamur. De gustu Martial.*

Antecena.

Gustatio sive Censu.

Prima tibi dabitur ventri lactuca, movenda,

Utilis, & porris fila refect & suis.

Et quae Picorum senserunt frigus olivae:

Haec satis in gestu, cetera nasse cupis?

Mentiar ut veniet, pisces, conchyliis, sumen, &c. Tam Carrionis, Invenio etiam Lipsi eam cenae partem, Prandium, ab Horatio dictam:

--- ille salubres

Æstates peraget, qui nigris prandia moris

Finiet. Hic enim dicere Catus voluit, initio cænæ ponenda mora esse, quod Galenus & medici probant : non autem nihil sumendum præter mora. Vocantur antecænæ etiam Promulsidæ, idè videlicet quod daretur ante mulsum. Nam antiqui in conviviis non tenere primam sitim nisi mulso sedabant. Quod ipsum principio cænæ vel confectum apponi moris fuit, vel ejus loco separatim, vinum & mel, ut conviva quisque pro arbitrio id temperans mulsum sibi conficeret. Hinc apparebit cur Varro scripserit III. De re rust. *Favus venit in stilaria, & mel ad principia convivii, & in secundam mensam administratur.* Clarum etiam quod velit Catus apud Horat.

Promulsis.

Varro explicatus.

Aufidius forti miscebat mella Falerio,

Mendose. Quoniam vacuis committere venit

Nil nisi lene decet.

*Petronii
berius di-
ctum ex-
plicatum.*

Lusit in hac Promulsidis voce nimium argute scortillum illud apud Petronium, quæ protracto peculio pueri Gyronis, *Hoc tam rude, inquit, bellè cras in promulside libidinis nostræ militabit. Nam hodie post asellum Diuria non sumo.* Significans videlicet illud pueri vâculum minutum quasi in antecænâ, sibi fore, ad libidinem solidam & robustam irritandam. Ab his sermonibus aliquantum silentium fuit: cum ego ad Deinium, Et quid mi Deini, cænâ hæc Pythagorea erit inter muros? Imò Platonica potius, inquit ille. Nam ut olim Timotheus ille dicebat : *Τὸν Πλάτωνα δὲ δεῖπνῶν μάλλον εἰς ὑστερίαν, ἢ τὴν παρόυσαν ἡμέραν* : ita nos de tua cænâ possumus, in qua ea audimus quæ non solum postridie, sed ætatem delectent. *Τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα δαυτός.* Hoc est mehercle, inquam renidens : sed tamen Deini si bene nobis cibo non est, at vinò erit ; & si Cerealia non possumus, Liberalia celebrabimus. Et heus puer, vinum. Acceptoque cyathò, Hunc, inquam, Deinio & fortunæ ejus Reduci. Cumque ebibissem : Profectò, inquam, verum est verbum vetus, Post sitim & sermonem :

Ἡ δὲ τι πῶτα οἶνῳ Ἀφροδίτης γάλα.

Et Deinio repletum porgens, Accipe, inquam, amicissimum caput, & fac memineris elegantes illos & auro contrâ emendos versus Varronis :

Vino nihil jucundius quidquam cluet.

Hoc continet coxgulum convivii,

Hoc hilaritatis dulce seminarium,

Hoc ægriitudinem ad medendam invenerunt.

Acceptit Deinios, cumque eduxisset, Te imitabor Lipsi, inquit. Ite curæ ad severos. Atque en tibi pro suavissimis Latinis istos Græcos :

ὦ πάσι

Ὡς καὶ τοῖς φροῦσι ὠσοφίλεσσι
 Διόνυσος καὶ σφάπτει ὡς ἡδύς τις εἶ,
 Ὅτ' αὖ ἀπεινὸν μέγα φροῦν ποιῆς μόνῳ,
 Τὸν τὰς ὀφρῦς αἰσθάνεται συμπεῖθις γαλᾶν,
 Τὸν τ' αἰσθάνεται τολμᾶν π, ἢ δειλὸν, θροῦν.

Conversisq; jam nobis in solutam hilaritatem, quia in qua,
 Omnibus modis temperare certum est nostrum hodie con-
 vivium.

ut ἐν παρέργῳ Plauti Stichum emendem : ecquid auctor es
 Deini, ut more majorum huic convivio leges scribamus,
 quas ante crastinum Luciferum sine fraude nemo nostrum
 inigrarit? Ego nonne? Inquit Deinicus. Siquidem hoc ab anti-
 quis est, numquam defugiam auctoritatem. Est verò
 Deini, inquam, nec à nostris solum, sed etiam Græ-
 cis, & quidem philosophis. Nam Xenocratem in
 Academia, Aristotelem in Lyceo συμποσιακὰς νόμους scri-
 psisse, Athenæus testabitur. De Romanis verò, jam inde
 a regum temporibus hunc morem obtinuisse ex Plinio di-
 scimus, qui legem Posthumiam regis Numæ commemo-
 rat, *Vino rogum ne respergito.* De qua Catullus intellegen-
 dus : *Ingere mi calices amariores, Ut lex posthumia jubet
 magistra.* Hic Carrio, Vide etiam atque etiam quid ad-
 firmes Lipsi. Nam & illud Catulli aliter adhuc acceptum
 non ignoras : & verò quis auctor est Numæ legem illam
 convivalem potius quam seriam aut politicam fuisse?
 Respondi ego, At rem tibi auctorem dabo. Nam qui pot-
 est ut serio id Numæ veterit, cum constet ex omnibus
 antiquis, solenne fuisse vino rogum respergi? Ita Æneas
 ad Anchisæ tumulum, *duo rivè mero libans carthesia Baccho
 Fundit humi* : & Festus auctor, Respersum vinum dici,
 quia vino sepulcrum spargebatur. Nequid tamen diffi-
 cilem, Plinius lib. xlv. eam legem ut seriam visus est ac-
 cepisse. Itaque ut hoc in medio relinquamus, antiqui-
 tatem tamen ejusmodi legum ex Ciceronis De senectute
 est ostendere, apud quem Cato inducitur : *Me verò &
 magisteria delectant à majoribus instituta, & is sermo qui more
 majorum à summo adhibetur in poculo.* Eandem rem intel-
 lexit Cicero in Verrem : *Iste enim prætor severus ac dili-
 gens, qui populi R. legibus numquam parvisset, illis diligenter
 legibus quæ in poculis ponebantur obtemperabat.* Redeo et-
 iam in memoriam Lampridii, apud quem insignis locus ab
 ignorance hujus moris corrupte legitur : *cujus quia ver-
 ba non suppeditant, age tu puer adter librum.* Ecce igitur
 in ejus Elagabalo hæc verba : *Præfectum in bibicum sæ-
 pè post cenam ad potandum vocabat, adhibitis & præfectis
 prætorio, ut ut si recusarent, magistrorum eos cogerent.* In-
 cepte inculcata voce, cum scrib. sit, *Magistri eos cogerent.*

Plautus e-
 mendatus
 Leges con-
 viviales.

Catullus
 interpreta-
 tus.

Lampridius in El-
 gabalo cor-
 rectus.

Quid ma-
 gister.

Qui enim has leges bibendi ferebat, Magister vulgò dicebatur : Varroni etiam Modimperator : Horatio, Arbiter : Plauto, Dictator : Græcis, ἀμφοσιάρχης, βασιλὴς, vel σεσηγός, quâ postrema voce & Plautus usus est Stricho :

Plautus
explica-
tus.

----- dum ea se exornat, nos vela

Tamen ludere iniet nos : Strategum te facia huic comitio.

Hic arridens Deinicus, Ut hæc res est, inquit, video descendendum in campum Martium esse, & hunc Strategum intra Septa Suffragiis populi R. Quintium creandum. Vocabo tribus. Quem autem eligis tu Lipsi ? Excepi ego, Vis palam designem, an potius per tabellam ? Patiam, inquit Deinicus. Tum ego, Quod igitur sine fraude legis Callias tabellariæ fiat, ego hunc L. Carrionem Magistrum, *L. L. Scrib. C. palam renuncio. Tecum sentio, inquit Deinicus. Et Carrio, Atqui, inquit, videte Quirites ne vitio crectis, & postea abdicare cogatis. Quid jam ? Inquam. Quia inquit, hæc comitia vestra, præter morem veteris reip. sunt, in quâ non suffragiis populi hic Magistratus creari, sed eligi sorte solet. In sortem tali erant. Ita Horatius :

Id est, Le-
gum scri-
bendarum
caussa.
Quomodo
magistrum
crearent.

Et domus exitis Plutonia, quò simul mearis

Nec regna vini sortiere talis,

Nectenerum Lycidam mirabere.

Regna vini, hæc magisteria appellat : & ineptè Lucretius, qui explicat Regna vini talis, id est, tam suavis & generosi. Exstant hujus moris vestigia passim in Plauto : ut Mostellariâ, cùm Philematium meretrix decumbere vellet, statim quærit :

Vale tali ubi sunt ? Ubi unguenta ?

Et Asinaria :

Face pater talos, ut porro nos jaciamus.

Et prorsus id in omni convivio observabant. Interpellans ego ; Benè & prudenter monuisti, inquam : sed cùm varii talorum jactus sint, Venus, Canis, Senio, Chius : quis ex his fuit magistro creando ? Propriusne aliquis ? An id in arbitrio ludentium ? Imò proprius, inquit Carrio : & qui primus è convivis Venerem jecerat, is Magister. Horatius :

Veneris ja-
ctus Ma-
gistrum
faciebat.

----- quis iudo

De properare apud coronas

Curatve myrto ? Quem Venus arbitrum

Dicet bibendi ?

Facit huc dictum illud Catonis apud Plutarchum :

Εὐ δὲ τοῖς ἀπνοιῖς ἐκλήρετο περὶ τὰ μετέδαι. Εἰ δὲ ἀπλάχοι, πρῶτον αἶρον τὰ φίλα κελύωνται, ἕλιστα μὲν πάλιν ἀκούσης τῆς ἀφροδίστης. Addam pro corollario insignem locum Plauti, qui multis negotium fecit, Curculione :

Talos

Talos arripio, in voco aliam meam nutricem Herculem:

*Plantus
explicans*

Fædo Basilicum. Propius magnum poculum, ille ebibit.

*Basilicus
factus.*

Ita enim interpungo, nec dubitandum censeo, quin Basilicum jactum, Venereum intellexerit. Cum enim Græci Magistrum vulgò βασιλῆα dicerent: quid causæ est, quin jactum illum proprium regi creando, Basilicum rectè vocarit? Quod Herculem Basilicum conjunctim accipiunt, Latine ut loquar, germanæ nugæ. Nam Herculem nutricem suam Parasitus faceret & optima causa dixit. De qua plura dicere non est hujus loci. Conticuerat Carrio: & Deinias caput quassans, Eleganter quidem ista dicuntur & eruditè, inquit, sed meherclè importunè. Nam hæret planè hæc res, tali desunt, nisi quid tu Lipsi expergisceris. Egone? Inquam. Sic sine desint: talorum vicem fortiemur alga. Ne Dî sirint, inquit Carrio, ut tam apertè contra leges Romanas. Quin potius. ecce vobis aliud ab antiquis; quos invenio Magistros interdum sola corollæ impositione dixisse. Nisi cui vestrum aliter illud Plauti è Persa interpretandum videtur:

*Vide lib. 1.
Cap. XXI:*

*Plantus
explicans*

Do hanc tibi florentem florenti, tu hic eris

Dictatrix nobis.

Surgens Deinias, O versum opportunum, inquit, & auro contra non carum! Est verò planissimè ita interpretandus. Et cum ad aurem mihi quidam insufurasset: Ita verò, curabitur, inquam. Et statim vocato puero coronam ex rosis plethilem adferri jubeo, eamque allatam accipiens, & Carrioni modicè reluctanti imponens, Cape hoc insigne Regni, inquam, cum Dîs benè volentibus: tu hujus convivii Dictator eris, uti qui Optima lege umquam dictator fuit. Quinctius factus sum, inquit, Dictaturam, properabam evadere, ab aratro revocor. Sed tamen parebitur vobis, & quæ res mihi magistratuique meo, huic convivio vobisque benè vertat, accipio honorem. Vide te modo ne leges meæ præter opinionem vestram sint. Ac deinde post paululam moram, Convivii hujus lex, inquit, hæc esto:

*Convivii
leges.*

- I. Vinum purum putum puer infundito.
- II. Nymphis in hoc regno aqua & igni interdictum esto.
- III. A summo ad imum more majorum bibunto.
- IV. Patera vinum circumferunto.
- V. Decem cyathi summa pot'o s'nto.
- VI. Musis nonum, decum. umq. Apollini libanto.
- VII. Dominiq. si quis habessit, indicium facito:
- VIII. Ejus & propius Deæ nonunc supra numerum bibito.
- IX. D & r, & jocos usurp'nto.
- X. Ast intra li. entiam & convi. ia utraque s'nto.

XI. *Rixæ, clamor, contentio, ad Thracas ablegantor.*

XII. *Eorum vicem carmen aliudve quid Musæum profertur.*

XIII. *Deque eo modicè & modestè anquirunt:*

XIV. *Angeronæ sacra mensæ habetor.*

XV. *Dicta, indicta, facta, infecta in vino inscribuntor.*

Qui hæc leges frastus est, ite, sacer, intestabilis vivito.

Recitata lex est, in qua siquid rogavi quod per leges plebeive scita rogari jus fas non fiet. E. H. L. N. R. E. Vos si ita videtur discessionem facite, ego tabellas diribi, & sitellam circumferri jubebo. Atque hîc Deinius, ut videbatur, commotior, Itaque Lipsi, inquit, circumveniri nos ab hoc Solone taciti patimur, qui leges eas tulit, quas vix Evander cum sua matri intellexerit? Aut explicet igitur, & more Ro. legem suadeat, aut me vivo ne perferat. Atq; adeo nisi hic Lipsius intercedat, ego jam nunc tamquam Augur obnunciaturus sum, & *Jove tonante* dicturus. Et subridens Carrio, Ego verò nisi caves bone augur, inquit, Cæsarem imitabor, & hunc bibulum duci jubebo. At Deinius me intuens, Porro *Quirites! libertatem perdimus.* Sed ego apprehensa manu ejus quiescere jubeo, & versus ad Carrionem, tu quidem Magister, Sullaturire vidêris, inquam: sed tamen scito, ne ego quidem, *Uti rogas*, dicturus sum nisi lege explicata. Video cum factiolis Tribunis mihi rem esse, inquit Carrio: Dis gratia, quod legem hanc Romæ non Locris ferimus. Alioqui, ut hic Deinius vultu minatur, periculum legislatori à laqueo erat. Sed tamen agite, in summo imperio clementiam laudari volo, explicabo legem, eamque iterum quasi promulgabo, & faciam vestræ ipontis.

*De vino
meraco.*

Primum & II. caput meæ legis, quibus vinum merum esse jubeo, & Nymphas, sive placet dicere Lympas, (ita enim *αἰγυφίους* antiqui dixerunt) in exilium mitto: scire licet esse à Catullo nostro, qui ex lege Posthumia jussit lymphas abire ad severos. Et recte Catullus. Lymphatum enim vinum lymphatam mentem efficere putandum est. Hîc Deinius, Ut principium hujus legis est, inquit, video nos Caninam cœnam minime habituros. Quippe, subjecit Carrio, Vinalia hodie non Fortinalia agitata sunt: & placet Plautinus ille *Sofia*, qui *Hirneam, ut matre fuerat n. utum, vini eduxit meri.*

*Quid A-
summo bi-
bere.*

Tertium caput A summo bibere jubet: hoc est, quod Græci dicunt *αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πινέου*, ab eo conviva videlicet qui summus accumbit, ad Imum. Quod quale sit, ex superiore sermone Lipsi licuit cognoscere. Morem hunc Romanis solennem in omni convivio fuisse cum paulò hilarius invitare se vellent, facile ostendero.

Plau-

Plautus Perfa :

--- Age puere

A summo septenis cyathis commute hos ludos.

Afinaria :

Da puere ab summo, age tu interibi ab infimo da suaviū.

Pertinet huc illud Ciceronis in Catone : *Et is sermo qui more majorum A summo adhibetur in poculis.* Ita enim haud dubie is locus legendus, exturbata voce quæ in vulgatis infederat, à summo Magistro.

Iterum Plautus Menechmis :

Standum est in lecto si quid de summo petas.

Interpellavi ego, Et licet monere Magister? Inquam. Annuit Carrio. Quod igitur pace tua dicam, inquit, hoc postremum Plauti alienum ab hac sententia confirmanda est. Nihil enim eo loco Plautus de portione voluit. Videturque melior lectio quam in libris aliquot antiquis extare comperi, *si quid de summa petas.* Idque versuum ipsa ἀπολλύειν comprobatur :

Cereales cenas dat, ita mensas exstruit,

Tant s struces concinnant patinarias,

Standum est in lecto si quid de summa petas.

De summa, igitur, ἐκ τῆς κεφαλῆς accipio, patina videlicet aut Struice. Labor, inquit Carrio, ut tibi asser tiam : in eam tamen sententiam quam dixi Turnebus id, si commemini, libro vi. accipit. Sed audite sultis cetera.

iv. caput de poculi genere sancit, aliisque exclusis foliam pateram portioni huic A summo relinquit. Non temere. Nam etiam antiquitus patera huic usui sacra. Varro iv. De l. l. *Præterea in poculis erant pateræ, eò quòd pateant latius ita dictæ.* Hisce etiam nunc in publico convivio antiquitatis retinendæ causâ, cum Magistri fiunt, potio circumferitur ; & in sacrificando hoc poculo magistratus dat Deo vinum. Ergo, inquit Deinicus, circumferri portionem, hoc loco Varronis idem censes quod in orbem præberi. A summo ? Quippini, inquit Carrio. Et docet id Plautus Perfa :

Age circumfer mulsum bibere, da usque plenis cantharis.

v. caput decem cyathos definit, qui numerus arbitrii mei est, fateor, sed tamen imitatione antiquâ. Hic Deinicus, Non possum, inquit, Magister, quin interpellem, ne si duci quidem me iusseris. Jupiter bone ! decemne cyathos ? An te leges Corylis & Tricongiis, aut Ciceronis filio putas scribere ? Respondens Carrio, Non puto, inquit, sed estis tamen poëtæ. Quid, malum, poëtæ ? Inquit Deinicus. Sit pudor, & audi saltem Varronem monentem, Est modus matulæ. Imò, inquit Carrio, Venusinum illum potius canentem audie :

Plauti vero
sic corre-
ctus.

Patera cui
usus anti-
quus.
Varro ex-
plicatus.

Et Plautus.

De numero
poculorum
in bibendo.

Ort

*Qui Musas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet supra*

Rixarum metuens tangere Gratia.

*Decem
cyathi
summa
potio.
Plantius
illustratus.*

*Aut novem igitur Deini bibe, aut nuntium remitte Musis:
At tu decem definis, inquit Deinius. Nimirum Plauto au-
ctore, inquit Carrio, in Sticho:*

*Vide quot cyathos bibimus? S. r. tot quot digiti sunt tibi in
manu.*

Tibi propino decim, affonde tu tibi inde si sapi.

**Alii, de
euprâ.*

Sic enim eos versus sanè quàm eleganter hic Lipsius re-
stituit; cum in libris vulgò sit; *propino * decimâ fonte*. Et
quid? Jámne hoc caput scisco? Imò mane, inquam ego.
Frustrâ es de Plauto. Nam ego in eo versu restituendo de-
fugio auctoritatem. Quis enim Bitias decem crateras? ne
tu Carrio me putes, cui placent illa Xenophontis minuta
& rorantia pocula, quæ verè habent quiddam *αἰὲς φίλκω
ἐλκυστὸν*, potiùs quàm illa immania Lapitharum. Tem
Carrio, etiam tu Lipsi ludum me facis? An dum lex reci-
taretur peregrinatae sunt aures tuæ? Quid jam? Inquam
Quia enim cyathos decem scripsi, inquit, non crateras, ne
tu Lapithas aut Centauros somnies, aut illud Nestosis
Homerici poculum, quod

*Ἀλλ' οὐ μὲν μέγα δῖπκινὴν οὐκ ἐπε τοσούτῃς
Πλῆθιν ἰόν. Νέσωρ δ' ὁ γέρον ἀμογήτι ἀερέν.*

*Suetonius
explicitus.*

Latine locutum me scito, & more majorum; apud quos
cyathi duo sextandem efficiebant. Sic de Augusti parsimonia
Suetonius tradidit; eum quotiens largissime se in-
vitaret, senos sextantes non excessisse, aut si excessisset,
rejecisse. id est, xii. cyathos. De his igitur Augusti sextan-
tibus scito me loqui. Repperisti rimam, inquam ego, sed
perge ad legis reliqua.

vi. caput libationem in mensâ constituit, quam prisce
illi in omni convivio religiosè servabant. Itaque apud
Homerum etiam proci:

---θεοῖσι

Σπείσαντες μενέεσσι πῖον μελινθεῖος οἶνον;

& Achilles priusquam biberet

---λαθεῖ δὲ οἶνον

Οὐραγὸν εἰσανιδὸν, Δία δ' ὃ λάθῃ τερπικρέαυον;

Ex quo more apud Virgilium Dido:

Dixit, & in mensâ laticum libavit honores.

& alibi:

*Macrobii
notatus.*

In mensam læti libant, Divosque precantur.

Quibus locis mirari est Macrobii otium, qui anxie in Vir-
gilium inquirat, rectène Didonem in mensâ libantem
fecerit non in arâ. Et vix tandem illuc dilabitur, ut excu-
fari

fari id posse in reginæ personâ concedat, quæ soluta videlicet legibus esset. O hominem acutum ! absque quo esset, dicta Virgilio jam dies apud Pontifices erat. Sed enim ille ineptè. Cùm in omni libatione sollenne antiquis fuerit ut ex paterâ leviter vini aliquid defunderent vel in mensam, vel in terram, vel quemquem alium locum pro re natâ. De terrâ, Virg. v.

Ratio bibendi.

---- duo ritè mero libans carthesia Baccho

Fundit humi.

Alibi de mari:

----extaque salso

Porricim in fluctus, & vima liquentia fundam.

Servasse hoc privatim Romanos discimus ex Dione Cassio, qui tradit in multa copia honorum Augusti, etiam hoc decretum, ut per Genium ejus vulgò jurarent, & in conviviiis omnibus pro salute ejus libarent. Exprimere hunc ritum libandi optime antè illa multibiba apud Plautum Curculione, quæ vini quiddam defunders:

Venus, inquit, de paullo paululum hoc tibi dabo

Haut libenter: nam tibi amantes propinantes

Vinum potantes dant omnes, mihi haud sepe

Eveniunt tales hereditates.

Ergo ut amatores Veneri, bellatores Marti: quid ni item nos novem Virginum alumni, Musis & Apollini studiorum præsidi rite libemus?

Sequitur caput. VII. quod libertatem inter æquales constituit, & dominam aut amicam nominari vult, & in ejus nomen undecimum cyathum permittit. Et assurgens Deinicus, Palâmne nominari? Inquit. Propalâm, inquit Carrio. Meâmne amicam? Inquit Deinicus. En alterum Lycurgum nobis: & quidem ut ille in palæstra ad Eurotam nudari virgines voluit, sic iste in convivio amores. Sed egône ut huic legi tuæ paream? Non per oculos istos (& simul tangebatur oculos) ne si decem quidem Justiniani hoc rogassent & perrogassent. Clementer Deini, inquit Carrio: quid enim si hoc à patribus est? Ne si ab avis quidem, inquit Deinicus. Quid si à Græcis & Romanis? Ait Carrio. Adde à Persis & Medis quoque, inquit Deinicus. Nugas agis. Nam ego quidem hoc caput antiquo. Hic ego subridens, Deinicus noster fortasse ejusmodi amores habet, quales Septimius ille apud Catullum: ut causa illi sit cur eos tam studiose nos celet. Sed tu Magister perge suadere quæso, & si quidem hoc ab antiquis est, meum jam punctum habeto. Est verò Lipsi, inquit Carrio, ejusque testem dabo Theocritum.

De nominandis libenter bibendum amicis.

Eid.

Eid. xiv.

Ἦδ' ὃν δὲ παθόντων ἰδοῖ' ἐπιχρῆσθαι ἀκροῦται
 ὧν τῶν ἢ θελ' ἐκφύσθαι· ἰδοὺ μόνον ὦ πῦρ εἰπὼν

& Eid. II.

-----ἀπὸν ἔρωτ'.

Αἰσχύρῳ ἐπιχρῆται.

Horatius
 explicatus.

Renidens Deinius, Hoc erat meherclè, inquit, Græculis auctoribus ad has ineptias veniendum erat, quas Romana gravitas longe à se sprexit. Quippe ô bone, inquit Carrio, Horatius tibi gentem mutabit, cujus versus esse scribis:

*Vultis severi me quoque sumere
 Patem Falerni? dicat Opuntia
 Frater Megillæ, quo beatus
 Vulnere, quâ pereat sagittâ.*

Et Tibul-
 lus.

Quid delictum illud poetæ Tibullus?

*Sed, Renè, Megillam, suæque ad pocula dicat,
 Nomen & absentis singulæ verba sonent.*

Horatius iterum:

*Da noctis mediæ, da puer auguris
 Murenæ.*

Hic vinum Murenæ, nonne ita dixit ut ille Siculus
 οἶνον Εἰρωτ'?

Plautus Stichos:

Et Plau-
 tus.

*Bene vos, benè nos, bene te, bene me, bene nostram etiam
 Stephanium.*

Ita enim loquebantur concise, pro eo quod esset, Bene nos vivere precor, bene valere. Quin & illud usurpabant, ut in honorem amici aut amicæ tot cyathos biberent, quot litteræ in eo nomine essent.

Martial.

Nævix sex cyathis, septem Justina bibatur.

& lib. ix.

Martialis
 Epigram-
 ma expli-
 catum.

*Nunc mihi dic quis erit; cui, te Calatisse, Deorum
 Sex jubeo cyathos fundere? Cæsar erit.
 Sutilis aptetur decies rosa crinibus, ut sit
 Quisposuit sacre nobilis genis opus.
 Nunc his quina mihi da summa fiat ut illud
 Victor ab Odryso quod Deus orbe tulit.*

Cyathorum, rosarum, basiorum numerus respondet his tribus nominibus; Cæsar Domitianus Delmaticus. Et quid jam Deini? Veronè vici non magis Græcos hunc mo-

rem

rem frequentasse quàm nostros ? Nisi quid tu aliter habes dicere. Et Deinio reticente : Deinios, inquam ego, iam labascit, & videtur unà mecum digitum posse tollere. Perge modo.

Iterumque Carrio. IX. caput X. & XI. temperati convivii joci & dictis volunt : qui cùm velut sal reliquæ vitæ sint, tum in mensa & vino propriè habitant. Hæc tamen, ut in illis lascivia vitetur, acerbitas in istis.

XII. & XIII. fanciunt ut epoto poculo & πικρῶ aliquod litterarium proponatur, deque eo modicè & minime anxie disceptetur. Ejusmodi sermones in conviviiis agitari & Varro in Satyris Menippeis præcepit : & præiverunt nobis in hoc Plato & Xenophon, quibus auctoribus non hæc tantùm amœniora studia, sed ipsam philosophiam, tantâ castâ & verecundâ virginem, in convivium fas sit deducere.

Postrema capita, de silentio quod mensæ debetur, constitunt. Quod silentium Angerona Dea (alii etymon secuti Angenoram appellant) digito ad os admoto Romanis significat, Harpocrates Græcis. Quobus enim locis Mysteriorum religio est, in mensa & in thoro. Et ut concludam cum illo Venusino :

----- *Vetabo qui Cereris sacrum*

. *Vulgaris arcana, si b isdem*

Su trabibus, fragilemque motum

Solvat faselum.

Explicata lex est : vos Quirites velitis jubeatisne eam latam esse ? Uti rogasti, inquam ego. Ergo in eam more majorum jurate, inquit Carrio, & deinde in æs incidite. Potius, inquit Deinios, quàm Metellum Numidicum imiter, & ut ille de urbe, sic ego de hoc convivio secedam, jurabo. Quoniam ita est, inquit Carrio, audite Quirites, audiat jus, audiat fas. Hæc lex ita uti lingua nuncupavi & uti me dixisse sentio, rata in crastinam diurnam stellam, & sancta esto : qui ei derogarit, obrogarit, abrogaritve, illum à Musarum cœtu, & ab elegantium hominum conventa sic rejici volo optoque, ut ego ejiciam has reliquias vini. Ac cùm vehementiùs effudisset, sic ut rosanaret : An Homerum somnias Carrio, inquam, apud quem post fœdus illud pactum inter Græcos & Trojanos, quispian sic loquitur :

Ὅππότ' ἐργι πῶπ' ἐργι ὑπὸ ὄρκια πηλώσεις

Ὡς δὲ σφ' ἐγκέφαλῳ χαμάδις ῥέει, ὡς ὕδ' ἐν οὖνῳ,

Α'ντῶν καὶ πέπων.

Mihi quidem Homerus in mente non erat, inquit, sed id feci meminens moris Græci, qui solent reliquias vini arte

*Quid sit
collatis m.
facere.*

Bb

qua-

quadam in terram elidere ut redderent sonum, idque *κοτταβίζεν* vocabant. Tum ego. Quin & Latini, Magister, idem usurparunt, atque hinc Horatius scripsit:

*Absume heres Cæcuba dignior
Serrata centum clavibus, & mero
Tinguet pavimentum superbo
Pontificum potiore canis.*

Idem Plinius voluit in laudando nobili illo potore Tri-
conge, quem ait, *Optimâ fide bibisse, nihilque ad elidendum
in pavimento sonum ex vino reliquisse.* Benè juvas, inquit
Carrio, & quamquam perrogatâ lege, placetne hoc quasi
corollarium adjici? *Qui biberit, ex reliquiis perite cottabum
facito.* Occupans Deinios, Non placet verò, inquit, nolu-
mus hanc fenestram ad fraudem. Siculi habeant suum
cottabum, nos Romanâ simplicitate bibemus. Ut vultis,
inquit Carrio: tu modo puer porge vinum, jam pænè ir-
raufi. Allata patera, eduxit sitiens, & cùm mihi imple-
tam traderet: Deinios potiùs, inquam. Minimè, inquit Car-
rio. Nam ne hoc quidem temerarium est ut à dextra or-
diar. Ut enim in veneratione Deorum dextroorsum cir-
cumagi solent, ita in hac quasi sacra symposi, moris fuit
pateram in dextrum circumferre.

*Pocula in
dextrum
circumfer-
ri solita.*

Iliad. α.

*Μειδύουσιν δὲ παῖδες ἰδέξαντο χερσὶ κύπελλον.
Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
Ὀϊνοχόῃ γλυκύ νίκτωρ δᾶπν κρητῆρ' ἀφύσσαν.*

Et in Epigrammate:

Παῖς ἀχρηματούχῃ παρσίως τ' ἐπὶ δέξιοι ὤμων.

Ausonius ad hunc ritum capiendus Epistol. IX.

*Ut solitum, quoties dextræ invitatio mensæ
Solicitat lenem comi sermone Lyæum.*

O magnum hominem! inquam ego, & de quo hodie mul-
tò plura didicerim quam de mille philosophis barbatis
Inter hos sermones puer me admonuit de mensis secundis:
quas cùm hortensi fere aparatu attulisset, En vobis horti
opes, dapes inemptas, inquam, & tenues: sed tamen ut
memini me olim scribere in laudem vitæ rusticæ:

*Mensa se-
cunda.*

Hæc inter epulas litteratum si mihi

Fortuna conviviam duit:

Non me Syracusina ferula juverint

Magistræ Apicii dapes,

Neque catamiti nectæ oblatum manu

Indeverit ventrem meum

Fucundius, quàm melo si vepallidus

Detur meæ cenæ caput,

Vel Cynara tristis, Italæve brassica.

Belgiæ meis flos insolens.

Atque

Atque adeo ecce vobis utrumque Delicium meum & Melonem, & Brassicam Floridam, ut vulgò vocamus. Vere dixisti Delicium tuum, inquit Carrio. Nam hercle nulla mater tam anxie ubicam prolem suam habuit, quam tu melones istos. Hoc studium meum est, inquam, vel si placeat, morbus: sed omitte ista, sodes, & quoniam Servius ait antiquis duas mensas fuisse, unam epularum, alteram poculorum, jamne tempus videtur ut Plautum audiamus, qui jubet,

----- manu candida Cantharum dulciferum.

Propinare suavisissima amicitia, neque esse aliam alii

Odio, nec molestis sermonibus nec morologis uti?

Haut male mones, inquit Carrio. Atque adeo, heus puer, huc ex horto coronas. Quid factururus? Inquam ego. Quippe ex more veteri, inquit, huic pateræ coronam impositurâs. Sic enim in secundis mensis apud Virgil.

Pocula coronari solita in mensis secundis.

Crateras magnas statuunt, & vina coronant.

& alio loco:

Tum pater Anchises magnum cratera coronâ

Induit, implevitque mero.

Tibullus item, cujus locum recitabo ut emendandum arbitror:

Tibullus. emendatus.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herbâ

Arboris antiquæ quâ levis umbra cadit:

Aut è veste suâ tendet umbracula, fertis

Vincta, coronatus stabit & ipse calix.

Sic enim libri aliquot vetusti, non ut vulgò, Aut è veste sacris tendent: & verò Tibullus dicit pubem redimitam fertis fuisse, non umbracula ipsa. Dî approbent, inquit Deinius: habemus hominem ad conviviorum ritus explicandos unicum. Sed placetne ex eodem more etiam coronas nostro capiti? Apage, inquit Carrio, ebrietatis hoc fuit, non elegantiae. Meministi Plautinum senem admirantem querere?

----- quid ego video?

Ps. Cum coronâ ebrium Pseudolum tuum.

Corona ebrietatis indicium.

Et in comœdiis semper ebrii coronati inducuntur. Itaque Plauti illud Amphitruone:

Ibo intrò, capiam ornatum qui potius decet.

emendandum te doceo, qui potis decet. Quippe jam ante dixerat Mercurius:

Plautus correctus.

Capiam coronam mihi in caput, assimulabo med esse ebrium.

Propertius de suâ ebriolâ Cynthiâ:

Cum tua præpendent demissa in pocula ferta,

Et mea deductâ carmina voce legis.

*Antiqua
Serta, Ser-
tas, & Ser-
tos promi-
se ut dixi-
se.*

Hic Deinius repetens illud, *Demisse serta*, Sciensne pec-
cas Magister ? Inquit ; an fugit hoc verbum ab ore tuo ?
Nam aliter, vide ne dica tibi apud Prætores grammatico-
rum scribatur violatę Latinitatis. Mediate verò dixi, inquit
Carrio, & ejus lectionis auctorem habeo Charisium lib.
1. qui promiscuè & Serta & Sertas antiquos usitasse con-
firmat. Producit exemplum Corn. Severi :

Huc ades Aoniâ crimen circumdare serta.

Tum ego, Servius etiam Deini notavit ad illud Virgil.

*Plinius
emenda-
vit.*

... serisque recentibus halant,

veteribus & Serta & Sertos & Sertas dictum fuisse, sic ta-
men ut cum Sertos dicerent, flores intelligerent, cum
Sertas, coronas. Ex his videor posse Plini locum tenta-
tum ab aliis corrigere lib. XXI.

*Vocabulum tardè communicatum est inter sacra tantum
& bellicos honores coronis nomen suum vindicantibus. Cum
verò è floribus fierent serta à ferendo servie appellaban-
tur.*

Nam vetus scriptura concipitur, à *ferendo ferive*, Lego li-
tera addita, *serta à ferendo fertive*. Hoc dicit, cum coro-
næ olim è floribus fierent, non tamen coronas dictas, sed
Serta aut Sertos, ab eo quod fererentur. Turnebo pla-
cebat, à *ferendo sativæ*. Quod audacter improbo, quia &
ipse timidè probat. Et Carrio, Ne Musæ mihi velint, in-
quit, nisi istud tu Lipsi acutè. Sed licerne quærere ? Pol !
etiam jubere Dictator, inquam. Adferatur quæso Plinii
exemplar, inquit. Et allato, Amabo te Lipsi, quoniam de
coronis agimus, ecquid habes super isto Plinii loco dice-
re, eodem libro XXI.

*Plini ob-
servus lo-
cus emen-
datus.*

*Apud nos hujus licentiæ exemplum non est aliud quàm fi-
lia D. Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Mar-
syam litteræ illius Dei gen. unt.*

Nam Marfyas quis sit, eundem scio, qui cum Apolline de
cantu certavit. Statuam etiam ejus Romano in foro fuif-
sa, ubi causæ agerentur, scio. De qua Horat. *Non sollicitus
mihi quod cras*

Surgendum sit manè, obeundus Marfya.

Et Martial.

Ipse potest fieri Marfya causi dæus.

Sed quid iste ad luxuriam Juliæ ? Aut cur ab ea corona-
tus ? Respondi ego, An tu me Carrio scholas habere pu-
tas, & de qualibet re posita more Græco posse dicere ?
Sed tamen Plinii locum de quo quæris, sic quasi per ne-
bulam videor intelligere. Quid Marfya ad luxuriam Ju-
liæ ? Inquis. Dicam. Marfyæ statuam in celesterrima
fori parte fuisse rectè auturas. Forum autem Ro. ea
ætate nocturnis stupris infame. Itaque sicut propudium
illud

Illud fæminæ Messalina, noctu ad cellas meretricias fur-
eim commens, cymbam suam probè onerabat : ita puto
hanc Juliam nocturnam forum Ro. frequentasse, & ad
statuam ejus Marsyæ ignotis admittariis promiscuè libi-
dinem suam explessc. Testem facio Senecam, De Bene-
ficiis lib. VI. Lege tu puer hunc locum. : *Augustus flagi-
tia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim a-
dulteros, pererratam nocturnis comestationibus urbem, forum
ipsum ac rostra ex quibus pater legem de adulteriis tulerat,
filia in stupra placuisse, cotidianum ad Marsyam concursum,
cùm ex adulterâ in quaestuariam versa, jus omnis licentiæ
sub ignoto adultero pereret.* Ex quibus postremis apparet
eam, ut publici juris scortillum etiam ex libidine quæstum
fecisse & æra poposcisse. Et paullulùm hîc reticente me,
Neque nihil dicis, inquit Carrio, nec tamen omnia. Nam
ista nihildum ad coronas, Mane paulisper, inquam, dum
ungues mordeo. De coronis sic puto. Ut milites exau-
torati arma sua ad Martis, gladiatores rude donati ad
Herculis ponebant : ita arbitror & comestatores, &
puellas etiam illas quæ Veneri militarent, languidas co-
rollas demtas suo capiti Deo cuiquam in munus dedisse.
De comestatoribus, præclarus locus in Diogene Laërtio
in Xenocrate quem scribit *Χρυσὴ τεφάνη πικρὴντα ἐπ' ἄλλα
πολυπορίας τοῖς καὶ ἀχρεῖσι τῶν Διονυσίων ἐξίόντι δούλῳ πρὸς τὸν
ἰδ' ῥομῖνον Ἐρμῶν, ἐνδύειν καὶ τὰς ἀνδρῶν πύργους εἰσέρχων.* Et
de puellis, argumento sunt versus Plauti Asinaria :

Seneca ex-
plicatus.

Meretrices
cur statuas
coronant.

Plautus
explicatus.

Tum si coronas, fort. 1, unguenta jusserit

Ancillam ferre suam Veneri aut Cupidini,

Tuus servus servet Veneri eas det an viro.

Hoc amplius servasse meretriculas puto (liceat enim ali-
quid liberius in joco & vino) ut quotiens pensum absol-
vissent, aut ut Propertius loquitur, quot itinera nocte una
confecissent, tot corollas ludicro cuiquam & minorum
gentium Deo donarent, puto Trephallo Marsyæ, Her-
mæ, talibus. Sic votum est in Carmine libero:

Quæ si contigerit fruenda nobis,

Totam comp. tribus P. iape nostra

Cingemus tibi mentulam coronis,

& ibidem :

Quæ quot nocte viros peregit una

Tot Vesperas tibi dedicat salignas.

Ex Carmine
libero qua-
dam inter-
pretata.

Ut hinc videatur esse illud Plinii censoria gravitate Ju-
liam increpantis, quæ ut luxuriæ suæ noctes innotescer-
ent, non dubitarit Marsyam coronare in celeberrima par-
te urbis. Sed jam mecastor erubui : age tu puer ocyùs huc
coronam & vinum. Attulit ille corollam plexam ex flore
Veneris. Quia cùm pateram induissem, Hunc, inquam,

*Modus re-
spondendi
inter bi-
bendum,
aut propi-
nandum.
Dio expli-
catus.*

florem Liberi amicissimo Deinio & propitiis Musis. Benè vivas, inquit Deinios. Sustinens ego me à bibendo, Et quid hoc respondi novi? Inquam. Ita Romani, inquit, inter bibendum precari cuipiam soliti sunt. Huic rei testis Dionis abbreviator in Commodò, qui scribit Commodum in theatro feras conficientem pulcherrimæ fæminæ manu poculum vini accepisse, & cum biberet, populum cum Senatu acclamasse τὸ ἐν τοῖς συμπόσις εἰς αὐτὸς λίχας, Ζήσεις. Sic enim Græcè scripsit, cum exprimere, ut opinor, Latini illud vellet, Benè vivas, aut Vivas. Talis ea Suidæ nota: Ζήσεις, ἐν τῇ αἰνέσει: Vivas, cum aliquis uno spiritu educit. Hoc hodie primum discō, inquam. Et subiinde cum ebibissem, poculumque transferre ad Deinium vellem: assurgens Carrio, Minimè gentium, inquit. Tūc ut legem nostram adhuc virginem per vim violas? Ego admirans, Deus bone, violam? Inquam. Pax sit legi Julæ. Quale est istuc? Quia enim, inquit, educto cyathò zetema aliquod ex lege proponendum fuit. Hui! inquam. Vide si ut hæc lex in vino scripta est. Nam ita me ille Drexpter, ut ista mihi exciderant. Parebitur tamen, Et paulisper meditatus, Quoniam, inquam, ex lege facietum aliquid minimeque anxium ponendum est: quæro. Quid Fratris & Sororis vocabala antiquis designarint. Ridens Deinios, En mecherlè Archimedæa quæstio. Quasi hoc nesciverimus priusquam Theognis nasceretur, ut ait Lucillius. At bona verba Deinii, inquam. Nam aliud quiddam ab illo vulgato in mente habeo. Frater & Soror, inter lasciva & ἑρπύλαι sunt. Admirantibus illis, Sic, inquam, ut puellæ eos quibuscum solitæ essent, & ut propriè loquar, quibus dare consuevissent, Fratres vocarent: & contra Amatores suam comparem cum quâ caput limarent, Sororem. Cavete aliter Tibulliana illa acceperitis:

*Quid Fra-
ter & So-
ror signifi-
cavit an-
tiquis.*

*Tibullus
expl. catus.*

Hæc tibi vir quondam nunc frater casta Neæra

Mittit, & accipias munera parva rogat.

Teque suū jurat caram magis esse medullis,

Sive sibi Conjunx, sive futura Soror:

Sed potius Conjunx, hujus stem nominis illi

Auferet exstincto pallida Ditis aqua.

Hoc dicit. Hæc tibi mittit Tibullus ille olim futurus tibi legitimus vir, nunc tantum Amator & Frater. Ita sententiam esse, paratus sum, Ex animi mei sententiâ, jurare. Interpellans Deinios, De juramento, inquit, facimus gratiam: verum tamen scisne aliter visum elegantissimo Mureto? Sio inquam: sed secundum antiquos, si placet, hanc litem demus. Apud Senecam, Phædra cum amoris sui indicium verecundè vellet facere:

Matris

Matris superbum est nomen & nimium potens,

Nostros humiliter nomen afficitur decet :

Me vel Sororem Hippolyte vel famulam voca.

*Seneca
poeta ex-
plicatus.*

nónne perspicuè in Sororis nomine latebras quæsiuit, cum Hippolyti amicam se vellet dicere? Prodeat & tristis Petronius, in cuius amoenissimis Satyris amplius viginti locis Gyton quidam Frater Olenii nominatur, qui non reapse illi frater erat, *πρότερος ὁ δὲ* : sed pulli premoni illi, ut Latine loquar, officium præstabat, & noctu pro culcitella erat. Patet id ex nequissimæ mulierculæ argutæ epistola : *Si vis sanus esse, Gytona roga : recipies inquam nervos tuos, se triduo sine fratre dormieris.* Hujus rei inscientia corrumpit ejusdem Petronii elegantem locum, quem à me licebit restituas :

Et Petronius.

*Petronius
correctus.*

Si non fastidis faminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam, consilio tibi ô juvenis Sororem. Habes & tu quidem Fratrem, neque enim me piguit quærere. sed quid prohibet & Sororem adoptare eodem gradu veniæ?

Nam vulgati mirificè turbant. Ecce autem cupit illa Circe huic novo Ulyssi pro Sorore esse. Quid hoc est? Ita, inquit, ut Gyton tibi pro Fratre est. Dic quæso clariùs. Gyton ille, inquit, *sine quo non potest vivere, ex cujus osculo pendes, quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo.* Addam his supernumerarium testem poetam Hispanum, cujus verecundiam magis quàm argutiam desideremus.

O quàm blandus es Ammiane matri!

Quàm blanda est tibi mater Ammiane!

Fratrem te vocat, & Soror vocatur.

Cur vos nomina nequiora tangunt?

Lusum creditis hoc jocumque? Non est.

Mater quæ cupit esse se Sororem

Nec Matrem juvat esse nec Sororem.

*Martialis
explicitus.*

Lepos hujus Epigrammatis in hac significatione est quam dixi. Sicut & illius in hominem mollem :

Quare desine me vocare fratrem,

Nete Carmenion vocem Sororem.

Id est, Amicam. Sed & amici ipsi inter sese vocabant Fratres. Quintilianus in Declam. CCCXXI. *Certe quoties blandiri volumus his qui esse amici videntur, nulla adulatio præcedere ultrà hoc nomen potest, quàm ut Fratres vocemus.* Conticui. Et Carrio, Auditis, inquit, testibus labor ut secundum te Lipsi pronunciem : sed quoniam post occasum Solem judicare leges Rom. vetant, diffindi diem, & ampliari hoc judicium placet. Non repugno, inquam, si prius à te cave-ro amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, zetema me petiturum. Istuc quidem repromitto, inquit Carrio. Nunc tu Deiniades ad imperandum, ut majores loque-

bat, & hunc à Lipsio cyathum cape. Tux vices sunt bibendi & dicendi. Tum Deinius, Vellem Dictator de quæstione Tiromi mihi fieri gratiam, cui ad dicendum desunt illa duo quæ Isocrati *ἑὸν ἄνδρα*. Delicias hominis inquit Carrio: quasi hic Lipsius ignoret, apud Nymphas tuas alterum si tibi non deesse, alterum etiam superesse. Haud tacuisse mallet, inquit Deinius. Et post illa côm bibisset, leui manu pomum adpositum contraxans, Vultus aliquid quod in solum mihi venerit? Inquit, Hoc tam eleganti pomio admonitus, quod credere possis ab Hesperidum hortis esse. Quæro quid antiquus Poma significet. Ego arridens, Hoc quidem Corydon aliquis nectis explicaverit, inquam: tu sal & urbanitas hominis, quin ex lege antœnum aliquid & urbanum quæris? An non hoc tale est? Inquit ille: quando Poma quiddam usque côm urbanum & vernile antiquis signarunt, ut id apud superioris notæ homines promere nemo audeat. Dic quælo clariùs, inquam ego. Si hic Magister morum permittit, inquit, (Carriorem designabat) dicam, Coleos illos non Larvinos sed Cliterninos, Poma dixerunt. Pax, inquam ego, honorem mensæ. At tu ne tam apertè poposcisses, inquit, ego ne tibi non offerebam. Ita Propertius usurpavit lib. 1. cùm ad Cynthiam suam ebrius visum vepisset:

Et modo gauderem lapsos formare capillos,

Nunc fastidiosa vix poma dabam manibus,

Quæ alia exultantis hæc turtiva poma, nisi illa de quibus in Carmine libero est?

Quilibet Hippomanes rapuit Schoenœida pomis,

Qualis usque esse inum nobilis hortus erat:

Qualiter credibile est spariamem rure paterno

Næ sciam phœno sæpè tu ipse sinu:

Si ale si in malum quod litæra pinxit Aconiti,

Cui lecta capulo patra puerba viro est:

Tibi curque præduntis florentis agelli

Impsi in mensa nude Priape:

Nam interpretanda hæc quam dico allegoriâ, omnis lepos Epigrammatis est. Est inter Phallica aliud Epigramma, quod h. Eterus pro ænigmatæ Sphynxis fuit, cui ego Oedipus accessit:

Quid mihi ca non edidit, quæ si furaberis ipsa

Graviter mala tibi in alia dabo poma.

Ita enim legentes, & peritæ dia poma, hortensia illa intellego, peritæ illa minuta de quibus loquor, qualia Catullo teste fuerunt quæ puellæ perniciem non solvere, sedque datam in te fuit Priapus in istis. Nam quod aliâ Mala dare, prius breviter intellegunt, quasi dixerint, male

Poma ver-
ba sunt
etiam
antiqua.

Propertius
explicavit.

Epigram-
ma est
etiam
antiquum.

malè tibi faciam; ardentur. Neque usquam Deus hortorum viris aut puellis malum cruciatum interminari solet; sed quiddam libidinosum, & pœnam non pœnam. Lufisse in eodem Plautus videtur Amphitruone :

Enimverò prœgnanti oportet & malum & malum dari,

Plantus

Ut sit quod obrodai. si animo malè esse acciperit.

explicatus.

Ambigue enim Sofia vel malum Punicum intellexit, quod in prœgnantium malaciâ expeti solere Plinius prodidit; vel illud malum quod ceteroqui sœminarum fastidiis paullo efficacius mederi solet. Quale fuit quod apud Virgilium lasciva Galathea, apud Theocritum Clearista sibi voluerunt, cum pastorem malo peterent. Ex quo Græcis proverbii loco *μελοβαλεῖν*, id est ad Venerem allicere. Scholiastes Aristophanis : *Μηλοβαλεῖν ἐλεγε τὸ εἰς αἰ φροδίσια διαλέγειν, ὡς καὶ τὸ μὴ λον Α' φροδίτης εἶναι ἐλεγε.* Hinc jam liquebit de sententiâ illorum versuum Propertii :

Quamvis Ida Parin Pastorem dicat amasse.

*Propertius
explicatus.*

Atque inter pecudes accubuisse Deam :

Hoc & Hamadryadum spectavit turba sororum,

Silenique senes & pater ipse chori

Cum quibus Ideo legisti poma sub antro,

Suppositâ excipiens Naxca dona manu.

Legere enim poma, non aliud est quàm facere illud quod Propertius cum suâ Cynthia, Catullus cum Lesbia solent, O te hominem argute malum ! inquam ego. Mihi enim, qui in eo poëta assiduus sum, numquam istud suspicari in mentem venit. At tu, inquit, Servium accusa, qui mihi ad hanc malitiam prœvit. Nam in illud Virgilii,

*Quid sis
poma lege-
re.*

Ipse ego cana legam tenerâ lanugine mala,

studiose adnotatis verbis poëtam rem obscœnam verecunde velasse, quam Theocritus expresserit liberius. Nec aliud significare illo Epigrammate custos hortorum voluit :

Rusticus incultè siquid dixisse videbor :

Da veniam, libros non lego, poma lego.

Si mile est apud Catullum Legere olera, apud Ciceronem Legere nuces. Quæ omnia sumpta ab hortis sunt, & idèò tralata ad rem voluptatum, quod antiqui partes illas in-
verecundas Hortum vocarent, aut Saltum,

*Carmen
liberum
explicat.*

In Phallicis :

Quod meus hortus habet sumas impune licebit,

Si dederis nobis quod tuus hortus habet.

Idem Græcis est καὶ πῶ. Idque Hesychius interpretatur καὶ φη' ὅσον γυναικείον.

De Saltu, Plautus Cassina :

Ubi illum saltum video absertum, rogo ut altera finat ire.

bibam cum corolla? Sed cedo sanè. Benè mihi, benè vobis, benè Minervæ meæ. Addidi deinde hos versus:

Estè procul Nymphæ, fallax genius, estè puellæ,

Vna soluta meo non facit ingenio:

Me juvet in priscis positum palleſcere chartis,

Et variis animum pascere ab historiis:

Me juvet adpositos mecum languescere lychnos,

Tu puer huc plenis funde merum cyathis.

Ter tibi Calliope, tibi ter fit præses Apollo,

Bis tibi ter puero pura Minerva mero.

Quis si vitæ cursus mortalibus iret,

Incinctus lauri triste caput foliis,

Non crimen, non noxæ essent: & fraude remota

Simplicitate nixæ priscæ triumphæ equis.

Externis totiens nec ab artibus expugnata

Solvisset zonam credula vi go suam.

At tu si sapias, his curis impendere vitam

Appropere, & levibus pone modum studiis.

Nam velut hæc folia aridulam sprevèrè corollam,

Quæ tenet in mensam lapsa natæ videri

Sic nobis dubiæ labuntur tempora vitæ:

Deini cras sermone est discere discere hodie.

Et conversus ad Carrionem; Habes Dictator, inquam, Amœbæum carmen: quod si placet, tene cyathum cum corollâ, & utere exemplo. Ain serîo Lipsi? Inquit. Ego nomen amicum? Quippini, inquit Deinîus, jubente lege. At mi homo, inquit renidens Carrio, scisne Imperatorem veteri SC. solum esse legibus? Os hominis? inquit Deinîus. Facta inante gratia de quaestione est, nunc etiam de amica? Non fiet Carrio: me vide. Et si tu Cæsar es, Catonem invenisti. Respondere parabat Carrio, cum intercedens ego jure potestatis Tribunicæ, Ne gravare, inquam: unius cyathi res est. Cum accepisset igitur, Hunc supremum cyathum, inquit, libemus Dionysio & Somno. Et assurgens post haustum, addidit:

Καὶ σὺ μὲν ἄγε χαῖρε πολυτάφυλ' ὦ Διώνυσ',

Δὸς δ' ἡμᾶς χαίροσιν εἰς ἄρας αὐτοῖς ἰκέσθ',

Εὖ δ' αὖτ' ἄρα εἰς τὰς πολλὰς καινὰς ἄς.

Sed jam eundem est. Salve tu Lipsi. Surrexit unâ cum Martinio Deinîus. Et quid dicemus, inquit, nisi illud vetus?

--- *ventum gaudeo scaſtor ad te,*

Ita hodie hic acceptissimus sua vobis modis.

Hæc finis sermonum fuit, & ad se quisque discessit.

DEI-

DEINII TUMULUS.

Quis tumulus? Dein! Quæ circum hæc agmina? Musæ.

Quæ mulier? Puris Simplicitas manibus.

Qui corpus? Charites. Animum finxere? Lepôres.

Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.

Musæ, Simplicitas, Charites, ligete Lepôres,

Mortuus est vestro Deinii exitio.

MEMORIÆ SACRUM.

A. DEINIO N. VIRI. CLARISSIMI. F.

I. SECUNDI. POETÆ. UNICI. COGNATO

MORIBUS. SANCTISSIMIS. ET

INGENIO. SUPRA. HOMINEM

PRÆDITO

AD. LITTERARUM. LAUDEM. NATO

HARUNDEM. ÆTERNO. DAMNO. DENATO

JUSTUS LIPSIVS

AMORIS ET AMICIT. C.

HUNC. TITULUM. ET. TUMULUM. P.

HUIC. MON. SIVE. SEPULCRUM. EST. D. M. A.

HOSPES. MANES. MEOS. NE. LAEDE. VIVOS.

LAESI. NEMINEM.

S. T. T. L.

JUSTI

Nam hîc quidem nihil nisi leviter & incerto animo divi-
nabo ; arbitrium penes lectorem relinquam.

Cicero De arusp. resp.

*An si ludius constitit , aut tibicen repente conticuit , aut puer
ille Patrimus & Matrimus ; si terram non tenuit , aut zen-
sam aut lorum omisit , aut si Aedilis verbo aut si mutus aber-
ravit , ludi sunt non ritè facti , &c.*

Libri plerique veteres , verbo aut symbolo aberravit , refe-
runt. Ex quo fecerim , *Simpulo*. Quod omnino ex Ar-
nobio firmatur. locum hunc æmulante lib. iv. *In cerimo-
niis vestris*, inquit, *rebusque divinis*, *postulationibus locus est*,
piaculis. Dicitur contracta esse commissio , si per imprudentia
lapsum aut in verbo quispiam aut sympinio deerrarit. Aut si
ludicrum constitit , aut tibicen repente conticuit : aut si patri-
mus qui ille vocitatur puer , omisit pe: ignorantiam lorum, aut
terram tenere non potuit. Nam quod Sympinio in Arnobio,
est : scire licet ambiguum in libris esse scriptiõnem , &
passim *Sympinium*, *Simpuvium*, *Simpulum*, scribi. In sa-
crificiis autem publicis, sive Deus sive Dea esset , vinum à
magistratu dari solet. Varro iv. de L. L. de Patera lo-
quens : *Et in sacrificando hoc poculo , magistratus dat Deo
vinum*. In hunc usum fuisse Simpulum sive Simpuvium,
docet idem Varro *αὐτὸ μένος* Nonne vides ipsos Deos , si
quando volunt gustare vinum , derepere ad hominum fana, &
tamen tum illi ipsi Libero simpula vina dari ? Ita enim hæc
correctenda censeo apud Nonium, Simpuvium.

C A P U T IV.

Plauti Pseudolus emendata.

SCENA , Si ex te tacente :

Compressiones artè amarum corporum.
Optimè Vatican. *amantum comparum*. Lege etiam *artè*,
non *artè*. Compares propriè sunt *αἰσῶνος*. Usurpatur in
amore de duobus qui inter se amant. Horat.

---- *quædam munia comparis*

Æquare. Catullus :

Nec tantum nideo gavisa est ulla columbo

Compar.

Scenâ, Pseudole non audis :

Non est justis quisquam amator nisi qui perpetrat data.

Item Vatic. *Non est usui quisque*. Perspicuè rectum.

Quid ais quantum terra tegit hominum perjuri sine?

*Alii Terram tegit. Ego emendo, quantum in terrâ degit. Lit-
tera immutata , & syllaba à finè prioris vocis retracta.*

Sicut

Sicut hæc est præstituta numerando argento dies.

Libri veteres, præstituta summe argenio dies.

Lego, Summa argenio. Id est, suprema.

In Persâ:

Hæc dies summa hodie est mea amica sit ne libera.

Trochaicus autem versus non difficulter sustentabitur, vocali non elisâ, nequem numeri moveant.

Scena, Si de damnosis:

--- CA. merito esse iratum arbitror,

Cum apud te parum stet fides.

Scribo, parum stet fides. Antiquè: aut certè, Fide, pro Fidei, ut apud Lucret.

Aut alia cuius desiderium insideat re.

Scena, Hi loci sunt:

Ut ego oculis rationem capio quam mihi ita dixit heros.

Legerim, nam mihi ita.

Hostis viros rapere soleo ex acie, ex hoc nomen mihi est.

Ps. Polte multò magis opinor vaso abenea ex ædibus.

Placet Vaticani alterius lectio; Pol tu viros? Magis opinor.

C A P U T V.

Nonius aliquot locis purgatus.

NONIUM cum video, veterum scriptorum triste naufragium videre videor: è quo quasi tabulas aliquot hoc capite conabor colligere.

In Debilo:

Debilo, debilis. Ennius lib. VIII. Debilo homo.

Ridicula lectio, siue is Nonii ipsius error, seu potius scriptorum fuit. Nam haud dubiè scripsit Ennius, Debil homo, pari ratione qua Famul, pro Famulus, illo versu:

Reddidit ut summo è regnò famul infimus esset.

Et alii, Facul, Difficul.

In Marte.

Maclare, honorare. Accius didona mæn lib. I.

Sapientiæque invictæ gratiâ atque honoris

Pater, honeste rem maclavit auream.

Vir eruditus tentavit legere

--- atque hono-

Is patrem honeste rem maclavit auream.

ut opinor, frustra. Nam vera lectio est:

Sapientiæ invictæ atque honoris gratiâ,

Paterâ honeste rem maclavit auream.

Maestare patera, ut apud Cicer. Maestare honoribus. Em valet antique Eum.

In Auspicavi

*Pacuv. Chryse. Incipio saxum tentans scandere vorticem
In summum, dein hominis partes prospectum aucupo.*

Lego, dein in omnis partes.

In Senium.

Tuinnus Veliternâ. Quot pestes, senia, jurgis sese met diebus emigrarunt.

Sententiam secutus emendo, sese meis adibus.

In Veretur tui

Pacuvius Hermionâ. Tyndareo fieri contumeliam cujus à te veretur maxime actâ gratulatione. Nihilne te populi veretur, qui vociferare in viâ?

Coaluerunt perperam duo exempla, quæ sic cum auctorum nomine distingua, veretur maxime. *Atta Gratulatione. Nihilne te populi.* Quinctius Atta poëta est comœdiæ veteris, nomen ejus sæpè corruptum.

In Olat.

*Africanus Fratris. Non potest
Quin illa tacta longeque & multis olat.*

Scribendum censeo, illa facta. *Plautus Mostel.*

Ubi unguenta sunt. PHIL. quid opus est? Cum facta accubo.

C A P U T VI.

Plauti Truculentus restituta.

VEDITNE quisquam pictum aut fictum aliquid amœn-
ius colloquio illo servi rustici cum lepidâ ancillâ? In
quâ utriusque ingenium ita desertim Plautus expressit, ut
in illo nil nisi sordes & rus merum, in hac Venerem & le-
pôres videaris agnoscere. Cui pro parte emendendo hoc
caput sacrum esto.

Scenâ. Quis illic est?

AST. comprime.

ST. Spero meam quidem hercle, in qua solita es com-
primi.

Venusti joci sententiam restituo, te qui solitu' est comprime-
mat. Dixerat enim ancilla rustico inclamanti Comprime,
vocem videlicet aut iram: quod ille satis urbane con-
vertens, Ego quidem, inquit meam amicam comprimam,
te, alius qui solet. Nam ita accepisse rusticum, clarum ex
sequentibus.

Impriu-

Imprudens per ridiculum ut rustico suadet stuprum.

Advenisti nos huc tentatum cum exornatis pssibus.

Aliquot libri, *sustentatum* : Vatican sine litura, *Advenisti huc sistentium*. Adprobo. Sistentare antiquum verbum pro ostentare, ut in Bacchid. & Mostellar. Extentare.

Ast. nunc places.

Cum me illi vel in mentiri dicis. Sr. Quid quod te rogo. Tricæ Tellanæ in his verbis : fortasse hic extricande, nunc places. Sr. quum me illi velim! Ast. mentiris. Sr. dicis quod te rogo?

Ut ego me ruri hamaxari. m. velim patulum bovem.

Ex Festo leg. videtur, *ba. a. k. m. bovem*. Is enim adnotat Plautum Patalem bovem vocasse cujus cornua late pateant.

Sanas si videare dicis contumeli m.

Claudicat versus, & recte. Vatic. *si videare dicam, dicis cont.* nisi placet, *dicam dicis contumelie*, ut D. cam scribere.

----- *su m non enim ille meret. iculis*

Molliendis rem cogit, verum parsi non i.

Lego, *sum. non enim hoc primum*. Deinde illud Molliendis, ajo, auctoribus libris falsi damnandum. Nam optimus ille Vatic. *Moniendis* : duo alii, *Monendis*. Ut certum habeam latere in hac scriptura verbum vetustius. Place-ret, *Molendis*, ut apud Lucill.

Hunc molere, illam autem ut fumentum vannere cunnis sed id lex versus spernit.

Neque istuc in se gestit, ergo cogit exaninem mali.

Bene & apte ex conjectura restitui, *Istuc ipse gestit, e g cogit exanien mali*. Exanien mali, vis mali. Poëta vetust: *Classis cita texitur, exitium examen rapit.*

C A P U T VII.

Seneca in libello De brevitate vitæ emendatus.

A PUD Senecam in Syntagmate de Brevitate vitæ legimus vulgò:

Modò intra paucos dies illos quibus C. Cæsar periit, si quis inferis sensus est, hoc gratissime ferens, quòd decedebat populo Ro. superstue, septem aut octo certe dierum cibaria superesse, cum ille potens navibus junxit, & viribus imperii ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque a'imento-rum egestas. Exitio pæne ac fame constitit, & quæ famem sequitur, rerum omnium ruina, furiosi & externi & infelicitèr superbi regis imitatio.

quem totum locum ad historiæ fidem sic emendandum censeo. *Hoc gravissimè ferens, q. d. p. r. f. s. a. o. c. d. cibaria superfuere. Tum ille pontes navibus jungit, & viribus imperii illi dit, &c.* Contra controversiam enim Seneca factum illud insarum C. Caligulæ in mente habuit. Qui ad exemplum Xerxis inter Puteolos & Baulos pontem navibus inædificavit spatio 111. 00. passuum. In quo opere dum universa classis occupatur, Romæ capitalis pænè fames coorta. Vide Xiphilinum in Caligulâ.

C A P U T VIII.

Plauti Pseudolus emendata.

SCENA, Dî immortales:

Nam ipsa opportunitas non potuit opportunius

Advenire, quàm hæc cavata est mihi opportunè epistola. Cavare epistolam, non Plauti elegantiam olet, sed sordes & rus merum. Emendarim ipse, quàm hæc allata. Vitii causa fuit, quod repetitâ ex priori dictione litterâ scriptum fuit, callata.

Scenâ, Dulcia atque:

Dic utrum spemne an salutem Pseudole?

Veteres libri consensu, *spemne an matrem te.*

Sed istuc servus ex Carysto qui advenit, qui sapit?

CH.. *Usque à cunabulis. Ps. manuleatam tunicam habere hominem decet.*

Turnebus libro xx. magno consensu totius cavæ, ut ait, emendat, *Hircum ab alis.* A quo tamen unus spectator dissentio. Nam ad eam sententiam quam effici homo doctissimus vult, sequens responsio Pseudoli hilum non facit. Veteres Cunas & Cunabula inter obscenos intellectus habuisse videntur, fortasse quia alluditur ad Cunnum. Plautus infra de cinædo, *Quid ais? Tunc etiam cubitare solitus es in cunis puer?* Puto igitur istuc Charinum alludere, nec aliud dicere quàm servum illum postremis partibus sapere, illis quibus peculium solet facere. Docere id liquidò sequens responsum Pseudoli de manuleatâ tunica videtur. Nam pueri meritorii sive cinædi, ut inter nosci possunt, tunicas cum manicis more mulierum gestabant. non aliter quàm meretrices togas. Scipio Africanus in Sulpicium: *Qui in convivis cum amatore cum cheirodotâ tunicâ accubuerit: cumne quisquam dubitet quin fecerit quod cinædi solent?*

Plautus Pcenulo:

Quis hic est cum tunicis longis quasi puer cauponius?

Sene-

Seneca in epistolis : *Mirum est aliquid fortiter dici ab homine molliorem professo. Ita enim plerique judicant. Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit.*

Scena, Forum coquinum :

*Nam ego cicilendrum quando in patinâ scindidi,
Unus Vatican. in patinâ indidi.*

C A P U T IX.

Varro duobus locis restitutus.

EXPERIRI placet ecquid Varroni mederi possim apud Nonium in Virgines :

Varro ἐπεὶ ἱκανὸς. Quam sympathiam lubiat oculos haberet, quid imaginum interesset puerum esse de virginatum usus an monuce, ποῦς πῦρος dum cogito.

quem locum doctissimus Junius emendat : *Q. s. lubidinis oculi haberent. Quid magnum interesset, puerum utrum esset de virginatum usus, an ποῦς ἱκανὸς πῦρος dum cogito.* Eruditè. Nec tamen negabit ipse Junius propius a scriptura veteri abesse, *Q. s. lumbi ad oculos haberent, quid inguinum interesset, &c.* Nam lubi it in lumbi ad facilis lapsus, & inguinum pro imaginum sententia comprobatur. Tentabo alium ejusdem argumenti locum apud Nonium, in Mulieravit :

Varro ὡς δὲ πᾶσι τοῖς. Et rex & misellus ille pauper amat, habetque ignem intus a rem, hic ephebetum mulieravit : hic ad me deca adolescentem cubiculum pudoris primus polluit. de quo alii aliter: ego ex ductu litterarum legerim, *hic effectum mulieravit: hic Canimedæo adolescenti cubiculum.* Sententia, meo animo, commoda. Uterque, inquit, amat, rex & pauper : hoc interest, quod ille in exoletum aliquo situm restinguat : iste rex integellum & Ganymedi similem adolescentem polluat. Cubiculum porro pudoris quam partem in puero nominet, non opinor Apollinem Delphicum consulendum esse.

C A P U T X.

Plauti Pseudolo locorum duorum cum Græcis comparatio.

QUOD Plautus sanè quàm lepidè scripsit Pseudolo in persona gloriosi illius coqui, Scena, Forum coquinum :

C c 3

Nam

*Nam ego ita convivis coenam conditam dabo
 • Hodie atque ita suavitare condiam,
 Ut quisque quinque condinum gustaverit,
 Ipsos sibi faciam ut digitos prærodet suos.
 idem planissime alter coquus de se prædicat apud A-*
lexidem:

*Εὐχαριστῶ ἐμὸν ὄρημα πόνῳ, πολλὰ δ' ἐγὼ
 Λ' ἂν ὀφείλω σοι, εὐσεβητέδῃ τὰς δακτύλους
 Σαυτὶς γὰρ χαίρον.*

Sicut & illud quod apud Philemonem comicum coquus
 • gloriatur divina se quædam & ad immortalitatem unica
 condimenta reperisse:

*Ἀπαντες οἱ φανήπτες ἐχέοντ' αὖ θεοί.
 Ἀ' εὐσεβίαν ὄρημα, τὰς ἤδη νεκρῶς,
 Ὅπῃ ἐσθρογνῶσιν, ποιήσω ζῆν πάλλῃ.*

non minus lepidè eadem illâ Scenâ Latina Musa expres-
 sit:

*BA. Quid tu? Dis inis condimentis utere?
 Quis precatè ut impositis hominibus,
 Etica culpas condimenta? Coquus audacter dicite.
 Nam vel duce nos annos poterunt vivere
 Mæ: qui esualunt escas quas condidero.*

C A P U T XI.

E. Propertii libro 1. complures loci observati.

VENIO ad Propertium, ocellum, & ut sic dicam, smar-
 ragdum peccatum, è cujus lib. 1. carptum quædam de-
 libitabo.

Eleg. 11.

*Littora nativis pellucent picta lapillis.
 Falso supposita vox est. Nam hori omnes veteres, per-
 suadent picta, & vetus Fulvii in orâ, alias, Collucent.*

Eleg. 111.

*Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis. Vatic. l. sam
 sop. r.*

Eleg. 14.

*Tuliet Anticipæ formam Nyctidos, & tu
 Spantiam referas ludibus Hermionem.
 Quatuor mss. Spartane. r. l. Hermi. n. e.
 Et te circum omnes alias rata puellus
 Deferet: heu nullo limine cætus eris.
 Libri vet. Differet, optimè. Vide Nonium.*

Eleg.

Eleg. v.

Quod si forte tuis non est contraria votis,

At tibi curarum millia quanta dabit?

Vatic. & Farn. *Quod. f. forte tuis n. e. c. nostris.* Mureti, *forte tuis n. e. c. nostris.* Ex quibus, nisi vanitatem vulgatae lectionis nihil extrico. Nisi placet.

Quod si forte animis n. e. c. contraria nostris,

Ah tibi.

Eleg. vi.

Uteriusque domus vadere Memnonias.

Vetus Farnes. *vadere in emonias.* Amonia ora quæ sit, notum, & ante à Rhipæos montes nominavit. Cogitent docti.

Nam tua non etas umquam servitit amor.

Veteres omnes, *cessavit amor.* Et ea germanissima lectio.

Lydia Paestoli tingit aratra liquor.

Optimi & doctissimi Turnebi conjecturam, *tingit arata.*

Comprobant Farn. & Fulvii libri. Vetus Mureti in orâ, *cingit arata.*

Eleg. vii.

Te quoque si certo puer hic percussit arcu,

Quod nolim, nostro ex iolasse Deos.

Admonui olim in illis juvenilibus Variarum libris, *heu voluisse*, legendum videri: Canterus noster *evaluisse* probat. Sed libri omnes *exiolasse*, præter Vatic. qui te *violasse* refert.

Nectibi subjiçiet carmina servus amor.

Fulvii & Mureti libri, *servus amor.* Recte.

Eleg. viii.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

Insolens locutio, Cælum plantis sive pedibus tangere: vide ne verius sit legi, *sidera palmis.*

Eleg. ix.

I quaeso & tristes istos depone libellos.

Libri, *componere libellos.* Bene & proprie.

Tum magis Armenias cupies accedere tigres.

Vet. Ful. *cuperes accedere.* Mureti, *cupias.* Vereor ne Propertius scripserit, *capiare accedere.* Ut Varro, *capiuntur sequimatribus.*

Dicere quo pareas, sæpe in amore juvat.

Tres veteres, *in amore levat.*

Eleg. x.

Vidimus in longam ducere verba moram.

Libri, *Vidimus in longa d. v. mora.*

Passim ego divisos iterum conjungere amantes.

Veteres, *diversos iterum.* Bene & proprie. Vide Canteri nostri lectiones.

Hoc magis effecto saepe fruarè bono.

Fulvii & Farn. *effecto*. Probo vulgatam. Veteres enim Effectus & Effectum dixerunt, ut, Successus & Successum. Plautus Pseudolo, *Hos fugitastis Quirius successis bonis.*

Eleg. xi.

Aut teneat clausam tenui natitantis in undâ.

Hæc lectio ab elegantissimo Mureto est, & sanè ejus liber scriptus *natantis* habeat. Alii omnes *Tuentantis* vel *Tuetantis*. Vaticano est *Tuentantis*, cum interpretatione hæc, *Insula vel fluvius parvulus.*

Eleg. xv.

Sæpe ego multa tuæ levitatis damna timebam.

Mira varietas librorum. Vet. Farn. *levitatis signa*. Mureti, *levitatis jura*. Vatic. *dura*. Postremam veram arbitror, & puto disting. *multa tuæ levitatis, dura, timebam. Multa levitatis*, Græcicum est. *Dura* autem, ut illud,

At nunc, dura, par. Phrygiæ nunc ire per undas.

Et potes externos manibus componere crines.

Non dubito quin scrib. sit *hesternos*. Frequenti lapsu.

Eleg. xvi.

Te non ulli meæ læsit petulantia lingua

Quæ solet irato dicere tui loco.

Putavi aliquando emendandum, *turba loco*. Libri omnes, *totia loco*.

Eleg. xviii.

Quid tantum merui? Quæ te mihi carmina mutant?

Fortè scrib. *crimina mutant*. Idque sequentia probant.

At tua quod peperit nobis injuriæ curas?

Emendandum opinor, *At tua quod peperit*. Hæc levia & nebulæ cyatho non emenda quibuldam visum irascio: mihi tamen satis est ea esse in Propertium. Rectè autem ille Siculus:

-----*ὅτι δ' ὀλίβη ὀλβία πάντα.*

C A P U T XII.

Plauti versus Truculento de opinione correctus.

FOEDE corruptus Truculenti versus est,

S. ena, Eo mihi amare:

Non enim possunt militares pueri & à viro educier.

cujus emendationem spisso & vix inveni: nisi fallor, inveni tamen. Nam cum in Vaticanis sit, *puerectanio educier*. Non longè ab ea scriptura abiens, legend. censeo. *Prutannis exduciat*. Quippe fabula hæc acta Athenis. In qua urbe cum *πρωτόν* fuerit, in quo benè meritis de publica re victus

Etus daretur : nonne *ὁ λόγος* videtur meretricem istuc respexisse, & facere militi obtrusisse, non posse statim militares liberos publicitus in Prutanio ali? Quod autem Turnebus leg. censuit, à viâ educier : monuerat id sanè jam ante eum Alciatus, nec tamen cuiquam cui pectus sapit, probaverat.

CAPUT XIII.

*De Ciceronis locis duobus Epist. ad
Q. Frat. conjectura.*

Quod sine fraude meâ liceat, post Manutium & Lambinum duos illos quasi primæ sententiæ Consulares, quid de Ciceronis duobus locis censeam, ego imi subscelii Senator liberè promam.

Ad Q. Fr. lib. II. epist. XII.

De Pompejo assentior tibi, vel tu potius mihi.

Nam ut scis jampridem istum canto Cæsarem.

Non dissentiunt libri : ego tamen imbibi Ciceronem scripsisse, *jampridem istum ante Cæsarem*. Monuerat videlicet Q. Frater Ciceronem, ut Pompeji amicitiam foveret, neve ita se daret Cæsari, ut oblivisceretur illius : respondet Cicero. Ego verò parebo tibi, vel potius jampridem parui. Nam Pompejum olim colere cœpi ante Cæsarem. Facilis verò & perfrequens librariorum lapsus, *istum cante* litterâ à fine dictionis ad initium ablegatâ. Unde nata vulgata lectio, quam nunc apud sapientes judices denatam volo.

Lib. III. epist. II.

Interim ipso decimo die quo ipsum oportebat hostium numerum & militum renunciare, in re hæsit summa infrequentiâ.

Lambinus emendat, *inrepsit summa*. Probaverim ipse, *mirè hæsit summa infrequentiâ*. Hæsisse autem frequenti Senatu Gabinium scribit, quia plures milites amiserat, quàm cæciderat hoste. D. E. R. I. C.

CAPUT XIV.

Plauti Miles emendata.

SCENA, Mihi ad enarrandum :

Hoc oppidum Ephesus est, idem est miles meus herus.

Fortè leg. *inde est miles* : vel, *indidem*. Ut significet cum Ephesium esse,

bibam cum corollâ? Sed cedo sanè. Benè mihi, benè vobis, benè Minervæ meæ. Addidi deinde hos versus:

*Est procul Nymphæ, fallax genus, este puellæ,
Vna soluta meo non facit ingenio:*

*Me juvet in prisca posuium palleſcere chartis,
Et variis animum pascere ab historiis:*

*Me juvet adpositos mecum languescere lychnos,
Tu puer huc plenis funde merum cyathis.*

*Ter tibi Calliope, tibi cer fit præses Apollo,
Bis tibi ter puero pura Minerva mero.*

*Quis si vitæ cursus mortalibus irer,
Incinctus lauri triste caput foliis,*

*Non crimen, non noxæ essent: & fraude remota
Simplicitas niveis prisca triumphet equis.*

*Externis totiens nec ab artibus expugnata
Solvisset zonam cred: la vi go suam.*

*At tu si sapi, his curis impendere vitam
Appropera, & le vibus pone modum studiis.*

*Nam velut hæc folia aridulam sprevare corollam,
Quatenus è in mensam lapsa natæ videri*

Sic nobis dubie labuntur tempora vitæ:

Deini cras sermone est discere. discite hodie.

Et conversus ad Carrionem; Habes Dictator, inquam, Amœbæum carmen: quod si placet, tene cyathum cum corollâ, & utere exemplo. Ain seriò Lipsi? Inquit. Ego nominem amicam? Quippini, inquit Deinicus, jubente lege. At mi homo, inquit renidens Carrio, scisne Imperatorem veteri SC. solutum esse legibus? Os hominis? inquit Deinicus. Facta inante gratia de questione est, nunc etiam de amica? Non fiet Carrio: me vide. Et si tu Cæsar es, Catonem invenisti. Respondere parabat Carrio, cum intercedens ego jure potestatis Tribunicæ, Ne gravare, inquam; unius cyathi res est, Cum accepisset igitur, Hunc supremum cyathum, inquit, libemus Dionysio & Somno. Et assurgens post haustum, addidit:

*Καὶ σὺ μὲν ἔτι χαῖρε πολυτέφυλ' ὦ Διόνυσ',
Δὸς δ' ἡμᾶς χαίροντας ἐς ἄρας αὐτῆς ἰκέαδ',
Ἐπεὶ δ' αὖτ' ὥραν εἰς τὰς πομπὰς καταυγας.*

Sed jam eundem est. Salve tu Lipsi. Surrexit unâ cum Martinio Deinicus. Et quid dicemus, inquit, nisi illud vetus?

--- ventum gaudeo ecastor ad te,

Ita hodie hic accepti fuimus sua vibus modis.

Hæc finis sermonum fuit, & ad se quisque discessit.

DEI-

DE INII TUMULUS.

*Quis tumulus? Dein I. Quæ circum hæc agmina? Musa.
 Quæ mulier? Puris Simplicitas manibus.
 Qui corpus? Charites. Animum finxere? Lepôres.
 Quis dedit in cineres tot bona? Parca dedit.
 Musæ, Simplicitas, Charites, lugete Lepôres,
 Mortuus est vestro Deinius exitio.*

MEMORIÆ SACRUM.

A. DEINIO N. VIRI. CLARISSIMI. F.
 I. SECUNDI. POETÆ. UNICI. COGNATO
 MORIBUS. SANCTISSIMIS. ET
 INGENIO. SUPRA. HOMINEM

PRÆDITO

AD. LITTERARUM. LAUDEM. NATO
 HARUNDEM. ÆTERNO. DAMNO. DENATO

JUSTUS LIPSIVS

AMORIS ET AMICIT. C.

HUNC. TITULUM. ET. TUMULUM. P.
 HUIC. MON. SIVE. SEPULCRUM. EST. D. M. A.
 HOSPE. MANES. MEOS. NE. LAEDE. VIVOS.
 LAESI. NEMINEM.

S. T. T. L.

JUSTI

JUSTI LIPSI ANTIQUARUM LE- CTIONUM

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Propertii Elegia De morte Corneliae emendata.

CORNELIAE Querelam apud Propertium percurram, & ex ea quædam illustrabo, alia emendabo.
*Sic cui fama fuit per avita tropæa decori,
Vera Numantinos regna loquuntur avos.*

Quæ ista regna vera? Puto addita littera scribendum,
Versa Numantinos. Id est, Eversa. Ad Scipionem Æmilianum, qui Numantium evertit, Cornelia genus refert.

Turpior æssu non erit ulla meo.

Quidam libri, *Tristior.* rectum utrumque. Tabella damnatoria, turpis vel tristis dicta. Assessum vocat, quem alii Judicum confessum.

Defeta & gemitu Cæsaris ossa mea.

Alieni hominis scriptura. Nam libri omnes, *Defensa & gemitu.* Ex quis probarim, *Defusa &.* Defundi lacrymis, ut, Perfundi & Suffundi apud Virgil.

Ille suâ natâ dignam vixisse sororem

Increpat. & lacrymas vidimus ire Deo.

Colotianus liber:

Ille suam natam indignam vixisse sorore.

Utra harum placet, (mihi quidem posterior magis) sed utra harum, eandem tamen sententiam eliciendum est, Augustum videlicet recordatione flagitiorum Juliæ, increpasse eam tacitum, quod indigna vixisset sanctissima sorore Cornelia. Sed cur soror Juliæ Cornelia? Ideo quia Scribonia primum maritum Cornelium Scipionem habuit, ex eoque Corneliam: tertium Octavianum Augustum, ex quo famosam Juliam. Julia igitur & Cornelia diverso patre, ab eodem utero fuerunt.

Te Lepide & te Pæulle meum post fata levamen.

Conditæ sunt vestro numina nostra sinu.

Fulvii

Fulvii & Mureti libri *lumina vestra*. Optimè. Oculos morientium à proximis claudi Romano ritu solenne.

Filii tu speciem censuræ nata paternæ.

Ineptè. Quomodo enim mulier speciem Censuræ gerat ? Libri vet. *Specimen*. Itaque lego, *tu specimen censuræ nata paternæ*. Id est, quæ ita nata es ut censuram patris tuis moribus exprimas.

--- *mihi cymba volenti*

Solvitur, aucturis tot mea fata malis.

Libri duo, *Solvar juncturis*; alii, *Solvitur juncturis*: Colotianus, *Solvitur, haud illis stant mea fata*: Unus, *solvitur juncturis*. Mihi aqua hæret. Nam illa Colotiana supposita leetio videtur.

C A P U T II.

Plauti Truculentus dimidiato versu augetur.

TRUCULENTO cùm senex duas ancillas in vinclis haberet, ut certum exquireret de stupro oblato filia, in omnibus libris mutilati versus hi leguntur. Scena, Ego ne tibi:

Calicles vide quæso homini ne facias injuriam,

Rene solutus causam dicit.

quam lacunam expleant Vaticani, sed corruptissimis verbis:

* *Causam dicit tam estis victo satines.*

Ego emendo:

Causam dicit, testes vinctos attines.

præclare, & cui correctioni firmandæ verbum faciendum non est. Erroris causâ in libris fuit, *Testis*. Ita enim sæpè scriptum repperi, pro Testis. Nihil igitur causæ est, quia hic versus, qui antea miserè claudus arcebatur à sacris Romanorum, jam nunc à Pontificum collegio integer & sanus judicetur.

C A P U T III.

De Ciceronis locis duobus Oratione De aruspiciis responsis levis conjectura.

Hoc capite præmittere placet versum illum Plauti:

Capillum promittam optimum est, incipiamque ariolari.

Nam

Nam hîc quidem nihil nisi leviter & incerto animo divi-
nabo ; arbitrium penes lectorem relinquam.

Cicero De arusp. resp.

*An si ludius constitit , aut tibicen repente conticuit , aut puer
ille Patrimus & Matrimus ; si terram non tenuit , aut terri-
sam aut lorum omisit , aut si Aedilis verbo aut si nutu aber-
ravit, ludi sunt non rite facti, &c.*

Libri plerique veteres , verbo aut symbolo aberravit, refe-
runt. Ex quo fecerim , *Simpulo*. Quod omnino ex Ar-
nobio firmatur. locum hunc æmulante lib. iv. *In cerimo-
niis vestris*, inquit, rebusque divinis, postulationibus locus est,
piaculis. Dicitur contracta esse commissio , si per imprudentiam
lapsum aut in verbo quispiam aut sympinio decurrat. Aut si
ludicrum constitit , aut tibicen repente conticuit : aut si patri-
mus qui ille vocitatur puer , omisit pe: ignorantiam lorum, aut
terram tenere non potuit. Nam quod Sympinio in Arnobio,
est : scire licet ambiguum in libris esse scriptionem , &
passum *Sympinium*, *Simpuvium*, *Simpulum*, scribi. In sa-
crificiis autem publicis, sive Deus sive Dea esset , vinum à
magistratu dari solet. Varro iv. de L. L. de Patera lo-
quens : *Et in sacrificando hoc poculo , magistratus dat Deo
vinum*. In hunc usum fuisse Simpulum sive Simpuvium,
docet idem Varro *et videtur* Nonne vides ipsos Deos , si
quando volunt gustare vinum , derepere ad hominum fana, &
tamen tum illi ipsi Libero simpula vina dari ? Ita enim hæc
corrigena censeo apud Nonium, Simpuvium.

C A P U T IV.

Plauti Pseudolus emendata.

SCENA , Si ex te tacente :

Compressiones arte amarum corporum.

Optimè Vatican. *amanum comparum*. Lege etiam *arte*,
non *arte*. Compares propriè sunt *ouççççç*. Usurpatur in
amore de duobus qui inter se amant. Horat.

----- *secundum munia comparis*

Æquare. Catullus :

Nec tantum niveo gavisus est ulla columbo

Compar.

Scenâ, Pseudole non audis :

Non est justis quisquam amator nisi qui perperat data.

Item Vatic. *Non est usui quisque*. Perspicuè rectum.

Quid ais quantum terra tegit hominum perjuri sine?

Alit Terram tegit. Ego emendo, quantum in terrâ degit. Lit-
tera immutata , & syllaba à fine prioris vocis retracta.

Sicut

Sicut haec est praestituta numerando argento dies.

Libri veteres, praestituta summe argensio dies.

Lego, Summa argensio. Id est, suprema.

In Persâ:

Hæc dies summa hodie est mea amica sit ne libera.

Trochaicus autem versus non difficulter sustentabitur, vocali non elisâ, nequem numeri moveant.

Scena, Si de damnosis:

---- *CA. merito esse iratum arbitror,*

Cum apud te parum fiet fides.

Scribo, *parum fiet fides.* Antiquè: aut certè, *Fide*, pro *Fidei*, ut apud Lucret.

Aut alia cuius desiderium infideat re.

Scena, Hi loci sunt:

Ut ego oculis rationem capio quam mihi ita dixit herus.

Legerim, nam mihi ita.

Hostis viros rapere soleo ex acie, ex hoc nomen mihi est.

Ps. Pol te multò magis opinor vaso abenea ex ædibus.

Placet Vaticanæ alterius lectio; *Pol tu viros? Magis opinor.*

CAPUT V.

Nonius aliquot locis purgatus.

NONIUM cum video, veterum scriptorum triste naufragium videre videor: è quo quasi tabulas aliquot hoc capite conabor colligere.

In Debilo:

Debilo, debilis. Ennius lib. VII. Debilo homo.

Ridicula lectio, siue is Nonii ipsius error, seu potius scriptorum fuit. Nam haud dubiè scripsit Ennius, *Debil homo*, pari ratione qua *Famul*, pro *Famulus*, illo versu:

Reddidit ut summo è regno famul infimus esset.

& alii, *Facul*, *Difficul*.

In Marte.

Maetare, honorare. Accius didona mæn lib. I.

Sapientieque invictæ gratiæ atque honoris

Pater, honeste rem maetavit auream.

Vir eruditus tentavit legere ---- *atque honore*

Is patrem honeste rem maetavit auream.

ut opinor, frustra. Nam vera lectio est:

Sapientie invictæ atque honoris gratiæ,

Patrem honeste rem maetavit auream.

Maſtare patera , ut apud Cicer. Maſtare honoribus. Em
valet antique Eum.

In Auspicavi

*Pacuv. Chryſe. Incipio ſaxum tentans ſcandere vorticem
In ſummum, dein hominis partes proſpectum aucupo.*

Lego , dein in omnis partes.

In Senium.

*Tuinnius Veliternâ. Quot peſtes , ſenia, jurgix ſeſemet die-
bus emigrarunt.*

Sententiam ſecutus emendo, ſeſe meis ædibus.

In Veretur tui

*Pacuvius Hermionâ. Tyndareo fieri contumeliam cujus à
te veretur maxime actâ gratulatione. Nihilne te populi
veretur, qui vociferare in viâ?*

Coaluerunt perperam duo exempla , quæ ſic cum aucto-
rum nomine diſtingua , veretur maxime. *Atta Gratula-
tione. Nihilne te populi.* Quintius Atta poëta eſt co-
mœdiæ veteris, nomen ejus ſæpè corruptum.

In Olat.

*Aſſanius Fratriſ. Non poteſt
Quin illa tacta longeque & multis olat.*

Scribendum cenſeo, illa ſtacta. Phautus Moſtel.

*Ubi unguenta ſunt. PHIL. quid opus eſt? Cum ſta-
cta accubo.*

C A P U T VI.

Plauti Truculentus reſtituta.

VEDITNE quicquam piſtum aut ſiſtum aliquid am-
nui colloquio illo ſervi ruſtici cum lepidâ ancillâ? In
quo utriuſque ingenium ita deſertim Plautus expreſſit , ut
in illo niſi ſordes & ruſ merum in hac Venerem & le-
pôres videaris agnoſcere. Cui pro parte emendando hoc
caput ſacrum eſto.

Scenâ. Quis illic eſt?

AST. comprime.

ST. Spero meam quidem hercle , tu quæ ſolita es com-
primæ.

Venuſti joci ſententiam reſtituo , te qui ſolitu' ſt comprime-
mat. Dixerat enim ancilla ruſtico inſclamanti Comprime,
vocem videlicet aut iram : quod ille ſatis urbanè con-
vertens , Ego quidem, inquit meam amicam comprimam,
te, alius qui ſolet. Nam ita accepiſſe ruſticum , clarum ex
ſequentibus.

Impru-

Imprudens per ridiculum ut rustico, suadet stuprum.

Advenisti nos huc tentatum cum exornatis pssibus.

Aliquot libri, sustentatum : Vatican sine litura, Advenisti hu. sistent uum. Adprobo. Sistentare antiquum verbum pro ostentare, ut in Bacchid. & Mostellar. Extentare.

As r. nunc places.

Cum me illi vel in mentiri dicis. Sr. Quil quod te rogo.

Tricæ Tellaræ in his verbis : fortasse hic extricande, nunc places. Sr. quam me illi velim ! As r. mentiris. Sr. dicis quod te rogo ?

Ut ego me ruri hamaxari. m. velim patulum bovem.

Ex Fetto leg. videtur, bazalem bovem. Is enim adnotat Plautum Patalem bovem vocalle cujus cornua late pateant.

Sanas si videare dicis contumeli im.

Claudicat versus, & recte. Vatic. si videare dicam, dicis cont. nisi placet, dicam dicis contumelie, ut D. cam scribere.

----- su im non enim ille meret. iculis

Molliendis rem cogit, verum parsi non i.

Lego, sum. non enim hoc primum. Deinde illud Molliendis, ajo, auctoribus libris falsi damnandum. Nam optimus ille Vatic. Moniendis : duo alii, Monendis. Ut certum habeam latere in hac scriptura verbum vetustius. Place-ret, Molendis, ut apud Lucill.

Hunc molere, illan autem ut sumentum vannere cunnis : sed id lex versus spernit.

Neque istuc in se gessit, ergo cogit ex animem mali.

Bene & apte ex conjectura restitui, Istuc ipse gessit, e gr cogit ex animem mali. Examen mali, vis mali. Poëta vetus : Classis cita texitur, exitum examen rapit.

C A P U T VII.

Seneca in libello De brevitate vitæ emendatus.

APUD Senecam in Syntagmate de Brevitate vitæ legimus vulgò:

Modò intra paucos dies illos quibus C. Cæsar periit, si quis inferis sensus est, hoc gratissime ferens, quòd decedebat populo Ro. superstite, septem aut octo certe dierum cibaria superesse, cum ille potens navibus jungit, & viribus imperii ludit, aderat ultimum malorum obsessis quoque a' imentorum egestas. Exitio pane ac fame constitit, & quæ famem sequitur, rerum omnium ruina, furiosi & externi & infelicitèr superbi regis imitatio.

quem totum locum ad historiæ fidem sic emendam censeo. *Hoc gravissimè ferens, q. d. p. r. f. s. a. d. c. d. cibaria superfuere. Lum ille pontes navibus jungit, & viribus imperii illi dicit, &c.* Contra controversiam enim Seneca factum illud insarum C. Caligulæ in mente habuit. Qui ad exemplum Xerxis inter Puteolos & Baulos pontem navibus inædificavit spatio 111. 00. passuum. In quo opere dum universa classis occupatur, Romæ capitalis pænè fames coorta. Vide Xiphilinum in Caligulâ.

C A P U T VIII.

Plauti Pseudolus emendata.

SCENA, Dî immortales:

*Nam ipsa opportunitas non potuit opportunius
Advenire, quàm hæc cavata est mihi opportunè epistola,
Cavare epistolam, non Plauti elegantiam olet, sed sordes
& rus merum. Emendarim ipse, quàm hæc allata. Vitii
caussa fuit, quod repetitâ ex priori dictione litterâ scri-
ptum fuit, callata.*

Scenâ, Dulcia atque:

Di. utrum spemne an salutem Pseudole?

Veteres libri consensu, *spem. ne an matrem te.*

Sed istuc servus ex Carystio qui advenit, qui sapit?

CH.. *Usque à cunabulis. Ps. manuleatam tunicam ha-
bere hominem decet.*

Turnebus libro xx. magno consensu totius cavet, ut ait, emendat, *Et circum ab aliis.* A quo tamen unus spectator dissentio. Nam ad eam sententiam quam effici homo doctissimus vult, sequens responsio Pseudoli hilum non facit. Veteres Cunas & Cunabula inter obscenos intellectus habuisse videntur, fortasse quia alluditur ad Cunnum. Plautus infrâ de cinædo, *Quid ais? Tunc etiam cubitare solitus es in cunis puer?* Puto igitur istuc Charinum alludere, nec aliud dicere quàm servum illum postremis partibus sapere, illis quibus peculium solet facere. Docere id liquidò sequens responsum Pseudoli de manuleatâ tunica videtur. Nam pueri meritorii sive cinædi, ut internosci possunt, tunicas cum manicis more mulierum gestabant. non aliter quàm meretrices togas. Scipio Africanus in Sulpicium: *Qui in conviviiis cum amatore cum cheirodotâ tunicâ accubuerit: cumne quisquam dubitet quin fecerit quod cinædi solent?*

Plautus Pcenulo:

Quis hic est cum tunicis longis quasi puer cauponius?

Sene-

Seneca in epistolis : *Mirum est aliquid fortiter dici ab homine molliorem professore. Ita enim plerique judicant. Apud me vero Epicurus est & fortis, licet mamuleatus sit.*

Scena, Forum coquinum :

Nam ego cicilendrum quando in patinâ scindidi.
Unus Vatic. in patinâ indidi.

C A P U T IX.

Varro duobus locis restitutus.

EXPERIRI placet ecquid Varroni mederi possim apud Nonium in Virgines :

Varro οὐκ ἐξαγορεύς. Quam sympathiam lubiat oculos haberet, quid imaginum interesset puer utrum esse de virginatum usus an monice πόρος purus dum cogito.

quem locum doctissimus Junius emendat : *Q. s. lubidinis oculi haberent. Quid magnum interesset, puerum utrum esset de virginatum usus, an πόρος ἐπαύρας purus dum cogito.* Eruditè. Nec tamen negabit ipse Junius propius a scriptura veteri abesse, *Q. s. lumbi ad oculos haberent, quid inguinum interesset, &c.* Nam lubi ut in lumbi ad facilis lapsus, & inguinum pro imaginum sententia comprobatur. Tentabo alium ejusdem argumenti locum apud Nonium, in Mulieravit :

Varro ὡς αὐτὸν. Et rex & misellus ille pauper amat, habetque ignem intus a. rem, hic ephebetum mulieravit : hic ad me deca adolescentem cubiculum pudoris primus polluit.

de quo alii aliter : ego ex ductu litterarum legerim, *hic effectum mulieravit : hic Canimedæo adolescenti cubiculum.* Sententia, meo animo, commoda. Uterque, inquit, amat, rex & pauper : hoc interest, quòd ille in exoleta aliquo fitiū restinguat : iste rex integellum & Ganymedi similem adolescentem polluat. Cubiculum porrò pudoris quam partem in puero nominet, non opinor Apollinem Delphicum consulendum esse.

C A P U T X.

Plauti Pseudolo locorum duarum cum Græcis comparatio.

QUOD Plautus sanè quàm lepidè scripsit Pseudolo in persona gloriosi illius coqui, Scena, Forum coquinum :

C c 3

Nam

Nam ego ita convivis coenam conditam dabo

• *Hodie - atque ita suavitare condiam,*

Ut quisque e quinque condinum gustaverit,

Ipsos sibi faciam ut digitos præodet suos.

idem planissime alter coquus de se prædicat apud A-
lexidem:

Σαυρατὸν ἐμὸν ὄρημα πόνου, πολλὸν δ' ἐγὼ

Ἐάν τι δαῖτ' αἰσῶ σοι, αἰσθησάμεθα τὰς δακτύλους

Σαυρὸς γὰρ χεῖρα.

Sicut & illud quod apud Philemonem comicum coquus
glorietur divina se quædam & ad immortalitatem unica
condimenta reperisse:

Ἀπὸ τῆς οἱ φαεινῆς ἰσχύουτ' αἶθροι.

Ἀλ' ἀναστάν ὄρημα, τὰς ἡδὴ νεκρῶς,

Ὅτι πέν ἐσθ' ἀθανάτων, ποιήσω ζῆν πάλιν.

non minus lepide eadem illâ Scenâ Latina Musa expres-
sit:

BA. *Quid tu? Dic inis condimentis utere?*

Quis prærogare aut impositis hominibus,

Qui ca culpa s condimenta? Coq. audacter dicte.

Nam vel duce nos annos poterunt videre

Mecum qui esuatiunt esias quas condidero.

C A P U T XI.

E. Propertii libro 1. complures loci observati.

VENIO ad Propertium, ocellum, & ut sic dicam, sma-
ragdum poetarum, de cujus lib. 1. carptum quædam de-
libitabo.

Eleg. 11.

Littora nativis pellucent picta lapillis.

Falso supposita vox est. Nam huius omnes veteres, per-
suadent picta, & vetus Fulvii in orâ, alias, Collucent.

Eleg. 111.

*Dum me jucundis lapsam sopor impulit alis. Vatic. l. sam
sop. r.*

Eleg. 14.

Tulicet Antiope formam Nyctidos, & tu

Spartanam veseras ludibus Hermionem,

Quatuor mss. Spartane. r. l. Hermione.

Et te circum omnes alias trita puellas

Desere: nec nullo limine curus eris.

Libri vet. Differet, optimè. Vide Nonium.

Eleg.

Eleg. v.

*Quod si forte tuis non est contraria votis,
At tibi curarum millia quanta dabit?*

Vatic. & Farn. *Quod si forte tuis n. e. c. nostris.* Mureti, *forte tuis n. e. c. nostris.* Ex quibus, nisi vanitatem vulgatæ lectionis nihil extrico. Nisi placet.

*Quod si forte animis n. e. c. contraria nostris,
Ab tibi.*

Eleg. vi.

Uteriusque domus vadere Memnonias.

Vetus Farnes. *vadere in emonia.* Emonia ora quæ sit, notum, & ante à Rhipæos montes nominavit. Cogitent docti.

Nam tua non ætas unquam servavit amor.

Veteres omnes, *cessavit amor.* Et ea germanissima lectio.

Lydia Pætolit ingit aratra liquor.

Optimi & doctissimi Turnebi conjecturam, *tingit arata.* Comprobat Farn. & Fulvii libri. Vetus Mureti in orâ, *cingit arata.*

Eleg. vii.

Te quoque si certo puer hic percusserit arcu,

Quod nolim, nostro ex iolasse Deos.

Admonui olim in illis juvenilibus Variarum libris, *heu voluisse*, legendum videri: Canterus noster *evaluisse* probat. Sed libri omnes *exiolasse*, præter Vatic. qui te *violasse* refert.

Nectibi subjiciet carmina servus amor.

Fulvii & Mureti libri, *servus amor.* Recte.

Eleg. viii.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

Insolens locutio, Cælum plantis sive pedibus tangere: vide ne verius sit legi, *sidera palmis.*

Eleg. ix.

I quaeso & tristes istos deponere libellos.

Libri, *componere libellos.* Bene & proprie.

Tum magis Armenias cupies accedere tigres.

Vet. Ful. *cuperes accedere.* Mureti, *cupias.* Vereor ne Propertius scripserit, *capiare accedere.* Ut Varro, *capiuntur sequimatribus.*

Dicere quo pareas, sæpe in amore juvat.

Tres veteres, *in amore levat.*

Eleg. x.

Vidimus in longam ducere verba moram.

Libri, *Vidimus in longa d. v. mora.*

Passim ego divisos iterum conjungere amantes.

Veteres, *diversos iterum.* Bene & proprie. Vide Canteri nostri lectiones.

Hoc magis effecto saepe fruatur bono.

Fulvii & Farn. affecto. Probo vulgatam. Veteres enim Effectus & Effectum dixerunt, ut, Successus & Successum. Plautus Pseudolo, *Hos fugit astis Quirius successis bonis.*

Eleg. xi.

Aut teneat clausam tenui natitantis in unda.

Hæc lectio ab elegantissimo Mureto est, & sanè ejus liber scriptus *nantis* habeat. Alii omnes *Tenantis* vel *Tuetantis*. Vaticano est *Tuetantis*, cum interpretatione hac, *Insula vel fluvius parvulus.*

Eleg. xv.

Sæpe ego multa tuæ levitatis damna timebam.

Mira varietas librorum. Vet. Farn. *levitatis signa*. Mureti, *levitatis jura*. Vatic. *dura*. Postremam veram arbitror, & puto dissing. *multa tuæ levitatis, dura, timebam. Multa levitatis*. Græcicum est. *Dura* autem, ut illud,

At nunc, dura, parâs Phrygiis nunc ire per undas.

Et potes externos manibus componere crines.

Non dubito quin scribitur *hesternos*. Frequenti lapsu.

Eleg. xvi.

Te non ulli meæ laesi petulantia lingua.

Quæ solet irato dicere tui loco.

Putavi aliquando emendandum, *turba loco*. Libri omnes, *totâ loco*.

Eleg. xviii.

Quid tantum merui? Quæ te mihi carmina mutant?

Fortè scribitur *crimina mutant*. Idque sequentia probant.

An tua quod peperit nobis injuria curas?

Emendandum opinor, *At tua quod peperit*. Hæc levia & nebulæ cyatho non emenda quibuldam visum irascio: mihi tamen satis est ea esse in Propertium. Rectè autem ille Siculus:

-----*ὅτι δ' ὀλβίον ὀλβία πάντα.*

C A P U T XII.

Plauti versus Truculento de opinione correctus.

FOEDE corruptus Truculenti versus est,

S. ena, Eo mihi amare:

Non enim possunt militares pueri & à viro educier.

cujus emendationem spisso & vix inveni: nisi fallor, inveni tamen. Nam cum in Vaticanis sit, *puer et a nio educier*. Non longè ab eâ scriptura abiens, legend. censeo. *Prutannis exdu-cier*. Quippe fabula hæc acta Athenis. In qua urbe cum *πρωτόν* fuerit, in quo benè meritis de publica re vi-

ctus

Etus daretur : nonne *ὁλοζον* videtur meretricem istuc respexisse, & facere militi obtruisse, non posse statim militares liberos publicitus in Prutatio ali? Quod autem Turnebus leg. censuit, à viâ educier : monuerat id sanè jam ante eum Alciatus, nec tamen cuiquam cui pectus sapit, probaverat.

CAPUT XIII.

*De Ciceronis locis duobus Epist. ad
Q. Frat. conjectura.*

QUOD sine fraude meâ liceat, post Manutium & Lambinum duos illos quasi primæ sententiæ Consulares, quid de Ciceronis duobus locis censeam, ego imi subsellii Senator liberè promam.

Ad Q. Fr. lib. II. epist. XII.

De Pompejo assentior tibi, vel tu potius mihi.

Nam ut scis jampridem istum canto Cæsarem.

Non dissentiant libri : ego tamen imbibi Ciceronem scripsisse, *jampriem istum ante Cæsarem*. Monuerat videlicet Q. Frater Ciceronem, ut Pompeji amicitiam foveret, neve ita se daret Cæsari, ut oblivisceretur illius : respondet Cicero. Ego verò parebo tibi, vel potius jampridem parui. Nam Pompejum olim colere cœpi ante Cæsarem. Facilis verò & perfrequens librariorum lapsus, *istum cante* litterâ à fine dictionis ad initium ablegatâ. Unde nata vulgata lectio, quam nunc apud sapientes judices denatam volo.

Lib. III. epist. II.

Interim ipso decimo die quo ipsum oportebat hostium numerum & militum renunciare, in re hæsit summa infrequentia.

Lambinus emendat, *inrepsit summâ*. Probaverim ipsè, *mirè hæsit summâ infrequentia*. Hæsisse autem frequenti Senatu Gabinium scribit, quia plures milites amiserat, quàm cæciderat hoste. D. E. R. I. C.

CAPUT XIV.

Plauti Miles emendata.

SCENA, Mihi ad enarrandum :

Hoc oppidum Ephesus' est, idem est miles meus herus.

Fortè leg. *inde est miles* : vel, *indidem*. Ut significet eum Ephesium esse,

Ubi sumus procelli in altum, id quod volunt, Capiunt praedones navim.

Videtur vox abesse, legendumque, id quod Di volunt. Sic enim in rebus subitis loqui solent.

Scenâ, Nisi Hercle :

Domi habent hortum & condimenta ad omnes mores maleficos.

Mirè variant libri. E. Vatic. unus, omnes molis milificos : alter, omne olus milificos. Aldi editio, molis mellifica. Latet ὄσλον ulcus.

----feriens femur

Dextrum ita vehementer quod aëta agere suppetit.

Puto verum, quod tactu agere. Pro, Tactui. Unus tamen Vatic. quod ictu.

Curre in obsidium perductis, nostris praesidium para.

Libri mei consentiunt cum Camerarii, Cor in obsidium Ex quo vir ille doctissimus, & qui primus ad Plautum juvenum signum sustulit, legit, Coge in. Ego antiquam scripturam reponendam putem, Corre in. Pro Curre.

Scenâ, Nisi quidem ego :

Dum ego in tegulis sum, illac haec se hospitio edit foras.

Legerim, illac se hospitio dedit foras.

SCE. quidum? Quia ludo luto.

Rectè Vatic. quia luto jam. Locus fuit in vicina pronunciatione litterarum D. & T. ut & apud Cicer. II. De Oratore.

C A P U T X V.

Livius aliquot locis restitutus.

LIVIVS lib. IV.

Placet tollendae ambitionis causâ Tribunos legem promulgare, ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret.

Sordes & quisquilæ sermonis, addere vestimentum. Libri vet. album in vestimentum. Scribendum divisim, in vestimentum. Vetus autem lex album addi in vestem, id est, cretam, gypsum, & similia, quibus togas suas ornare petaturi solent. Ex quo & nomen manavit Candidati. Res nota. Bonus Rhenanus Investimentum interpretatur ab investiendo, quo verbo ICtos usos ait. Acumen hominis!

Livius eodem libro, infra :

Ipse in sinistrum cornu quod incendio similis quam praelio territum cesserat flammis, occurrit : claraque voce, Cumonia :

vi-

visi, inquit, velut examen apum loco vestro exacti inermi cedetis hosti?

Hæret intricata sententia. Vir doctissimus Sigonius, Similius pro verisimilius positum censet. Ego putarim aliunde inculcatam eam vocem, & sic leg. *Quod incendio quam prælio territum.* Id est, potius incendio quam prælio territum. Phrasis est perfrequens antiquis, quam unus Tacitus sexcenties usus reperitur, Plautus, & alii.

Infra:

Clamor dissonus, impar, segnis, sæpè iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum.

Rectè Sigonius monuit de vitio. Quæ est enim hæc forma dicendi? Clamor incerto clamore prodidit. Reponit igitur ipse *incerto tenore.* Ad sententiam, rectè: ad scripturam, sanè quàm licenter. Arbitror verius, *incerto clangore.*

C A P U T XVI.

Plauti Truculentus correctæ.

SCENA, *Eo mihi amore:*

Eo mihi amare, fero supplicium damnis ad amicam meam.

Ex Roveriano colligebam, *Eu mihi, amare, f. f. jam bis ad amicam.*

PH. *At ego ad te ibam.* ST. *ad me delicia herclè verò seriò.*

Infita persona lego, *ad me delicia?* PH. *Herclè verò, serio* STR. *Quamquam.*

Paullo superius:

Supplicium ad te hanc minam fero auri, si mihi ride spice.

Turneb. *devissim, rides spice.* Fortè leg. *sed me rede spice* antiquè De interpositâ pro Respice, ut Antidhac, Medecum, Pothideà, &c. pro Antehac, Mecum, Postea. Sinè paullo post miles iterum ad illam averfam, *Respice ergo, accipe hoc.*

Quamquam hic horridus est, quamquam hic squalidus 'st, ac est bellus mihi.

Vaticani auctiores, *Q. hic qualis est, quam hic horridus citus bellum mihi.* In Aldi editione, *citus bellum inrit.* Veram lectionem facile est eruere, *Q. hic squalus, e. quamquam h. h. scitus, bellus 'st mihi.*

CAP.

C A P U T XVII.

Nonius Marcellus carprim emendatus.

IN VOCE ENIXÆ.

E NIXÆ dicuntur *feminae nitendi*, hoc est conandi; & dolendi labore perfundæ, nixis quæ religionum genera patientibus præsumt.

Haud dubie leg. à Nixis, quæ religionum. Derivat enim Enixas à Nixius divis, de quibus Festus: Nixii Dii appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervæ genibus nixa, velut præfidentes parientium nixibus.

Non. In Petauristæ.

Petauristæ à veteribus dicebantur, qui saltibus vel schœnis levioribus moverentur.

Lego, vel schœnis levioribus. Sicut & in voce Sanniones. Sanniones dicuntur à sannius qui sunt in dictis fatui & in motibus & in schœnis. male vulgo, Scænis.

In Adolere.

Et adultum, quod est auditum, & audâ ætate, ut aliquâ causâ majus solito factum.

Scribo, quod est auditum, & aut ætate, aut aliquâ.

In Extrebrare.

Plautus Astrabâ, Cùm incuriosum locaretur terebratum quidem perundis. Interpretario Nonii irrepsit in verba Plauti. Nam sic leg. Plautus Astrabâ, cùm incuriosum jocularetur: Terebratum.

In Prolubium.

Prolubium est patere amicitiam & fidem.

Mutilatus hîc Nonius est, & perspicue scrib. Prolubium est lubido. Deinde exemplum, Prolabium est petere amicitiam. Ita lego.

In Proletarii.

Tunc Marcus præco primum proletarios armavit.

Quid præconi cum cura belli? Emendo Marcius prætor.

In Augificat.

Ennius Andromachâ, Quid sit seditio, tabesne an numeros augificat suos?

Lego, Quid sit? Seditio tabesne, id est languetne, deficit?

In Inibi.

Pacuvius Ilionâ, Profecto aut inibi est, tam jam potiuntur fugum.

Emendo, aut jam potiuntur Frugum. Id est Phrygum.

CAP.

CAPUT XVIII.

Litteram I. cum V. sæpè locum commutare, ejusque generis menda aliquanta sublata.

SUSPECTUM genus dicendi habeo quod apud Plautum Persæ initio legitur:

Quin mihi imperet, quin me suis negotiis præfulciat.

& labor ut existimem Plautum scripsisse, Præfulciat, id est, Præficiat, V. pro I. tam crebra harum litterarum alterna migratione, ut mirari jure id nemo possit. Etsi non negotiis vulgatam ferri etiam posse, & commodè interpretari.

Apud Nonium Apiscæ, Lucillius:

Ut ego effutiam, quod ego te inprimis cupere apiscæ intelligo.

corrigo, efficiam. Neque rectè vir doctus, effugiam.

Plautus Capteivels, Scena, Jam ego:

Quid divitiæ sunt ne optumæ. PHI. unde excoquat ferum senex.

Legend. *sunt ne opimæ.* Et id sequens responsum Philocratis liquido convincit, qui ad eam vocem allusit. Apud Nonium, Divitiæ, Accius, *Ne horum divitiæ & discordiæ dissipent & disturbent tantas etiam optumæ civium divitias.* Item emendo, *tantas & tam opimas.*

Plautus Pœnulo, Scena, Fuit hodie:

---- *quasque è patriâ*

Perdidi parvas, redde his ubertatem, invidiæ præmium in esse sciam pietati.

elegans & certi juris emendatio, *redde his libertatem.* Infra eadem Pœnulo: *Injuriarum multo induci satius est.* Legend. *multam dici.* Ut supra memini monere.

CAPUT XIX.

Ciceronis Epistolæ ad Atticum restituta.

IN Epistolis ad Atticum post illos quasi III. viros rei litterariæ constituendæ, Victorium, Manutium, Lambinum, monebo quædam, levia per se & tenuia, sed tamen magna, idè quòd præterita ab illis magnis.

Lib. XII. epist. XXI.

De hortis quoniam probas, effice aliquid rationes meas nosti. Si vero etiam à Fabio recedit, nihil negotii est,

Lam.

Lambinus, à *Faberio* procedit. Manutius, *res cedit*. Ego scripserim. *recidis*. Id est, aufers, abscindis. Loquitur de nomine Faberiano.

Ibidem :

Ne Silius quidem quidquam utitur, & is usuris facillimè sustentabitur.

Lego, *& is usuris*. Intellegit Silium divitem facile usuris duci posse, sine paratâ pecuniâ.

Epist. xxii.

Enitar, si quo modo potero, et præter me nemo dolorem eum senti et si ullo modo poterit ne tu quidem.

Forte scrib. *præter te nemo*. Probant sequentia.

Epist. xl.

Sed tamen avidè sum affectus de fano : quod nisi, non dico effectum erit, sed fieri videro, audebo hoc dicere, incurfabit in te dolor meus.

Trajectis verbis leg. puto, *quod nisi, non dico fieri et idem sed effectum erit*. Et id ad cupiditatem Ciceronis exprimendam in primis facit.

Lib. xiii. Epist. xxxi.

Quæ cognitio si non incidisset (mibi crede istuc ut cetera) non laborarem. Mutata distinctione concinnior sententia efficitur, *si non incidisset, (mibi crede) istuc ut cetera non lab.*

Epist. xxxiii.

Sed casu sermo à Capitone de augendâ urbe. à ponte Mulvio Tiberim duci secundum montes Vaticanos.

Omnes plane veteres, etiam ille Bessarionis, *Tiberim pauci secundum*. Ex quo Manutius divinat, *pandi*. Ego arbitror levem causam fuisse libris omnibus depravandis. Scriptum erat in archetypo aliquo *perduci* concisè prima syllaba, pro *perduci*. Mansit p nudum, & ex d littera, remoto temone factum est a. Hinc illud ænigma, *pauci*. Ad quod solvendum OEdipo opus erat, nisi ego Davus accesssem. Idem error in omnibus Taciti libris.

De vita Agricolaë.

Paucos numero circum trepidos ignorantia, celum ipsum ac mare & sylvas ignota omnia circumspectantes claustris quodammodo ac vinctos alii nobis tradiderunt.

cum certe leg. sit, *ac vinctos Dii nobis*. Sed divulso temone, factæ sunt ex d. duæ litteræ, a. l.

Epist. xxxvii.

Novi nihil sanè nisi Hircium cum Quinto acerrimè pro me litigasse: omnibus eum locis facere, maximeque in convivis.

Cum multa de me, tum redire ad patrem.

Lambinus deleto verbo, *omnibus eum locis maximeque in con.* ego immutabo, *eum locis furere, maximeque leg. cenfeo.*

Epist.

Epist. XL.

Sed coram. Magna enim res & multæ cautionis. Cras igitur, nisi quid à te commotus.

Aus leg. nisi quid à te commotus: aut, quod probabilius, ultima vox ad principium sequentis epistolæ ableganda est, hoc modo, Commotus venit ille ad me. Vide.

Lib. XIV. epist. I.

In sermonem se post Idus Mart. præterquam

Lepidi venisse nemini.

Lambinus aliter: ego lego, venisse nemini.

Epist. XVI.

Per præsens diebus in Pompejanum, post in hæc

Puteolana & Cumana regna renavigare.

Lambinus, regna renavigaturus. Aptius ad scripturam veterem arbitror, renavigaro.

Epist. XVII.

De Herode tibi assentior. Saufeium legisse vellem.

Vetus liber, quo nunc sum Roma à P. Manutio, Saufeii legisse. Optime. Intelligitur, Librum aut Scripta.

Epist. XIX.

Venio ad recentiores litteras tuas. Quamquam de Servio jam rescripsi me facere magna in ætate Dolabella. Mihi mehercle ita videtur, non potuisse major, &c.

Emendo, & distinguo, jam rescripsi, me facerem. π. Dolabella? Mihi mehercle. Atticus leviter admonuerat Cicero- nem eum videri nimium amplius laudibus factum illud Dolabellæ tollere: illi parti respondet.

Lib. XV. Epist. IV.

Redeamus igitur quoniam sæpe usurpas ad Tusculanas disputationes. Saufeium pete celamus: ego nunquam indicabo.

Lambinus, Saufeium de re celamus. Lego, Saufeium per te celamus. Saufeium, inquit, hominem Epicureum vide ut tu celes de Tusculanis libris, in quibus tam acriter contra illam sectam: ego quidem nullus indicaro.

Epist. XVI.

Tu alim si quid tibi est à tuis scriptum, quod pertineat ad me, certius me facias.

Alter Vatic siquid tibi est à Statio scriptum. Fuit Statius libertus Quinti.

Epist. XVIII.

Tamen cum profectus essem, & in lacu navigarem, Tironem statui ad te esse mittendum.

Duo Vatic. & in lacunâ vigilarem. Suspiciari libet, in illa curâ vigilarem.

Epist. XX.

Dolabellæ mandata sunt qualibet, modo aliquid vel quòd Niciæ nunciem. Quis enim hæc, ut scribis antequam? Non dubitare

bitare quemquam prudenter quin meus discessus desperationis sit non legationis?
 Lambinus edidit, ut scribit ante nos? Nunc dubitare. Maneo in conjectura mea veteri, qui enim hæc? Ut scribis, autumo non dubitare quemquam prudentem.

Lib. xvi. Epist. i.

Nonis Quintil. veni in Puteolanum iens ad Brutum, in Neside hæc scripsi.

Legend. iens ad Brutum in Nesidem. Brutus enim in Neside erat: post hanc Epistolam, statim illuc Cicero. Vide seq. Epist. & iv.

Ibidem:

Itane Nonis Julius? Mehercule istis. Sed stomachari totum diem licet.

Ex Vatic. altero qui habet, *de herculè istis*, suspicabar leviter scrib. *Dì hercule istis*, Dii, inquit, malè faciant istis curatoribus ludorum Bruti, qui Notas Julias nominarint. Nam Bruti inscientis nulla culpa.

Epist. viii.

Et rem gerit palàm: centurias Capuæ, dinumerat. Jam jamque videg bellum.

Placeret, centurias Capuæ dinumerat.

C A P U T XX.

Plauti Miles emendatur.

SCENA, Rem omnem:

Postquam admisere aures meæ tuæ moram orationis.
 Vatic. unus, *Postquam adhiberem, alter, adhibere.* Puto rectum, *adhibere.* Bibere sermonem alicujus, frequens tractatio Plauto.

Quas me jussisti adducere, & quo ornatu.

Ac. *heus noster.* B A. *esto.*

Palentia Acroteleutium salutat.

Vitiosa distinctio. Scribe, *heus, noster esto.* P A. *Palentio.*
 Ac. *Noster esto, familiaris locutio alterius laudandi vel confirmandi.* Trucul.

Tamò melior, noster esto, sed de tuo virvito.

Bacchid.

----- *Priero sic dicite pater,*

Noster esto, dum te poteris defensare injuriâ.

Virgil. II.

Noster eris, mihiq; hæc edisserere vera roganti.

----- *ni ludificata lepide*

Ero, culpam omnem in me imponito.

Lau-

Laudat hunc locum Nónius in Ludificata, sed turpiter corrupta scriptura: LUDIFICATA ero hominem, pro ludificata lepide ero, culpam omnem in me imponit. Emendandum verò, LUDIFICATA ero pro Ludificaverò., Plaut. Ni Ludificata lepide ero, &c.

Quid tibi ego mittam muneri? Ac. datne ab se mulier operam?

Rectius Vatican, & vetus editio, *des ne alie mulieri operam.* Id est, ne cum alia muliere delicias facias. Appetite enim ita optat illa quæ seni huic ad lectum & pro concubina erat.

Scenâ, Voluptas est,

Quid ea? Ingenia? An festuca facta?

Id est, Reverâne ingenua est? An per festucam ingenua facta? Id est, liberta. Nam qui per vindictam manumittebantur, iis festuca imponi solet. Allusit Agellius lib. xx. *conferens vim illam civilem & festucariam cum viliâ & cunctâ.*

C A P U T XXI.

In Senecæ Ludo de morte Claudii quedam animadversa.

IN Ludo Senecæ fugit interpretes quis L. Licinius sit nominatus his verbis:

Hunc ego reddo tibi Lugduni natum, ubi L. Licinius multos annos regnavit.

Puto autem Licinium illum intellegi, qui ab Augusto præfectus Gallis fuit, de cujus intolerabili in Gallos regno videt Dionem Cassium lib. LIV.

Scilicet hic pius & iustus quoniam Druidarum perfidæ gentis Gallicæ immanem religionem, à quâ cives submoveram, prorsus exstirpavit?

Hoc totum, *perfidæ gentis Gallicæ*, quis negarit ineptum glossema esse? Nam Druidæ sacerdotes Gallorum sunt, non gens aliqua Galliæ peculiaris.

Adjudicatur C. Cæsari: illum Æacus donat. Is Menandro liberto suo tradidit, ut à cognitionibus abesset.

Scribo, *ut à cognitionibus esset.* Libertorum officia erant, A studiis, Ab epistolis, A rationibus, &c. Itaque irridens Seneca temeritatem & imperitiam Claudii in cognoscendo & judicando, ait *siparvâs* illum traditum Menandro liberto Æaci, ut scilicet homo prudens illi A cognitionibus esset:

C A P U T XXII.

*Plauti Miles correcta.***S**CENA, Cohibete Intrà:*Lautam vis an quæ nondum sit lauta?*

Ambigi de sententiâ video. Opinor ipse per Lautam, intellegi fæminam quæ muliebris patientiæ legem jam acceperit: per Illautam, virginem. & quæ jugum nondum tulerit. Nam moribus Ro. virgines à lavationibus & bainis publicis arcebantur: sicut & pueri ante pubertatem. Inde Juvenalis:

Nec pueri credunt. nisi qui nondum ære lavantur.

poteſt tamen & ſimplicius, ac fortasſe veriùs capi, *Lauta* pro eleganti, munda: ut ſequentia addita ſint per vanum, ut ſolet, jocum.

Quæſique hec anulum animo ſuæ ancillæ dederit.

Repugnant huic ſcripturæ libri. Vaticanus duo, *hunc anulum fæmæ ſuæ ancillæ*. Caſſinas, *fame ſe*. Tu divina.

*Memineris ne Philocomasium nomines.**Pl. quæ n. nominem?**Pl. Dicam jam Pl. nempe eandem quæ dudum c. e.*

Vatic. unus, *Pl. Dicam*. Pl. nempe alter, *Glycerim*. idq; purum puto, aut certè, *Glyceram*. Argumento eſt argumentum fabulæ. Simulabatur enim advenſiſſe Athenis germana ſoror Philocomasii, cui Glycere nomen eſſet: eam Pleuſidippes jubetur ad navim arceſſere. Suprà, *Quis igitur vocare?* Ph. *Glycere nomen eſt*. Frequens porrò in libris error d. pro cl. ut Dinia pro Clinia, & ſimilia.

Scenâ, Quantas res:

Si falſa dixeris loris excruciabere.

Ita edidit Camerarius contra libros, qui *noſcio excruciabere* referunt. Fortè, *ocys excr.*

JUSTI

JUSTI LIPS I

ANTIQUARUM LE- CTIONUM

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

E Plauti Casinâ quædam delibata.

FLORIFERIS ut apes in saltibus omnia libant: itidem mihi libet ex illo Musarum & Gratiarum horto (Plautum dico) quasi flores aliquot ad texendam hujus capitis corollam deligere.

Scenâ, Face Chaline:

CL. Tace Chaline. CH. comprime istum.

OL. imò istunc.

Mancus ab aliquot verbis est versus. Idque numeri clamant. Censeri enim in trochaicis debet. Vaticanus habent, *imò istunc qui dicit dare*. Lego, *qui didicit dare*. Liberior paulò jocus est, ut solet Plautus. Cum alter servus dixisset, Comprime istum, ne obloquatur videlicet: alter id mimicè convertens, imò hunc, inquit, potius, qui solitus est à puero dare. Dandi verbum inter Priapeja est, convenitque propriè in mulieres cum dant illud quod *Dent licet assidue, nil tamen inde perit*. Hic etiam de viro qui muliebri officium functus.

Credo herclè hodie devorabit sortes, si attigeris.
Scribo, devotabit.

Scenâ, Non mihi licere:

Ita te aggerundâ cervum aquâ faciam probe
Alii, *curvum aquâ*. Lego, *cernuum*.

Scenâ, Sequimini:

Nam peculi probam nihil habere addecet
Clàm viro: & quod habet partum, ei haud commodi est.
Lego & distinguo, *& quod habet, partum ei haud commo-*
de est.

Scenâ, Stultitia magna:

Non mætronnatum est officium sed metreticum.

Dd 2

Ut

Ut versus constet, legend. *matronarum o. e. f. meretricium.*

Ut, Civitatum, Hominum, antiqui.

Scenâ, Nulla sum :

--- quid est nisi hæc meraclo

Se usquam percussit flore Libyc.

Quis iste flos Libycus: Siculæ gerræ. Haud dubiè scrib. *flore Liberi.* Totidem pænè verbis Ennius apud Fulgentium, *Hæc anus se saucia vultu flore Liberi.* Meraclo valet meraculo, nisi placet legi meraco.

---- neque se tuam neque se suam

Neque viri vitam sine in crastinum protelli.

Scribe finire in Scenâ, Senim superat tolle :

Quid est? Ot. pectus mihi agit nunc hæc cubito.

Suspicio *aproxas* Plautum scripsisse, *mihi agit*, pro Tangit. Et paullo post, *qui bellè hanc tracto non tagit.*

C A P U T II.

De Ciceronis locis tribus conjectura facta.

NON sum pertinax: eripi mihi tamen difficulter potest, quin Ciceronis lib. I. De finibus, in versu Lucillii :

Municipem Ponti Tritanni centurionum.

quin eo, inquam, versu confuse scriptum sit, *Tritanni pro Titi Anni.* Nam Tritannius monstrum nominis à finibus Ro. imperii in extremos barbaros amandandum. Et si in Plinio tamen Tritanum gladiatorem lego. lib. VII. cap. xx. At Pontius, Titius, Annipus, gentilia & nota Ro. nomina. Libro etiam III. De Oratore :

At Q. Velocius puer didicerat, sed quod erat aptus ad illud, totumque cognorat: fuit ut est apud Lucillum,

---- quamvis bonus ipse

Samnis in ludo ac rudibus caussis satis asper.

vulgata hæc scriptura diversa ab it libris sinceris, qui omnes, *rudibus civis aut cunis.* præferunt. Ex quo Lambinus *civis.* Ipse confirmo scribend. *rudibus, civis satis asper.* Hac sententiâ. Magister ille *Samnitium* bonus lanista & doctor: sed hoc tantum, nec aliud curat: at Q. Velocius quamvis & ipse bonus *Samnis*, & aptus gladiatorio ludo ac rudibus, tamen *nihil* minùs civis diligens, navus & experiens. Id enim valet, *Civis asper.* Martial. *Sanè certus est & asper homo est.*

Procuratorem vultu qui præferat ipso.

Eodem libro interius :

Aut cum intelligi volumus ex toto partem, ut cum unam turmam equitum populi Ro. dicimus: aut ex uno plures aut,

At

At Romanus homo tamen et si res bene gesta est,

Co: de suo trepidat. Aut cum ex pluribus intelligitur unus,

Nos sumus Romani qui fuimus Rutili.

Postremum hunc versum persuasum mihi est Ennium (ejus enim hi versus sunt) de se ipso pronunciaſſe, prædicantem beneficium acceptæ civitatis Romanæ. Cicero: *Ergo illum qui hæc fecerat, Rudium hominem majores nostri in civitatem receperunt.* Quod si est: quis hærebit quin emendandus sit, qui fuimus Rudii. Nam ex Ciceronis verbis clarum est de uno ſolo intellegi. Annotat doctiſſimus Lambinus in antiquis eſſe, qui fuimus ante Rutilli. Ex quo ſuſpicio eſt ne fortè ſcribend. ſit, qui fuimus ante Rudici, verſu Heroico. Nam Strabo lib. vi. diſertim Ennii patriam Rodæos nomiſat. ſeu, quod verius, Rudini. Ita enim Aufonius:

Unde Rudinus ait, divum domus altisonum cæl.

C A P U T III.

Plantii Truculentus emendata.

IN Prologo:

De veſtris magnis atque amœniſ moenibus.

Vaticani, *De mueris magnis.* Lego, *Dè moeris.* Antiquè, ut *Coerare*, pro *Curare*, *Mœnera*, & ſimilia.

Scenâ, Non omnis ætas:

Quid pejerandum eſt etiam præter mœnera.

Alter Vatic. *perietandum.* Optimus ille, *perierandum.* Rectè, & eam ejus verbi perpetuam ſcripturam eſſe debere cenſeo: quando & *Perjuria* dicimus, non *Pejuria*.

Qui nœſtre ætati tempeſtivo temperent.

Veteres, *Temperint.* Ut *Edint*, & talia.

Triplu plus ſcortorum eſſe eam quàm ponderum.

Vaticani tres, *Eri plus ſcortorum.* Fortè legend.

Eri plus ſcortorum eſſe jam. Quaſi dicat, argentarias ſic obſideri à ſcortis, ut æs jam nintus ponderum habeat quàm ejusmodi nebulonum. Niſi placeat, *Triplum Scortorum.*

Scenâ, Ad fores:

Quia te adducituram huc dixerat eum ipſum.

Vatic. *adducituram.* Antiqua ratione, ut *Atteritum.*

Nimis otioſum hominem arbitror eſſe te.

DI. quidam arbitrare?

Idem, quidam arbitur. Rectè & ut Virgil.

Hec quidnam tanti cinxerunt æquora nimbi?

Nam ad verſum legem à me ob meam ſcripturam pecudem accepit.

AST. *Plerique idem quod tu facis faciunt rei malè gerentes.*

Roverii liber, *pecudem accepit Æraque.* AST. *Idem quod.* Probo vehementer. Æra vocabant multam pecuniariam quam portitores aut scripturarii imponebant. Varro apud Nonium: *Æs defraudasse cauponem, cauponam luto oblevisse, tum portitores æra indixit.* Ita lego, *Indixit, pro indixisse.*

----*si arationes*

Ambituri, qui arare solent ad eos verò ire melius est. Libri non erubescunt, iique Romanâ simplicitate hîc liberam sententiam exprimunt, *qui arari solent ad pueros ire.* Intellegit de cinædis, qui arari metaphoricôs dicuntur. Unde Lucretio telum Priapi, Vomer. & Virgilio pars illa in fæminis, Sulci.

Qui alterum incusat probri, cum ipsum se intueri oportet. Vaticanus, *probri, sumpsi intueri.* Nimirum Plautina scriptura fuit, *etump sed intueri, vel, eum sed, d addito.*

In melle sunt linguæ vestrae atque orationes.

Alter Vaticanus, *In medie sunt.* Alter, *In medio.* Suspiciari quis possit de antiqua scriptura, *In medde.* id est, *Melle.* d pro l. ut Dacrumæ, Udysses, Dapfilis, Cadamitas.

C A P U T IV.

Agellii Noctes aliquot maculis liberatae.

AD hanc nocturnam lucubrationem Noctes Atticæ mihi boni nominis causa vocandæ sunt, quas desultorio more percurrere emendabo.

Lib. III. cap. III. De Comœdiis Plauti:

Sed enim Saturationem & Aditum & tertiam quandam, &c.

Leg. & *Addictum.*

Lib. xv. cap. XII.

Verba ex oratione C. Gracchi:

Biennium enim fui n provincia: si ulla meretrix dumum meam introivit. &c.

Totam hanc partem orationis Gracchi Plutarchus quasi de industria convertit in Gracchis. Quem vide. Sed enim aut apud eum corruptè scribitur, Gracchum, dum Quæstor esset, triennium in provincia mansisse: aut hîc non rectè legemus, *Biennium enim fui, sed, Triennium.*

Lib. x. cap. xxv.

*Telorum, jaculorum, gl'iorumq; vocabulz, &c. libitum
forè nobis: st sedentibus in rheda conqui ere, neque itidem
aliarum ineptiarum vacantem stupentemque animum oc-
cupare.*

Scribo,conquirere,inque vicem aliarum.

Lib. x. cap. x. versus Ennii:

Otioso initio animus nescit quid velit.

Lego,Otioso in otio.

Lib. xvi. cap. iv. verba Cincii:

*Miles cum die qui prædictus est aberat,neque excusatus e-
rat,infrequens dabatur.*

*Emendo,infrequens dicebatur. Plautus allusit Truculento;
Ubi nil det, pro infrequente eum mitas militiâ domum.*

Lib. xx. cap ultimo:

*Nos verò (ut coetus noster est) incuriosè & immeditatè, ac
propè etiam subrusticè, &c.*

Omitino legendi. ut capius noster est.

CAPUT V.

Plauti Miles emendata,

SCENA, Præcepta facito:

----- *ne tu hercle obsecro opinor.*

Respice, si ad herum hæres perveneris, peribis pulchre.

Aliquot verbis auctior alter Vati.

Ne tu hercle opinor magnum malum

Obsecro reperies, si ad he. um h r. p. peristi pulchre.

*Scena, Satin' abiit, transpositi versus videntur, & hoc or-
dine legendi:*

Ita sum coactus Pe. ipse Domene, ut nesciam

Utrum me postulare prius tecum æquum fiet,

An me expurgare hîc tibi videatur æquius,

Nisi istæc non est hæc.

Ibidem:

Licetne. PE. inquire jubo & placite noscitur.

Ex Cassinati colligitur, PE. quoniam te jubeo, at.

Nam è summo puteo similior nunquam potest.

In eodem rectissime, Nam ex uno puteo.

Nunc demum me insipientem factum esse arbitror.

Scribo ex Vatic. à me insipienter.

Scena, Cohibete:

Cur non vis? Nam procreare liberos lepidissimum est.

Aliquot veteres, Lepidus sonus. Lego, Lepidum' st onus.

Nam bona uxor si ea quidem deducta est a squam gentium.

Dd 4

Leg.

Bona mea inhiant, certatim dona mittunt & munera.
E Vaticanis germana lectio eruitur, *Certatim nutriti sunt*
munerant.

Bonos hercè ut malos descripsit mores.
Vaticani, *Bonus benè ut.* Rectè.

Scena, Quantas res :

Vidi, bacchabatur avia, quassabant cadi.
Puto leg. *bacchabatur aula.* Facili errore, i pro l. **Turnebus**
legit hama. Vas aquarium inquit : ut **Juvenal.**
Dispositis prædives bathis.

C A P U T VI.

Seneca duo loci correcti.

SENECA philosophus lib. II. De Tranquilitate vitæ
 Cum docere vellet sapientem supra omnia humana
 esse,

Non Babylonis illi muros contuleris, quos Alexander in-
travit : non Capitolium, in arce nunc. Habent ista hostile
vestigium : illa quæ sapientem tuerentur, a flammâ & ab
incurfu tuta sunt.

Emendant alii, *Patent ista hostili vestigio.* Ego puto fuisse,
Paurent ista hostile vest. frequenti errore, *Paurent, b.*
 pro v.

Ibidem, de C. Caligula :

Tanta illi palloris insaniam testantur, foedius erat, tanta
oculorum sub fronte simul latentium, terrentur, tanta ca-
pitis destanti, &c.

Est qui legat, *sub fronte anili latentium.* Rectam lectionem
 arbitror, *sub fronte simâ latentium.* Id est, turpiter depresso,
 & ut capellarum nares, jacente.

C A P U T VII.

Coniatus Plautini versus emendandi
Truculento.

SCENA, Mirum videtur :

Heus tu, jam postquam in urbem crebro comneo,
Dicax sum frētus, jam sum cavillator probus.

AST. *Quid id est amabo ? Istæce ridicularia*
Cavillationes vis forte dicere ?

ST. *Ita ut pauxillum differt a cavillulæ.*

priores versus in vicio esse, manifesta res ex sequentibus.
Rusticum epim illum verbum aliquod absurdè & impe-
 ritè

ritè pronuntiasse, paret ex eo quòd urbana ancilla quasi divinando mentem ejus persequitur. Adde quòd secundus versus in legem jambici trimetri committit syllaba abundanti. Elegantissimi vir ingenii M. Antonius Muretus leg. censebat, (ita enim in sermone ab eo accepi) *Dicax sum factus, jam sum villator probus.* Rusticum enim illum truncasse capita dictionum, ut Rabonem pro Arrabonem, & Coniam pro Ciconiam diceret, sequentes versus docent. Ab eodè igitur exemplo, hìc (inquebat Muretus) Villator pro Cavillator erit. Probo & amplector, ita Musæ me ament, amicissimi hominis *εὐχαρίστος* quid tamen mihi leviter videatur, non celabo Lectorem. Putarim leg. *jām sum caviliator Probus.* Nam hominem à villa & rure sumpsisse quiddam de copia domestica, & ad caulas ovium suarum alludentem Cauliatorem pro Cavillatorem dixisse, quid mi probabile sit? Et ad hoc exemplum versus illum è sequentibus emendarim, qui ceteroqui mirè friget, *Ita ut pauxillum differat à caululis.* Quo rusticus quasi *τυμολογῆ* suum illud Cauliator. Harum sententiarum utra melior, verior, Senatui litteratorum hominum arbitrari volo.

CAPUT VIII.

Mos antiquus apud Dionem explicatus.

QUÆRI memini quid Dio Cassius libro LII. his verbis voluisset:

Χαριζομένη δ' αὐτοῦ ἄλλον ἄλλα, Σίξτεος πρὸς Πικρέου ἐπὶ τῶν ἐξήνικησιν, ἐν ᾧ τὸ σωθῆναι ἑαυτὴν πρὸς τῶν Ἰβήρων τρεῖς καὶ ἑκατὸν καὶ τοῖς ἄλλοις σωθῆναι τὸ ποιεῖται.

Et post pauca addit:

Α. Φ. Ἐπεὶ καὶ οὗτοι σωθῆναι οὐκ ἔμελλον, λέγει εὐχόμενος, ὅτι σοὶ καὶ ἡμεῖς μὲν.

quæ postrema eruditus interpretes ita nuper convertit: *Unde tractum ut hodie etiam qui imperatorem verbis adhortantur, se ei dicant esse sacros.* Sed quis in veteri historia unquam legit? Sacri tibi sumus Imperator. Arbitror igitur Dionem ita vertendum, *Devotos se illi dicant, & in mente eum habuisse morem antiquæ adulationis quo solent cum in sermonibus ad Imp. tum in statis ejus semper illud solenne addere, Devoti numini majestatique tue.* Plena exemplorum monumenta. Romæ in Farnes. ædibus:

D. CÆSARI

GORDIANO

FELICI. INVICTO

AUGUSTO

NUMESIUS. QUINTILIANUS. V. P.

AB. EPISTULIS. LATINIS

DEVOTUS. NUMINI

MAJESTATI Q. EJUS.

Idem in sexcentis lapidibus inscriptum vidimus cum his notis, D. N. M. Q. E. Quin vulgo etiam ita loquebantur in gravis habendis, Seneca De benef. lib. 111. cap. 1v. *Nemo non victuram in animo suo memoriam dixit. Nemo non deditum se & devotum professus est, & si quod aliud humiliter verbum quò se oppigneraret, invenit.* Hunc igitur illorum temporum morem Dio ab Apudio illo manasse tradidit, qui Hispanorum exemplo se pro salute Augusti devovit. Hispanorum, inquam: & ita rectè Dio scripsit. Frustrà est vir doctus qui id in Dallos tantum, auctoritate Cæsaris adductus, convenire exillimat. Vide Plutarchum in Sertorio.

C A P U T IX.

Pseudolus Plauti correcta.

SCENA, Minus malum:

Sed ut occæpi si perge operam experirier.

Legō, opera experirier. Scenâ, Malus & nequam.

HA. Tun' or es ? si. *chlamydate cave sis tibi à curio infortunio.**Atque in hunc intende digitum, hic leno est.*

Quod istud Curium infortunium? An à curâ ductum? Ut Agnus Curio, in Aululariâ. An potius est legi, *Curtio infortunio*? Nam Curtium scimus cum Romæ terra hiasse, & postulationem Dî manes vellent, immisso equo præcipitasse in foveam. Atque cum vulgò utamur, In foveam decidere, pro Decipi, Induci: fortè an Plautus idem per ambages indicans, Curtium infortunium dixit, id est, cave ne Curtii exemplo in foveam præcipitere. Plautus idem Persâ:

Videsis ego ille doctus leno panè in foveam decidi. Ex alibi.

Scenâ, Quid hoc?

*Pergit in pergere? Ah serviendum mihi
Hodie est. Magnum hoc vitium vino est.*

Præ-

Præclarè vet. Roverii, *ab sedendum mihi*. Cùm enim pulchre madidus Pleudolus introducatur, nec vini vim pedes sustinerent; quis non videt Sedendi verbum huic sententiæ esse?

Profectò adepol ego nunc probè habeo madulsam.

Festi epitome, *Madulsa*, ebrius, à Græco *μαδύς* deductum, vel quia sit madidus vino. Si hoc rectè Festus, quis hærebit quin recta mea correctio sit, *probè habeo madulsa*? Probè habeo, id est, dulce mihi est. Vel etiam, *Adeo madulsa*.

Ita victu excurato ita munditiis digni ab,

Itaque in loco festivo sumus festive accepti.

Lego, *digne ab*. Nam hoc hominis ebrii ebriosa oratio dicit, *dignè se & festive acceptos*.

Itaque dum eniur, pax, jam pene inquinavi pallium, nimietum

Voluptati adepol fui ob casum.

Alter Vat. *pallium temeto Voluptati*. Quid lætionem repudiandam non arbitror.

C A P U T X.

*E Propertio cursim quedam decerpta,
& Ennius emendatus.*

LIBRO qui vulgò quartus est,

Eleg. I.

Quà nebulosa cavorerat Mævania campo,

Et lacus æstivis intepet UMBER aquis,

Scandentisque axis consurgit vertice murus,

Murus ab ingenio notior ille meo.

Doctissimus Canterus noster emendavit, *Scandentisque arcis consurgit*. Ut supra:

Scandentes si quis cernet de vallibus arcis.

A quo & ipse sensi ante inspectos libros. At enim illi omnes quasi conspiratione facta, *Scandentisque asis*. Et fallit me meum augurium, an inventa veritas est? Arbitror rectam scripturam, *Scandentisque Asis*. Asin, vel si placet Asum, nomen montis cuiuspiam accipio, qui Propertii patriæ adhæreret. Vestem laudo vitam Propertii scriptam, quæ est in libro Fulvii his verbis: *Propertius UMBER ex Asisio opido, dicto ab Aso monte sibi opposito: pater perit bello civili, &c.* Quin & versu illo quem Canterus laudat, vetus Mureti habet, *Scandentes asis si quis*. Silio tamen libro VIII. Asin fluvius est.

Ossa que levisti non illà ætate legenda

Patri, & in tenues coeris ipse lares.

Vatis

Vatic. *cogeris esse. Lego, isse.*

Eleg. II.

Nec me turba juvat, nec templo lator eburno.

Vatic. *Hæc me.* Eaque germana lectio. Infra:

----- *facite ut Romana per ævum*

Transseat ante meos turba togata pedes.

Sex superant versus: te qui ad vadinonia curris

Non moror, hæc spatii ultima meta meis.

Recta sententia, non recta lectio. Nam veteres omnes diserxim *ultima creta*: unus, *ultima cura*. Creta vera scriptura est. Ut enim veteres metam in Circo Calcem vocarunt, ita ab Augusto ætas posterior, Cretam. Seneca lib. XIX. Epistol. Deinde transit ad ea quæ consuetudo sæculi immutavit, tanquam quod ait. Cicero: *Quoniam sumus ab ipsâ calce ejus interpellatione revocati: hanc quam nunc in Circo Cretam vocamus, antiqui. Cal. em vocabant.* Causam appellationis è Plinio cognoscimus, quoniam meta creta notari solet. Lib. xxxv. *Est & vilissima creta quâ Circum præducere ad victoriæ notam, pedesque venalium trasmare ad vectorum denotare instituerunt majores.* Inde apud Lucret.

Præscripta ad candida calcis. Varronem: Nemini

Fortuna currum à carcere animâ missum levi

Inoffensum per æquor candidum ad calcem subit.

Ita apud Nonium lego, in Calx.

Eleg. III.

Noctibus hibernis castrensia pensa laboro,

Et Tyria in gladios vellera secta suos.

Beroaldus interpretatur. Secta, inquit, in gladios suos, quia paludamento purpureo indutus pugnabat in Tyrios, à quibus ea dona erant. Ridiculè. Amicus autem nocte, gladios virgas interpretatur, intellegens, ut opinor, virgatas tunicas. Frustrâ. Corrupta enim lectio est, & præeunte Farnes. libro qui habet in *gradios*, emendandâ in *radior*. Radii conveniunt ad lanificium, non gladii, Virgil.

Excussi manibus radii, revolutaque pensa.

Geminus error insedit Ennii, verum ex Annali VII. apud Nonium in Gracilentum:

Deductum habiles gladios filo gracilente.

Quippe scripto *radios*. Nam filum, & deducere, verba sunt ejus artis quæ Minervæ dicatur. Scripserit autem hoc fortè Ennius de Lucretiâ, quam cum ancillis pensum facientem regius adulter invenit.

CAPUT XI.

Plauti Cassinæ liberiores aliquot versusemendati.

Hoc capite vereor equidem ut habeam propitias Musas : quod ejusmodi quædam proponenda sint , quæ ab illarum virginali verecundiâ immane quantum discrepent. Dabitur tamen hoc Plauto : siquis Cato est , aut spectet Floralia , aut abeat.

Scenâ, Neque quo fugiam:

Ita nunc pudeo , atque ita nunc parveo , atque ita irridiculum sumus amabo.

Lego , irriduculo sumus ambo. De se loquitur servus & de fene.

Ubi intro hanc novam deduxisti.

Vaticani, Ubi intus h. n. deduxi. rectè.

Senex ad te decumbem.

Idem, abs te dec. Fortè , Sine abs te. verba Olympionis ad falsam Cassinam.

Respecto identidem ne semel.

Vatic. ne senex.

---- forem abdo, ne senex me opprimat.

Scribend. forem obdo.

---- age nudacter

Quam debuiisti, inde volo memorare, quid est factum?

Vetus Roverii, *Quomodo te habuisti.* Vaticani , ut vulgati, nisi quod nîcte, pro inde. Lego, *Quando habuisti hinc te volo.* Scriptum enim fuit, *Quand' abuisti.* Habere propiè usurpavit, ut Græci interdum *ἔχον*, & ut Petronius respondens argutæ epistolæ scortilli illius : *Paralytim tamen cavere jubes: tanquam major fieri possit, quæ abstulis mihi, per quod etiam te habere potui.* * Adhereat maximum*

Lego , Ah , erat.

Sed tam cogito non habuit gladium , nam & esse frigidius eloquere.

Ex Vatic. scribo, nam esset frigidus. Mv. eloquere.

SER. *At pudet.* Mv. num radix fuit?

Vatican. Mv. nemini, radix fuit.

Nimis tu quidem herclè immerito meo mihi hæc facis.

Addendæ voces duæ à Vatic. herclè audax es: immerito.

Volo ut obvertam cubiti sm.

Totum locum ex vestigiis Rover. libri lego,

Tollo ut obvertam cubiti sm: verbum nullum mutit;

Surgo ut incam, atque illi impingo suadium.

Mv.

Mv. *Perlepide narras. OL. illa quasi sentis, &c.*

Continuò astanti pectus mihi pedibus percudit.

Supplendus versus auctorib. Vatic. *Continuò in genua astanti*, Schema illud libidinis tangit, de quo Lucianus in *Asino*.

Scená. Maximo ego:

Ubitu es qui colere mores Massilienses postulas?

Athenæus de Massiliensibus: Ἀχαιοὶ δὲ ἐν Ἀλῇ τὴν ἐν τοῖς ψυχαῖς μεγαλῶς, Ἀλὲ πρυφῶν γυναικονπαθεῖντες. ὅθεν καὶ παροιμία παρὰ Ἀλῆν, Πλάστοις εἰς Μασσιλίαν.

*Nunc tu si vis me proba est occasio **

periisse hercle, age accede huc.

Vatican. *Nunc tu sine his subjettare me. Restituo:*

---- sine os subētare me, proba est occasio.

Peristi hercle.

Subētare os, est ludos aliquem & jocum facere. Germanissima Plauti phrasis.

Milite:

Ut ludo? MI. quid ego ut sub.ēcto os?

C A P U T XII.

Ciceronis trina fragmenta restituta.

LAUDAT Nonius Ciceronis Epistolas ad Cæsarem juniorem, & ex iis hæc verba:

Ne res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur.

Emendo, *Hercules Antæanus*. Nota est fabula de lucta Herculis cum Antæo. Statua igitur Herculis quæ hoc argumentum referebat, Hercules Antæanus à Cicerone dicta. Plinius eam in urbe inter laudatas agnoscit lib. xxxiii. *Polycletus fecit Mercurium qui Lyfimachiae, Herculem qui Romæ, Antæum à terrâ sustinentem.*

Apud eundem Nonium, in *Censa*.

Cicero Consulatu suo, Quorum luxuries fortunata censa peperit.

Mira depravatio. Nam Ciceronis libri De Consulatu carmine hexametris scripti fuerunt. At hic quod vestigium versus? *Lego, Quæ luxuries fortunæ censa perēdit.* Loquitur de conjuratis, qui per luxuriam patriam & avita bona comederant.

Oratione contra C. Antonium & Catilinam ex Asconio:

Quid ego ut violaveris provinciam prædicem, cuncto populo Romano clamante ac resistente? Nam ut illic te gesseris non audeo dicere, quoniam absque usus es.

Puto

Puto leg. *Quid ego ut involaveris p. p. c. populo reclamante.*
Et id sequentia plane probant.

C A P U T XIII.

*Plauti Asinaria antiqua scriptura reposita,
alia quaedam correctâ.*

SCENA, Curme retentas:

Hirundinem, monedulam, passerulum, puillum.

Optimus ille Vatic. *Monedulam*. Quam scripturam sollicitare mihi sanè religio sit. Nam antiquos scilicet & pro d usitasse, Arvocos, Arfines, Arfari. Ut Priscianus adnotat. Ita emendo apud Nonium, in Sublegere, Turpili, *Qui mea verba venatur pestis, arcedat, & sermonem hinc sublegat.* Vulgo, *ars cædat.*

Eadem Plauti Scena:

Quem te autem nominem Deum? LE. fortunam atque obsequelam.

Vatic. atque obsequentem. Eleganter: servus vocari se Fortunam vult, & quidem quia obsequebatur amori & voluntati heri sui, cognomento Obsequentem. Colebatur autem Romæ fortuna obsequens: eoque allusum est:

Dabuntur, animo sis bono, facile exoptata obtinent.

In verbo notissimo non temerarium est quod variant libri. Opt. Vaticanus, *face, exoptata*. Alius, *Facie exoptatâ*. Equidem pignus in omnes fortunas meas dederim, Plautum scripsisse, *Faciem, exoptata obt.* Antiquæ pro Faciam. Veteres Faciem, Dicem, pro Faciam, Dicam scripsisse auctor Quinctil. lib. I. Corrige Festum, *Recipiem, pro recipiam, apud Caionem, ut alia ejusmodi complura.* ineptè vulgo, *Recipic. & Attingem pro attingam posuere.* Non Attinge. Et Dicem pro Dicam antiqui posuere. Non Dice. Lego ita apud Nonium in Putre, verius Titinnii:

Date pensam lanam, qui non reddet tempore

Putatam recte, faciem ut multetur malo.

Scena, Ain tu:

Quid fateri. DE. me ex amore hujus corruptum esse oppido.

Vatic. optimus, *corruptum esse.*

Scena, Siccine hoc fit:

Sordido vitam oblectabas pane, in pannis inopiâ.

Lego unita voce, *In pannis, inopia.* In pannem vocat qui caret pannis. Inopiam, antiquæ pro Inopem. Ita poëta vetus apud Nonium, *De pannis dixit, non ut Nonius somniat divisim, De pannibus, Pro Pannis.*

Scena, Ubi ego nunc:

Placide ergo unumquidque rogata, ut acquiescam.

Vati-

Vaticani, *unumquidque derogia*. Voce composita, ut De-
memorare apud alium nescio quem poetam.

Scena, *Quid hoc est negotii* :

*Fam nunc secunda mihi facis, scibam huic te capitulo hodie
Facturum satis pro injuriâ.*

Fortè leg. *secundas mihi facis*. Secundas facere, aut secun-
das agere, quid sit, docet Seneca III. De ira, *Optimum judi-
cavit, quidquid dixisset sequi, & secundas agere. Non tulit Ce-
lius assentientem*, &c. Tractum à Comœdis primis & se-
cundis.

C A P U T XIV.

Nonius Marcellus emendatus

NONIUS in voce Senium :

*Novius Gallinariâ : Opere quæ actor, cantor, cursor, se-
nium fonticum.*

Lego, Opera, coactor, cantor.

In Tenacia.

*Ennius Hectoris lytris : Ducet quadrupedum jugo invi-
tum doma infrena, & jugo valida, quorum tenacia infrenari
nimis.*

Adjutus à Vaticano codice emendo, *Duce quadrupedem
jugo invitum, doma infrenum, & junge valide : equarum te-
nacia infrenari nimis nequit.*

Ibidem :

*Afranius privigno : Vixisti durus, difficilis, tenax.
Expleq; trimetrum ex Varr. Vixisti tristis, durus.*

In Illicere.

*Nævius Lycurgo : Alis sublime alias saltus illice.
Lego, illiciat. Alis, antiquè pro Alius.*

In Calvitur.

*Calvitur dictum est frustratur tractum à calvis mimis, quod
sint omnibus frustratum.*

*Libri vet. calvis mimis. Scribo, inimicis. Cùm enim ini-
micos crinibus trahere soleamus, unde vulgata illa comica
phrasis, Involare in capillos : putat Nonius inde dictum
Calvitur, quod inimici Calvi frustra capillis traherentur.*

In Merenda.

*Afranius Fratrius ; Merendam occurro cautè, cùm veni
juvat.*

Lego, Merendam accorro laute, quod Venus juret.

In Tintinnire.

*Nigidius lib. XVIII. Itaque ex ære in Salinaribus Altanus
tintinnat. Id est, sonat.*

Scri-

Scribo, *Albanus*. Intellego de monte Albano, quem Nigidius ait resonare ex crepitu æris in Saliaribus, sive Armilustro.

In Silicernium.

Varro Meleagris: Funus exequiati laude ad sepulchrum antiquo more silicernium consecimus.

Legend, funus exequiati, laudē ad.

In Averruncare.

Pacuvius Medo: Possum ego istam capite cladem averruncassere.

Puto scribend, istam à te cladem.

In Cognomen.

Afranius Divort. - *Letum genus cognominatiois morborum cognominis*.

Emendo, *Leti omne genus cognominatiois morborum cognomen est. Vel cognominis est.*

C A P U T XV.

Miles Plauti correctæ.

SCENA. Jamne est:

Jamne est ante aedes circus, ubi sunt ludificandi mihi?
Non displicet alterius Vatic. lectio - *ante aedis hircus qui est ludificandus mihi.* - *Sanes per contumeliam Hircos vocabant, ut Menæchmis:*

Post autem illic hircus alius qui sæpe etate in sua

Perdidit civem innocentem falso testimonio.

Quamquam prior illa lectio valdè etiam proba, & imaginis notæ.

Præne quàm illam oculis tuis? PY. ideo id quod credo tibi.

Cum hæc locutus. Illa autem absens adigit me ut amem hercle hæc quidem.

PA. Nihil tu amassisti mihi hæc desponsa est.

Frædè acceptus locus. Vaticani habent, *Cum hæc elocutam illam autem absentem subigit me ut.* - Putarim legend, & distinguend.

---PY. *Videas, idque credo tibi:*

Eccum hæc elocutam. PA. *illam autem absentem?* PY. *subigit me ut.*

Decorum videlicet in libidinoso milite servans Plautus facit eum ad conspectum ancillulæ statim adhiinnire: quem reprehendens quasi Paleutrio. Minimè gentium, inquit, tunc ut huic te des priusquam illam absentem videris?

Ec

Aut

Aut facturum aut non facturum : quid illam miseram & amicum crucias ?

Optime Vatic. illam miseram animi crucias.

Atque adeo audin' tu dicito doctè & cordatè.

Mi. cura aliud.

Libri vett. *Mi. ut cor ei saliat.* idque germanum. Alludit enim ancilla ad id quod servus dixerat. *Cordatè* : in amore autem vehementi cor subsilire solet. Lucian. de Syria Dea : *ὧς ἐὲν ἡ μεταστῆ ἀπικέται, τῷ περὶ χερσὶν ἡ δάξασθαι, καὶ ἰδρῶσιν ἄρξασθαι, καὶ τῶν ἰσχυρῶν ἔχασθαι, καὶ ἡ καρδίη ἐν πλάθει, καὶ οἱ δὲ γυνόμηναι ἐμφανίᾳ τῶν ἰσχυρῶν τῶν ἰσχυρῶν ἐκείνῃ.*

C A P U T XVI.

*De armis ancilibus vetus religio explicata :
Tacitus & Suetonius illustrati.*

MAGNA religione olim & singulari ceremonia Arma ancilia fuerunt, quæ cælo delapsa tamquam pignus imperii à Romanis servabantur. Eâ quotannis statò tempore per sacerdotes aliosque primores urbis quos Mægister Saliorum dilegisset per urbem circumferebantur, ac demum certo die condebantur. Id fiebat mense Martio. explicantque hunc ritum Dionysius lib. 11. & Plutarchus in Numâ. Ceterum iis diebus omnibus quibus ancilia movebantur, tanta religio homines, vel superstitio potius, habebat, nihil ut publicè geri, non arma capi, non castra moveri, non iter suscipi fas esset : & qui eam consuetudinem migrasset, sacer improbusque haberetur, tum etiam quod egisset infelix infaustumque capiti ejus crederetur. Ad hunc morem pertinet Taciti locus Histor. 1. *Fuere qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum ancilium adferrent : assernatus omnem cunctationem ut Neroni quoque exitiosam, & Cæcina jam Alpes transgressus exstimulabat.* & Suetonii libro VIII. *Expeditionem autem impigre & præpropere suscepit, sed & motis necdum conditis ancilibus.* Nam quòd eruditissimus Turnebus censuit morem fuisse ut Romani duces ad bellum profecturi irent priùs ad templum Martis, atque ibi motis ancilibus dicerent, Mars vigila, deinde arma iterùm conderent : Othonem quidem igitur movisse arma, non condidisse, idque religiosum habitum : legi sunt. Neque aliud in ea re fuisse, quàm id quod posui, docet Livius lib. xxxi. *Stativa deinde ad Hellefontem aliquamdiu habuerunt, quia dies forte quibus ancilia movebantur religiosi ad illi incidere. Idem dies*

*dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia Salius erat
sejunxerant ab exercitu.*

CAPUT XVII.

Stichus Plauti emendata.

SCENA, Quisnam obsecro:

Quid ego, cui misero medullam ventris percepit fames?

Lego, perreperit fames.

---- age tu ocyus

Pinge, humum consperge ante ædis.

Scribo, Tinge humum. Horat. vino tinget pavimentum
superbo.

Alii pisces depurgate quos piscator attulit.

Fortè piscato rettuli, Loquitur enim puer ipse qui à pesca-
tu cum piscibus redierat.

CAPUT XVIII.

Suetonii lib. I. quadam à libro veteri restituta.

SUETONII trium librorum vetustum & nimium bonæ
notæ exemplar in Vaticano adversatur. In ejus pri-
more libro quod dignum adnotatione visum fuit, hoc ca-
pite dabo.

Cap. xxiv.

*Craffum Pompejumque in urbem provincia sue Lucam
extractos compulsi, ut detrudendi Domitii causâ consula-
tum alterum peterent: perfecitque utrumque, & ut in quin-
quennium sibi imperium propagaretur. Quâ fiducia, &c.*

*Alio & longe meliori verborum ordine ille vetus, alterum
peterent, & ut in quinquennium sibi imperium propagaretur.
Perfecitque utrumque. Quâ fiducia.*

Ibidem:

*Ad legiones quas à rep. acceperat alias publico alias privato
sumptu addidit.*

*Aberat à veteri hoc totum, alias publico: & puto su-
peresse.*

Cap. xxv.

*Galliam in provincie formam redegit, eique in singulos an-
nos stipendii nomen imposuit.*

*Admutilatum locum sic explet vetus, eique cccc. in
singulos annos stipendii nomine imposuit. Id est, quadringen-
ties festerium. Verum id esse docebit Eutropies lib. vi.*

Et 2

De Ca.

De Cæsare : *Gallia autem tribui nomine annum imperavit sestertium quadringentis.*

Cap. xxxviii.

Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina H-S, quæ initio civilis tumultus numeraverat, in equites vicena quaterna millia N. dedit.

Illud in equites abest à veteri, & planillimè sententia repudiat.

C A P U T XIX.

Plautina Scena in Pœnalo emendata.

QUAM Scenam clarissimus Sambucus Plautinæ Pœnulo à fine addidit, eam in Vaticanis libris & ipse præscriptam repperi. De cujus germanitate etsi ambigi posse video, tamen cujus cujus ea est, non indignam certè judico è quâ monstra aliquot lectionum levi manu tollamus. Primum autem animadvertendum, universam Scenam Jambicis trimetris scriptam, & sic distinguendam :

Quam rem viginti milia, qui lubet patrio meo.

Loqui inclementer, ne mire e mulieres

Quod cum sequantur, modo cognovit filius.

atque ita deinceps.

Suas hæc esse amissus. LY. Hæc quod v.

Vaticani, esse ambas.

Utrum is est n. velle n. velle in servitute.

Portenta verborum. Scribo : *Utrum is est vel leno vel Lycus.*

Ita enim superiori Scenæ :

Quis hic est?

AG. *Utrum is est, & leno & Lycus.*

Aurum, argentum, calum, leno si res nunc debes simul.

Optimè Vatic. leno tris res. Id est, tres.

Ego pœnè tibi me purgatum volo.

Scribo, pœnæ.

..... aut auri mihi reddas omnia.

Vatic. benè, reddas miniam.

Aurum cras sat referam tuam.

Lego, cras at te referam. Pro, ad te. Reliqua errata lector tua sponte advertes.

CAP.

CAPUT XX.

In Propertio paucula animadversa.

QUOD in Propertii omnibus libris legitur
Eleg. XVIII. lib. III.

*Tu quoque qui æstivos spatiosus exiguos ignes,
Phoebe moraturæ contrahes lucis iter.*

Nox mihi prima venit, primæ data tempora noctis:

Longius in primo Luna morare thoro.

cripi mihi difficile potest quin perperam & transverso ordine legatur, potiusque Propertius scripserit,

Nox mihi prima v. p. d. t. n.

Phoebe m. c. l. i.

Tu quoque qui æst. f. e. i. Sicut ejusdem Elegiæ versum illum,

Testis fidere æ torta corona Deæ. retrahendum inferius judico post illum;

Et quibus imposuit solvit mox vincla libido,

Testis fidere æ t. c. d. altero illo. *Contineant n. o. p. f.* superius in ejus locum ablegato. Hoc enim dicit, Quam facile amor solvatur quem sola libido junxit, testatur Ariadna illa, cujus à Theseo desertæ corona in cælo adspicitur. Sed hæc docti judicabunt.

Eleg. XXV. lib. II.

Vidistis quandam Argivâ prodire figurâ,

Vidistis nostras; utraque forma rapit.

Lego, Vidistis nostra.

Ibidem:

Vidistis pleno teneram candore puellam.

Vidistis fusca: dulcis uterque color.

Fulvii & Mureti liber, ducit uterque. Optime, id est, delectat.

Eleg. XXVI.

Quaque tibi excepitum Dea leucorhoæ.

Bene libri, jam Dea.

Ibidem:

Et tibi præ invidiâ Nereides increpitarent.

Libri, Et tibi ob invidiam.

Eleg. XXVII.

porro quæ in vulgatis est, libri antiqui conjungunt cum priori, idque approbo.

Eleg. XXVIII.

Munera Dianæ debita redde choro.

Veteres , *redde choros*. Recte. Nam in Dianæ honorem accensistædis saltare solent. Propertius :

*Cum videt accensis devotam currere tædis
In nemus , & Triviæ luminæ ferre Dea.*

Eleg. xxxii.

Hoc utinam spatium loco, quocunque vagaris

Cynthia, sed tibi me credere fama vetat.

Fulvii & Varican. *quodcumque vacabis*. Farn. disertè , *vagabis*. Idque rectum. Antiqui promiscue, Vago & Vagor dixerunt. Vide Nonium.

*Nam quid Prænestis dubias ô Cynthia sortes.
Vatic Farnes. quid Prænesti,*

C A P U T XXI.

Truculentus percussa.

SCENA, Ite, ite:

Bonorum hamaxagogæ. Satinne qui amat, &c.

Ex libris scrib. *Bonorum exagogæ.*

Quibus bona sua pro stercore habet , foras jubet ferri , metuit

Publicos , mundissimum sit.

Lego , *mundissimus* st. Ludens ait amatorem metuere. Ediles quibus cura viarum & publicæ munditiei erat , indeoque mundissimum suis in rebus esse.

*Abundat, at hoc saltem servat * ubi ea est apparet.
huic des.*

Quantumvis nusquam apparet.

Vatic. *saltem servat mecum illi subest apparet.* cujus vestigia unà cum sententiâ secutus emendo, *ad hoc saltem servat mare , quod illi subest apparet : huic des.* Mulierem meretricem mari comparat, magis etiam voracem esse adductis dein causis ostendit.

Fubeo vos valere. Ph. noster Geta.

Vaticani, *vos salvere. Paullò antè:*

Velut meretrix meum herum miserum suâ blanditiâ intulit.

In pauperiem.

Scribo, *Impulit in paup.*

Adde istos jam hercle ego te hic hac offatim offutiam.

Lego, *offatim confuciam. live, conficiam. v. pro i.*

Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culinâ clueo.

Veteres, *in culinâ arve*: alii, *aves*. Roverii cod. *ares*. Et id germanissimum arbitror, *Ares Græcè Mars.*

Scena,

Scenâ, Date soleas :

Num quidpiam avarum mutat mores mulierum ?

Vatic. *avarum ut ad mores. perspicuè verum.*

Scenâ, Mirum videtur;

Lepidè mecastor nuncias, sed dic mihi :

Habent ? SCR. *Parasitum te fortasse dicere,*

AST. *Intellexisti lepidè quid ego dicerem.*

Puto corrig. *Haben' ?* SCR. *πρὶ αὐτῆς te fortasse.* Amat enim Plautus in hac fabula abuti Græcas voces. Sententia quidem concinna est. Meretriculâ principio de obsonio sollicita, sine quo friget Venus, Haben' ? Inquit: ille autem rusticellus ut catum se & facetum faceret, occupans respondere; Intellego, inquit, de cibo quæris: ego verò ad eam rem habeo.

Scenâ, Egónne tibi:

Pro filiolo. CA. pro filiolo. DI. i. obsecro vOSTram fidem.

Error omnium librorum. Lege, sub persona Callicli *pro filiolo? DI. obsecro vOSTr.*

Scenâ, Blitea:

DI. *Mulier assum. profectu' st.* PH. *quid agitur voluptas mea?*

Lego & interpungo, *assum. PH. profectu' is est: quid agitur?*

Id quoque interim furtatim nomen commemorabitur.

Scribo furatim, sive furtim, ex sententiâ.

C A P U T XXII.

Nonius Marcellus emendatus.

VERSUS Attii apud Nonium, in Seges, leguntur tentati ab eruditissimo Junio, quorum partem corrigendam censeo sic:

Fortè ante auroram radiorum ardentum indicem

Cùm è somno in. s. agrestes cornutos cient

Ut rorulentas terras ferro, rosidas, &c.

Cornutos vocat boves, in idem pro se.

In Nubentes.

Nubentes veterilege Ro. asses tres ad maritum venientes solebant ferre, atque unum quem in manu tenerent tanquam emendi causa marito dare: alium quem in pede haberent, in foco Larium familiare ponere: tertium in sacciperione cùm condidissent compito vicinali solere resonare.

E c 4

QUAM

Omnino legend. *solere donare.*

In Portulaca.

Varro Discipl. lib. VIII. Manducata portulaca cito tollit.

Putoleg. *suum tollit.*

In Lurcones.

Pomponius Syris : Lapatium nullum vesciebatur, lardum lurcabat libens.

Lego, nullus, vesciebatur. Nullus pro Non, Comicoꝝ more.

In Vitulantes.

Vitulantes veteres gaudentes dixerant, dictum à bonæ vitæ comodo.

Forte, à bove vitæ comodo. Nam antiqui Italum vel vitulum, bovem dixerunt, & quòd cum in lætis rebus mactarent, tractum inde Vitulari. Macrobius tamen derivat à Vitula Dea quæ lætitiæ præest.

In Delirare.

Lucill. Quapropter deliro & cupidè officium fungor ruderum.

Vetus Vatican. fungor rulerum. Lego, fungor Iberum. Nam Lucillus in Hispaniam cum prætore protectus.

In Circus.

Accius Andromeda: Quod luna circulos annuos institit. Vatic. anno in cursu institit. lego, annuo.

In Involare.

Lucill l. xxx. Inde canino ritu oculisque involvem.

Scrib. ocul' osque involem. pro oculos.

In Vituperare.

LECTUM EST autem & vitium dare, hoc est unicuique rei culpam ampliare.

Lego, culpam applicare.

In Liçtores.

Liçtoris proprietatem à ligando dictam veteres putat ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur.

Emendo, si enim c. o. a. fungebantur.

In Proletarii.

Tunc Marcus præco primum proletarios armavit.

Legendum, Marcus Prator,

In Eval-

In Evallare.

Titinnius Prælia : Quâ ego hodie Extorrem hanc domo faciam pilatricem pallia evallavit : ô pulchrè.

Scrib. puto , Quia e. h. e. h. d. f. pilatricem pallii, evalla vero pulchrè.

In Minitabiliter.

Attius Anea : Gallegi voce canorâ si emitu peragant minitabiliter.

Lego, Gallegi voce. Loquitur de Gallis matris Deûm.

In Profligare.

Profligare verbum passivum ad usum trahi coeptum.

Emendo, passim ad usum.

APPROBATIO.

Omnia sincera sunt, neque quidquam habet quod offendere possit pium ac Catholicum lectorem.

Waltherus vander Stegen S. Theol.
Licentiatus & Ecclesiæ Antverpiensis Canonicus.

JUSTI LIPSI
EPISTOLI
CARUM
QUÆSTIONUM
LIBRI V.
IN QUIS
AD VARIOS SCRIPTORES
PLERÆQUE AD T. LIVIUM
NOTÆ.

1911-1912

1913-1914

1915-1916

1917-1918

1919-1920

1921-1922

1923-1924

1925-1926

1927-1928

AD AMPLISSIMUM BRABANTIÆ CANCELLARIUM.

QUÆSIVI, VIR AMPLISSIME, cui libri hujus munus deferrem : nec inveni cui magis vellem , cui magis deberem , quam tibi. Vellem , quia unus eximiè inter Belgas intellegis hoc genus antiquæ doctrinæ , & quia intellegis , amas : deberem autem , propter illustres & in ore omnium virtutes tuas. Et virtutes dico publicas privatasque. Multos jam nō nos in summo isto patriæ tribunali quasi clavum Justitiæ tenes. Tenes autem ita , ut , quod admirabile sit in tam variâ & in diffusâ jurisdictione , effugeris non solum querelas bonorum , sed etiam calumnias improborum. Meritò. Amant enim homines te , quia hominem in jure deponis : & libenter acquiescunt decretis tuis , quia tu Justitiæ non excedis. Subet illa sententias æquabiliter promere ? Tu promis. Nihil tribuere gratiæ , aut metui ? Non tribuis. Premere noxios , tegere innocentes ? Tu facis. Nec unquam salutarem dextram tuam aut bonis defuisse sensimus , aut malis adfuisse. Jam verò antiqua & ignota propè huic sæculo laus incorrupti tribunalis , propriè est tua. Absit à scriptis meis vanitas : sed meherclè prodeat animosus ille corruptor Macedo , aut alter Epirotes : scient mirabunturque etiam Belgicam habere Fabricium & Curium suum. Et hæ quidem virtutes in publicum spectant : sunt aliæ domesticæ , & penatium , ut sic dicam , tuarum. De quibus cum dicere

dicere admiratio mea jubeat , vetat modestia tua.
 Et parebitur potius tibi. Tu tantum, Vir maxi-
 me , libens volensque accipe hoc literarium mu-
 nus, animi mei & virtutis tuæ testimonium. Quod
 æternum fortasse non erit ; Ego tamen mitto,
 tamquam futurum. Lovanii. a.d. xv. Kal. vii^{ides}.
 m. cc. lxxvi.



AD

AD LECTOREM

POST Cornelium Tacitum editum & Antiquas, sustinui me paulisper à scribendo: & huc scio, Lector, an potius fuerit etiam nunc abstinere. Aded non solum tempora iniqua titteris sunt, sed etiam iudicia hominum. Utinam fallar! sed ut hæc res fluent, Domitiani edicto opus non erit; bonæ artes brevi in exsilium ibunt suâ sponte. Ego tamen in mediis turbis, Quæstiones has Epistolicas quasi è quercu exsculpsi; ita inscriptas veterum aliquot exemplo. Nec scio an titulus operi planè respondeat: vel potius, ne mentiar, non respondet. Pleraque enim adfirmamus, non querimus, & verius fuerat Epistolice Correctiones. Sed de titulo, non est tanti: rem vide. Ut in Antiquis meis nuper plura Plautina, ita hîc adpersi Liviana. Occasione libri veteris apud me, quem cum curâ inspeximus, cum fide expressimus. Et erit, si Musæ annuent, ut ejus auxilio in principe historico brevi conemur majora. Hæc te rogo. Primum, si in his mille, & quæ excurrunt, emendationibus, paucae aliquot vel dubie videbuntur, vel non bonæ: ignoscas, hætenus, si meliorum major sit numerus. Deinde autem, cum judicare de Notis nostris voles: ne grave sit divertere ad scriptorem ipsum, & cum ejus lectione correctionem nostram componere. Non raro enim res magnas monemus uno verbo, quæ fugiunt Lectorem festinantem & quasi fugientem. Ut autem pictura idoneo loco posita lumen suum accipit: sic Observationes nostræ illustrantur collatae ad libros. Quod superest, servavi Laurentium illam

illam legem, Nequid alienum tollerem in armum. Sciens quidem. Nam tale quid si peccatum à me est sine dolo: litem aut vim fieri veto, & quisque habeat res suas. Illi qui scriptorem aliquem, quasi rem mancipi, possident, & tangi cum ab altero injuriam suam putant; aut qui fremere & indignari solent eadem in mentem venisse nobis: non me movent. Credo enim illis solis fontes Musarum pateant: nobis etiam rivuli sint occlusi. Aut si Trojanis sui Dii, non sint & Græcis. Aequius Ajax ille apud Pacuvium:

De virtute ego cernundi do potestatem omnibus.

Quod felix & faustum sit, hodie xxix. meum natalem adspicio. Festor Naturæ meæ Deum, in iis quæ edidi quæq; edam, si minus conspicua doctrine, at certè ingenui animi notæ semper comparebunt. Concludam Epistolam versu:

*Si quisquam est, qui probari se cupiat probis,
Oratione vitæ, scriptis denique:*

In his audacter nomen proficor meum.

A puero eductus, doctus, liberaliter;

Mores majorum simul & doctrinam institi.

Amico amicus, benivolenti benivulus,

Ingenue frontis, oris & cordis probi,

Ad gloriam grassatus vera sum via.

Nec ego istos mores novi sæculi novi,

Suspiciosos, fraudulentos, duplices:

Qui fronte hilare, corde tristi obambulant;

Qui gaudent, siquid alteri evenit mali;

Qui merent, siquid alteri evenit boni.

Quos placitum est, laudant; quos placitum est, vituperant:

Veronean falsò, cicum non interduint.

Procul hæc à nobis. Edepol haut dicam dolo,

Tales

Tales inimicos mihi, quam amicos malui.
 Placet vera virtus, „ Virtus rebus omnibus
 Anxiet profectò. Non peribit, cum perit, „ „
 Quem penes est virtus. Virtus est immortalitas. „ „
 Postinde cum jam flos ætatis surgeret,
 Et spatia extrema ingrederer adolescentiæ:
 Magis magisque impendiosè litteras
 Amare occæpi, assiduus legere, scribere.
 Cum interea, uterque demoritur parens, loci.
 Ego hanc occasionem ad studium Musicum
 Esse ratus, concepi iter ad oras Italas,
 Germaniamque in terram, & terram Galliam
 Quasi ad mercatum litterarum pergere.
 Concepi, perfecique. Dîs est gratia,
 Lætitiâ peperit, parietque, hic mihi labos.
 Deinde autem scripsi. Scripta divulgata sunt
 Amicum suâsu, non meapte audaciâ.
 Tamen, ut nunc res est, haut me famæ pænitet.
 At vos favete, & date crescendi copiam
 Ingeniis quæ se publico applicant bono.
 Si nullius famam unquam læsi per jocum,
 Si nullius sublegi scripta per dolum,
 Neque lites ullus unquam aut pugnam cœpii:
 (Nec id qui faciunt, dicò palam, mihi placent)
 Æquum est ab æquis me par impetrassere.
 Ab iniquis porrò, haud æquum est, æqua postulem
 Valeant iniqui, & mali habeant magnum malum.

INDEX EPISTOLARVM

LIBRI PRIM I.

- Ep.* I. JACOBO CUJACIO, J. C.
 II. JOSEPHO SCALIGERO, JULI F.
 III. CAROLO SIGONIO.
 IV. JOACHIMO CAMERARIO.
 V. JANO LERNUTIO.
 VI. M. ANT. MURETO.
 VII. LUDOVICO CARRIONI.
 VIII. JOSEPHO SCALIGERO, JULI F.
 IX. STEPHANO PIGHIO.
 X. VICTORI GISELINO.
 XI. FRANCISCO ROALDO.
 XII. LÆVINO TORRENTIO.
 XIII. CAROLO LANGIO.
 XIV. JANO LERNUTIO.
 XV. PETRO PYTHOEO.
 XVI. AUGERIO BUSBEKIO.
 XVII. CHRISTOPHORO PLANTINO.
 XVIII. CLAUDIO PUTEANO.
 XIX. PETRO DANIELI.
 XX. ANTONIO OISELO.
 XXI. JOSEPHO SCALIGERO, JULI F.
 XXII. PETRO PYTHOEO.

JUSTI

JUSTI LIPSI EPISTOLICARUM QUÆSTIONUM

LIBER PRIMUS.

EPISTOLA I.

J. I. IPSIUS JACOBO CUPACIO, IC.

IN Pandectis, Cujaci, tangi video morem antiquum; nec mihi penitus perspectum, nec vulgò cognitum. De quo tamen judicium meum suspensa manu proferam: si non aliud, ut eliciam tuum. Tit. de Pœnis.

L. XXVIII. Callistratus ait:

Solent quidam qui vulgò se Juvenes appellunt, in quibusdam civitatibus turbulentibus se ad lationibus populi non accommodare. Qui si amplius nihil admiserint, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis ex interdicitur. Quod si non correcti in eisdem deprehendantur, ex illo puniendi sunt.

Qui isti juvenes? Et sanè, puto eos pertinuisse ad Circum & Theatra. *Ac enim, aut etiam spectaculis interdicitur.* Cum autem in spectaculis variae partes & studia populi essent, fuisse histrionum, aut etiam auctoritatis; quæ sæpe in apertam seditionem existerent, fuisse quosdam quasi duces theatralium motuum, qui in quaque factione significarent turbam & clamorem. Quorum alii vulgò Juvenes dicti sint, fortasse & alii Veteres. Res tota originem habuisse videtur à Nerone, de quo Suetonius:

Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, plures Alexandria vocavit. Neque eò sequius adolescentes equestris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ juventutis undique elegit, qui divisi in factiones, plausuum genera condiscerent, (bombyces, & cinbrices, & testas vocabant) operamque hæverent cantantibus.

Quid juvenes in Pandectis.

Cur illi d. di.

Similia Tacitus, qui juvenes Augustanos dictos eos scribit. Nec dubito quin hinc causa juvenum appellationis. Marmor est Capuæ:

TI. CLAUDIO
 TI. F. PAL
 RUFINO. EQUO
 PUBL. PRÆF. FABR.
 II. VIR. Q. HONORE
 QUINQU. JUVENES
 AUG. PATRONO
 QUORUM HONORE
 CONTENTUS. IMPENSA
 SUA POSUIT •

* Est hoc quoque cognomen ad II. viros referri potest si res debet.

Id est, * *Juvenes Augustani*, vel *Augustales*. De hisdem inscriptio hæc est Lanuvii:

M. AUR. AUG. LIB.
 AGILIO. SEPTENTRIO
 NI. PANTOMIMO. SUI
 TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
 TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
 RASITO. ALUMNO. FAUSTINAE
 AUG. PRODUCTO. AB. IMP. M.
 AUREL. COMMODO. ANTONI
 NO. PIO. FELICE. AUGUSTO
 ORNAMENTIS. DECURIONAT.
 DECRETO ORDINIS. EXORNATO
 ET. ALLECTO. INTER. JUVENES
 S. P. Q. LANUVINUS

Et alia:

COLLEGIUM JUVENUM BRIZIANORUM.

Posui & alios fuisse, qui contraria appellatione Veteres sint dicti; sed ambigens. Aliquid suggererat lapis, qui Spoletii:

M. SEPTIMO
 M. F. HOR.
 SEPTIMIANO
 EQVO. PVBL. IIII. VIR. I. D.
 PRAEF. FABR. ROMÆ
 DEC. IV. SCAMILLAR.
 OPERAE. VETÈRES
 A. SCAENA. PATRONO. OB
 MERITA. EJUS. L. D. D. D.

Nam

Nam operæ à scena, ut Tacitus Annali I. *Percennius qui-
dam erat in castris dux theatralium operarum, procax lingua,
& miscere cœtus bisitronali studio doctus.* At quod in alio
lapide prope Æmiliam est, CURATORI. LUSUS JUVE-
NUM. Dubito an ferendum ad ludicrum Trojæ sit. Et-
iam aliâ significatione, nec tritâ, Juvenes reperio, pro mi-
litibus, ut videtur, sive juventute militari. In Epistola
Gordiani Imp. ad Seratum : *Invitum me P. C. Juvenes*
quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt.
Iterumque in ejusdem vita : *Appellato igitur Gordiano Im-*
peratore, Juvenes qui adtores hujus facinoris erant statum
Naximini dejecerunt. Quo sensu Juniores Augustinus di-
xit lib. III. de Civit. cap. ult. de militibus qui peste absum-
pti : *Tunc Utica ex triginta millibus Juniorum quæ ibi*
erant, decem remansisse confirmant. Intellegit enim Ro-
manos, qui ad prælidium Africæ ibi relictî, ut ex Orosio
aliisque clarum. Etiam in lapidibus Juniores mihi lecti:
sed quod cognomen & discriminis nota fuit inter VI. vi-
ros. Quorum, alii Seniores, alii Juniores. Mediolani
lapis :

*Opera à
scenâ.
Tacitus
explicatus.*

*Juvenes
pro mili-
tibus.*

*Juniores
& Seniores
Severi.*

Q. VITELLII. SATURNINI
VITELLII

VERANIUS. ET CONSTANS

VI. VIR JUNIORES

PATRI. OPTIMO

Ibidem :

P. VALERIO. P. L. PAL-
TACITO

VI. VIR. SENIORI. ET
AUGUSTALI.

Et sæpius alibi. Nec aliud super hac re legi. Tu Jac. Cu-
jaci, fatente invidia, princeps Ic. torum, aut doce me er-
rantem, aut confirma recte sentientem.

EPIST. II.

I. LIPSIUS JOSEPHO SCALIGERO JULI F.

AUSONIANAS lectiones tuas, mi Scaliger, vidimus.
Quæris quid sentiam ? Quod olim in re absimili Pon-
tius : Scripta tua paucorum hominum sunt. Nec omnes
capiunt, nec omnes capiuntur.

Μόνως ὃς ἡμῖν ἤλι-
πος φέρει ἰλαρὸν ἰσθ-
ῶσι μεμνημένον.

Sed in Ausonii, non rectè habere hic locus videbatur.

Anselmus
emendatus.

*Sola memorie negotium sparsa colligere, & integrare loca-
rata. Quod ridere magis quam laudare possis. Pro quo si
per Sigillari in arctione ventisset, neque Afranius nauigi-
daret, nec Stichum suum Plautus offerret.*

Plauti Ci-
cum.

Cur enim tam vihs Plauti Stichus, ut cum Afraniano na-
uci comparetur? Vide nē conjectura, quæ mihi legenti sub
manu quod ajunt, nata est, vera sit, *cicum suum Plautus*.
Et verò adhibet Aufonius Plauti locum. Evidenter.

Eluas tu an extingere cicum non interduim.

Glossa ve-
teris cor-
recta.

Cicum, leve quiddam, ut Hilum. Laudas ex tuis Glossis.
Ciculo lego, vulgo. In Glossario H. Stephani reperio *Cicum*
ζουκκου, virtiosè pro *ζου*, *κόνκος*. Quod Græci *σο* *ζου*.
Latini, nec cicum & *κόνκος* eadem notione apud Græcos.
Timon syllographus;

Πταχὸς ἰδο' ὀφθαλμοῦ ἐμῷ, ὡς δὲ μοι ἐν τῷ κόνκω.

Ex sensum mihi pectus, & haud hilum mihi mentis.

De Manilio fac promissa appareant: unice autem de Plau-
to. Verè dicam. Aut vobis cum scriptorem purum pu-
tum dare, aut nemo potest.

E P I S T. III.

J. LIPSIIUS CAROLO SIGONIO V. E.

LIVIVM manusc. C. Sigoni, his diebus è mediâ morte
Leripui, medico pretio è vespihōrum manibus extor-
tum. Non possum aliud dicere in eâ emptione quam
Deos mihi adfuisse. Per bonum enim exemplar est, & ut
ex notis aliquot ejus linguæ conjecturam in eo, ex Hispa-
niis olim advectum. Caron Viruli fuisse titulos aut illius,
quem acerbè Erasmus exagitavit. Aude mihi credere, Si-
goni: rare ex tuis libris, rare ex Valle aut Rhenani emen-
dationes sunt, quas non reperiam in isto. Non pauca &
præter illa erantur: quas tamen modicè conjecturis
adjuvemus. Specimen & quasi gustum tibi dabo hæc
pauca.

In Livio
quattuor
loca resti-
tuti.

Lib. XXVI.

*Tribunos plebis appellavit flamen. Vetus tum jbs sacerdo-
tiū repetebat: datum id cum toga prætexid, & sella curuli C.
Flaminio esse.*

Quis ite Elaminus, qui solus legem faciat? Rectè vetus,
& sella curuli, & flaminio. Nam Flaminium, sacerdotium
ipsam.

Lib.

Lib. XXVIII.

Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique pransi essent; armatis eques frenatos stratosque teneret equos. II.

Ait, *viri equique pransi.* Novum verò ut etiam equi prandere dicantur. Vetus, *virique curatæ pransi.* Lego, *curati & pransi.* Hoc ad viros, illud ad equos retulit.

Lib. XXIX.

Quando igitur adolescens quid sentires non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cuitu arma equumque & cetera instrumenta militiæ tradas, & tecum hinc ex templo domum ducas, exerceas, docendum cures, equo tradito armisque. III.

Jam antè linea dixerat, *equum armaque tradas*: addit iterum, *equo tradito armisque.* Bene mehercle & solícite monet Scipio. Sed glosséma est, quod non reperias sine libro. Absit à veteri tradito. Rectissime. Docere equo, docere armis, eleganter. Et duo Scipio edixit, ut traderent arma & equos: deinde ut juvenes illos equestris militiæ ignaros, docerent uti equo, & armis ad equum.

Lib. XXI.

Servati Cos. decus Cœlius ad servum natione Ligurem delegat. Malim equidem de filio verum esse, quod & plures tradidere auctores: servum fama obtinuit. IV.

Certè falsum. Communis enim fama de filio, non servo: & ita scriptores præter Cœlium. Bene igitur *misit tradidere auctores sei fama*: sit tamen ablegata littera ad priorem syllabam legas, & fama. Vale.

EPIST. IV.

J. LIPSIVS JOACHIMO CAMERARIO.

CUR negem? Laudari à te Ennianòs illos versus correctos à me sum gavissus. Petis ut illiusmodi argumenti mittam alia, & nominatim si quid in Plauto. Euge immortalitate digne senex! tunc in hac ætate & commori-
enti illo morbo tuo adhuc litteras? Videlicet quia prima optime cesserunt, & magnus honos habitus est studiis tuis. Parebo tamen sed cum Pythagoræa exceptione, & *didaxi, ἀπὸ κακῶν καλὰ*. Vide sis mihi hunc locum Plauti Rudente, Scæna, Exi è fano.

*Plautus
Rudente
correctus.*

Tunc hic falsis virginales liberos parentibus

Subiectos habebis, atque indigno quæsti conteres? I.

Libri vet. *Tunc hic falsus Scribo, Fells virginalis sive fellis.* Felles virginalis appellat leonès, tracto convicio à rapacitate ejus animalis.

Idem, Persa:

*Sequere hac. DOR. scelestâ felles virginaria.**Felles pullaria.*

Ita enim versu illo personas distinguo. Sic apud Aufonium felles pullaria est, subulo Lucillii, à rapiendis pueris sine pullis. Eruditus poëta, ut sexcenta alia, sumpsit à Plauto.

II.

*Quis Marcus? Felles nuper pullaria dictus.**Corrupit totum qui puerile secus.*

*De Varro-
ni versu
conjectura
camera-
rii.*

In Plauti altero versu legerim, *Sublectos habebis*. Nam sublegere, surripere est. Tu judicabis, cui Plautus non minus debet quàm Musæ Latinæ Plauto. Quod extrema epistola ais, in illo Varronis, *Persarum montes, non atria divitis Crassi*, malle te, *divitis Crassi*. Quia præcessit externa gens Persarum, & ut *παρρησιον* tacitè Crassum petat: propè est ut adsentiar. Super Gellii nomine litem meritò rides: & est id reverà, quod Varro ait, caprinum prælium.

E P I S T. V.

J. LIPSIUS JANO LERNUTIO.

QUID censes tu? Non mèlius de Martiale Scaliger judicavit, qui versus ejus candidos, numerosos, plenos, Epigrammata multa divina dicit: quàm ille, qui scurram de trivio appellat? Nollem excidisset viro magno hoc judicium judicii dissimile. Nihil ad Catullum Martialis, scio: sed & hoc scio, Epigrammata illa nec in trivio nata, nec omnia in triclinio. Multa foeda, obscena in Martiale: & mehercle in uno Catulli libello non pudiciora, sed pauciora. Ignorat sæculum illud, qui hoc accusat. Sunt & joci aliquot leves, vulgati, pueriles: sed meliorum major est numerus. Faceret è re litteraria, si quis, more veterum Criticorum, dilectum Epigrammatum ejus haberet: & bonis adfigeret laudis notam, aliis culpæ. Potuisset hoc Douza noster, qui poëtam illum non solum feliciter expressit, sed etiam correxit. Posses & tu, Lernuti; quem scio æmulari urbanitatem & acumen Martialis, sed numeris Catulli. Si quid tale unquam cogitabis, vide si usui tibi esse poterunt hæ Notæ.

*Martialis
complures
loci emen-
dati &
explicati.*

Libro XIV. qui Apophoreta. In Lemmate,
Batrachomyomachia.

*Perlege Mæonio cantata carmine rarus,**Et frontem nugis solvere disce meis.*

Junii Anglicanum exemplar, *Et frontem fortis*: emendat ipse, *formis*. Sed verum erit, *fortis*. Fortis quid sint vide in Nonio,

Nonio. Usurpantur, ut quisquilæ, burræ. Varro: *Quintiporis Clodiani foris ac poemata gargaridians dices, ô Fortuna, ô fors Fortuna.*

Lemmate, Corculum.

Pauper caussidicus nullos referentia nummos.

II.

Carmina cum scribas, accipe cor quod habes.

Legô, cor quod abest. Cor non habere dicitur, qui desipit. quod facere ait caussidicum pauperem, qui versus potius scribat, quam caussas agat, ex quibus lucrum facere possit. Cor igitur, non cordato homini mittit. Notum de Scipione Nasica, cui cognomen à sapientia Corculo.

Libro XIII. qui Xenia, Lemmate,
Porphyrio.

Nomen habet magni volucris tam parva gigantis,

III.

Et nomen Præsini Porphyrius habet.

Idem Junii liber, *Præsini Purpurionis.* Latet omnis lepor Epigrammatis in levi menda. Scribe, *Præsinus Purpureonis.* Quid mirum, inquit, si parva volucris nomen gigantis ferat: cum & Auriga factionis Præsinae, Purpureo nomen habeat? Scimus fuisse factiones aurigarum, coloribus discretas, Russatam, Prasinam, Venetam, Albam, sive Albam. Contra rem igitur, ut auriga Præsinus vocaretur Purpureo, non aliter quam ut avicula, gigas. Simile est in illo Epigr. *Si Veneto Præsinove faves, quid cocina sumis? Ne sis ista transfuga sorte vide.* Sciendum autem, quempiam ejus sæculi celerem aurigam Purpureonem dictum.

*Factiones
aurigarum.*

Libro VIII. Epigr. VI.

Archetypis vetuli nihil est odiosus Eufii

IV.

Ficta Saguntino cymbia malo luto.

Argenti furiosa sui cum stemmata narrat,

Garrulus, & verbum mucida vina facit.

Scribo, *Argenti fumosa sui.*

Ut Juvenal. *Fumosos equitum cum Dictatore magistros,*
& Cicero, *Fumosas imagines.*

Epigram. LII.

Tonsorem puerum, sed arte talem

V.

Qualis nec thalamis fuit Neronis,

Druferum cui contingere barba.

Puto leg. *Qualis nec Thalamus fuit Neronis.* Ut sit nomen tonsoris Neronis. Lapis Romæ in æde Mariæ:

*Thalamus
nomen vi-
ri.*

ANTISTIAE. OBSECRATIONI. FECIT

ANTISTIA. FLORENTINA. ET. THALA

MUS. CAESARIS. ET. SCANTIA. PRIMI

TIVA. PARENTES. AEJUS.

FF 5

Epigr.

Epigr. LVIII. in Artemidorum:

- VI. *Cum tibi tam crassæ sint Artemidore lucernæ,
Possem te Sagarium jure vocare meum.*

Quid Sa-
garth

Non epigramma est, sed ænigma. Et quid est, Sagarium? Fortasse, *Sagarem*. Nec scio an ita dicti, qui minus aliquod theatrale fungerentur, de quibus inscriptio ista in Delphiniorum domo:

IMP. CÆSAR. DIVI. NERVÆ. F.
NERVÆ. TRAJANO. AUG. GERM.
DACICO. PONT. MAX. TRIB. POT. VIII.
IMP. IV. CO. P. P. OPTUMO PRINCIPI.
SAGARI. THEATRI. MARCELLI.
CULTORES. DOMUS. AUG.

Ultrâ nihil scio. Reperio sanè Sagarios, ut in veteri illâ inscriptione:

C. TERENTIO. C. LI. PAMPHILO
SAGARIO. POST. ADÆM. CASTORIS.

Item *Sagariam* facere in Appulejo & Ictis: sed alio longè sentio, pro negotiatione sagorum. Itaque nihil etiam extrico.

Lib. IX. Epigr. XLV.

- VII. *Alcidem modò Vindiciæ rogabam
Eset cujus opus laborque felix.*

Malox Aloides. Nec enim Herculem ipsum Martialis rogabat, sed alium cujus opus ille Hercules esset, apparet ex sequentibus.

Epigr. LXXXVII.

- VIII. *Longuidior nostri si quando est Paulus Atili,
Non se, convivas abstinet ille suos,
Lego, nosse si quando. De Paullo ad Atilium scribit.*

Lib. X. Epigr. LI.

- IX. *Quas Faustine dies qualem tibi Roma Ravennam
Abstulit. ô soles, ô tunicata quies?*

Quid quies
tunicata.

Tunicatam quietem doctissimus Junius accipit, liberam ab operâ togatâ, quâ domi se continere, nec sportulæ spe prosequi potentiores liberum esset. Sed aliò, me judice, respexit Martialis. Nam in municipiis togam induere vix solebant, tunicâ contenti.

Martialis lib. 1.

*Egisti citam semper Liq. municipalem,
Quâ nihil omnino dulcius esse potest:
Idibus & natis tegula est exussa Kalendis,
Duxit ad æstates synteresis una decem.*

Plini-

Plinius ad amicum, qui rure agebat : *Quousque regnabis? quousque vigilabis? cum volest dormies quamdiu volest? quousque cal. ei nusquam? Toga feriza? Liber totus dies?* Sic enim is locus corrigendus, lib. VII. Epist. Ita & Juven. Intelligendus, Sat. III.

Pars magna Italia est, si verum admittimus, in qua. Nemo togam sumit, nisi mortuus.

Epigr. LXII. Ad Ludimagistrum:

Sic te frequentes audiant capilli.

X.

Et delicatae diligat chorus mensae.

Quid si legas, chorus Musae? Et intellegas pueros deditos Musis? Quod videtur ad rem aptius quam * mensae.

* Quod retineri tam potest, & paedagogia capis.

Libro XI. Ep. VI.

Te volest invictus pro libertate Camillus.

Magis sententiam explebit, praelibertate. Dicere voluit, Camillus te principem malet, quam tuam illam libertatem.

XI.

Epigr. LI.

Solius Arpino tandem succurrit agello,

XII.

Silius & vatem non minus ipse tulit.

Fortè scribendum, & vatem non minor ipse, colit. Quod sane argutum erit praè illo vulgato,

Lib. I. Epigr. LXIV.

Queris quis hic sit? excidit mihi nomen.

Acuta Epigrammatis clausula. Ludit in verbo Excidenti, & cum oblitus nomen videatur, tamen ait se in ipso id versu ignarum posuisse, & innuit, credo, illum versum.

XIII. Excidit verbum ambiguum.

Fuscos colores, Galbanos habet mores,
ut verum huic homini nomen Fuscus fuerit, aut Gelba.

Epigr. LXXXVII.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus,

XIV.

Coepit, quod poterat, Clinicus esse modo.

Lego, quo poterat, Clinicus esse, modo. Medicorum titulus erat Clinicus, Inscriptio Aulii:

Clinicus medicus.

P. DECIMUS. P. L. EROS

MERULA MEDICUS

CLINICUS. CHIRURGUS

OCULARIUS. VI. VIR.

& hoc est quod Plinius ait, Hippocratem instituisse medicinam eam quæ Clinice vocatur. Clinicos à lecto constat dictos. In quo ludens Martialis ait, qui vespillo erat factum esse Clinicum, quia scilicet Vespillones mortuos efferunt in lecto.

Epig.

Epigram. CXLVII.

- xv. *Prætor ait, scis me Scorpo Thallioque daturum.
Atque utinam centum mi id sola darem.*

Thallus, & Flavius Scorpus agitantes. Scribendum, *Thallogue.* Ejus Thalli mentio est in veteri inscript. Romæ in ædibus Cecchinorum, de Diocle agitatore:

CENTUM. VICTORIAS. CONSEUTUS. EST. VICTOR. C. III. SINGULARUM. VICIT. LXXXIII. ADHVC. AVGENS. GLORIAM. TITVLI. SVI. PRAECESSIT. THALLVM. FACTIO. NIS. SVAE. QVI. PRIMVS. IN. FACTIONE. RVSSATA. In ea dem inscript. & Scorpus nominatur, FACTIONIS. PRASINAE. VICTOR. . XXV. ET. FLAVIVS. SCORPVS. VICTOR. II. XL. VII I.

Libro XII. Epigr. LXXI.

- xvi. *Lintea ferret apro vacuus cum vermula nuper
Et supra Togulam lusca sederet anus,
Atque olei stillam donaret Opelicus unctor;
Nudorum tetricus Censor & asper erat.*

Uds pro bibaculis.

Omnino scribendum, *Udorum tetricus.* Id est, carpebat madidos & udos, quique in balneis biberent. Sequentia clarè docent.

Libro v. Epigr. cxx.

- xvii. *Ponetur digitis tenendus ustis
Nigra coliculus virens patell i.*

Lego, *digitus tenendus unctis.* propter oleum quod oculis superfundi solitum.

Epigram. cxxiv.

- xviii. *Quod promittebas mihi millia, Gaure, ducenta
Si dare non poteris millia, Gaure, decem?
An potes, & non vis? rogo non est turpius istud?
I, tibi differeas, Gaure pusillus homo es.*

In postremis versibus nescio quid non est merum. In Junii libro, Si legitur non I. Distinguo & lego, *An potes, & non vis, rogo? Non est turpius istud Si tibi, differeas Gau- re p. h. es.*

Lib. VII. Epigr. XLIII. Ad Ovidium.

xix. Quis maximus Ca- sonius, & quâdo condemnatus.

*Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est
Cujus adhuc vultum virvida cera tenet.
Hunc verò damnarunt, sed tu damnare Neronem
Ausus es, & profugi, non tua fata sequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exsulis isti,
Qui modò nolueras consulis ire comes.*

Si vi-

*Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas est Cineri me superesse meo,
Audiet hac præsens veniuraque turba, fuisse
illi te Seneca quod fuit ille suo.*

Ejusdem rei est epigramma sequens. Historiam hujus damnati Cæsonii repperi apud Tacitum lib. xv. Qui tamen emendationem à Martiali accipiet, ut iste lucem ab illo. *At Cadicia uxor Scævini, & Cæsennius Maximus Italia prohibentur, reos fuisse setantùm pænâ experti. Ubi lego: Cæsennius Maximus.* Damnatus fuit in Pisoniana conjuratione: & hic ille, quem exsulem Ovidius secutus.

Libro II. Epigr. II.

*Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quodque Metellus habet.
Nobilis domino tribuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignis nomine Cæsar eras.
Frater Idumæos meruit cum patre triumphos,
Quæ datur ex Dacis laude, tota tua est.*

Vetus Junii, *Quæ datur ex chartis.* lego, *Cattis.* Suet. Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario. Spontè, in *Cattis*: necessario unam in Sarmatiam. Et post: *De Cattis Dacisque* post varia prœlia duplicem triumphum egit. Verum est igitur. *Cattis*: eò magis quòd inquit, *Nobilis domino tribuit Germania Rheno.* Confirmandum hoc visum fuit, quia doctissimo Belgarum Junio, *Dacis* magis placuit.

Libro III. Epigr. xxv.

*Cessatis pueri, nihilque nostris
Veterno resinaque pigrioros.*

Epigramma est in pigros nautas. Cujus sententia tota pendula est defectu, ut videtur, verbi. Sed lego, *nihilque nostris.* Nam in aliis libris est *nostris.* Frequentia ista veteribus. *Flestitis, Terstitis, Decrestitis,* &c. apud ipsum Ciceronem in Verrinis, *Glebam non commissent.* Sequenti versu lego cum Turnebo, *Vejentone asinaque.*

EPIST. VI.

I. LIPSIUS M. ANTONIO Mureto.

NARRO tibi, M. Antoni. Delectavit me emendatio Liviana lib. xxii.

Eos qui Cannusium per fugerant muliercula nomine Busa, genere clara ac divitiis, mœnibus tantum rectisque à Cannusinis acceptos, si umento, veste, viatico etiam juvit. Pro quâ ei munificentia, postea bello perfecto, ab Senatu honores habiti sunt.

Livius emendatus duobus locis.

Hæc

Hæc lectio à Sigonij conjecturâ manavit. Nam libri & scripti omnes, & vulgati, habent, *Mulier Paula nomine Bula*. Glareanus hæc se facit. Nam Bula in huius mulieri nomen fuisse, non Paulam, Livius infra & Valerius item testantur. Sigonius ablegatâ voce scindit nodum, non solvit. At ego transposita littera rem extrico: *Mulier Apula nomine Bula*. Valerius lib. IV. Itaque ejusdem temporis femina, *Bula* nomine, regionis antiquæ *Apulie* dulcissima.

Eodem libro inferius:

Et Q. Fabius Pictor, Delphos ad Oraculum missus, quibus precibus supplicationibusque Deos possent placare.

II.
Supplicia.

Livius, qui apud me, *supplicia*que, Præclare. Confirmat & Sigonii Codex, qui *supplices* Deos corrupte. Supplicium pro supplicatione ex Sallustio vulgò notum.

E P I S T. VII.

J. LIPSIUS LEB. CARRIONI.

Dic sodes. Ausus es hoc facinus? Ludificari me? Deferere Lipsium, die tam festo, jacentem hic in villa?

--- *ul non homo, sed campus atque aer.*

Nisi tu homines censet collegas illos in mensa nostros: quos sine frémistâ non intueor; nuper terræ filios, nunc Mæcenates, Agrippas. Vide quæ via ad potentiam, ad opes sit. At me litterulas *Stulii* docuerunt parantes. Sed non dum omnium dierum soles occiderunt, aibat olim Philippus: & hercè me tam ista inania, nisi dum in oculos incurruerint non movent. Scio veram animi quietem à Deo primum, deinde à sapientia & litteris esse; quæ quoniam non apud istos; sine Cræsi & Crassi licet:

--- *non hos Pactolus aureas*

Undas agens eripiet unquam è miseriis.

Fui his diebus in Cicerone de Legibus. Libro II. hæc notavi:

Cicero de
legibus
correctus.

Mulieres genus ne radunto, neve lestim funeris ergò habento. Hoc veteres interpretes Sex. Ælius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt; sed suspicari vestimenti genus aliquod funebri: Ælius lestim quasi lugubrem ejulationem ut vox ipsa significat. Quod eo magis probo, quia lex Selenis id ipsum vetat.

Subest vitium. Primò Ælii & Acilii sententiam confundit, & utrumque de vestimento funebri suspicari ait: statim dividit, & Ælium, Ploratum, interpretantem facit. Pugnans ista. Nisi si posterius alio de Ælio senserit Cice-

ro.

ro. Quod non arbitror. Placet corrigi. *Sic. Alius L. Acilius non satis se intelligere dixerunt, sed Acilius sufficari vestimenti, &c.* voce Acilii inserta, quæ repetita elabi facile ex scribentibus potuit. Dubitavit uterque super significatione Lessi: sed alter vestem, alter ejulationem tamen interpretatus est.

Inibi:

Jam cetera in XII. de minuendo sumptu translata sunt de Solonis fere legibus. Extenuato igitur sumptu tribus riciniis & clavis purpureis, & decem ricinibus, tollit etiam lamentationem.

Quod de Riciniis scribit non omnes capiunt. Ne ille quidem magnus Belgicæ Papinianus, Rævardus. Accipiunt enim vulgò quasi lex vetet non plures quam tres feminas riciniis indutas in funere esse. Errant. Doceo primum ex Varrone, cujus Fragmentum est lib. III. De vita P. R. *Ut dum supra terram essent, riciniis lugerent: funere ipso, ut pullis palla amicta.* Ecce, Riciniorum usus in luctu quidem, non tamen in ipso funere, ut Varro ait, sed Palla. Male igitur Ricinia ad funus transferunt. Ratio etiam talis legis inepta. Si enim propinquæ riciniis indutæ: quid fiet si plures tribus sint? Et quidem eodem gradu, ut si filia. An tres tantum riciniis induentur? Alia mens x. virorum fuit ut equidem sentio. Solonis lex funebris erat, quæ in Plutarcho legitur: *Εταγίζεν ἐς τρεῖς ἐκ τῶν ἑταρῶν, ὅτι σωμαθέναι πλείονι μίαν ἡλικίαν.* hoc postremum vertisse Romanos Solonies puto, *trina ricinia.* Hòc sensu, ne plus quam tres vestes cum mortuo aut conderentur, aut urerentur. Scimus morem hac in re veterum. Homerus de Achillis funere Odyss. ω.

Καί τοι τὸ ἐν ἡνίκα γένῃ

Apud Virgilium in Miseni:

*Purpureasque saper vestes velamina nota
Injiciunt.*

Buconius in Cæsare: *Scenici artifices vestem quam ex instrumentis triumphorum ad præsentem usum induerant, detrahant sibi atque discissam injecere flammæ.* Hieronymus lib. II. Epistolarum: *Cur mortuos vestros autatis obvolvitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lacrimasque non cessat? An cada vera diritum, nisi in serico, putrescere nesciunt? Fessis locis restabat, qui juvare illorum mentem videbatur, non juvat, si rectè distinxeris & legeris: Ricinium omne vestimentum quadratum ii qui duodecim interpretati sunt, esse dixerunt. Ver. togam quâ mediæres utebantur prætextam clavo purpureo. id est, Verrius, togam. ita corrigò, cum vetus scriptura sit, *vir toga quâ.* Sepè iste abbreviator, Verrii sententias cum aliorum componit, quod & hîc, Quod scripsi suprâ, *Mulio-**

*Quæstum
de senten-
tiâ legis è
XII.*

*Fessus e-
mendatus.*

*Confirma-
ta vulgata
in Cicerone
lectio.*

Confirmata
vulgata
in Cicerone
lectio.
Plinij glossa
libro xi. cap.
xxxvii.

Mulieres genas ne radunto, non dubitabis credo germanum esse Festi Fragm. *Radere g..... lege xi. id est, unguib.....* Plinius. *Male homini tantum; quas Prisci genas vocabant, duodecim tabularum interdicto radi à feminis eas vetante.* Ubi vox *vetante* adjecta mihi ab imperito videtur. Nam interdicto hîc valet, cum interdictum sit. Genus loquendi Sallustio, Tacito, frequens. Hoc dixi, ne capere te Laminus possit, qui, *genas ne carpunto*, temerè ex uno Servio reposuit. Radere genas Festus videtur interpretari voluisse, unguibus cruentare, scindere.

E P I S T. VIII.

J. LIPSIUS JOSEPHO SCALIGERO JULI F.

QUEREBAT à me nupè, ocellè Europæ Scaliger, adolescens doctus litteras veteres, quid in Varronis fragmento essent Aquilinæ pateræ? Locum producebat ex lib. i. De vita pop. Rom.

Varro e-
mendatus.

Item erant vasa vinaria, sini, cymbia, aquiline pateræ gutti sextarii, simpurium.

Non mentiar. conticui. Opinor & Varro ipse, si quis rogasset. Abiit ille: ego consideravi intentius, & nisi me fallit, repperi. Lego enim, *cymbia, culignæ, pateræ*. Nugas agam, si te nunc doceam causam erroris, adhæsisse litteram à fine vocis, factumque *aculignæ*, inde vulgatum illud. Nugæ, inquam, ista. Sicut & illud, Culignam Festo vas esse pоторum. Nota hæc tibi. Illud non nugæ, Livio adferendam eam vocem videri.

Lib. xxvi.

Et Livius.

Qui curili sellâ sederunt, equi ornamenta, & libras pondo ut salinum patellamque Deorum causâ habere possint.

Culigna in
facit.

Nam vetus omnis lectio, ut *lignum*. Salini vocem primus reposuisse fatetur Laurentius Valla, homo cetera non infusus, & de Livio certè supra opinionem vulgi benè meritus. Quam ipsam ferri posse, nihil nego. Culignam autem sacris opus fuisse scis ad vinum libandum: ut patellam, ad fruges imponendas. Varro, *Mensa anteponebatur cum culignâ ac vino, in quâ quæ veniebant ad fetam amica gratulatum Dis mactabant.* Cui loco lucem valdè Terullianus facit, De Anima: *Dum in partu Lucinæ & Dianæ ejulatur, dum per totam hebdomadam Junoni mensa proponitur, dum ultimâ die Fata scribundo advocantur.*

EPIST.

EPIST. IX.

I. LIPSIUS STEPHANO PIGHIO.

PECCO, mi Pighi, & pecco largiter qui reduci tibi & jam, ut audio & opto, in hisdem regionibus constituto verbo non sim gratulatus. Viennæ inita amicitia sancta mihi est: eritque, dum ero. De te nisi idem sperem, injuriam fecero simplicissimis moribus tuis. Iscanum meum me tenet, & in tot circumstantibus turbis quietem sequor studiorum. Nunc in Livio eram, in quo vide mihi quæso hos locos.

Lib. XXI. In Alorci oratione:

Tres Livii
loci emen-
dandi.
1.

Aurum argentumque omne publicum privatumque ad se jubet deferri; conjugum vestraque corpora ac liberorum vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis vestimentis velitis à Sagunto exire.

Non dubito legere, cum privis vestimentis. Privum, singulum. Nam aliquot lineis supra in iisdem conditionibus est, traditoque omni auro atque argento egressi urbe cum singulis vestimentis. Restituo eam vocem in Quadrigario apud Nonium, Reticulum. Claud. lib. 1. Priusque auctoribus indit reticula galearia. vulg. Prius hisce auctoribus inde.

Infrà post transitum Annibalis per Alpes:

Et Annibal movit ex Taurinis, incertus quæ pars sequenda esset, Gallos, præsertim se secuturos ratus. 11.]

Livius meus, præsentem esse. Itaque lego, incertos p. q. f. esset Gallos, præsentem sese secuturos ratus. Galli incerti Romanorum partem an Pœnorum sequerentur, nec de Annibale ista. Eos præsentia sua motum iri Annibal haud frustra existimabat.

Eodem libro:

Quod ubi Annibal accepit, laxatamque pugnam, & recessum à castris vidit, exemplo equitibus dextrâ levâque missis in hostem, ipse de his castris erupit. 111.

Quid est, de his castris? Nihil juvant libri. Audacter tamen leg. adfirmo, ipse mediis castris. Nam ita Livius rem narrat superius, Annibal paucis propugnatoribus in vallo portisque positus, ceteros confertos in media castra recepit. Illud etiam, & recessum à castris, velim legi, & ire cessim à castris. Tu judica, mi amice Pighi.

E P I S T. X.

J. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

SCRIBAM liberè, mi Victor. Nimiùm taces diu. Faciliùs à Sigalione vocem, quàm à te epistolam expressero. Quo merito meo? Aut, ut delabar ad Propertium,

Quis te mutavit tantus Deus?

Certè non hoc animi tui amica effusio, non verba pollicebantur cùm proximè in Iſcarno adesses. Quò quidem, quasi de compacto, vix biduum post discessum tuum, venit Carrio noster. Qui cùm mihi multa de amore tuo & solitudine erga absentem me narrasset, ita ut animus tuus peregrinari mecum videretur: sensi intimo pectori instillari quiddam, quò planè & commotus sum & exhilaratus. Veniebat in mentem Tragici illud:

Τῶν γὰρ ἐμῶν φίλων

Δὴ τὰς κατ' οἶκον ὄντας ἐκπορεύει τὴν χεῖρα.

*In Plinio
conjectura.*

Ego à longâ peregrinatione vix composui animum. Tangō libros, sed, ut ille ait, vellatim & saltuatim. Itaque in Plinii l. XIV. cap. XIV. vide quid herè notaverim. Ait:

Quibus vinis auctoritas fuerit suâ in mensâ M. Varro his verbis tradit: L. Lucullus puer apud patrem numquam lautum convivium vidit in quo plus semel Græcum vinum daretur, &c.

Verba ipsa Varronis si inspicis, hærcbis. Nihil enim de mensâ suâ Varro nec id agitur. Sed de ætatis suæ dilectu in vino scribit. Inclino ut legam, suâ in memoriâ. Causa vitii fuit in epitome scribendi, in *manu*. Hoc illi fungi in mensâ interpretati sunt. Similis error in Taciti *Annal.* XVI. *Et quantum nunc sævitia accusationis, tantum iræ P. Egnatius concivit.* Cùm in archetypo fuisset, *quantum minæ*, id valebat *misericiordiæ*. Vale, mi ocelle, mi Victor: & Lernutio deliciis utriusque nostrum, à me salutem.

E P I S T. XI.

J. LIPSIUS FRANCISCO ROALDO J.C.

ITA vivam & valeam, Roalde, ut una Scaligeri laudatio (nam omitto famam aliorum) sic me tibi adjunxit, ut te doctrinæ causâ in paucis Gallis & amem, & admirer. Animum meum testari volo has breves, sed de litteris, litteras.

teras. Quæro à te rectè emendaverim legem illam Numæ, quæ in Festo sic legitur?

*Lex Numæ
refutatur.*

Sei hominem fulminibus occisit, eam supra genua nei tollito.

Scaliger tuus voluit, *Fulmen Jovis*. Vix credo, quamquam telum Jovis fulmen, & in tutelâ ejus censeatur, vix inquam credo Numam eo ambitu locutum. Legerim, *Fulminis occisit*. Antiquè. Sic enim nominandi casu dicebant, pro Fulmen: ut Vulturis, pro vultur Ennius, Prisciano & Carisio testibus, *Vulturis in silvis miserum mandebat hominem*. Et Oscanis pro Oscan Cicero: Auctor idem Carisius, lib. 1. ex Plinio. Vale.

EPIST. XII.

J. LIPSIUS LÆVINO TORRENTIO, V.C.

MAGNA nobis, vir clarissime, & opinio & expectatio est de Commentariis ad Suetonium tuis. Mihi præter ceteros: quia nunc cum maximè Commentarium Cornelianum habebam in manibus. Cui scriptori scis cum Suetonio pleramque historiam esse communem. Nec dubitabam quin laborem meum multis partibus minueret labor tuus. Nescio quid tale etiam de Livio meditor. In quo pauculas Notas has facio judicii tui.

*Nota quæ
tertia ad
Livium.*

Lib. XXI. non longè ab initio:

Medius Asdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore ætatis, ut ferunt, primè Amilcar conciliatus: gener inde ob aliam indolem profectus animi adscitus.

Meus liber, profectò animadscitus. Sigonii, animi profecto Lego, provecto annis adscitus. hoc sensu, Amilcar provectus jam ætate Asdrubalem generum adscivit. Vulgata quidem illa dura, medius fidius, compositio est.

Infra, post concionem Annibalis ad milites:

His adhortationibus cum utrumque accensi ad certamen militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causâ castrum superimponunt.

A veteri abest vox causâ. Numium benè. Idque genus sermonis à me in Taciti notatum.

Post, de Sempronio cosl.

Tum collegæ cunctante, equitatum suum, mille peditum jaculatoribus ferme admittis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittis. Illos sparsos & incompósitos onerososque prædâ plerosque cum invasissent.

Gg 2

In

In mss. *incompositos ad hoc caravis prædâ* Livii germana lectio erit, *incompositos, ad hoc graves prædâ*. Nam antiqui Librarii C. pro G.

Infra, de rebus in Hispaniâ gestis :

- IV. *Et Scipio raptim ad famam novorum hostium agmine adto, eam in paucos præfectos paululum animadvertisset: præsidio Tarracone modico relicto, Emporias cum classe rediit.*

Quid est hoc, *paululum animadvertisset*? Non sic Latini. dixisset potius leviter, modicè, clementer. Quid, quòd & historia repugnat? Nam Polybius eandem rem tangens libro III. auctores fugæ & acceptæ cladis more patrio ait punitos, τὸς αἰτίες τῶν συμβεβηκότων, inquit, καὶ τὸς παρ' αὐτοῖς ἐδοκίμους κολάσας. Nec ignotus in talibus delictis militiæ mos. Planissime igitur scribend. *palàm animadvertisset*.

E P I S T XIII.

J. LIPSIUS CAROLO LANGIO.

SOLINUM Divæi nostri ad te mitto, vetus sanè & bonæ fidei exemplar. De hortis tuis curam non deposui. Videbo siquid his locis eruetur. Tu vicissim mitte quæso Trochaicum illud Carmen ad me. Ita hortis tuis ætatem benè sit, mi Langi : & ita superes Aleinorum & Adonim istis divitiis. Quòd Senecam adornas : gaudeo. In eo vide has notas.

Seneca.
quatuor
loci emen-
datus.

De Irâ lib. III. cap. XXII.

- I. *Audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicentes & audientem paulum inierisset. Quem ille leviter commovit. Et longius discedite, inquit, ne vos rex audiat.*

Emendo, & audientem aulam intèresset, quòd ille. Antigonus in tabernaculo erat : milites in excubiis, velo discreti. Scriptum negligenter, *aulum* : inde alius *paulum*. Polybius, nisi fallor, de hac ipsâ re, apud Suidam : Ἀντίγονος πάντε ἀφ' ἑ αὐλαίας ὁ βασιλεὺς, ἐγέλα.

Lib. I. de Clementia, cap. III.

- II. *Nunc in tres partes omnem hanc materiam dividam. Prima erit manumissionis : secunda quæ naturam habuumque clementiæ demonstret : tertia, &c.*

Ridiculâ lectio, & nusquam gentium hîc Seneca de manumissione. Scripserat, cum universum opus partiretur, *Prima erit manumissionis*. Manuductio, χειρουργία, ἐπαγωγή, & sic Cicero eam vocem usus. At boni viri Manumissio-

nis

nis maluerunt. Qui ejusmodi emblemata plura Senecæ addiderunt.

De Tranquillitate vitæ lib. II. cap. XIV.

Ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod hosti irio liberè respondit. & virgani ejus fregit, quod ad dominum accessit & petiit thronum. III.

Aliàs, *petiit thronum. Scribo, lorum.* Nam servis puniendis lora poscebantur. Plenæ comœdiæ.

Plautus Captiveis:

Plautus explicatus.

---- Colaphe, Cordalio, Corax

Ite istuc atque efferte lora. LOR. Num lignatum mittimur?

Et ut eum locum explicem, senex castigando Tyndaro lora clamat. Illi autem joco, quasi ambigentes, ad lignationem referunt. Nam & lignatum ituri ferebant securim & lora.

Cato II. Orig.

Quin aquatum, ut lignatum, jubentur ire: securim atque lorum ferunt. Gelum crassum excidunt: eum loro colligatum aufertunt. Cato emendatus.

Sic emendo elegantem hunc locum apud Nonium, *Gelu.* Loquebatur Cato de regionis cujuspiam immani frigore: ubi qui aquatum irent, proinde adornarentur ut qui lignarum apud Romanos.

De Irâ III. cap. XVIII.

Deinde adeo impatiens fuit differendæ voluptatis, quam ingens crudelitas sine dilatione poscebat, ut in xysto maternorum hortorum qui porticum à ripâ separat. IV.

Puto leg. *porticum Euripo separat.* Nam Euripi & Nili in ædificiis divitum istorum crebri. Tu videbis doctissimè Langi.

EPIST XIV.

J. LIPSII JANO LERNUTIO.

APAGE, mi Lernuti. Ego verò non amo istam verecundiam quæ te abstinuit à scribendo. Tot menses tu ex Italiâ redieris, & verbum nullum ad Lipsium? Hoc verum fuit? Per Gifelinum me potiùs res tuas quàm per te cognoscere? Mihi crede. Paraveram me ad acriter inclamandum, cum vidi adjunctos epistolæ versus tuos. Versus tam lepidè, tam suaviter factos, ut putarem canere Sirenum concordiam. Itaque illi mihi Minerva fuerunt, & posui iram. De illo Aretalogo quod scribis: non mo-

veor. Scis quosdam ex Æneæ gente esse, qui nostratum laudi non faveant. Vidi in his locis magnæ famæ virum, qui Turnebum omni sermone premeret, meipsum à scriptis ejus absterret. Et tu meam vicem dolebis? Desine, & ejusmodi sermones habeamus pro merendâ Cyprii bovis. Plauti hunc locum considera.

*Plauti ver-
sus emen-
datur.*

Pseudolo, Scenâ, Pseudole non audis:

----- Ps. non licet

Cello qui te? BA. *at mihi non lubet.* CA. *sin tuam c&st quippiam in rem?* BA. *licet.*

Ne obsecro vivere, an non licet? Ps. *uh, manta.* BA. *omite.*

Bitere.

Vivendi verbum hic nego convenire. Lego potius, *Licetne obsecro bitere.* Adolescens & servus lenonem morabantur. Indignatus ille, & hem, inquit, liberumne mihi est ire quod institui, an non? Phrasis à more vulgi. Bitere autem & Betere scis antiquos dixisse: ut & Imbitere pro inire, Epidico Plauti: Conbito pro Commeo vr. Varro- nis De lingua Latina. Unde etiam Festo Bitientes sunt, multam peregrinantes. Fons erroris tralatitius, V pro B. & in hoc quidem paullo remotiore verbo in libris ferè perpetuus. Vale mi Lernuti, meum delictum.

EPIST XV.

J. LIPSIUS PETRO PYTHŒO.

*Conatus
corrighendi
Spartiani.*

MENTIUNTUR, Pythœe, qui negant amorem in igno- tis esse. De me sentio. Ignotum, invisum te amo: & amavi janitum, ex quo scripta tua legi, notas elegantissimi ingenii & exquisitæ doctrinæ. Et utinam propius ab- esset Sequana tuus! salutarem profecto inter nos, nec tu ex scriptis meis, sed ex fronte & vultu videres amorem. Quod quia non licet, hoc certè quod licet, amorem ortum à litteris foveamus litteris. Initium à me sit. De Spartia- ni hoc loco, quæro quid sentias.

In Hadriano.

1. *Corrupisse cum Trajani liberos, curasse delicatos, eosdem- que sepe, esse, per ea tempora quibus in aulâ familiarior fuit, opinio multa sumavit.*

Quid vero homines sepulti profuerint ad gratiam? Nam quod tu alibi *deligatos* probare videris, id est, vincios: ignosce, non probe. Nec hoc quidquam ad emendum adoptionis favorem. Legendum puto, *curasse delicatos, eosdemque sepe pilasse, vel depilasse.* Delicatos vocat pueros

pueros à lectò & cyathis, quorum amorì ajunt. Trajanum fuisse obnoxium: ideoque facètè Julianus in Saturnal. facit Ganymedem in cælo, à Trajano tentari. Eos notum est pilos solitos evellere, ut essent corpore levi. Hoc nunc vilissimum munus functus Hadrianus. Ita Eligabalum notat Lampridius: *In balneis cum mulieribus fuisse, ita ut ipse eas p̄silotro curaret.* Et Suetonius de Domitiano cap. xxii *Erat fama, inquit, quasi concubinas ipse divelleret, nateretque inter vulgatissimas meretrices.* At pilare pro depilare etiam Festus agnoscit.

Quid item de isto Capitolini in Antoino philosopho.

Sed multum ex iis Frontoni detulit, cui & Statuam in senatu petiit. Proculum verò usque ad proconsulatum provexit. Honoribus in se receptis philosophiæ operam dedit.

Emendo provexit oneribus in se receptis. Philosophiæ d. o. Imperatores cum viro bono & pauperi honores mandabant, plurimum, onera & impensas in se recipiebant: & ex ærario suo aut publico largiebantur ad ludos, & ceteram pompam. Id dicebant, sine impendio creari. Mamerтини Panegyrico ad Julianum. *Refertur nuncius consulem me creatum sine impendio, quod jamdiu paucis: sine labore, quod nonnumquam.* Quanquam hic locus in aliam sententiam valere possit. Sed Vopiscus clarè, in Epistola Valeriani ad Aurelium: *Sperare te cum eodem Ulpio Crinito consulatum convenit sumptu publico.* Spartianus in Hadriano: *Ac statim Pannonis imposuit, decreto consulatu cum sumptibus.* Et de Imperatore ipso onus in se recipiente, Dio in Alexandro: *Me, inquit, Consulem designavit, & sumptus quos postulat ea dignitas se facturum recepit.*

EPIST XVI.

J. LIPSIUS ANGERIO BUSBEQUIO, VIRO NOBILI, EXLEGATO BYZANTINO.

ADSENTIOR tibi, vir nobilissime, illam semilunam Turcarum (quod genti solemne militiæ signum, quasi Romanis Aquila, est) originem à Byzantinis habuisse. Vidi apud te primum, & postea complures alios nummos æreos, in quorum parte Luna media esset, cum inscriptione BYZANTION. Itaque ut Atheniensium Noctua, aliarum gentium aliud insigne fuit: sic Byzantium

*Cur Luna
in Labaris
Turcarum.*

Luna quam magnus ille rex in signa sua transtulit, signum victæ gentis, pænes quam Orientis imperium esset, Livii duos locos vicissim facio iudicii tui.

Lib. XXVIII. post Castulonem urbem deditam.

Livius cor-
rigitur.
1.

Mitior ea victoria fuit. Nec tantumdem noxæ admissum erat, & aliquantum iræ lenierat voluntaria deditio. Martius inde in Barbaros squi nondum perdomitierant, sub iuditionemque redigendos, missus. Scipio Carthaginem ad vota solvenda Dis rediit.

Livius meus clamat interpolatum sceddè hunc locum esse. Ille sic: *voluntaria deditio. Inde in B. f. n. p. erant, si d. redigendos legatis missis Scipio Carthag. &c.* Pura puta Livii & scriptura & historia. Qui Martii nomen intruserunt, legatorum ejecerunt: putarunt unicum Martium missum, quia unius illius res gestæ postea narrantur. Boni viri non audiunt scilicet Livium ipsum stantem à lectione scriptæ, aliquam multis infra lineis: *Res, inquit, interim nihilominus ab legatis gerebantur. Martius superato Bati amne, &c.* At à quibus legatis, si missus solus Martius? Sed aliorum non meminit Livius. Quid mirum? Si levia gesserunt, nec scriptione magno opere digna?

Eodem libro, de seditione militum ad
SUCRONEM:

II.

Cum alios subinde recentes nuncios non mortis modò sed etiam funeris expectarent, neque superveniret quisquam, evanesceretque rumor temerè ortus: tum primi auctores requiri coepti. Et subirascentes quoque ut credidisse potius temerè, quam finxisse rem talem videri possent.

Conjectura
in Livio.

Rhenani Spirense exemplar habuit, & subtrahentes quoque meum, & subtrahentes quoque. Ille primus reposuit, & subirascentes. Addidit gloriæ causâ, à nemine hætenus locum istum intellectum. Verissimè. Sicut tamen ut à se computet. Quis enim non videt nihilo secius herere sententiam? Nec esse quò illud *subirascentes* applicetur? *Η δ' εἰ σιωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα.* Ait ille, Emendo, & subornant eos quoque. vel, & subdiderant. Facili sententiâ, & audebo dicere, Livii germanâ, nisi quid tu aliter, vir nobilissime, censebis.

EPIST.

E P I S T. XVII.

I. LIPSIIUS CHRISTOPHORO PLANTINO.

QUID ais? Jo. Goropius Becanus vixit? Dolui meher-
lè & litterarum causâ, & magis patriæ. Quam
in hac præcipiti ruina rerum spoliari optimis quibulque
c vibus, quid aliud quàm cælestium iram arbitremur?
Nam ipsius vicem cur lugeamus? Aut quid miserius illo,
qui miserum eum dicet tot miseriis ereptum?

* Ε' ζῆλὸν μὲν ἡμᾶς οὐκ ὁρῶν ποτε πόδες

Τὸν Φωίτην δ' ὀλῶν :

illum autem verè jam, quod Græci exprimunt, bea-
tum

* Χαίροντας, δ' ἀφικνουμένους ἐν πύλαις δόμων.

Quamquam doleo etiam dolorem tuum. Qui amicum
amifisti rebus tuis & fide sepè & consilio salutarem. Co-
loniam veni ipsis Kalendis Martiis. Peregrinationes meas
causam sermonibus dedisse, nollem factum. Sed quis
ille Thales, qui hoc statu rerum neminem offendar? Valet
in his illud Comici:

Ne admittam culpam, ego meo sum promus pectori:

Suspicio est in pectore alieno sita.

Tacitum meis Scholiis illustratum vix tandem mitto ad
te. Scriptorem nescio an privatim tibi utilem, publicè
certè. Et hoc satis est apud te. Ut enim senex ille in Sy-
nephebis.

Serit arbores quæ alteri profint sæculo:

sic tu libros divulgas, quorum fructus non in sinum tuum,
sed ad remp. redundant. Vale. Colonix Ubiorum. a. d. III.
Non. Mart. œ. IO. LXXIV.

E P I S T. XVIII.

I. LIPSIIUS CLAUDIO PUTÉANO.

LUCTABAR his diebus cum Nonii vitis. Melius erat
cum hydra. Victoriæ certior spes fuisset. Cum multa
sustulisset, sexcenta tanta reliqui. In iis quæ sustuli, hæc
sunt.

In Conquiniscere:

Plautus Cistellariâ: Faciundum est puerile officium, con-
quiniscam ad cistulam. Idem: & dolosi idem conquinisce, sis,
istuc ce veto simul.

Posterioris exempli prodigiosa corruptio: at certa corre-
ctio ista, Idem Pseudolo: Si conquiniscet istis, conquiniscito

G g 5

Simul.

* At neq
decebas do-
los a sa-
pientiâ, De-
scere natâ.

* Lator, be-
nifque vo-
tu, mittore
domo.

Nonius
Marcellus
varius locis
corruptus.
Plautus.

Simul. Illud & dolo, corruptè pro *Pseudolo*. Reliqua clarent, exstatque in eapse comœdia is versus; ne diutiùs errent, qui inter fragmenta retulerunt.

In Delica.

Cacilius.

Cacilius Obolostate : *Silinguas decem Habeam, vix habeam te satis qui dudum ache Immo verò hic ante solitus sum delicat.*

Exempla bina coaluisse censeo, & lego, --- *si linguas decem Habeam, vix habeam; rem satis qui delicem.* Idem *Pausimacho* : Imò verò hic ante, *soli dum sumus*, del. a. Vox una perierat : titulus comœdiæ in versum irrepsit, & prior correctio certa : posterior arbitrii tui esto.

In Auscultare.

Idem.

Cacilius Embono : *Audire ignoti quod imperant soleo non auscultare.*

Rêstituo, *Cecil. Emporo*. Scripsit *Emporon* Græco nomine, ut *Plautus Mercatorem*.

Ibidem:

Pomponius.

Pomponius Asta : *Atque auscultare discere si nescis loqui.*

Lego, *Pompon. Asta, atque ausc.* Novum non est, ut fabulæ nomen *Nonius* omittat. Idem vereor ne evenerit in *Plauti Scematio*.

In Limare.

*Plantina
comœdia
falsus ti-
tulus.*

Plautus Scematio : *Nam pater tuus numquam cum illâ etiam limabit caput.*

& aulim legere, *Plautus schematicus* : *Nam p. t. n. c. i. e. limavi caput.* Illud, *ἡμετέριος*, dico à *Nonio* additum, qui monere nos voluit figuratè à *Plautò* dictum *Limare* caput, pro *σωδιστὴς*. Certe *Scematicum* *Plauti* nemo homo præter *Nonium* hîc appellat.

In Gallulare.

Nonius.

Gallulare, pubescere. *Nonius Exod.* *Puerum mulieri præstare nemo scit quantum melior sit cuius vox gallulascit, cuius jam ramus roborascit.*

Hoc totum, *Puerum mulieri præstare*, separandum à poëtæ *Novii* verbis est, additum quasi scholium à *Marcello*. Initium igitur versus, *Nemo scit.* Et appellat *Rapum*, id quo viri sumus.

Similis menda in Carere.

Turpilus.

Carere etiam rembanam dici potest. *Turpil.*

Demetrio : *Dolentis persona eos parentes careo.*

Illud, *dolentis persona*, interpretamentum *Nonii* est.

In Concelebrare.

*Ipse No-
nius.*

Concelebrare, diu amare; dictum à celebritate. *Lucil. lib. xxx.*

Multis inductis sermonibus concelebrant.

Lego.

Lego, *Concelebrare, difamare*. Et Lucilii versum, *Multis endo locis*. Nonii interpretatio an vera sit, videro: ita certe scripsit. Nisi placet, *Concelebrare divulgare*.

In Torviter.

Pomponius Auctorato; Occidit taurum torviter me amores amavit. Pomponius.

Scrib. *torviter, me amore sauciavit*. Narratio mulierculæ quæ auctoratum ad bestias amare cœpit, cum vidisset strenue ab eo taurum occidi. Liqueat ex titulo Comœdiæ.

In Contrahi.

Contrahi dictum est honestè quadam tristitiâ liberari, & sollicitudine aut mœrore. Ipse Nonius.

Inopta lectio, quasi dicas, dolere est gaudere. Scribo. *quadam tristitiâ vibrari*. Docent Nonii exempla.

EPIST. XIX.

J. LIPSIUS PETRO DANIELI.

VT apud Pœnos Suffetes sui, apud Gallos Vergobreti fuerunt: sic apud Campanos summi magistratus nomen *Mediastuticus* in Livio ter quater legimus. Corrupte. Nec dubitandum ultra censeo, quin ubique *Medixtutichus* scribendum. Primum, ex fide libri mei veteris, qui in hoc Livii loco. In Livio Mediastutichus.

Libro XXIV.

Præerat Statius Metius missus ab Cn. Magio Atellano, qui eo anno Mediastuticus erat.

sine litura præfert *Medixtutichus*. Deinde auctoritate Ennii apud Festum:

Summus ibi capitur Medix, occiditur alter.

interpretatur Festus, apud Oscos nomen magistratus. Vellem & hoc addidisset, truncatum eam vocem ab Ennio, ut solet, cum integrum esset nomen *Medixtutichus*. Quod ait apud Oscos, non te movebit, cum scias Oscorum gentem in Campaniæ parte fuisse. Et quamvis gens ipsa perierit, ut Strabo ait, linguam tamen mansisse. De Ennio, sane nihil illi tam familiare quam dimidiatas voces usurpare pro totis.

Ennius mos in truncandis verbis.

Hinc illa Aufonii:

Ennius ut memorat, replet te latificum gaus. valet, gaudium. &:

Unde Rudinus ait, divum domus altisonum cæl.

valet, cælum. Putem ita emendandum illud Ennii apud Nonium:

Idem emendatus apud Nonium.

Rastras

Raſtros deinde Fabric. carpsit cauſâ poliendi Agri.
 Fabric. pro Fabricius. Quamquam viri docti, deniſ. ibros
 maluerunt. Sic in Saliari carnine : Pa. pro parte, Po pro
 populo poſitum, Feſtus adnotavit. A Græcis hoc imitatum
 docent cùm alia, tum Strabonis locus lib. viii. Παρε-
 δεικναι δὲ χρῶν τὰ ῥῶρ ποιητῆς, τὸ Κελ, καὶ Δῶ, καὶ Μάψ. Καὶ
 ἔπ, Ἰππας δὲ Ἀντομέδων τὸ καὶ Ἀλκιμῶ, αὐτὸ τὰ Ἀλκιμέδων.
 Ἡ σίοδος δὲ, ὅτι τὸ βελγὸν καὶ τὸ βελισσόν, Βελ λέγει. Σοφοκλῆς δὲ καὶ
 Ἰων τὸ ῥῆδιον, ῥῆα. Επὶ χαρμῶν δὲ, τὸ λίαν, λί. Συρακῶν δὲ, εἰς Συρα-
 κήσας. Εὐφορίαν δὲ καὶ τὴν ἡλιον, λέγει ἢ λ. Εἰς ἄμερον δὲ εἰς πη-
 δᾶ τὴν πηδάλια Ἀργεῖον φησί. Hem, quod me fugerat, re-
 ſtituenda illa vox in Livii xxiii.

Iterum
 Livius.

Jam Campani eò frequentes ex composito conuenerant :
nec procul inde in occulto Marius Alfius qui summus ma-
giſtratus erat Campanis, cum xiiii. millibus militum habebat caſtra.

In eodem
 glosſema
 indicatum.

Nam Livius mſs. *Marius Alfius* edixit uti qui summus. Ex
 duabus vocibus junctim ſcribo, *Medixtutichus*. Dubitare
 quis poſſit ne illa (qui summus magiſtratus erat Campanis)
 glosſema ſint. Sicut & lib. xxvi.

Medixtutichus [qui summus magiſtratus apud Campanos
 eſt] eo anno Seppius Leſius erat.

Sed hoc pono, non adfirmo. Vale eruditiffime Daniel.

F P I S T XX.

I. LIPSIIUS ANTONIO OISELO.

ARNOBIUS Chriſtiani nominis ſcriptorum quaſi Var-
 ro eſt. Antiquæ & reconditæ, doctrinæ, qua in re-
 bus, quæ in verbis. Ab ejus adytis nihil eſt quod vulgum
 arceamus : emanabit ſua ſponte. In eo his diebus pauca
 iſta adnotabam.

Emendatur
 Arnobius.

Libro I.

- I. *Qui Faunos qui Statuas, civitatumque Genios, qui Pauſos*
reuerentur atque Bellonas.

Emendabam, *qui Faunos, qui Fatuus*. Fatuam Deam novi-
 mus, Fauni uxorem. Et cum ſtatuis hîc nullum litigium,
 ſed cum Deorum ridiculis nominibus.

Eodem libro :

- II. *Quinimò, ut verius proloquar, haruſpices has fabulas, con-*
jectores, ariſti, & nunquam non vani concinna vere fana-
tici. Qui ne ſuæ artes intereant, ac ne ſtipēs exiguus con-
ſultoribus excutiant jam raris: ſi quando nos velle rem ve-
nire in invidiam compererunt, indignantur declamitantque.
In templis jam raris ſumma eſt. Facient cærimonie.

Hæret

Hæret sententia. Concinnabam sic, *si quando nos bellorum venire in i.* Causa erroris in alternatione v. b. At Christianicum novæ religionis nomine malè audirent: in eos sacrificuli bellorum & publicæ calamitatis invidiam conflabant.

Libro VI.

Inter Deos videmus leones tornissimâ facie, mero oblita minio, & nomine fugi serid nuncupari.

III.

Quod verò illud nomen frugi quo Leones nominarent? Scribo & nomine truci. Trux nomen, ipse Leo. Leones autem in Dis cultos fuisse, aut certè eorum faciem, docet etiam Minutius. *Item boum capita & vervecum immolatis & colitis: de capro etiam & homine mixtos Deos: & leonum & canum vultu Deos dedicatis.* Et egregiè Porphyrius, *Περὶ τῶν ἐν ψυχῇ ἀνθρώπων, Διὸς, inquit, εἰς τὴν θεοποίησιν παραλαβὸν πᾶν ζῶον, καὶ ὁμοίως τὰς ἀέμιξαν θηρία καὶ ἀνθρώπους, καὶ πάλιν ὁρνεῶν ζώματα καὶ ἀνθρώπων. εἰκάζεται γὰρ τις τὰς αὐτοῖς μέχρ' ἀσχηλὰ ἀνθρωποειδής. Τὸ δὲ πρῶτον ὁρνεῖται ἢ λέοντες, ἢ ἄλλας πρὸς ζῶα κεκτημένους. καὶ πάλιν αὐ κεφαλὴ ἀνθρώπων, καὶ ἄλλα πνῶν ζῶων μέρη.* Imò ipsos leones habitos Ægyptiis inter Deos, diserte apud Ælium reperies libro XII. cap. VII. Peto iudices, doctissime Oiseli.

EPIST. XXI.

I. LIPSIUS JOSEPHO SCALIGERO JULI F.

EGO ita sentio. Livium, si quem alium scriptorem variè interpolatum, & oblitum esse glossis. Multitudo correctorum hoc fecit, jam inde à Petrarchâ: qui primus, ut opinor, avorum ævo sudavit in hac palæstrâ. Sed in iis odorandis & dijudicandis opus est accurato iudicio, mi Scaliger: hoc est, tuo. Vide an rectè indagaverim istud.

Lib. XXII. de Minutii & militum seditione
ob Fabii moram:

Ut verò ad Vulturum flumen castra sunt posita, exurebaturque amoenissimus Italie ager, villeque passim incendiis fumabant, per iuga massici montis Fabio ducente, propè de integro est orta seditio: ac duces seditionis accensi quidam. fuerat enim silentium per paucos dies. Quia cum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam credebant.

Insigne è Livio glossis sublatum, in dicio libri.

Non quilibet, sed tu Scaliger vides illa, *ac duces seditionis accensi quidam*, esse quisquilias. Quid enim ait? An duces seditionis inflammatos esse? Non agnosco Latinum sermonem.

nem. An genus militum, quod accensos vocabant, duces seditionis hoc quidem etiam nugacius. Omnino explicare me non poteram, absque codice scripto fuisset. Qui habet, *Propè de integro seditio ac (de seditione) accensa quidam fuerant enim per paucos dies.* En fontem. illud, *de seditione*, nota marginalis fuit: inverecundè irrepererat, & stultiùs emendata est, *duces seditionis*. Primum hoc tolle: remove & illa quæ liber omittit, *est orta*, ut rem factam habeas, illud *quidam*, corrige *quæ ieti*, (nam abest à veteri vox, *silentium*) & lege, *propè de integro seditio accensa. Quæ ieti fuerant enim per paucos dies.* Puto germanam Livii lectionem habebis. Hoc si probò tibi, de aliis sanè manum non verterim.

E P I S T. XXII.

I. LIPSIUS PETRO PYTHŒO.

PANEGYRICOS illos Principum inferiorum B. Rhenanus dedit. Sed, Dî boni, quam non emendatos! Culpa exemplaris fortasse, sed & culpa aliqua ipsius: qui neglexerit Cuspiniani Viennensem editionem inspicere. In qua quid dicam pleraque emendatiora esse? Imò verba, lineas, paginas totas, ab isto omittas. Sunt tamen & in illo exemplari suæ culpæ: quarum partim è Panegyrico Constantino Constantii F. dicto, sic conabar tollere.

E Panegyricis mendata sublata complures.

Pag. 159.

- i. *Ancipiti periculo clausos obfessosque pejora experiri armis coëgisti, adeo quæ omnis eruptio tentaverat, cecidisti, ut ipse etiam dux cum parte copiarum, &c.*

Lego, adeoque omnes qui eruptionem tentaverant cecidisti. At paullum supra in iis verbis, *telisque missilibus*: duæ fere pagine absunt historiam omnem obsidionis continentes. Quæ tamen sunt in Viennensi editione, Anni D. XIII. Illic petantur.

Pag. 159.

- ii. *Spēctans ex edito monte Xerxes navale certamen, Augustus aliquid agens vicit apud Actium. Fuit etiam qui sublatus in scalas invicem nexas, concurrentes eminus vidit acies.*

Scrib. *Augustus aliud agens.* Id manifeste ex sententia tota liquebit. Non usquequaque verò tamen hoc dicit. Nam Augustus etsi aliàs timidus, tamen Actiaco proelio dextro cornu ipse præfuit.

Pag.

Pag. 163.

At enim tu idipsum de ardore totius exercitus sentiens non sine ullâ hæsitandi morâ, quâ brevissimum per Eos iter est, raptò agmine advolasti.

Delenda negatio, leg. que, *sentiens, sine* : & poss. *per Eos*. Illud *Eos*, gentis aliquod nomen aut regionis fuisse liquet. Quod quaerendum.

Pag. 164.

Hæc est fiducia Imperatoris invicti, & suorum mentibus fleti, non dubitare nec trahere bellum, sed proximum quodque pignus tempus putare victoriam. Non enim res erat tibi utique maximo cum Hannibale victore, ut post res asperas locum tempusque captares, sed urgeret te successus tuos, &c.

Primum lego, *non ductare. ut ductare bellum*, Sallustius. Deinde, *res erat tibi, uti Q. Maximo*, elegans & certa emendatio. Non cunctandum tibi, inquit, ut olim Q. Fabio Maximo contra Annibalem.

Ibidem :

Itaque jam id timebatur ne ille conterritus his rebus, graviter afflictus, & in arctum reductus boni consuleret, & debitas recip. poenas obsidione differret.

Scribo, ille conterritus, suis rebus g. afflictus & in a. reductis morâ consuleret.

Pag. 166.

Reperto igitur & trucidato corpore universus in gaudia & vindictam pop. Ro. exarsit, nec de sicca totâ urbe quâ suffixum hastâ ferebatur caput id piaculare foellari.

Quomodo trucidatur Maxentius jam mortuus & fluvio mergus? Recte Divæus historiarum istarum diligens, *truncato corpore*. Abscissum enim caput fuit. Statim emendo, *nec desit à totâ*.

Pag. 167.

Felices quæ ite propius afficerent, longius positi nominabant : quos præterieras, loci quem occupaverant poenitebat : vicissim omnes inde dicto accedere, insequi, certare innumerabilis multitudo, & impulsu vario fluctuare.

Non negabis verum esse, *vixissent homines in relicto accedere*. Sic enim fieri solet in ejusmodi spectaculis, alii sua loca deferunt, alii occupant.

Ibidem :

Et tantum sibi hominum animi post illam sexennii cladem superesse memorabant.

Omni.

Omnino leg. tantum ibi hominum, a. p. i. f. c. superesse mirabantur. Vix putabatur, ait, tanta multitudo superesse lævitæ Maxentii.

In Mamertini Genethliaco, pag. 328.

At enim quantum hoc est letabilius ac melius, quod de prosperitate sæculi vestri certatim omnium hominum circumfertur barbaria? Darnia sed invicem dimicaturi vicerunt barbari. Sed consanguineos suos tam innumeros vobis tam novos ex omni hostium genere successus fortuna suppeditat.

ix.

Mera monstra. Divæus ex vestigiis Viennensis libri, optime restituit, omnium hominum ore circumfertur. Barbari ad arma concurrunt: sed invicem* dimicaturi. Vicerunt Barbari: sed consanguineos suos. Tam innumeros vobis t. n.

* Ludis
scilicet
gladiato-
rum.



INDEX

INDEX EPISTOLARVM

LIBRI SECUNDI.

- Epist.* I. MARCO ET GUIDONI LAURINIS.
 II. LUDOVICO CARRIONI.
 III. JACOBO SUSIO.
 IV. NICOLAO BRYARDO.
 V. FULVIO URSINO.
 VI. VICTORI GISELINO.
 VII. PETRO FABRO J. C.
 VIII. ADOLPHO MEKERCHO.
 IX. THEODORO PULMANNO.
 X. VICTORI GISELINO.
 XI. CAROLO SIGONIO.
 XII. FRANCISCO NANSIO.
 XIII. GULIELMO PANTINO.
 XIV. CASPARI SCHETO.
 XV. JOANNI BEROTIO.
 XVI. VICTORI GISELINO.
 XVII. BARNABÆ BRISSONIO.
 XVIII. ANDREÆ SCOTTO.
 XIX. GERARDO FALKENBURGIO.
 XX. JACOBO CRUQUIO.
 XXI. HUBERTO GOLTIO.
 XXII. NICOLAO BRYARDO.
 XXIII. TURCONIO ET MALDECHEMIO.
 XXIV. LUDOVICO CARRIONI.
 XXV. VICTORI GISELINO.
 XXVI. JOANNI LEUNCLAWIO.

Hb

JUSTI

JUSTI LIPSI EPISTOLICARUM QUÆSTIONUM

LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA I.

J. LIPSIUS MARCO ET GUIDONI LAURINIS
NOBILISS. FRATRIBUS.

FATERI debemus. Bruggæ vestræ Belgii nostri si-
dus sunt, pariter ut olim Græciæ oculus, Athenæ.
Nusquam à multis annis ingeniorum felicior pro-
ventus nusquam doctrinæ uberior seges. In quâ
cruditorum luce vos, Laurini fratres, sic eminetis :

Ut pura nocturno renidet

Luna mari Gnidiusve Gyges.

*Livii locus
de pugna
Cannensi
comendatur,
& illustra-
tur.*

Ea re ausus sum mittere ad vos Notas aliquot super Livii
pugna Cannensi non docendi causa, non : sed explorandi
judicii vestri.

Pugna Cannensis libro XXII.

*Servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Servili-
lio atque Atilio Coss. inter pabulatores accepti à Numidæ
fuerant.*

Leg. excepti. & ita mss. liber.

*Sed per eundem Lucanum Scatilius omnibus ultra castra
transque montes exploratis, cum relatum esset visum procul
hostium agmen, tum die insequenti ejus insequendi consilia
agitari coepit.*

Mira narratio. Festinabant sequi Annibalem : & ecce
cùm omnia tuta renuntiarentur, non dicam rem, sed con-
siliu sequendi in diem alterum rejiciunt. Vetus præfert,
tum die sequenti eo consilia agitare. Inculcat illis vocibus,
omissis. Facilis restitutio, tum de insequendo eo consilia a. c.
Statim :

*Annibal spem nactus loci ad equestrem pugnam, quâ
parte virium invictus erat, facit copiam pugnandi*
Con-

Consulibus dirigit aciem, laceratque Numidarum procur-
satione hostem.

Vetus, facturos copiam pugnandi Consules. optimè, sic tamen
ut antè emendes. *Hem nactus loco ad.* Et planè hoc Livi-
us dicere voluit.

Ante ceteros armati (is gentium harum habitus tum ma-
gnitudine corporum tum specie terribilis erat) Galli super
umbilicum erant nudi: Hispani linteis, prætextis purpurâ,
tunicis, candore nitro fulgentibus constituerunt.

Forè interpolatus locus. *Leetio vetus, aſi ſelus aſi tne*
gentium harum tum magnitudine. Puto leg. *Ante alia orn-
tus gentium harum, tum m. c. tum f. terribilis erat.* Galli, &c.
Quidquid præter hæc est, Livii non est. Expressa omnia
pænè ad verbum è Polybio: *Καὶ τῶν Κερτρῶν γυνῶν, τῶν δὲ
Ἰβηρῶν λίαν ὡς τορφύγγες, χιτῶνιστοὺς κακοσκηρῶν καὶ πατρῶς
ἐκείνων ἄρρε καὶ ἡγετὰς ἀνηλικῶ σιωπῶσαι γυνῶν τῶν ὡς τορφύγγες.*
Itaque dubito, quia in Polybio *ὡς τορφύγγες*: ne ex illo *ajatū*,
faciendum *affectus*. Similia istis in libro suo Valla reppe-
rille videtur.

*Sol, seu de industria ita locatis, seu fortè ita stando, perop-
portunè utrique parti obliquus erat.*

Mis, seu quod fortè ita stare. scribo, starent. cetera rectè.

Frontibus enim adversis currendum erat, quia nullo cir-
cà ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum
acies claudebant, in directum utrimque nitentes stantibus
ac confertis postremò turbatis equis, vir virum amplexus de-
trabebat equo.

A veteri ablunt ista, postremò turbatis. Et certè scioli ne-
bulonis glossèma fuit. Nihil ad hanc rem turbatio equo-
rum. Nam quod ait, *stantibus*: dixit ad discrimen, quia non
ut in equestri pugna procursantibus.

Sub equestri finem certaminis coorta est peditum pugna.

Primo & viribus & animis pares constabant ordines Galli
Hispanisque. Tandem Romani diu ac sæpè consilio agita-
bant quâ fronte acieque densâ impellerent hostium cuneum
nimis tenuem eoque parum validum à ceteris prominèntem
acie. Impulsis deinde ac trepidè, &c.

Ait, diu sæpè consilio agitabant. Hem! tempus illud ferebat
scilicet ut diu consilia agerentur? Imò res potius. Quid
deinde post consilium? Ait, impulsis deinde ac trepidè refe-
rentibus pedem. Nec narrat vel verbo quomodo hæc gesta.
Quid multa! vulgata lectio, meræ nugæ. Libro meo abest
vox *agitabant*. Et pro *impellerent* scribitur *impulvere*. En
vobis veram lectionem: Tandem Romani diu ac sæpè con-
nisi, obliquâ fronte acieque densâ impulere hostium cuneum;
Palmaria hæc correctio est. Quid ad scripturam, ex iis
consilio quâ: quàm facilè, *connisi obliquâ*! & *impulvere*, mani-

festò, *impulsi*. e. At illud sequens, à *ceteris prominentem acie*, legitur in v. à *prominentem acie cetera*. Lego, à *cetera primam acie*. Totà narratio Livii intelligetur ex ratione aciei in-
 Riuclæ, quæ expressa breviter apud Plutarchum est: *Εν*
οὐ τῇ μεγάλῃ στρατηγήμασιν ἐχρήσατο. ὁ γὰρ ὡς ἰσχυρότατος ἀνὴρ ἐπὶ
μεγαλειότητι τῶν ἐνὶ τῇ μάχῃ, ἐκώτερώσε τὰς μετὰ τὴν μάχην τῶν μισοῦν ἀποτί-
σιν: πλεῖστον ἐν τῶν ἐχθρῶν, ἐμβάλας τὰς ἀπὸ τοῦ χειρὸς πολλῶν
ἄλλης φάλαγγος, & χειρὸς μὲν. Εἰρητὸ δὲ τῆς ἐκώτερώσε, ὅταν ἡ-
 στες ἀφ' ἑαυτῶν οἱ Ρωμαῖοι καὶ φερόμενοι: ὡς τὸ εἶναι, ἐκώτερος
 ὡς τὰς μετὰ καὶ ἡλπιον λαμβάνοντες, ἐπὶ τῆς ὁρῶνται τῆς φάλαγγος
 ὡς, ὡς ἐκώτερος ἐκώτερος, ἐκβαλλόντες πλεῖστον, καὶ πλεῖστον
 πλεῖστον ἐκώτερος, καὶ πλεῖστον. ὁ δὲ ὡς ἐκώτερος τὸν πλεῖστον ἀπὸ τῆς
 σκελῆς φόνον: ὡς γὰρ ἐκώτερος τὸ μισοῦν, καὶ τῆς Ρωμαῖος ἐκώτερος δὲ
 καὶ τῆς. ἡ δὲ φάλαγγος τῆς Ἀπὸ τῆς μεταβαλλόμενος τὸ ὡς τῆς, μισοῦν
 ὡς τῆς καὶ τῶν ἐκώτερος τῶν ἐκώτερος, καὶ τῆς ἐκώτερος τῶν ἐκώτερος. τῆς
 ἐκώτερος τῶν ἐκώτερος, καὶ τῶν ἐκώτερος, καὶ τῶν ἐκώτερος, &c. Eadem
 Polybius, sed diffusius. Ceterum illud Livii, *cuneum à co-*
terâ prominentem acie, vertit Plutarchus, *ἐκβαλλόμενος τὸ ὡς τῆς*
καὶ τῆς φάλαγγος. Ne quis de restitutione dubitet:

VI. *In mediam primam aciem illati postremo nullo resistente ad*
subsidia Afriorum pervenerunt: Quibusdamque relictis aliis
constitierant, mediorum Galli Hispanique steterunt aliquo-
tum prominente acie.

Vetus, *med. am primum, & med. iaque Galli. Et steterant*

IX. *Afri circa jam cornua vim fecerant, irruentibusque incaute*
in medium Romanis circumdedere alas.

Iterum interpolata lectio. Scripsit Livius, *Afri circa jam*
cornua fecerant. Et ita vetus. At illi boni correctores dum
 putant, *Circa* ad *cornua* referendum, & *vim* vocem intrā-
 dunt: sententiæ profectò *vim* fecerunt. Dixit *Circa*, ut

X. *antè nullo circa ad evagandum loco.*

Omīssis Gallis Hispanisque quorum terga ceciderant, etiam
adversus Afros integram pugnam incunt.

XI. Absunt mss. *et etiam, & integram. relictè.*

Ne sit reus inteream, causâque consulatus accusator collega
existam.

Fortè *ne aut reus inteream, causâque consulatus.* Et si suspe-

XII. *Elum est illud consulatus:*

Hæc exigentem prius turba fugientium civium, deinde ho-
stes opprèssere Consulem ignorantes quis esset.

Antiqua omnis lectio, *Hæc exagentis.* Vulgata lectio à
 Valla est. Sigonitis. *ina vult, exequentem. Ego, sat agentes.* Et
 sequentia distinguo, *opprèssere. Consulem ignorantes quis es-*

XIII. *set obruerunt telis: Lentulum, &c.*

Lentulum in tumultum abripuit equus.

XIV. In mss. tantum, *Lentulum abripuit equus.*

Ad Cannas fugientem Consulem vix quinquaginta secuti sunt. alterius morientis propè totus exercitus fugit.

Scribo, *exercitus fuit*. Non aliud dicit, quàm, Vironem fugientem pauci comitati: A mulis morienti propè omnis exercitus commoritur. Hæc ad Livii locum hunc habui. Qui & ipse è Cannensi pugna elapsus videri poterat: ita multa vulnèra & lacer in unâ paginâ præferebat. Valere nobilissimi fratres, Belgarum magnum decus.

EPIST. II.

J. LIPSIVS LUDOVICO CARRIONI.

VIDE quid adfirmes, mi Carrio. Ut commentarii Cæsaris non sint Cæsaris? *Quæ ætate oras in eo in eme; Mille* opinionem, inquis, & rem ipsam puta. Parebo. Primum ais in libris scriptis *improbat* vidisse sic conceptam, *Commentarii Julii Cæsi*. Idque præter alios conspici in libro collegii Atrebatensis, Lovanii. Et sanè idem Divæus noster adfirmabat. Adducis & scriptores superioris ævi: Vincentium in Speculo, qui pontem illum Rhenanum describens à Cæsare libro IV. celebratum, Julium Celsum laudat, non Cæsarem. Joannem Episcopum Salisbergensem, qui libro suo De nugis curi alium ante annos plusminus C. D. scripto, item nominat Julium Celsum. Vidi & ipse nescio quam Margaritam Poeticam (ut jurevem te) in qua multa ex hisdem Commentariis fragmenta citantur, sed semper nomine Julii Cæsi. Iubes postremo stilum ipsum considerare me. Et ais in istis Commentariis multa soluta, inania, superflua reperiri, à Cæsare illo terso & Attico stilo, quem Cicero inimensum laudavit, diversa. Hæc fere tuâ sunt. Et fatebor, movisti me, sed non demovisti. Quin * Iulius aliquis Celsus manus attulerit Cæsari, quædam reciderit, addiderit, quædam interpolavit, numquam infirebor: ut Cæsarem totum immutavit sic quasi Iustinus Trogum, ignosce, ne tuâ quidem cænâ possum credere. De stilo quod ais: si verum quærimus, hi De bello Gallico discrepant aliquantulum ab illis de civili, filo orationis. Et fieri potest ut interpolati sint, ut dixi: non tamen ita ut similitudo oris prorsus evanuerit. Et quamvis gemini non sint, fratres tamen esse ex ipsa ratione scribendi agnoscas. De hac re ita censeo.

An Commentarii belli Gallici conscripsi Cæsare?

* Certe in quibusdā antiquis libris, sine Commē-
tariis legi-
tur, *Julius Celsus Constantinus legi Commentarius Cæsaris.*

E P I S T. III.

J. LIPSIUS JACOBO SUSIO
VIRO NOBILI.

ET mihi discendi cupiditas innata est, & tibi, vir nobilissime, dicendi facultas. Quem ita versatum cum curâ in omni genere scriptorum scimus, ut possis tuo jure dicere, quod ille Apello Ennius:

----- à me omnes Belgæ consilium expetunt

In luteris incerti : quos ego meâ opè ex

Incertis certos, compotesque consili

Dimitto.

Plinius trib.
bua in locis
emendatus.

Itaque peto rescribas quid de hoc Plinii loco existimes.

Lib. xvii, cap. xi.

1. *Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti ; ceteri scilicet si altitudinis pedes ternos effecerint. [Excide inquit radicem istam Papyriis Cursor Imp. ad terrorem Prænestinæ prætorem.] Distringi securius se teste, innoxium abradi partes quæ se nudaverint terrâ.*

Verba quæ lineis incluli historiam tangunt, quam Livius lib. ix. rettulit, Prænestinus prætor per timorem segnius suos ex subsidio duxerat in primam aciem : quem quoniam inambulans apertè tabernaculum vocari jussisset, victorem expedire securius jussit. Ad quam vocem exanimi stante Prænestino, Agendum licet, excide radicem banc inquit, incommodam ambulationibus. At cum hoc capite Plinii nil nisi de transferendis arboribus aut ferendis agatur, quem locum habere hinc historia potuit ? Cujus sanè nec caput nec pes compareret, Suspicio hoc totum glossema esse : unde ortum, aut quâ caussa, ignoro. Sequentia lego : *Distringi securius, sed & innoxium abradi.* Abradebant enim arbores : atque ita Seneca emendandus epistolâ lxxxvii. *parum autem arboris antequam obruat, radix :* (malè in libris, *radix :*) *ex omni enim materia quæ nudata est, ut ait, exeunt radices novæ.*

Libro xxix. cap. ii.

- [11.] *Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuerunt, et postea à nubentibus attingi jubentes. Lego, à nubentibus ea cingi jubentes. Docet Plutarchus: Η νύμφη ἐὶ ἀναστὰς πρὸς τὸ λαλᾶν, καὶ τὴν ἀρχαίαν, ἵερὰν ἐὶ τὴν δούλην αἵρεσις, καὶ τὴν ἀδελφὴν. Dixit αἵρεσις, quod Plinius cingi.*

Lib.

LIB. XVII. CAP. IV.

Ac primum omnium oraculis majore ex parte agemus. Cur enim non videantur oracula à certissimo die maximeque verum illico usu profecta? III.

Verius erit, à certissimo Deo. Usus enim ille Deus, qui oracula agricolis dicitur.

EPIST. IV.

J. LIPSIUS NICOLAO BRYARDO,

V. NOBILI.

MULTA me Bragas trahunt. Opidi, ut in Belgio pulcherrimi, videndi cupiditas, amicorum importunæ preces, imò iussa: alia quædam privata: sed ne vivam, & nullam è Musis habeam propitiam, nisi ante omnes, Bryarde, tu. Non dicam vulgata illa, quia amote, quia amari me sentio à te: communia hæc cum alijs: sed quia Plautum unice amari cognovi à te, illud delictum, & illam, ut sic dicam, pullum Romanæ Musæ. Nec tu mireris, si hoc mirer. An ego non mirer Plautum unum tibi in manibus, in sinu esse, quem ne omnes quidem qui litteras ex professo tangunt, audent tangere? Nam de nobilitate vestra, magna & rara res, si eam ad historias, ad numeros, & ejusmodi studiorum bellaria possumus allicere. Plautus in litterarum quasi penetrati est, quod non nisi initiati accedant, & qui à se spernat profanum vulgus & arceat. Itaque ardeo, mihi crede, cupiditate videndi, audiendi tui, de Plauto colloquendi. In quo elegantem locum emendasse te puto.

Persâ:

Subiiciam tibi me inferam, atque amicibor gloriose.

Plauti à
Bryardo
correctio.

To. *Sed quis hic ansatus ambulat? SA. magnifice consecrabor.*

Egister, *magnifice consecrabor* Nihil verius. In gestu illo gloriofior exprimendo etiam Consecratio adhibetur, sive Exsecratio. Idque jamnum vulgo solemus. At ille *stipite* Nonius Consecrabor pro Consecrabo adnotat. Tam aptè ad sententiam quàm Aristophanis bombalobombax. Nisi censes tamen emendandum Nonium, *Consecrabor pro consecrabo*. Quod transpositâ litterâ facile est. Vale.

Consecra-
re.

Et Noni.

EPIST. V.

J. LIPSIUS FULVIO URSINO, V. C.

VERUSNE ad me nuncius accidit, Laurentium Gambarum obisse? Non verus spero, nec Mula permittant. Si tamen est: doleo. Primum utriusque nostram causa, qui amicum: deinde Italiae vestrae, quae poëtam amisit. Et amisit eo tempore, quo opus minimè fuit. Vides enim illa regio vestra quam nunc hoc genere ornamentum non abundet. Idem in Europa aliqua est. In qua, an bello, an qua alia causa, jacent omnes litterae. Apud nos quidem magna, vel potius unica doctrina est triduanum Icium profiteri: cum Euripidæo Cyclope sentire:

Ta di d'at'a ubi non, e' non d'at'a d'at'a. **A**
Sed aut illi insigniter sapiunt cum suo iudicio: aut hoc insigniter infamius. Nobis tamen nostra sponsa. Quam vero ne jam usque, emptione, confarreatione nostram, ægre pollimus dimittere.

In Livio hæc notabam Lib. xxxiii. **A**
ab initio

I. Ab urbe oppugnanda Poenum abstinere conspecta inertia, haudquaquam prompta oppugnanti.

Scriptus codex, *Pœnum abstinere*, Eleganter. Amobius: *Forum cum patre bella consensisse civili, atque cum iure abstinuisse regali.* Ac scio ego Plautum & veteres vulgo ita locutos. Valla, seu quis alius vellem abstinisset ab hoc loco manum.

II. Quod sæpe, inquit, optasti, Campanum supplicii, si nendi nobis ex improbo ac detestabili Senatu potestas esset. Videtur librarius, vetus scribere voluisse, *inestabili*. Sed mutavit. Nota est formula, *Improbis inteltabilibusque esto.*

III. Tunc Pacuvius. Video quæ sententia de hoc sit data, ejicitur pro malo atque improbo. *bonum senatorem & iustum eligit.*

IV. Manili. *iustum substituite.*
Hinc senatores missa libertatis dignitatisque memoria plerum affari, salutare, benignè indicare, apparatus accipere epulis, ejus causam suscipere, semper parati adesse: si eundem eum in lite, iudicem dare: qui magis popularis opinioque in vulgus favori conciliando esset.
Vetus, secundum ea militem iudices dare. Omnino scribi, secundum eum, licet iudices dare, qui. Dare, licet secundum aliquem, merum Latium. Iudices igitur, inquit, causam illi plerumque addicebant, qui aptissimus ad conciliandum vulgus. De quibus arbitrari te, doctissime Fulvi, volo. Vale.

EPIST.

EPIST. VII.

J. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

Tu verò, mi Victor, tardum nomen es nolo dicere, quoniam
 lum. Ut pro me ne interpellem: quantum queri Car-
 rionem censes de obstinato silentio tuo? Noli aliorum
 hoc accipere: sed credo me hercules Angeronam matrem
 fuisse tibi, & Harpocratem patrem. His parentibus re-
 natum te Pythagoram novum. Præsertim cum hujus sa-
 pientiæ discipulos jam habeas duos, Lernutium inquam
 & Modium. Qui in quinquennali suâ *ἐχθροβία* sunt, opi-
 nor, ad litteras nostras verbum non respondent, ne Mu-
 quidem Lucilianum. Ridebis tu? At ille seriò ringitur.
 De me, facilis res est, veni modò, & quod pollaceris, purga
 coram. Sunt joca, sunt seria, quæ in sinum tuum cupio
 effundere: sinum, & amore, & fide mihi perspectum. Cum
 te Castore, Pollucem expectabo Lernutium. Mihi cre-
 de. Non illæ ipsæ stellæ tam gratæ nautis turbantæ mari
 adfulgent, quàm mihi vos.

-----πρὸς τὸν νεώτερον ἀνδρᾶ

Κρείσσον θαλλόντες ναυτίλοισι εἰσπαῖν.

Varronis locus apud Nonium Febris:

*Febris proprietatem [habet à feritate morbi vel mali, ut
 à calendo calore vel candorem.] Varro Andabatis: Ape-
 riendam putat, idque alterum appellamus à calendo calo-
 rem, alterum à fervore febrim.*

Varronis
 binæ glosse.
 mala.

glossemate inquinatus est. Nonius scripserat, *Febris pro-
 prietatem Varro andabatis, aperiendam putat: idque alte-
 rum.* Quidquid præterea est, à mala manu est, nec dictum
 à Nonio nec pictum. Minusculam febrim, Calorem pro-
 priè appellari vult. Quo exemplo Juvenalis:

-----sentire calorem

Sicæpis locuples Gallia aut Paccius orbi.

Simile in Cibarium:

*Varro Medio: In cubiculò [dormire malle[m] scilicet] potius
 vinum meum cibarium, quàm ego dominus cubarem.*

Quod inclusi, interpretamentum vacerræ cufuspiani, di-
 stortâ mente non pedibus. Reliqua Varronis clara, nec
 egent correctionis, tantùm interrogandi nota adda-
 tur.

EPIST. VII.

J. LIPSIUS PETRO FABRO, I. C.

Quem locum nuper in Pandectis emendare visus sum, ejus te judicem capio clarissime Faber: vel arbitrium potius. Quando in illiusmodi rebus non hoc directum si paret, sed illud arbitrium Quod equius melius sequendum videtur.

Pomponius l. cxxlv. De diversis
reg. juris:

In Pandectis
conjectura.

Statue adfixæ basibus structis, aut tabulae veligatae catenis, aut erga parietem adfixæ non sunt ædium: ornatus enim ædium causâ parantur, non quæ ædes perficiantur. Idem Labeo ait, Prothyrum quod in ædibus interdum fieri solet non est ædium.

Prothya.

Florentina lectio concipitur, in ædibus iterum qui fieri solent. Lego, in ædibus utrumque. Sive utrumque. Nam Latini Prothya appellarunt, quæ Græcis Diathya. Ea sunt repagula è ferro, lapide, vel quâ aliâ re utrumque depacta, arcendis à vestibulo ædium vehiculis & equis. Hoc ipsum Papinianus Velamen dixit, quæsitum. De instr. vel instrum. leg. Sicut, inquit. Prothyron domus si velamen est, instrumentum domus continetur. Alia Prothya sunt illa, de quibus Nou. c. iv. & c. i. quod accuratè, ut juris pleraque omnia, explicavit amicus tuus Jac. Cujacius, vir & laude nostrâ & sæculo major. Vale.

CAPUT VIII.

J. LIPSIUS ADOLPHO MEKERCHO.

Quod pater ille vatum de Astompro dixit, me dixisse: idem de te, clarissime Mekerche, jure usurpaverim. Qui & in rep. & in litteris sic versaris, ut in altero horum unus esse videaris. Itaque non refugi potere à te, quod ab otioso debuisses, quid de his Livii locis sentires.

Livius
emendatus.
1.

Lib. xxiii. Varro ad Campanos:

Itaque non juvetis nos in bello oportet Campani, sed cum Poenis bellum pro nobis suscipiatis.
Lectio vetus, sed panè bellum suscipiatis. Utraque recta, hæc fortasse germanior.

Inca-

In eadem oratione :

Pulchrum eris, Campani, prolapsus clade Romanum imperium, vestra fide, vestris viribus retentum ac recuperatum esse. Triginta milia peditum, quattuor equitum arbitror ex Campania vos scripsisse : jam pecunia affatim esse frumentique. Qui si parem fortuna vestra fidem haberet, &c. 11.

Ego vero ista nec Livium scripsisse puto, nec Varronem dixisse. Falsa enim. Nec Campani tunc ullum militem conscriptum habebant, nisi qui in Romanis castris fuissent: necdum ut xxx. milia. Quod quispiam ad vetusta tempora referat: nihil est. Liber mansi, leviter dissentit. Sed ex quo veritas erui possit: *arbitror ex Campania scripsisse, omittitque illud vos, & statim, affatim est.* Emendat: *arbitror ex Campania scribi posse.* Postremas voces proclive fuit confundere in unam. Et deinde, *Fam pecunie affatim est.* Omnia certe hæc ad præsentem fortunam Campanorum referenda sunt: aut Varro augas totâ cohortatione suâ egerit.

Marius concione advocata edicit ut frequentes cum conjugibus, ac liberis irent obviam Annibali. Ab adversis id non obedienter modo, sed enixe factum. 12.

Codex scriptus, *Ab universis id bene.*

Annibal urbem ingressus Senatum exemplo postulat. Precantibusque inde primoribus Campanorum, nequid eo die ferègeret, diemque ut ipse adventu suo festum lætus ac libens celebraret. 13.

Vetus, *eo die ferègeret.* Sed Eere nos dictum à Fero putamus, & capimus hic Sæve, Ferociter.

Cœperunt epulari de die, & convivium non ex more Punico, aut militari disciplina esse: sed ut in civitate atque etiam domo diu ad varias omnium voluptatum illecebras instructum. 14.

Hærent interpretes. Sigonius emendat, *domo divite.* Pace ejus liceat: alia est sententia Livii. Postremam vocem mutandum erat, *leg. que, instructa.* Nam hoc dixit: convivium fuisse, quale verisimile est in civitate atque etiam divitis hospitis domo facta & longo usu docta ad voluptates.

EPIST IX.

J. LIPSIIUS THEODORO PULMANNO.

JUVENALEM Poëtam à Scaligero patre, in Satyra præpositum Horatio, vidi qui indignaretur. At ille, me ju- *Juvenalis*
dice, *lans.*

dice, inter multa certi & elegantis iudicii, nihil verius protulit. Utinam de pœtra populari suo (Castulum in-quo) tam commodè iudicasset, & in quo quæ illa repre- hendit, nunquam, sat scio, probaret. hic filio suo Cûl- pas potius esse, quàm Laudes. Nam quòd Balthazaris Castulionæ unam elegiam præ multis Propertianæ ponit: *Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni*; ut nesciamus amico hoc datum, non vero. Sed de Iuvenali rursus iudicari Ardore, akitudine, libertate, id est suo quodam genere su- pra Horatium est; quod ipsum maxime Satyræ proprium videtur. Tangit vitia, obijrgat, inclamat: raro locos, sæ- pius acerbos, sales miscet. Quæ omnia in Horatio contra, qui placidus, lenis, quietus, nonnet sapius quàm castigat. Sed ita præclare tamen hoc ipsum: ut in ea parte & arte nihil possit super eum. Sed omilla comparatione, tu in Iuvenali hæc vide.

Satyræ VI. h. versus:

Eiusdem
locus ab
Aristophane
us.

*Si mihi est servus incurritur: abstuleris stem-
Seravorum, veniet conductus aquarius.*
videntur mihi ab Aristophane esse in *Thesmophoriazusen*. Apud
quem Mnesiochos simulata mulier; eadem de hoc sexu
taletur:

*Ταῦτ' ἐδ' ἄπο ποτ' ἱσθόγ'τ' Ε' νεκρίδης.
Οὐδ' ἂν ἴδω πῶς οὐδ' ἔλυν τε κ' ὠρεσσεύοντα
ἐπὶ δ' ἄλλ' ἔχοντα ἔτι ποτ' ἔλυντα.*
Sunt & multa alia ab hoc Comico imitata. Illud acore,

Et aliter.

Hipponam & factis olida ad præsepia pictas.
à juramenti forma mores exprimit, ut puer Aristophani-
us in Nubibus,

Varia le-
sio in duo-
bus versi-
bus.

*Ναὶ τ' ἰδούδ' ἔμνην τ' ἰκάνη.
& indignans pater, un' μοῖρα τὴν περὶ δ' αὐτὸς τ' ἐκείνη.*

Illo versu Sat. XI.

Nec galeam quassas nec terram casside pulsas.
vidi m. in quo nec tempora casside. Et scio in more milita-
ri esse, hastis scuta galeamque concutiendi in ira.

In Sat. XI.

--- omnis

Convictus, therma, stationes, omne tribunal.
Idem schidium, *Convenius, turma.* Hæc levia habui, mi
Pulmanne, in Iuvenalem. Ne plura possim, tu effecisti,
qui omnia minima maxima, cum cura adnotasti. Vale.

EST.

EPIST. X.

L. LIPSIUS VICTORI GISLENO.

O FACINUS, & scelerum infelicitate perierit utriusque nostrum fragmentum illud Agellii? Siquid enim nullus accepi. Nec tamen dii firint, ut perierit. Bene si fraus abest: & negligentia meramunt, si peccatum est; ubi ubi delituit, tenebrio ille eruetur. Quamquam molesta mora Epistolis meis. O Musa, & Di! cur ego non adsum diem unum Doulae, Lernutio, tibi? Quos unos mihi propemodum (patiamini hoc vobis in os dici) & in germanum modum duco amicos. Nam alii quidam quos nosti,

---- hoc mare atque exemplo viri sunt, quos cum censuras

esse amicos, deperiuntur falsi falsimonis:

Factios a lingua, ignava opera, sublesta fide.

ut ait poeta ille, de quo brevi videor dicturus, Noster. De Oda fac promissa compareant: Lernutii exemplum vide. Cujus uxoris ventri verminanti, jam nunc faveo. In Seneca haec considera.

Lib. 13. de Beneficiis, cap. XXIX.

Et quidem professi sapientiam queruntur, quod solidior sit curis bellis, decentior damnis, densior crisis, mollior fibris: quod sagacitate nos narivum canes vincant, quod acie luminum aequale, spiritus acutis torvi, multa animalia nandi felicitate.

Quae vero felicitas in nando? Vereor ut decturrata vox sit, legendumque, divini radi. Approbat ipse Seneca, qui statim adjungit, futuri scientia.

Lib. IV. cap. VI.

Ille Deus non est qui paucas boves, sed qui per totum orbem armenta dispersit: qui non calamo tantum canere, & aggregare atque inonditum carmen ad aliquam tantam oblectationem modulari docuit: sed tot artes, &c.

Non negabis verum esse, ad aliquantam oblectationem.

Cap. XXX.

Quid nuper Fabium Persum, cuius osculum etiam impediret viri vota boni, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi, &c.

Seneca scriptus, qui apud me. Osculum etiam impediri devotabam. Fortè etiam impediri devotabant. Notat hominem opium, & capitis sui prodigium. Simile est illud Suetonii de Q. Rhemmo: quem flagrasse ut usque ad infera iam oris dictoque non infestio notatum iustitiam, qui cum in turba osculum sibi ingerentem quamquam refugiens devotare non

Seneca
emendatio-
nes quas
suer.

11.

111.

non posset. Vis tu, inquit, magister quociens se stimantem aliquem vides abligurire?

Lib. IV. Quæst. Natural. initio:

- IV. Sic erga formam ut scias non posse te, consequitur sis impetrabilis, cum omnia caveris per ornamenta fieri. Lego, cum omnia caveris per ornamenta fieri. Eleganter ductum à gladiatoribus. Quorum arma hic, ornamenta.

E P I S T. XI.

J. LIPSIUS CAROLO SIGONIO.

AENIGMA ad te adferro: para Hortensii Sphingem. Livii II. de Valerii domo:

*Dubitatio
in Livii
loco.*

Delata confestim omnis materia infra Veliam. Ubi nunc Vici publicus est, domus in infimo clivo edificata.

Stabiliri ea lectio Plutarchi fide videtur, *ἐν τῇ πύλῳ τῆς πόλεως οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔτι τῶν παλαιῶν κτιρίων, ἀλλὰ μόνον οἱ οἰκοδομηθέντες ἐν τῇ πόλει.* Sed videtur tantum in re contra est. Ait enim, *ἐν τῇ πόλει.* At dic mihi, quis templum audivit Vici publici? Aut quis eo nomine Deus? Sed & Varro refutat apud Asconium, Commentario in L. Pisonem: *Varronem autem tradere M. Valerio, quia sapiens vicerat, ædis in Palatio tribuitur L. Higinio dicit in libro priore De viris claris: & P. Valerio Volesi filio Poplicola, ædes publicæ sub Velia ubi nunc ædes Victorie est, a pulam ex lege (scribe, ex lege) quam ipse tulerat concessisse.* Ecce. Nonne clarè, ubi nunc ædes Victorie est? Nihil autem de Vico. Sed & nescio quid aliud monstri alunt veteres libri. Rhenani codex, *ubi nunc vice potæ:* meus, *Vicepotæ.* Anne igitur, *ubi nunc Victorie est,* in Livio ex Asconii fide legimus? Quæ sanè simplex & aperta veritas videtur, an remotius aliquod verbum etiam indagandum est, quod turbarit exscriptores? Et videndum herculè ne *Vicepotæ* retinendum: quo ipso tamen nomine Victoriam dixerint priscei. Vox ea quidem etiam in Senecæ Iudo De morte Claudii: *Proximus interrogatur sententiam Diespiter Vicepotæ filius.* Et juvat aliquid fidorus, qui observat antiquos *Viciam Victoriam* dixisse. Composita igitur vox fuerit, à Vicia & Posse, quasi vincendi Dea illa potens. Jos. tamen Scaliger in Catullum Senecæ isto loco quem dixi, *Niceporæ* agnoscit Græca voce, quasi *τὴ Νίκῃ πόρῳ*. Quidquid sit, alterutrum hic eligam, *Ubi nunc Vicepotæ est*, sive *Niceporæ*: & intellegem ædem. Plutarchum etiam emendem ad Livii exemplum. Sed hoc somnium, fortasse & istud lib. XXI. I.

*Vicepotæ
Dea.*

*Sive, Ni-
ceporæ.*

Late-

Latoque, ut solet, ad populum, ut equum ascendere liceret, prætor duæ urbanas legiones, quæ principio anni à Confili-
bus conscriptæ fuerant, & servorum delectum, sabotaque
ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultimum propè despe-
ratis reip. auxilium, cum honesta utilibus cedunt, descen-
dit equo, dixitque: Qui capitale fraudem ausi quique po-
cuniae iudicati, &c.

Id est, si
serio, cor-
reptum.

Quid illud, descendis equo? An in urbe Dictator equum
ascendebat? Et ut id fuerit, an ex equo edicere non po-
tuit? Campæ, & flocci. Scribo, & dist. ad ultimum propè de-
spertæ reip. auxilium, cum honesta utilibus cedunt, descendit,
edixitque. Scriptum fortasse fuit, edixitque. At homi-
nes acutos movit, quod antea legerant latum fuisse ut
equum ascendere liceret. Itaque facere iterum equo de-
trahunt, propter illud descendit. Quod Livius ita dixit, ut
vulgo, Ad extrema descendere.

E P I S T X I I,

J. LIPSIUS FRANCISCO NANSIO,

V. G.

NIHIL est aut te humanius, Nansi, aut litteris tuis a-
mabilius. Ad quas tamen, quod fieri posse non puta-
bam, addidit nescio quid suæ Veneris lator Modius. Ita
multa mihi de te, de rebus tuis apposite & ἀνεκτάς nar-
ravit. Plane adolescens est ad illud poetæ Siculi ---- φιλό-
ματος, ἱρώτικος, εἰς ἀκρον ἀδής. Plantum meum quod scribis
avide istic expectari: sane nollem. Novi ipso me: & Di
boni, res quanta! Itaque valde mereor ut sitim vestram
promissis accendere, reapsa non possim restinguere. Vi-
deo quid duobus magnis viris acciderit. Qui ante annos
xv. uter Plautum ederet epistolis concertabant inter se.
Hera! rideo, Galba ait cantherio. Et quid hoc aliud est,
quàm Junonem Lunicam clamare, foetu nondum con-
cepto? De Sisennæ loco, & Gorytis: fateor, erravi dum
interpretor cum Nonio. Utinam ne plura in iis libris
sint theta tuo digna! Plauti Persa duos locos facio judi-
cii tui.

Scena. Probat:

Nucipolyloquides, argenti extenebronides.

Tediigniloquides, nummorum expalmonides.

Ficta nomina Aristophanis morem & Græcorum. Pro
re præsentem tamen sententiam præferre debent: Itaque
altero versu legerim, Techniloquides, quasi qui loquitur
technas.

Restituta
vox in
Plauti
Persa.

Sce-

Scenâ, Satin' Aethenâ:

Do. Ne sis *plena*, libera oris *actutum* si crebro cades.*Pis' mea esse?* VI. dum quidem ne nimis diu *mea* sis,
volo.

Illud, si crebro cades, turpiculam aliquam sententiam habere posse videtur: sed, me Iupiter, invenustam, *Plenam ruris & inficetiarum*. Nec perluadeor Cadendi verbum latius sic abusus. Puto personas omittas, confusas etiam voces. Quas sic concinno: *actutum*. VI. *scireor*. Do. ades. *Vit' mea esse?* Peto rescitibas.

E P I S T. XIII.

I. LIPSIUS GULIELMO PANTINO,
MEDICO.

PLINII libros qui Pandectas appellaverit, me iudice haud erraverit. Omnia ille vir legit, vidit, scivit: & in unum volumen Græciam & Latium conclusit, paullo mehercle felicius, quam Thrax ille Imperator veteres leges. In ejus scriptis quia assiduum esse te audio, si probare hanc emendationem meam poteris, quaero.

Lib. ix. cap. xv.

De Plinio
loco quasi
negl.

Silurus grassatur ubicumque est, omne animal appetens, equos natantes sepe demergens, præcipue in Moeno Germaniae amne prope Lisboun. Et in Danubio mario extrahitur porculo in *istis* simillimum.

Addubitat Hermolaus, prope *Visbium*, ne legendum sit: & *Eno*, non *Moeno*. Quod Ptolemæus *Visbium* opidum ad *Enum* collocet. Vir magnus errat in re totâ. Nullum hic opidum quaerendum, sed sic, si fallor, leg. *Germaniae amne. Proteles boum & in Danubio Mario extrahitur.* Agit de inusitata magnitudine aliquot piscium, & in his ponit Marionem Danubii. Adeo, inquit, ut necesse sit, *proteles boum* immane corpus extrahi. Sive etiam: *Moeno Germaniae amne proteles boum & in Danubio extrahitur.* Verè omittâ, cujus correctionem non video. Certè ut ad *Silurum* ipsum id referamus non ad nescio quem *Marionem* (qui *Gelenii* inventum est) inducit me *Ælianus*, qui libro xiv. cap. xxv. *Silurum* piscem extrahi & capi boum iugo scribit clarè. Quod autem *Plinius* hic *Proteles* dixit, paullo antè de *Attalo* Pudi agebat, *catenato capris hamo, nec nisi boum iugis extrahitur.* Et *Lampridius* in *Eligabalo*: *Pisces ex vivatis suis habuerunt.*

EPIST.

E P I S T. XIV.

I. LIPSIUS CASPARI SCHETO,

V. AMPLISSIMO.

Si est ut illæ litteræ, iis qui in rebus gerendis versantur, convenient : certe historia est. Nam poësim, eloquentiam, alias elegantias, quamquam ingenium admittat, negotia fere excludunt : historia nec esse ipsa sine negotiis potuit (rerum enim gestarum narratio omnis est, non otii aut quietis :) & amat in primis habitare apud eos qui tractant negotia. Merito. Res enim gerere, provincias, regna administrare, nemo sine prudentia potest : prudentia ex usu est, usus ab exemplis. At si Italia aut Hispania lustrata, paucorum annorum notata exempla (quantum enim est quod homines vivimus ?) Præbere hunc usum censentur : quid de historia, Dī boni, sentiemus ? In qua non unius ævi aut urbis exempla, sed omnium temporum, omnium gentium, quasi in diffuso theatro res gestæ spectantur. Itaque non pecco, Schete, si Livianas aliquot Notas mitto ad te, ad te inquam, quem scimus non solum historiæ veteris, sed etiam, (quod admirabile sit in illa vi occupationum) poëseos peramantem.

Lib. xxii. de cunctatione Fabii :

Neque universo periculo summa rerum committebatur : & parva momenta levium certaminum ex tuto ceptorum, finitumorum receptu, assuefaciebant territum pristinis cladibus militem minus jam tandem aut virtutis aut fortune perire sue. Livius restitutus. 1.

Arbitror leg. finitimo receptu. Et hoc dixit, certamina ex tuto fuisse cepta, ut facilis receptus in vicina castra esset.

Post, in Oratione Minutii :

Audendo agendaque res Romana crevit, non bis sensibus confisi, quæ simidi cauta vocant. 11.
Benè vetus liber, non his seignibus consiliis que.

Infra :

Romanus primo adventu, incognitus antè, ab re clementi liberalique initium fecerat : & Acedux vir prudens haud frustra videbatur socios mutasse. 111.

Scriptum meum, & Abelo. Idque verum hominis Hispani nomē. Polybius ubique, Αἰλαξ, quod tamen bonus interpres ille mutandum sibi in Acedux putavit.

Ii

Ibid.

Ibid. de Minutio:

- IV. Deinde castra ipsa propius hostem movit: duo ferme à Gerione millia in tumultum hosti conspectum.
Melius liber ms. tumultum hostium in conspectu.

E P I S T. XV.

J. LIPSIUS JOANNI BEROTIO. I. C.

NON frustra Romani consecrarunt Fortunam huiusce diei. Navis nos nuper conjunxit, & qui antea nunquam videramus internos, amicos dimisit. Tantum vim habet vel studiorum similitudo, vel illud in moribus comæ & humanum quod in te ita eximie elucet, ut omnis sermo, gestus, vultus ipse tuus nescio quid habeant ad amorem *ἁγνότητα*. At inter alia, quàm me affecerunt illæ de Præfeto urbis vestræ verissimæ laudes! O magnum virum! vel heroem potius, qui in tot circumstantibus turbis audet habitare in libris! qui Pindarum suâ linguâ, qui Polybium loquentes, non dimittit è manibus! Et hunc nos mediocriter doctum, aut Dicis causâ versari credemus in litteris? Iterum dico. O non nostri sæculi virum, & dignum, quem illius ipsius Pindari præconium celebret.

----- *ὅς περ καὶ πρὸς ἐπὶ χθονὶ καὶ Ἀγ. πάντων.*

Sed tu, mi Beroti, quem delectant historiæ, de his Iulii Capitolini locis quid sentias scribe.

In vitâ M. Antonini.

Conatus
duum loco-
rum Capito-
lini emend.

Educatus est in Hadriani gremio, qui illum, ut supra diximus, Verissimum nominabat, & qui ei honorem etiam publice sexennii detulit.

- I. Incepta herclè lectio. Cui probes Imperatorem populi Ro. puerum sexennem honore adfecisse? Antiquis excusi, honorem cui & publice sexennii detulit: alii, *encennii*: alii, *xennii*, emendant. Mihi placet unice, qui est publice *xennii*. Id est, decennii. Decennalia festa, Quinquennialia, Vicefimalia celebrari solita in honorem Imp. constat: earumque rerum origo ab Augusto. Romæ, in arcu Constantini, & diffusè Dio Cassius. Sunt & nummi *VOTIS. X. & SACRIS. X. & FESTIS. X.* Antonino igitur honos publicis decennii habitus, quia nomen ejus cum nominibus Imperatoris, votis publicis insertum. Non male etiam legeris, honorem quinetiam. Pro illis, qui &.

Decennii
publica.

Ibidem.

II.

Fuit autem vitæ indulgentia, ut cogeretur nonnumquam vel in venationes pergere, vel in theatrum descendere, vel spectaculis interesse.

Atten-

Attende, & sensu idonei nihil elicies. Lego, *Fuit autem unica diligentia ut rogeretur.* Certè hoc dicere voluit, Tam assiduam in studiis & rebus Antoninum fuisse, ut abstrahi & tantum non cogi debuerit ad animum laxandum.

EPIST. XVI.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

SALVA res. Repertus Agellius. Et nos naufragium, nuncius evasit lumbifragium: quod meherclè illi vappæ imminebat, nisi liber comparuisset. De Odâ, quoniam velle cœpi, vide ne tergiverferis. Imitor enim M. Brutum. Quod volo, valdè volo. Fragmentum tuum cœpi conferre. Videò ita bonum esse, ut nihil possit supra. Plures paginæ essent modò. Accipe specimen cap. XI. lib. Noni, vel, ut fragmentum, Decimi. Inscriptio capituli in eo, *De Valerio Corvino, & unde Corvini.* Nec ultra.

*Agellius
aliq. jam
multis locis
fide libri
correctus.*

Adolescens tali genere editus L. Furio, Claudio

I.

Appio Cos. fit Tribunus militaris.

Emendant *Italo genere.* Male. Sciendum enim non esse hæc verba Agellii, sed antiqui cujuspiam Annalium scriptoris, cujus tamen nomen omissem & miror, & indignor. Itaque cum antea parentes nominasset Valerii & decora gentis, subjecit *tali genere.* Nimirum quale memoratum. Hoc verum est. Amico tamen cuidam meo nullâ vi persuadere hoc potui.

Agrum Pontinum insederunt instruebanturque acies à Consulibus, de vi ac multitudine hostium satis agnitis.

II.

Scriptum tuum, *Pomptinum.* Et sequentia sic: *instruebanturque acies, Consulibus de vi ac multitudine hostium satis agnitis.* Optime.

Dux interea Gallorum vastâ & arduâ proceritate armisque auro præfulgentibus gratiâ dimicandi ingrediens, & mantelum reciprocans, incedebat. Perque contemptum & superbiam circumspiciens despiciensque amnia, &c.

III.

Musæa planè oratio, à quâ scribendâ vix abstinco, manum. At quàm turpe in eâ mendum! Vetus auro præfulgentibus, grandia ingrediens, & manu t. r. infanum bene & infanti qui hoc non videt. Grandia ingredi, Grecanicum. Ut *οὐκ ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς*. Similia. Expres- sit superbi nebulonis gressum: & ipsum adeò Homeri ver- sum (opportune moneo) *Ἡὲ μετὰ τοῖς ποταμοῖς, ἀνὰ τοῖς ποταμοῖς*. Ammianus etiam imitatus: *Humeros exten- tans, grandia que incedens, Oti frater & Ephialtes.* Amplius in Gelio ibidem:

II 2

Cor-

- iv. *Corvus repente improvise ad volat, & super Galeam Tribuni insiluit, atque in adversarii os atque oculos pugnare incipit, insilbat, obturbat, unguibus manum laniabat, & prospectum alii arcebat.*
Schidæ, insilbat, obturbabat. Turbavit correctores, & pugnare illud, insilbat. Feceruntque insilbat. Facere, quasi corvorum id esset. Nec viderunt saltem subsequi, laniabat, arcebat, modo præterito. In idem est, aliis arcebat. Approbo.
- v. *Sic Tribunus spectante utroque exercitu & sua virtute mixtus, & operâ alitis propugnantis, ducem hostium ferocissimum vicit.*
Illic est, operâ alitis propugnatus, καὶ νικῶν. Nec dubitabis germanum id esse.
- vi. *In ejus Statue capite, corvi simulacrum est, rei pugnæque, quam diximus, monumentum.*
Scriptum, ut diximus.

E P I S T. XVII.

I. LIPSIUS BARNABÆ BRISSONIO, V. C.

QUIS Masas novit, & Brissonium non novit? Nec Dirigit, ut indictus nobis sis, clarissimum Galliae hominem. Livii locum, quem emendasse recto iudicio videbar, facio iudicii tui.

Libro xxv, initio:

Notarum
interpretatio
vitiando
Livio.

Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt, L. Cornelius Lentulus Pontifex maximus, & C. Papirius C. F. Masso Pontifex, & P. Furius Philus augur, & C. Papirius, L. Fulvius Masso decemvir sacrorum.
De vitiò Livius index est. Ut enim hæc lectio concipitur, quinque sacerdotes eo anno mortui fuerint, Livius in adjunctis verbis, quattuor tantum suffectos eradit. In Lentuli, inquit, locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Cæpio, Pontifices suffecti sunt: augur creatus L. Quintus Flaminius, decemvir sacrorum L. Cornelius Lentulus. Quid igitur fiet L. Fulvii? Liber meus scriptus, C. Papirius Lemasso decemvir. Aperta correctio erit, C. Papirius L. P. Masso. Tantum F. mutaverat in E. Ablegandus igitur iste L. Fulvius, natus ex notis. Et scimus Massones cognomen Fulviæ gentis non esse, sed Papiriæ.

EPIST

EPIST. XVIII.

J. LIPSIIUS ANDREÆ SCHOTTO.

OMITTE contumeliam. Terentius ut antistitet Plauto ? Ita censeat, inquis, amicus meus vir doctus & gravis. Hoc malo, quam ut tu. Sed quis ille tantus, cuius causâ Criticorum veterum judicia rescindantur ? Cui præ M. Varionē debeamus credere ? Ait Plauti servile ingenium esse : Terenti liberale. Quid servile dicat nescio. Scio Plautinam prosapiam : sed quid hoc ? Probet ille ex tabulis censoriis Afrum eum fuisse ingenuum. An quia servos in Comœdiam inducit ? Scilicet non solet fieri. Vellem tamen istius causâ paulhò plures Locrarios. Ait plebeja & humilia ejus scripta. Sanius iste Lucumo, quod laus est, vitium facit. Nisi fortè nova præcepto docebit ille nos Tragœdiam humilem Comœdiam altam esse debere. Quod cum faciet, concedam etiam Tribunum plebei esse debere optimatem. Nam Comœdia cui scribitur, quàm plebi ? Adeo ut, quamquam in communi concessu patrum & equitum, sapius tamen summam caveam spectare actor debeat quàm Orchestram. Ea causâ cur in Plauto pleraque ex moribus, ex verbis, ex joci infimæ plebis. At Terentius in hoc genere æquabilior, & magis, ut sic dixerim, unius fili. Fateor. Sed usurpabo de eo vetus dictum, Terentius nihil peccat, nisi quod non peccat. Hac æquabilitate censuram Cæsaris meruit :

Plauti cū
Terentio
compara-
tio.

Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis

Comica, ut æquato virius polleteret honore

Cum Græcis, neque in hac depectus parte jaceres.

Unum hoc maxepor & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc vis & varietas in Plauto est. Nunc ille adsurgit, nunc submittit : nunc protritâ, nunc grandiora dicit : proponit vitia, & castigat : locos communes, & *admixta* admiscet. Aliud quidem agens, sed quali hoc unum agens. Et hæc omnia tamquam sale venustissimæ joci adspersit. Quæ certè Terentius per somnium non cogitat, per jocum non tentat. Atqui sermone Terentius lector est, purior, elegantior. Et hoc jam commune doctorum judicium est, ut qui aliter sentiat, nihil sentiat. Mira res tamen. Credo Terentius Varro (& cum nomen posui, satis est) de linguâ Latinâ judicare non potuit. Cujus proprietatem cum tot libris inquireret, homo ineptus non quater Terentium nominat : ille pistor

De joci
Plautinis.

Plautus omnes paginas implet. Quod magis mirère, cum dedita opera quid in Comiciis singulis propriè emineret, judicare vellet, sic ait: *Cæcilius in argumentis palmam possit, in æthesi Terentius, in sermonibus Plautus.* Et vides? Propria Plauti hæc sermo est, Varrone quidem judice. Quem qui non audit, cur ego cum audiam? Quod ajunt in Lælio Ciceronis scribi, Terentiū se verbis libenter uti. Certe. Sed quid tum? Quasi ille ipse Cicero minùs libenter utatur verba Plauti. Et tamen sciant hoc non Ciceronem dicere, sed Lælium. Lælium, inquam, qui fabulas Terentii creditus est ipse composuisse: ne miremur, suam supellectilem paterfamilias si libenter utatur. Venio ad caput & quasi arcem comparisonis. Obsceni in Plauto joci, mores molles & lascivi, Matillia digni vel Tarento: Terentius totus pudicus, castus, verecundus, & quem à sacris suis Vestæ non arceat. Et hercle si moribus nostris Plaurum defendo: sudabo. Si moribus antiquis: rem factam habeo. Quærebant enim ista Patres, Equites, Plebs: prurientibus auribus ad Theatra conveniebant. Et quæ in Mimis palam fieri spectaverant, audire in Comœdiis volebant. Hæc res plausum, hæc palmam merebatur Terentium ipsum verecundia abstinuisse putant ab istis? Imò natura. Nec ille venuste dicere noluit, sed invita Venere, non potuit. Et tamen misellum hæc parte Plautum. Ille unus premittitur: Aristophanem nemo vexat, cujus Comœdiæ tot tam inverecundis jocis refertæ sunt, ut si Plautum componas, juret præ illo Vestalem maximam fuisse. Idem diceremus si Afranius, si Pomponius, si Cæcilius, si Novius exstarent. Quod moribus nostris fœda hæc, illicita, intestabilia ajunt: scimus ista. Sed tu audi me, prætervehere ista quasi Sirenum scopulos, & aspice, non lege. Lævia viros nudos castæ fæminæ nihil differre à statuis ajebat: tu tam molli libidine es, quem nudaliquot joci abripiant? Corruptunt tamen ista adolescentes, inquirunt. Et Camerarii exemplo tollenda, eradenda sunt. Minime gentium, me quidem judice. Adolescentes hæc legunt, viri tantum intellegunt. Ita obscure pleraque illo turpicula scripta sunt. Si igitur qui hæc capiunt, constantiori jam ætate sunt quam ut decipi possint: & qui decipi possunt, omnino non capiunt, cur scalpellum adhibeatur, & unius omnium Latinissimi scriptoris membra violentur? Superest Horatii judicium. Quod, obsecro, Horatii causa omittatur, Concludam. Terentium ipsum amo, admiror: sed Plautum magis: uterque adolescentibus in sinu, in manu, in oculis sit: conferantur etiam, si placet, inter se, tantum

tantum alter ille ne preveratur. Magistellos istos, qui vulgò aliter sentiunt, plorare jubeo, te amicissime Schotte valere.

E P I S T. XIX.

J. LIPSIUS GERARDO FALCKENBURGIO.

NON mentiar Falckenburgi. Et litteræ me tuæ, & judicium delectarunt. Ille, quia plenæ amicissimi amotis, istud laudis: quam & si agnoscere in me non potui, tamen amare ut ab amore tuo profectam debui. Munus Redigeri plane regium. Et profectò, ut ille Siculus ait,

Τίς τῶν νῦν πείος δέ; τίς δ' εἰπὼν φιλασῇ;

Nam nullo ante sæculo, mi Falckenburgi, magis despectæ jacuerunt nostræ litteræ, quàm isto. Litteræ autem? Imò omnis pudor, probitas, virtus.

Τοιαῦτ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξέρχεται,

cujus finem adhuc nulli videmus. Nam illa de pace spes, Plauti verbo, decollavit. Nos ad litteras confugimus ut ad aras, maxime ad illas severiores quæ moderi affecto animo possint, non solum delectare. Eo in genere principem Senecam in Latinis deputo. hominem sane doctum, sed sapientiæ tamēn quàm scientiæ clarioris. In eo carptim hæc notabam.

De consolatione ad Martiam, cap. VIII.

Manet quidem tibi Martia ingens tristitia, & jam videtur duxisse callum, non illa comitata qualis in illa fuit, sed per-

Seneca bis
corrigitur.
1.

tinax & obstinata.

Vir doctus Pincianus emendat, qualis in Livio fuit. Non negabis verius esse, qualis initio fuit. Nec id conjectura, sed res est.

Epistolâ LXXXIX.

Zenon Eleates omnia negotia de negotio dejecit: aut nihil esse. Circa eadem ferè Pyrrhoni versantur & Megarici, & Cretici, & Academicus, qui novam scientiam induxerunt nihil scire.

11.

Hæremus in Philosophis Creticis. Aliis Cretici placent: at tu certum puta, Eretrici. Nam & hi de non scientia idem Pyrrhoniis & Megaricis senserunt. Cicero III. de Oratore: *Fuerunt etiam alia genera philosophorum qui se omnes Socrati as esse dicebant. Eretricorum, Heriliorum, Megaricorum, Pyrrhæcorum.* Priora etiam Senecæ legerim, omnia negotia uno negotio dejecit.

E P I S T. XX.

. J. LIPSIUS JACOBO CRUQUIO.

*Exscensio-
nu vox tri-
bus Livii
locis repe-
nenda.*

HORATIO, mi Cruqui, in Lyriceis meritò illud Home-
ricum dabimus, ----- *εἰς χοῖρον ὁ ἔστω.* Nemo illi pro-
ximus, nemo secundus: aut si qui fuerunt, eos ante æta-
tem nostram vita defecit. In eo laudabilis mehercle
opera tua. Cui ornandæ quid præterea promiseris, &
quid debere diutius non possis, non meminimus solum,
sed etiam, si patèris, exigimus. Scis quàm multi germa-
na illa antiquitate delectentur, Expedi igitur, cum Mu-
sis volentibus, Acrònem nobis: & ex Horatio æternæ
tuæ coronæ, is quasi lemniscus addatur. Livius me habe-
bat. Ejus unam vocem tribus locis restituebam.

Lib. XXI.

- I. *Repetenti Siciliam Consuli excursio hostium in agrum Vibo-
nensem facta nunciatur: litteræque à Senatu de transitu
Annibalis in Italiam, & ut primo quoque tempore collegæ
auxilium ferret, traduntur.*

Liber mans. *exscensio hostium.* Germanum & familiare de
egressu navium Livio verbum.

Lib. XXVII.

- II. *Dùm hæc Romæ gerentur M. Valerius Messallz quinquaginta
navibus cum ante lucem ad Africam accessisset, im-
provisò in agrum Uticensẽ excursionem fecit, etiamq; latè
depopulatus.*

Idem codex, *ascensionem fecit. scribo, exscensionem.*

Lib. XXII.

- III. *En. Servilius Consul cum classena viam circumvolutus Sor-
dinæ & Corsicæ oram & obsidibus utrimque acceptis in A-
fricam transmisit, & priusquam in continentem descensiones
faceret, Meninge insulâ vastata, &c.*

Pariter puto leg. *exscensiones.* Arbitrè esto, mi Cruqui.

E P I S T. XXI.

I. LIPSIUS HUBERTO GOLTZIO.

VIDI Fastos Consulares tuos. Quid magis mirer?
Diligentiam in quærendis tot nummis? Felici-
tatem in reperiendis? An manum & artem in expri-
mendis? Et ut duo priora Laurini fratres sibi vindi-
cent,

cent, quorum diligentia & sumptu omnis illa vis collecta
humorum: tertium certe proprium est tuum; nec erit
qui ex eâ laude quidquam decerpit. Maeste Goltzi. Et
alii sine serviant huic sæculo & vulgo: tu veterum ma-
gistratus, titulos, urbes, triumphos nobis sculpe & Musis.
Mihi crede. æternabis unâ cum illis nomen tuum. Expe-
di, si potes, dubitationem, quæ his diebus nata mihi. Ad-
monitus libro tuo evolvebam Antiquitates meas. Repe-
rio nummum duorum inscriptionem (& vidisse puto Ro-
mæ apud peritum harum rerum virum Nicolaum Flo-
rentium) ANTONI. IMP. A. XL. III. VIR. R. P. C.
adjuncta Leonis effigies erat. Item alterius ex ære, LU-
GDUNI. A. XL. Quærebam quid esset illud A. XL?
an reppererim, vide. Puto significari hummos eos per-
cussos Lugduni à gentibus Galliæ quadraginta. Docuit
me Strabo lib. IV. de Lugduno. Καὶ γὰρ, inquit, ἰμμορία
ἦν καὶ περὶ τὸν ποταμὸν τὸ πρὸς τὴν ἑλπίδα οἱ τοὶ Γαλλοὶ καὶ
οἱ Σελασοὶ, καὶ πάντες ἴδρυται τῆς πόλεως. Ἐν δὲ βασιλεὺς ἔξ-
ουθεν ἐπιγραφὴν ἔχει τῶν ἑστων ἔ. τ. κ. α. θ. ρ. οἰ. Ex his de mō-
neta res clara: turbat nihilo secius me numerus genti-
um. Nummi enim illi, XL. tantum: at Strabo, ut vides
LX. Tacitus verò etiam liberalior LXIV. Galliæ gentes
ponit. Sic enim locus ille capiendus fuit Annali tertio,
non de urbibus: *At Romæ non Treveros modo & Eboros,
sed quattuor & sexaginta Galliarum civitates de se discipulis audie-
batur.* Quod superest, aræ Lugdunensis, cujus hîc Stra-
bo, etiam Dio meminit lib. LIV. & festi ad eam annui. Ju-
venalis etiam:

Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

De inscrip-
tione Anti-
quarum
Antonii
quæ situm.

Quot po-
puli Galliæ
Tacitus
explicatus.

Et Juve-
nalis.

EPIST. XXII.

J. LIPSIUS NICOLAO BRYARDO, V. N.

Ego verò Appulei lectionem adhortendam non cen-
seo, quidquid isti de Arpinati scholâ investes pueri di-
cant. Ciceronem admirantur? Laudo. Et scilicet nos eo
modo non scripsimus, aut scribere nunc, si res ferat, non
possimus. Sed non hoc agitur. Et ut dom illis ad elo-
quentiam Ciceronem unicum esse: intelligere & sapere
tamen est à multis. Quamquam illum ipsum Appulei
stilum quod contemnunt: vellem parcius. Et eamus ab
istis discipulis ad iudices ex lege Pompejâ triginta anno-
rum tumidus fortasse, vegrans & adfectatæ elegantiz
scriptor est: at certè doctus litteras & mores veteres, &

De Appu-
lejo.

Loci ejus
aliquos
correcti &
obscuri à
Plauto esse

in sermone ipso Plauti in primis imitator. Itaque ille nescio quis Rhetorista, qui rudere illum dixit non loqui : probet prius de Plauto, & credam de Appulejo. Sed ille Arer fuit, & est nimirum etiam nunc in Italia odium Pœnorum. Tibi, mi Bryarde, cum pleraque omnis ejus phrasibus sit à Plauto, pauca exempli causa se legi. Ea maxime quæ in ipso Appulejo egere emendationis videbantur.

In Apologia.

- I. *Ego verò quietis & concordie & pietatis Auctor, conciliator, favissor, non modò nova odia non serui, sed vetera quoque funditus exsti parci.*
Scrib. conciliator favitor. Ut illud Plauti, Sicui faviores deletos videript. Et Cavitio pro Cautio, Varronis.

Ibidem :

- II. *Omnes isti quos nominavi, & siqui præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac unâ Rufini fallaciâ contendamur, machi prorsus & bothones videbuntur.*
Scrib. Macchi prorsus & Buccones. Maccus & Bucco personæ sordidæ, fatuæ, stultæ, poetis Attellanarum. Sic Pomponius Bucconem Adoptatum & Auctorem : Novius Maccum exulem, Pomponius Maccum & Maccos geminos inscripsit. Plautus, Stuki, Stolidi, fatvi, fungi, bardi, blenni, buccones.

Ibidem :

- III. *Supereſt ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum venit co. nua :*

Interpretantur invicem Plauti & Appulei ista :

*Nimis quæ ego illum hominem metuo & formido male
Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit :
Ne in re secundâ nunc mi obvertat cornuâ.*

Appulejus in eadem Apologia :

- IV. *Nam cum undique versum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab hominibus obtinere teneretur, fluxu inquit, negat posse dissolvere, anulos aureos & omnia insignia dignitatibus abiecti.*

Pax. Restituenda est Plauti vox, Pax, inquit, negat posse dissolvere. Et usus est pulcherrime. Interjectio complimentis est, & quasi cum verecundia silentium sibi aut alteri imponentis. Consule Plautum, qui sepe usurpat. Ut & Græci comici. Hesychius, πᾶς ἐπὶ τῷ πάλῳ.

- V. *Et suscepta contra matrem simul et non ipsi vicio vortenda sit, sed fœdero ejus Ecilli Hærennio Rufino.*

Excillum
Afranius
emendatus.

Inepti exscriptores, quati hominis si nomen esset. At comicum est demonstrandi, Eccille, & Eccilli, Excillum : sicut, Ella, Ellum. Quæ vox restituenda in Afranii versu apud.

apud. Nonium Concedere. *Atque etiam incendii hoc, procul concessero. Legendumque. Atque etiam incendii hoc, procul c.*

Libro De Deo Socratis.

Neque enim in emendis equis faleras consideramus, & baltei polimiam inspicimus, & ornatissimæ cervicis divitiis contemplanur. VI.

Lego, *baltei polimiam.* Verbum vetus. Ex quo censoria nota impolitæ apud Agellium. Vel *polimina* potius, quod monuit & subjecit fide libri vir doctus.

Politia, pro eleganti munditie.

Ibidem :

Hos Græco nomine Demones nuncupant, inter mortales cæliolæque vectores hinc præcium, inde donorum: qui utroque portant hinc petitiones, inde suppetias, ceu qui am utroque interpretes & salutigeri. Per hos eosdem ut Plato in Symposio autumat, cuncta denunciata, & magorum varia miracula reguntur. VII.

Ait, interpretes & salutigeri. Quod erit explicandæ & firmandæ Plautinæ lectioni Aulularia, *Ancillas, miliones, mulos, pedisequas, Salutigerulos pueros*, ubi tentant immutare alii, *Sandaligerulos.* Statim etiam lego, *cuncta Deum nunciata.* *Salutigeri, salutis nuntii.*

De Asino lib. IX.

Nec dubiò me lanceis illis & venabulis inò verò & bipendibus quæ faciliè famuli subministrabant. Membratim compilassent. VIII.

Reponendum Plauti verbum, *Concipilassent.*

Lib. VIII.

Jam jamque vicinos undique partientes, turpissimam foetnam patifaciunt. IX.

Lego, *undique arcientes.* Quod valet, accientes. Notat Prisc.

Et initio ejusdem libri:

Jamque sermonibus assiduus & conversatione frequenti, nonnumquam etiam cenâ poculaque communi carior cariorque factus, in profundam Romam cupidinis sese paulatim nescius præcipitaverat. X.

Hæc est vetus lectio. Beroaldus substituit, *foetnam Cupidinis*, aut inquit, *Rotam.* Verum puto *æromnam.* Et Cupidinis æromnam legi apud Plautum.

Lib. III.

Spesta denique quàm parvis, quàmque futilibus tantæ res procuretur. Hercules Anchi modicum cum lauri foliis, &c. XI.

Dormivit ille magnus interpres. Vetus lectio, *Herculis leg. tantæ res procuretur laubulis. Anchi.*

Lib.

Lib. I.

XII.

Vix inquit, unum aut alterum, imò plurima ejus audire facta? Nam ut se ament efflictim non modò incola, verum etiam Indi vel Æthiopes utrique vel ipsi Antichtones, folia sunt artis & nugæ mera: sed quod in conspectu plurimum perpetravit, audi.

*Relio Far-
feri.*

Egregia hinc imitatio Plauti erat, si per correctores licuisset: Dico scripsisse Appulejum, folia sunt farferi & nugæ mera. Sumpsit ex illis Pœnuh militariibus nugis,

----viscum legioni dedi

Fundasque, eo præsternubam folia farferi.

& usurpat proverbii vicem. Folia artis quid sint, sanè ignoro. Hæc pauca mihi ex sexcentis. Nam ut omnia Plautina notentur: mihi scribendi fastidium fit, tibi legendi.

E P I S T. XXIII.

I. LIPSIUS TURCONIO ET MALDECHE-
MIO, NOBILISS. JUVENIBUS.

Vix est ut risum teneam, quotiens Laurentii Vallæ ad Livium lego. Non quin pleraque bona, & bono judicio moneat: sed quia ad regem Alphonsum (qui tum Siciliam, Italiæ & Hispaniæ partem, regnum habebat: sed me judice, dignus erat imperio non unius orbis) Notas, suas, plurimum, dirigit: illum testem emendati loci cuspian, illum arbitrum & judicem appeller. Quinetiam memini, litigasse se ait super correctione quapiam cum Antonio Panormita, & nescio quo Iacobo Curlo: regem ipsum se interposuisse, litem secundum Vallam dedisse; curasse eumpse locum in suo codice emendari. Similia de Cardinali Columna refert. Et dicite nobilissimi juvenes, non hæc ridicula sæculo nostro? Scilicet nunc non dicant Dynastis, sed è plebe nobilibus ista curæ sint? Illi audiant, quid in Livio emendatur: nedum ut dijudicent? Spernunt litteras, spernunt historias: & ad summam valet illud, *Nil nisi Cæcropsides*. Sed melius magnus ille rex, cui numquam, ut ajunt, dies elapsus sine tractatione litterarum. Benè prudenterque & vos, qui & domi historiam legitis, & publice me doctore, auditis. Ma- & hac industria: & credite nobis, hæc vera est ad prudentiam & laudem via.

*Auxilio
libri Livius
corrigitur.*

Livii illi locus de proditiō Tarento,
lib. xxv.

Eadem fern. è horà Tarentum fama pervenerat, Numid. equites p. u. es populari agros, terroremque latè agrestibus inje-

injecisse. Ad quem nuncium nihil ultra motus Praefectus Romanus, quam ut partem equitum posterâ die luce primâ juberet exire ad arcendum populationibus hostem. Interventâ adeo nihil obedienter curatum est, ut contra pro augmento fuerit illa procuratio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non movisse.

non vacat menda, in iis verbis, adeo nihil obedienter curatum est. Quomodo enim de obedientia equitum querela esse potest? Luce prima jussi erant exire. At nocte opidum ab Annibale captum. Quomodo vult Livius ut paruerint mandatis? Sed nec sequentia faciunt huic sententiae. Consultum librum mansi. in eo est, nihil obedienti cura est. Ex iis vestigiis quis negabit verum esse, nihil ob id intenta cura est. Eo nuncio, inquit, adeo non aucta cura est in custodienda urbe, ut contra egerint negligentiùs, &c. Perperam concreverant voces, littoris tamen fore comparentibus.

E P I S T. XXIV.

I. LIPSIUS LUDOVICO CARRIONI.

Haus tu. Ubi fides? Nonis aiebasti in Iſcano futurum, Kalendæ jam labuntur. Quid accidit, ut falleres? Nam quod Lovanii me exspectes: non potest hac æstate. Res privatæ constituendæ: agelluli obeundi, locandi, multa corrigenda, quæ in diuturna absentia mea mutaverant. Fatebor etiam, nescio quid *ἐλευσιν* habet hoc heredium. Hic cunabula, hic locus natalis meus est: hic infantia mea vagiit: hanc terram tetigi, hunc aërem primum hausi. Et vis addam, in quo ingemissas? Hic heræ celebravi xxviii meum natalem, nisi quod tu abesses, cetera lætus & volens. De Senecæ ludo, parvi Magister: percurri, & quæ sub acumen stili inciderunt, notavi. Sunt ista:

Seneca in ἀπολογία κινῶντες emendatur plures.

Quis unquam ab historico jure auctores exegit? Omnis scripta lectio, juratores exegit. Rectè. Juratores, testes dixerunt, quia produci solent jurati. Falluntur qui aliter in Plauti Poenulo aut explicant aut legunt, Vos juratores estis quæso operam date.

11

Quærite ab eo qui Drusillam euntem in cælum vidit. Idem Claudium vidisse dicit.

111

Nihil interpretes. Notat Livium Geminum Senatorem, de quo Dio l. ix.

Hæc

- III. *Hæc Apollo, at Lachesis quæ & ipsa homini formosissimo fa-
veret, fecit illud plenâ manu, & Neroni multas annos de
suo donat.*

Augetior voce Seneca mss. qui penes me est, fecit, & *plenâ
orditur manu*, Optimè Ordiendi verbum proprium artis
Minervæ.

- IV. *Turn Hercules primo affectu sanè perturbatus est, ut qui
etiam non omnia monstra timuerit.*

Eleganter corrigitur, *monstra domuerit*. Similis jocus illi
qui sequitur: *Pu! aruit sibi x. tertium laborem venisse.*

- V. *Sine hercules à Saturno petisset hoc beneficium, cujus men-
sem toto anno celebravit Saturnalia ejus princeps non tu-
lisset.*

Liber mss. *Saturnus ejus princeps*. At nihil mihi divini
aut humani, Carrio, ultra accedat, nisi corruptus à glori-
femate locus fuit, sic corrigendus, *cujus mensem toto anno
celebravit princeps, non tulisset*. Clara omnia & ludia in
Claudium qui servis & libertis, quod Saturnalibus solet,
regnum permisit. Illud, *Saturnalia ejus*, *Χολιαστῶς* adje-
ctum erat his verbis *cujus mensem*.

- VI. *Illum Deum à Jove, qui quantum in illo fuit, &c.*
Codex mss. *Deum Jove qui*. Legor illum *Deum Jove*. *εἰς οὐρανόν*,
Facite certè, si placet, hunc Deum, qui &c.

- VII. *Damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit Oro-
pè quæ sororem suam festivissimam omnium puellarum,
quam omnes Venerem vocarent, maluit Junonem vocare.*

Hæc obscuriora folio Sibyllæ Turnebus ait. *Quæ enim
ista Orope?* Et ille quidem satis regiè, quod solvere non
potest, abscindit, legit quæ, *occidit: sororem quæ suam*, voce
omissa. Iunii codex ut & meus, *Oro per quod*. Clara veri-
tas est, *Oro propter quid?* In tota parte hujus sermonis in-
terpellationes & dialogismi sunt. Cur, inquit, Silanum
occidit? Levi causa: quia ille fatuus Iuniam Calvinam
sororem suam Iunonem solet dicere. Id valet, pro uxore
habere. Nam mariti blandientes uxorculas, Iunones ap-
pellabant. Plautus, *Eja mea Juno haud dece te tristem esse
nunc Jovi*. Scribit eandem vulgo venerem appellatam,
quia meretrix, & ut Tacitus ait, *prociæ femina & lasciva*.

- VIII. *Quare, inquit, quæro enim sororem suam stultè studere, A-
thenis dimidium licet Alexandriæ totum.*

Vetus lectio, *quare, inquit, quæro inquit sororem*. Eam se-
cutus lego, *quare, inquit, quare inquit sororem suam? Stultè, stul-
te, Athenis &c.* Iterum dialogismus. Alter quasi excusans
Claudium. Merito occidit: curenim scelus iste sororem
divisit? *Et irridens alter, O stulte, inquit, quasi ignores,
Athenis, &c.* Athenis dimidium, Alexandriæ totum, quid
valeat, rectè Turnebus lib. XVIII.

Quia

Quia Romæ, inquit, mores molas lingunt, hic nobis curva IX.
corrigit.

Suspiciatur in postremis verbis Rhenanus de sensu obsec-
 no. Hominem acutum ! qui videt quod nusquam est. Du-
 bitat tamen an corrigit. Sit, hic nos *scurra Cæsar regit*. Ego
 quiescere illum unico Plinii loco jubeo Epist. lib. v. *Inve-*
rim totâ civitatē Nepotis edictum carpitur, laudatur. Multi in-
venimus qui curva corrigeret. Quid ? Ante hunc Prætores non
fuerunt ? Quis autem hic est, qui emendet publicos mores ? Di-
ctum igitur est in censores importunum.

Dictum
vetus expl.

Ego patres C. interrogare vobis permiseram, vos fera ma- X.
palia fecistis : volo ut servetis disciplinam curiæ.

Mapalia dici de solutè viventibus Festus notat : id esse
 huic lectioni stabiliendæ Turnebus & Scaliger censent.
 Perdam, nisi à meipse dissentire mavelim, quam à talibus
 viris. Scripta lectio tamen mea est, *mera nuptialia*. Nuptia-
 les sermones, impuri & minimè virginales. Quid autem ?
 Nónne ejus notæ multa in Claudium antè dicta ?

Hic qualiscumque est, quid de nobis existimavit. XI.

Scrib. existimabit ?

Tum D. Augustus surrexit sententiæ suæ loco dicendæ. XII.

Ab eodem libro abest loco. Rectè. Intelligitur caussa.

Omnisque generis aeneatorum tanta turba, tantus con- XIII.
ventus.

Malo, *concentus*.

Ubi jacebat Cerberus, velut ait Horatius, bellua cen- XIV.
ticeps.

Vide ne desit quidpiam : scripserit Seneca, *Cerberus, tri-*
ceps, vel, ut ait Horatius, bellua c. mihi nescio quid tale su-
 bolebat.

EPIST. XXV.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

FAVEBO lingua. Et ô rem pulchram ! ô nuncium
 lætum !

Ως ἡ δόξα, καὶ περίοδος, καὶ χαίρεσις !

Speratamne habet, imò dictam, pactam, sponsam, Gi-
 selinus meus ? Iam tandem vir es. Bona Iuno faveat, bo-
 na Venus faveat. Nocturnus etiam & Lunus (nam Lu-
 nam mihi hac in redicere sanè religio sit) prima noctu
 volentes fient propitii. Adsit & ille hortorum Deus, ne
 sis Petronii Lorum in aqua. Epithalamium carmen ti-
 bi scripsi, in quod Ausonii exemplo intexere conabar to-
 tam secanam nuptialem. Dico veterum more. Et confecta
 res

Ex Epithalamio,
ver-
su fra-
gmento.

res est, nisi quod limam expectat. Priora Plautinis nu-
meris sunt: hæc, quid enim vetat gustum dare me tibi?
Catullianis:

O Culumen patriæ, ô Bely lux unica nostri
VICTOR, in optato te diva Salacia portu
Jam locat, & tutam firmant retinacula navim.
Jam bona nox oritur, jam Vesperus affulgescit
Diu sperata ferens genialis gaudia lecti.

Hymen ô hymenæe, hymen fave, ô hymenæe.
O decus eximium nuptis nunc, ante puellis,
Jam voti dammare, & damnetur quoque mater.
Præstest illa dies totâ quam mente petisti,
Quâ digno conjuncta viro connubia læta
Concelebres, vellentque tuos nova flamma vultus.

Hymen ô hymenæe, hymen f. ô h.
Conjuge te inigo digna, & tu virgine conjux:
Alier Musarum, Chariuum decus altera: & ambo
Præstantes animi, præstantes corporis ambo.
Jungite felices dextræ rumore secundo,
Jungite, flex animo perfusi pectus amore.

Hymen ô hymenæe, h. f. ô h.
Nulla ætas meliore iugo commisit amantes:
Nullus amans umquam tantum insanivit amorem,
Nec sic falsi parens O Etæo exarsit in Ocri,
Nec furor Empedoclis Siculam delapsus in Ætnam:
Quantus amor Cajum, & Cajum quantus adurit.

Hymen ô hymenæe, h. f. ô h.
Fallor? An ancillatur nox tibi? Non ego fallor.
Et solito citius Phœbum de esse sorori
Contuor, & subitis cælum prætexier umbris.
I bone, quò tua te conjux vocat. Hoc licet oppressa
Diffimulet, licitoque etiam nunc pugnet amori,

Hymen, ô hymenæe, h. f. ô h.
Ite agite, Herculeo connectite brachia nodo,
Ludæ, & in somni noctem traducite somno,
Festis matibus & gannitibus alternantes.
Sic Venus ipsa jubet: Veneris ne spernite numen
Opueri, gravis est Dea. Sed vos diu mecum,
Hymen ô hymenæe, h. f. ô h.

Erant plura, sed verebar ut mimium Romana. Servabo
vel in adventum tuum: vel si uxor tua recusat, meum.

EPIST.

EPIST. XXVI.

I. LIPSIUS IOANNI LEUNCLAWIO.

Si te doctrinæ causâ non amarem, Leunclawi, possem Sambuci. Qui sic de me meritus est, ut amandos omnes patrem, quos insigniter amat ipse. Sed in te nihil opus conciliatore aut interprete amoris. Ea virtus, ea doctrina tua est, ut ament te omnes, qui litteras amant. Perge modo, & cum jam in Germania vestra doctrina humanior, ut antiqui loquebantur, delinquat: tu quasi tiro succresce veteris gloriæ Cameracii & Sambuci.

Hæc in Livio vide. Lib. XXVII.

Inter multas magnasque res, quæ nunc secundæ, nunc ad-
versæ occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinæ qui-
dem arcis excidit memoria. Ad Livium
Nota.
I.

In vet. invenio, *cecultabant cogitationes*: quid velit ea scriptura, nescio. An *sollicitabant*?

Donâ tulere togam, & tunicam purpuream, sellam eburne-
am, pateram auream ex quinque pondo factam. II.

Idem liber, *pateram ex quinque pondo auri factam. Lego,*
auri facti.

Improvise in agrum Uticensem ex scensionem fecit, eum-
que latè depopulatus, multis mortalibus cum aliâ omni ge-
neris prædâ captis, ad naves rediit. III.

Auctior membro uno meus liber, *captis, multis occisis,*
ad naves rediit. Nec dubiè hoc Livio posthac addendum.

Romæ intra cellam ædis Fortis fortune de capite signum,
quod in coronâ erat, in manus sponte suâ prolapsum. IV.

Vetus, *irritus cellam.* Suspiciari possis fuisse, *intus cellam,*
More veterum. Et quod sequitur, *vulturemque frequen-*
si foro in tabernam devotâsse, in eo scribitur, *vulturiumque.*
Rectè.

Et plebeis ludis biduum instauratum ab Q. Manlio & M.
Cæcilio Metello Edilibus pl. & tria signa ad Cereris ædem
dederunt. V.

Vet. *ad Cereris fidem.* Legend. *ad Cereris, eidem dede-*
tum.

R.

De

De Asdrubalis transitu per Alpes :

VI. *Et cum per munita pleraque transitu fratri, qua antea invia fuerant, ducebat: tum etiam duodecim annorum assuetudine pervius Alpibus factis, inter mitiora jam hominum transibat ingenia. Inusitati namque antea alienigenis nec videre ipsi advenam in sua terra assueti omni generi humano insociabiles erant.*

Dico Livium scripsisse. *invisitati namque antea. Restituentum id verbi in Plauti Pseudolo, Atque eum qui non hic visitatus saepe sit. Utitur & aliàs Plautus ut Curcul. --- quid lenonem Cappadocem? Annuo visitasse. Livius iterum lib.*

IV. *Nova erupit acies inaudita ante id tempus invisitataque. Et lib. v. Gentem invisitaram, accolat Gallos esse. Ita enim utroque meus codex, contra vulgatos.*



INDEX EPISTOLARVM

LIBRI TERTII.

- Epist.* I. JACOBO SUSIO.
 II. PETRO PYTHOEO.
 III. JANO LERNUTIO.
 IV. CAROLO SIGONIO.
 V. LUDOVICO CARRIONI.
 VI. JOSEPHO SCALIGERO.
 VII. JOANNI CRATONIA CRAFTHEIM.
 VIII. PETRO DIVÆO.
 IX. VICTORI GISELINO.
 X. JOACHIMO CAMERARIO JOACH.F.
 XI. GERARDO FALCKENBURGIO.
 XII. FRANCISCO MODIO.
 XIII. JOANNI FLEMINGO.
 XIV. M. ANTONIO MURETO.
 XV. LUDOVICO CARRIONI.
 XVI. CORNELIO VALERIO.
 XVII. GERARDO FALCKENBURGIO.
 XVIII. GULIELMO BREUGELIO.
 XIX. AUGUSTINO HUNNÆO.
 XX. VICTORI GISELINO.
 XXI. MART. ANTONIO DELRIO.
 XXII. STEPHANO PIGHIO.
 XXIII. LUDOVICO CARRIONI.
 XXIV. VICTORI GISELINO.

JUSTI LIPSI EPISTOLICARUM QUÆSTIONUM

LIBER TERTIUS.

EPISTOLA I.

J. LIPSIUS JACOBO SUSIO, V. N.

Tu verò Susi, dissimilis nobilum nostrorum. Et ut illorum unica studia, canes, aves, equi: sic tuæ deliciae, stulus, libri, Musa. Illorum judicio, si eruditionis fama accedat, quasi capite censa fiat nobilitas: tuo, domesticæ imagines novo titulo auctæ. Verè judices, Susi. Nec quidquam pulchrius, quàm quibus genere antistes, ante eos virtute & doctrinâ esse. In his Livii locis juva me, sedes, judicio.

Lib. xxiii. in oratione Minutii:

Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sapiens nos quam Deorum invocantium opem: nos hic pecorum more per æstivos saltus deviosque colles exercitum ducimus, conditi nullo sub silis.

Non est dubium quin hunc Livii locum Nonius Marcellus in mente habuerit in voce Calles. *Collis* feminino genere Livius lib. xij. *Nisi pecorum modo fert angusto saltu per devias calles.* Ita enim corruptè legitur, facili emendatione ex istis Quod si est, emendandum certè in Livio, *deviasque calles.* Ne dubitare possis, in editione Jo. Antonii Episcopi Aleriensis, ad Paullum 11. Venerum, anni 60. cccc. lxx. deferretur est, *Calles.* At quod Nonius legisse videtur, *angustos saltus*, in Livio veteri invenio, *æstivos saltus.* An à Vestinis populis? An legendum, *vestinos*? Vestinum sanè saltum idem Livius nominat l. x. Statim:

11. *Nec Annibalem fessellit suis se artibus peti. Itaque cum per Cæsilium exadere non posset, petendique monies & jugum C. illicule superandum esset.*

Scriptus liber, petendumque muntres. Et id meâ fide germanum

Tres ad
Livium
notas.

I.

Nonius
Marcellus
corrigimus.

rum esto. Simile illi, — *pacem Trojano ab rege petendum.*
Et exempla in Lucretio, Varrone, & crebro in Tertullia-
no obvia.

Statim :

111.

*Et primo cum procul tenerent, veluti flammæ spirantium
miraculo attoniti constiterunt. Deinde ut humana appa-
ruit fraudem, tum verò insidias rati esse cum multo maximoque
Strepitu conuulsæ se in fugam.*

Ait, cum multo maximoque. Et mirum si Orbilius hoc inul-
rum sineret. Certè non sic Latini Dico truncam vocem ef-
se, legendumque, cum tumultu maximoque Strepitu. Sic
placet, tumulto, antiquè. Ut enim vulgo scriptores, Tu-
multo; itein Tumulto dicebant.

EPIST. II.

I. LIPSIUS PETRO PYTHOE, V.C.

VT in vita, sic in studiis inuat severitati aspersa comi-
tas. Ea causa frequenter soleo à gravioribus libris, a-
nimum quasi in ludum mittere ad scriptores amoeniores.
Quo in numero Petronium repono: quidquid dicant isti
frontis severæ. Et tua fide, Pythoe: vidistis? quidquam
venustius, argutius, post natas Musas? Non ego. Absset
tantum nuda illa nequitia. Qua tamen nihil offendor. Jo-
ci me delectant, urbanitas capit: cetera neq; in animo nec
in moribus meis magis labem relinquunt; quam olim in
flumine vestigium, cymba. Ut vina appolita vinosum
movent; inuiuium, ut antiqui loquebantur, non movent:
sic ista animum iam ante improbam fortasse incitent; ca-
sto & castigato non adhærent. Et sunt tamen inter Musæ-
os homines qui hunc scriptorem fuisse velint. A quibus
nos certè, mi Pythoe, dissentimus. Meæ sententiæ testes
has Notas do. quæ, cuiusmodi illæ, non nisi ab eo qui cum
cura legerit, eruantur.

Petronii
laus.

In convivio Trimalcionis :

Idem. cor-
rigitur sa-
pientia.
1.

*Ceteram in promulsi dari a sellis erat Corinthius cum bisac-
cio positus, qui habebat in alterâ parte olivas nigras, in altè-
râ albas.*

Aliàs in promulsidæ dandâ. Sed legendum, in promulsidariis.
Ulpianus De auro & arg. leg. promulsidaria vasa appel-
lat. hî: Promulsidaria intellegit cibos qui in Gustu.

11.

*Et modò quid fugis? Ignoscet mihi Genius tuus, noluisse de
manu ejus panem accipere. Nunc, nec quid, nec quare. In cœ-
lum abiit. Et Trimalcionis topantia est. Ad summam mero
meridie si dixeris illi tenebras esse, credet.*

K k 3

Emen-

Notatum
proverbiū,
omnia eras

Emendant, Trimalcionis hierophanta est. At ego, Trimalcionē τὴ πᾶντα est. Usurpavit proverbium, quo Varro in Scquilulysse: Hic enim omnia erat, item sacerdos, prætor, parochus, denique idem Senatus, idem populi caput. Demosthenes, πᾶν ἐκεῖ, τὸ αὐτοῖς. Lucianus amorem Stratonices in Combabum exprimens: καὶ οἱ πάντες κομῶντες τὸ.

III. Et poetarum coepit esse mentio, diuq; summa carminis penes Mopsum Thracem memorata est.

Legerim, immorata est.

IV. Negavit hoc Eumolpus fieri posse, quia magna, inquit, navigia portibus se curvatim insinuant.

Arbitror scrib. poribus se gravatim insinuant.

V. Quia nosti Venerem tuam, superbiam capias, vendisque amplexus non commodos.

Legō, vendisque amplexus non commodas.

VI. Quid est, inquit, numquid te osculum meum offendit? Numquid spiritus jejunis macer? Numquid alarum negligens sudor? Puto, si hæc non sunt, numquid Gylona times?

Videtur aptius, jejunis macer? Numquid alarum negligens sudor puter? Si hæc.

VII. Balneoque præterito modicâ unctione usus, mos cibus validioribus pastus, id est, bulbis, cochlearumque sine jure cervicibus, hausi parcius merum.

Vide ne verum sit, sine jure struicibus, voce Plantinâ. Quamquam vulgatam lectionem tamen firmare Athenæus videatur lib. III. qui capite Deostreis, expeti cervices earum ostendit in cibus, & non semel nominat πυχλὸς πορφυρῶν, κερύκων, &c. Vale.

E P I S T. III.

I. LIPSIIUS IANO LERNUTIO.

ITAQUE uxorem duxit Giselinus noster? Meherclè gaudeo. Non enim adsentior illi nescio cui philosopho, qui negabat sapienti uxorem ducendam esse, ne Sapientiam quidem ipsam: melius Varro. Quid enim est, inquit, quod homo masculus libentius videre debeat quàm bellam uxorem? Et accedit quòd duxit bonis benè natam. Quòd honestis moribus, & dote. Ita non erit Nævii ---- pannum positum in purpurâ. Sed tu, mi Lernuti, quid agis? Silent enim litteræ tuæ: non etiam, ut opinor, Musæ. Et viden' debere te Epitalamium carmen amico? Quidquid erit, ne cela. In Carmine lugubri ad Liviam De morte Drusi (quod C. Pedonis Albinovani ex jure Quiritium esse ajo, non Ovi-

Qvidii) pauca & levia quædam notavi. Nec miraberis, Carmen
Albinova-
ni per-ur-
sum.
quia post Scaligerum.

*At miseranda parens suprema neq; oscula fixit,
Frigida nec movit membra tremante sinu.*

Malo, nec fovit.

Non animam apposito fugientem excepit hiatu,

Nec traxit cæcas per tua membra comas.

Imò, *sectas comas, aut, læsas, aut tale aliud,*

Quos primum vidi fascies in funere vidi,

Et vidi everfos indiciumque mali.

Lego, *versos, aut, inverfos.* Ita enim in luctu ritus anti-
quus. Tacitus Annali III. *Præcedebant incompta signa, ver-*
si fascies.

Quid petit? Vult ille tibi ut sua facta placerent,

Magnaque laudatus præmia mortis habes.

Benè emendavi, *Quod petiit tulit ille, tibi.* Benè, inquam &
aptè. Dicit. Quod unum Drusus voluit, ut tibi Augusto
placeret, id jam consecutus est. Laudas ecce mortuum:
& laudas publicè.

Flamma diu contacta caput contingere sacrum

Erravit postea lenta subusque thoro.

Fortasse, *lenta subitque.* Erravit flamma, & tandem lenta
subiit.

Adde quod est absens factus: nec cernere nati

Semineces oculos sustinuerè tui.

Dico legèd. *absens functus.* Clamat sententia. Pars, ait, so-
lati est quod in oculis tuis & sinu non sit mortuus: & au-
disti dolorem tuum Livi, non vidisti.

Nec meritis quidquam illa juvant: magis affuit illis

Materi honos, titulis omnia plena videt.

Lego, *adfluit illis.* Non illi me juvant meritis suis: potius
à me novus honos ipsis venit.

EPIST. IV.

I. LIPSIUS CAROLO SIGONIO.

MAGNA verò industria tua, Sigoni, in Livio castigando fuit, magna. Et profectò

---si linguas decem

Habeam, vix habeam rem satis quidelicem,

ut ait Cæcilius. Nec tamen hoc negabis, ex tantâ messe
non paucas spicas esse reliqui erroris. Quo in numero vi-
de ne hæc sint, lib. XXIII.

Annibal Acerris direptis atque incensis cum à Casilino Di-
et atorem Romanum legioneq; nuntii accipi nunciaffent: ne-

Kk 4

quis

Addita-
tum in Li-
vii loco.

quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat, exercitum ad Casilinum ducit.

Confula historia, non apta verba. Primum, quid est, *Dictatorem accipi à Casilino* ? Quis sic loquitur ? Dixisset à Casilinenfibus, feremus. Ut omittam, acceptum numquam esse. Theani castra habuit, ibique hibernavit, Livio ipso inferius narrante. Deinde, quod illud tantum periculum, si quis Capuam recurrat, civitatem Annibali sociam & amicam ? Livius ista non scripsit. Vetus Ictio, *legionesque nunc accipi*. Valla voluit, *legionesque nunc acciri*. Puto melius, *legionesque eminus affici*. Levissima mutatione. Illa sequentia, *Capuam quoque recurrat*, meus liber effert, *Capue quoque occurreret*. Legō, *nequid tam propinquis h. c. Capue quoque occurreret*. Dicit Annibal audito Dictatorem vicinum esse, & à Casilino tantum non aspici signa legionum : metuens ne quid & Capuæ accideret, exercitum propius Casilinum movit.

Eodem libro infra :

*Idem voce
audius.*

L. Furium Praetorem cum classe ex Africa Lilybaeum venisse. ipsum graviter saucium in discrimine ultimo vitae esse.

Vetus, *ipsum graviter ictum saucium*. Legō, *graviter relictum saucium*.

Tum legit qui Aediles, Tribuni, Praetores, Quaestoresve fuerant, tum ex iis qui spolia ex Ro. hoste fixa domi haberent.

*Manutii
conjectura
firmata
libro.*

Acute Manutius emendarat, *Aediles, Tribuni, Praetores, Quaestores*. Praetorum voce deleta. Quia jam antea de curili magistratu egerat. At ea correctio disertim in meo codice existat. Nequis ultra ambigat.

E P I S T. V.

J. LIPSIUS LUDOVICO CARRIONI.

RIDEBIS ? An indignaberis ? Sed indignare potius : aut mehercules ego indignabor. Melissa mea, delictum illud caniculæ, pessimo furto mihi periit. Præcujus ingenio & fide, ille Vlyssis, Lyfimachi, aut Sabini canis, meræ nugæ. Amabo te, dic Lernutio, dic Modio, Hendecasyllabos parent. Ridebis, & numquam te tam Maccum credidi, inquires. Sed tamen ego melius, quam Cælius ille Calcagninus. Cui felles in deliciis fuit, idque publicis monumentis testatum reliquit. Bryardi Commentarios accepi. Illi tu.

Dices,

Dices, pro meritis gratum me & munem fore.

Salustium in manibus tibi esse, gaudeo. De ejus loco,
Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus sicut
institutio præter nomen nihil est additamenti.

*Confirmata
correctio
Sallustiana.*

olim pueri scripsimus leg. videri, in *Statuâ*. Nec demuto.
 Quamquam vir doctus Pythæus, sicut in *stajeno*, emendet,
 intelligens illum C. Stajenum Ligurem qui se Ælium Pa-
 cetum adoptaverat. De quo Cicero. At meam illud Euripides
 comprobât, qui pariter ut Sallustius ignavos nobi-
 les cum statuis componit.

Electra:

--- τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτῶς

Κερνίπτι, καὶ τοῖς ἡγεσιν τὰς ἀρχαίαις.

Οἱ γὰρ τοῖς τοῖς πάλαι οἰκίστην εἰ

καὶ ἀρχαῖαι. αἱ δὲ σάρες αἱ κεναὶ φρονεῖ

ἀρχαῖαι ἀρχαῖαι εἰσιν.

Nec dissimile illud Juvenalis:

Nil nisi Cecropides trancoque simillimus Hermæ.

E. P I S T. VI.

J. LIPSIUS JOSEPHO SCALIGERO JULII F.

QUI his litteris se dediderunt, Scalige: ii sunt profectò,
 quod dici solet, multi Mariani. Sentis ipse. Noctu,
 diu, habitandum in libris: pervolandum omne genus
 scriptorum. Et levia ista. Quantò nobis ambitu con-
 quirendi libri scripti? Quod tædium illud conferendi?
 Nam quòd vicarium ponas, & alienis oculis istæc agas:
 proinde est, quasi alieno ore comedas, bibas. Itaque
 amemus ipsi nos: tamen qui hæc negligunt vulgi doctri-
 nâ contenti, non dicam verius, certè beatius docti sunt.
 Quid enim, obsecro, assequimur: Dices:

Sapiens virtuti honorem præmium, haud prædam petit.

Utinam ergo id esset! & honos saltem labori huic habe-
 retur! Sed cur dissimulem? Cùm omnia fecerimus, erit
 qui nos luculenter laudatos putabit, & Grammaticos di-
 cet. Non est alia consolatio quàm illa Antigenidæ, Mi-
 hi & Musis. Ergo tibi hæc, mi Scaliger canem. Colle-
 ge nobis in eodem vel studio, vel morbo. In Agellio
 illa vide.

Lib. IX. cap. II.

*Complures
in Agellio
emenda-
tiones.*

*Ad Herodem adiit nobis presentibus palliatum quispiam &
 crinitus, barbaque præcæd pube usque porrectâ, ac petit es
 sibi dantur aptos emendos scilicet.*

Kk 5

Mem-

Membranis, quas à Victore Gisefino eximiè bonas accipi, aberant ista, emendos scilicet. Nec dubium, quin glossema sit.

- II. Interibi aliquot ex iis qui cum Herode erant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei.

Eadem & nulli rei. Sic apud Plautum, alirei.

- III. Demus, inquit, huic aliquid æris, cujusmodi est. Optimè illic, cuiusmodi est. Cicero pro Roscio, & alii. Statim post, animalia spurca atque probrosa, in scripto est, atque probra. Et vide ne veteres ita dixerint.

Cap. III.

- IV. Cuius virtute industriaque Mædones locupletissimo imperio aucti.

Schidæ, Macetæ. Et id, tu Scaliger jam nos docuisti.

- V. Et cuius vim atque arma toti Græciæ cavendam incluta illæ Demosthenis orationes concionesque notificant.

Illæ, concionesque vocificant. Dilectum, & ad oram eadem vox, quasi notandi causa, reposita. Dictum est, ut Rumi-
ficant. Varro III. De re Rusticâ, Itaque injectantes à se ejiciunt fucos: quos vocificantes plures, persequuntur etiam pauca.

- VI. Spero enim fore ut eductus eruditusque abs te, dignus existat & nobis & rerum istarum successione.

Meliùs membranæ, susceptione.

Cap. IV.

- VII. Adductusque mirâ atque insperatâ utilitate, libros plurimos ære paucio emo.

Legend. insperatâ utilitate, libros multos. Atque ita in scriptis.

- VIII. Is ne rudis omnino & alieno in ejusmodi rerum auditionibus reperiatur.

In isdem, auditiones reperiatur. Et agnosco phrasim veterem.

- IX. Alios item esse homines singularis velocitatis, vestigia pedum retrò habentes.

Schidæ, singulariæ velocitatis. Utitur eam vocem Agellius aliàs & Turpil. Homo unica natura & singularia.

- X. In terra Albania gigni homines quâ in pueritia canescunt.

Non temerarium est, quod ibi scribitur, in pueria. Ne errorem suspiceris, in margine repetita vox est. Et id ejus libri olim scriptor solitus in rarioribus vocibus.

- XI. Homines qui Monomeri appellantur, singulis cruribus saluatim currentes.

Scripta lectio, qui monoceli. Emendandum haud dubie monoceli. Et ita Plinius.

- XII. Quæ profectò faciunt ut neque respuenda sit notissima illa veterum poetarum de Canide & Cæno canilena.

Mem-

Membro auctior lectio in membranis, *neque respuenda, neque ridenda sit.*

Cassii puerum factum ex virgine sub parentibus.

Scribunt illæ, C. Asini. Non recte, ut opinor. Locum enim indicare voluit.

EPIST. VII.

J. LIPSIIUS IOANNI CRATONI, V. C.

QUOD utrumque rerum in aula est : & tractas ipse literas, clarissime Crato ; & amas litteratos. Alterum admirationem nostram ; alterum meretur amorem. Cui pro parte mea testando, hæc Liviana ad te quasi iudicem misi.

Libro xxv. De concione Martii ad milites:

Ne tamen subita res & nocturnus terror etiamnum suæ fortunæ consilium perturbaret, alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocatâ ita differuit.

Eleganter in meo libro, *nocturnus terror, & non suæ fortunæ consilium.* Non enim fortunæ illius afflictæ videbatur & propemodum desperatæ, ultrò aggredi hostium castra.

Ibidem:

Cogor omnium vestrûm vicem, quod difficillimum in luctu est, unus consolari.

Vetus, *unus consolare.* Verissime. Aliis luctu & metu debilitatis, summa consiliorum ad unum Martium venerat. At illud vulgatum, si attendis, ne Latinum quidem est.

Non lamentis lacrimisque tamquam extinctos prosequi.

Vivunt enim vigentque famâ rerum gestarum.

Malo lectionem veterem, *vivunt enim vigentque.*

Scio audax videri consilium : sed in rebus asperis & tenuibus fortissima quæque consilia tutissima sunt.

Sigonio placet induci voces, *& tenuibus.* Ex veteri libro, ut ait, & ex sensu. In meo reperio, *& tenuis per.* Itaque non dubie emendo, *in rebus asperis, & tenui spe fortissima.*

Unus exercitus in propinquo est ; duo haud procul absunt.

Nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est. Et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, periculum est, &c.

Multa in Livio patrum ætate interpolata. In iis hic locus. Vetus liber, *nunc aggredientibus par aliqua est.* Illi boni explendæ sententiæ, *opportunitas,* immiserunt. Sed nemo paulò doctior negabit emendandum fuisse, *pares aliqua estis.* Docet historia & res ipsa.

In oratione Martii apud Livium quædam emendata.

I. 2.

II.

III.

IV.

V.

EPIST.

E P I S T. VIII.

J. LIPSIIUS PETRO DIVO.

Rhenani
judicium
expiosum.

RISI nuper Rhenanum. Qui cum Vellejum Paterculum (sive, ut aliis jam placet, Vellium) laudandum suscepisset; aut parem cum Cæsari, aut certe proximo loco ponendum affirmat. Non pareo verò huic designatori. Et næ ille Vellejus in historicorum ordine tantum abest à secundo, quantum Cæsar à primo. Melius Quinætilianus, qui in historiæ Ro. catalago hunc ne nominat quidem: aliàs antiquum, & qui Livium & Sallustium videre poterit. Sed volumen illud historiæ majoris, quod pollicetur, fortasse non scripsit: & compendium illud plenum adulationum, degressionum, doceat Beatus me cur tantam laudem mereatur. Sed de hoc propediem coram videbimus. Nunc da mihi operam, & has in Vellejo animadversiones inspicere.

Vellejus
Paterculus
corrigitur.

Vellejus
Paterculus
corrigitur.
1.

Levis
conjectura.

Lib. II. De Sullâ:

Primus ille, & utinam ultimus exemplum proscriptionis invenit: ut in quâ civitate petulantis convitiis judicium historicarum ex alto redditur, in ea jugulati civis reipublicæ constitueretur auctoramentum.

Emendaveram ego, *judicium histronicum ex albo, & putabam ad XII. tabulas referendum, quæ capite sanxerunt. Si quis actus esset sive condidisset carmen quod insaniam faceret flagitiumve alteri. Cicero IV. de Rep. Vel. judicium in histronem. At verius fortasse Pythæus, judicium injuriarum. Sequentia ex notis lego, civis Rē. publicæ. Intrâ, de Tiberii secessu Rhodum:*

II. *Illud etiam in hoc transcurso dicendum est, ita septem annos Rhodi mortuum esse, ut omnes qui Procoff. Legatique in transmarinas profecti provincias visendi ejus gratiâ ad quem convenientes semper privatos illa majestatis privata numquam fuit, fasces summisserint.*

Indubitanter emendandum, *viscendi ejus gratiâ atque conveniendi, semper privato (si illa majestatis privata umquam fuit) fasces summisserint. Metuebat scilicet Vellejus ne impietatis crimen admitteret, si privatum Tiberium sine exceptione dixisset. Pudet & piget projectæ adulationis. At non ita Tacitus.*

Deinceps:

III.

Quo tempore M. Lolli perfida ac plena subdoli ac versuti animi consilia per Parthum indicata Cæsaris ira vulgavit.

Quæ

Quæ ista consilia quæ Cæsar per iram vulgavit? Sed Spuria lectionis hujus pater est Rhenanus. Prisca editio, Cæsaris jam divulgavit. Ex ductu litterarum quanto verius erat? Cæsari fama divulgavit. Ut enim de re dubia scribit Vellejus, & famam auctorem dat.

EPIST. IX.

L. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

ITA est. Me cura mea capiunt & horri. Habeant isti dynastæ *πλάττειν ἐνδὲν, καὶ πύχλων ἀπὸ τοῦ*. Numquam scivi quàm verum illud Comici esset,

Εἶτ' ἔχ' ἡ χρυσὸν ἐστὶ πρῶτον ἐρημία.

Ut tamen scias in hoc secessu & libros audere me tangeret: hos Senecæ locos vide.

Seneca
emendatus
in epistolis.
1.

Lib. XXII. Epistolarum, epist. LXXXIV. ait.

Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum clarissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit, & intellecto facinore mori voluit, certe deliuit.

Ea lectio à Pinciano est, cui Seneca æternum debet. Hic tamen non rectè judicavit. Libri scripti partim, *certè eruit; alii, diruit; alii, deliuit.* Postrema nihil peccat, nisi quòd litteræ unius membra divellit. Scribe igitur, *certè debuit.* Aperta & acuta sententia. Merito Alexander mori & voluit & debuit, qui immerentem amicum occiderit.

Epist. LXXXV.

In commensationibus nostris plus cantorum est, quàm olim in theatris spectatorum fuit.

II.

Pax, mi Seneca, quis credet? In uno convivio aliquo plus cantorum, quàm olim spectatorum? Impudens mendacium, Rectè in manss. Seneca Io. Latomii, *In commisionibus.* Et intellegit commisiones ludorum. Paret ex sequentibus. Quomodo hoc Pincianum fugerit, miror.

Epist. LXXXIX.

Appion Grammaticus qui sub C. Cæsare tota circumtatus est Græcia, & in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus.

III.

Lego verò, *totam circumtatus est Græciam.* Tangit hominem nugatorem & Agyptam. Paullo tamen aptius quàm Julii Cæsaris filius illum nostrum.

EPIST.

E P I S T. X.

J. LIPSIUS JOACHIMO CAMERARIO,
IOACH. F.Sⁱ parens vester, æternum illud Germaniæ decus, vi-
veret : meritò clamaret,* *Beatus
ille quem
beabunt.
liberi.** *Ζηλωτὸς ὅστις αὐτὴν χρεὼν ἐν τέχνῃς.*

Ita omnes vos non solum naturæ & probitatis paternæ
quandam similitudinem, sed etiam doctrinæ refertis. Tu
Ioachime in primis. In quo patris probum illud os, ocu-
los, & vultum videmur recognoscere. Itaque occasio-
nem scribendi ad te, à C. V. Cratone oblatam libens sum
amplexus. Ut quæ mihi cum parente tuo necessitas fuit:
eam nunc transfunderem & quasi derivarem in filium, &
hoc non levi solatio uterer illius erepti. Quod superest,
mi Camerari, nos hic vivimus in tumultu omnium rerum
& desperatâ pace, acrior incumbit ----- *παραχρῆμα ἡμῶς πολέ-
μοις.* Non deferunt tamen litteræ, & plurimus sum in
historiis. Quod genus lectionis abducere maximè ani-
mum videtur à præsentibus malis. De integritate hujus
Liviani loci ambigo.

* *Proposita
Liviani lo-
ci correctio
de indu-
stria.*Lib. xxv. cùm Martius invaderet.
castra Asdrubalis.

*Inde signa canunt, & tollitur clamor, pars semisopitos hæstes
cædunt, pars ignis escas stramenta arida tectis insciant,
pars portas occupant ut fugam intercludant.*

Ad hunc locum Glareanus non tam ineptus censor quàm
quidam existimat, *Dura est, inquit, compositio, nec facile dixe-
rim quàm displiceat. Sensus tamen intelligitur.* Et displiceret
meritò. In veteri meo hoc tantum scriptura mutat, *stra-
mento arido.* Præivit tamen ad veritatem. Lego, *pars
ignes casis stramento arido tectis.* Illud *escas*, conflatum ex
repetitâ syllaba *ignes* fuit. Et pro *cas*, quàm aptè *casus*! Ita
Livius lib. xxvii. Cùm Campanorum castra incendun-
tur, arundine & stramento tecta ea dixit. Et lib. xxx.
Cùm Syphacis à Scipione.

E P I S T. XI.

I. LIPSIUS GERARDO FALCKENBURGIO.

V^IDE nuncii fidem. Tertio mense quàm scriptæ sunt
reddidit mihi & Pulmanno litteras tuas. Ne tu mirere
si re-

si rescribam tardiùs. Redigeri diuturno morbo συμπαράω.
De Scalegeri Nonio & Plauto grata quæ scribis. Mihi
crede. Ille unus possidet quasi auctorum veterum Geni-
os, & rex est, ut sic dicam, litteratorum.

----- οὔποτε γλαυκὰν ναῦσιν ὕπ' ἡΐ.

Giffanii casu indolui. Sed talibus in rebus valet illa Stoici
dogmatis consolatio, quam Attius scite expressit:

---- nisi probzum, omnia alia indelicta existimo.

In Taciti instituto Commentario pergo: lentè tamen, &
quomodo amicus ille in Agellio.

E Dionis Cassii libro LVIII.

Τὸν δὲ Πείσωνα τὴν ἀπολιπαρὰν τελευτήσαντα δημοσίᾳ ἑφ' ἐπ' ἡ-
σεν, ὅπερ πρὸς καὶ ἄλλοις ἐπαείζετο. Καὶ Λούκιον αὐτῷ αὐτῶς
ἐμίσαν ἀνδείλετο, ὃν πρὸς παλαιὰ τῇ στρατίᾳ ἐχθροπέρας κατ' ἴχ'·
ἐν τῇ Ρώμῃ.

Dio cas-
sius, emen-
datus.

ridiculum errorem tollebam, invisum tamen interpreti
novo. Littera una peccat, ned πικρίαν. Nihil enim de
Quæstore. Sed Λαμίας legendum. Successori Pisonis no-
men fuit L. Ælius Lamia. Clarum ex Tacito, Annali v.
Extremo anni mors Ælii Lamie funere censorio celebrata, qui
administrandæ Syriæ imagine tandem ex solutus urbi præfue-
rat. Iani Lernutii perelegans carmen mitto ad te, adum-
bratum de Horatio. Non fallor amore. Et profecto, si
adolescens iste vitalis est, poetam Belgicæ nostræ dabit
non è multis.

Iani Lernutii Oda ad Amorem.

AMOREM ocellis flammeolis heræ
Vidi insidentem. Credite posteri.
Fratresque circum ludibundos
Cum pharêtrâ volitare & arcu.
Eheu pavore cor trepido salis,
Mensque iecta Amoris numine devium
Lymphatur: eheu parce telis,
Parce gravi puer acer igne.
Fas inquieta sis mihi gaudia
Curaeque dulces, cuspides & tuæ
Vulnèra, atque amicum
Arte lyra celebrare amarum.
Fas & parentis regna Amathusidos
Porrecta latè dicere, partaque
Tropæa de Titane, & astus
Muciberis male pertinaces.
Tu vim leonum, tu tigris domas
Ceteque & uros: perque acies truci
Dextrâ Gradivum fulminantem
Mitem animis placidumque reddis.

Lernutii
Oda.

Tu post

Turpost Gigantum terrigenam manum

Fusam fugatam, tela Diöspieri

hæta tollis : iure relicta

Conjuge fideiisque regnis

Quandoque tauro diffimilem sui

Abdis vel auro ; jam gelidis cygnum

Uris sub undis ; jam salacem

Destruis in Satyrum aut in hircum.

Tebrutæ tellus, te maris æquora,

Celumque & indivi horrida tartari

Sedes veretur : te veretur

Ipsa Hecate, paritumque Pluto.

E P I S T. XII.

J. LIPSIIUS FRANCISCO MODIO.

MENI verò, Modi, & salutè te grata fuit missa per Gic-
selium : & gratiores opera literæ, non solum a-
manet, sed etiam liberaliter scriptæ. Itaque cum antea
ex formosis Carrionis diligenter te : nunc cœpi etiam
amare prius, quia amarissime sentio à te : deinde quia
amicum ingenium tuum, & facti ad humanitatem mo-
res merentur, ut ameris ab iis quos novem virginæ amant.
Brugas vestra quod amice me vocas : & ego meherle eu-
pio. Sed vidēs hanc anni hiemem : & quod inter nos sit,
ignosce novo marito. Quem scire potes ad signa frequen-
tem esse debere. De Nemesiano & Calpurnio. Ego verò
non probō solum, sed hortor & suadeo. Et non sunt illi
maximi census scriptores factor : sed sit hoc, Modi, pri-
mordium & quasi præcentio majoris Musæ. In Plauti Au-
lularia duobus locis, dubium non est quin leg. sit *penissi-*
mè, formatum à *pænè*. Quod Charisius in hoc versu,

Fide censebam maximam multa fidem

Esse, ea sublexi os mihi penissimè,

agnoscere videtur plenissimè scilicet corruptum ab impe-
ritis Charisium esse. Aque atque Apulejum lib. viii. de
Asino :

*Manum cujusdam foetora sordentem, qui gingivas meas
identidem putidis scalpebat digitis, mordicus ariaptam ple-
nissimè contrivi.*

Nam & hic leg. *penissimè*. Ut in Apologia ejusdem : Nam
quod *penissimè* oblitus sum, *superrimè* cum Pudentillâ te sta-
mentum faceret. Amat enim unice ille scriptor uti voces
Plauti. Et sunt tamen qui illum ut barbarum rideant, me-
dius fidius barbari ipsi. Illum etiam Plauti Milite. versum,

*Penissimè
Plauti
vox.
Charisius
corrigit.*

*Apulejus
pariter,*

*Et Plau-
tus Milite.*

Sce-

Scenâ , Quid modi:

*Si id facies, tum demum sciisti, qui bonus sit qui malus.
emendo, dum demum scis, tibi qui.*

F P I S T. XIII.

I. LIPSIUS JOANNI FLEMINGO.

VT humanitas tua est, Fleminge; ut amor in litteratos: *Aliquantis
Levi loci
refutatio.*
non gravatè indicabis, quid super his Livii locis sentias, quos levi manu emendabam.

Libro, xxvi.

*Nec magni certaminis rem fore. Paucos esse & ab suis inter-
clusos, & quæ, dum paveat, Romanis interrupta acies vi-
deatur: etiam si se utrimque in hostem veriat, ancipiti
pugnâ medios circumventuram.*

Glareanus de obscuritate priorum & sequentium præfa-
tus, fatetur ingenue hæc à se non intellegi. Tantum mô-
menti levis corruptio habuit. Levis, inquam. Nam illud
dum paveat, scribendum *dum pavent*, & pro, *etiam*, leg.
eam. Et pulsæ tenebræ sunt. Cohors Hispanorum rupe-
rat Ro. mediam aciem. Hoc Fulvius in bonum vertens,
Quæ vobis, inquit, dum paveris, interrupta acies videtur.
ea maximè erit opprimendo hosti, & si se utrimque verte-
rit, &c.

Ibidem:

*Nihil ad eam spem agnoscentem dixisse ferunt, tu perditus
res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium me-
um perveniet.*

Vetus liber *noctu perditus*. Scribo. *Næ tu perditus*, familiari
modo loquendi.

*Capua etsi nihilo segnius oppressa per eos dies fuerat, tamen
adventum Flacci sensit.*

Malim, *nihilo segnius obfessa*. errorem fecit, *opfessa*. Sicut
optinere, opfides, & similia in libris antiquis.

*Consurgenem jam Fulvium Taurea Fabellius Campanus
per mediam vadens turbam nomine inclamavit.*

In veteri, *per mediam vadens urbem turbamque*. Recte. Foris
enim adveniebat, ut liquet ex sequentibus.

*Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat, quàm apud
cives sociosque. & divinatio quædam futuri, quò minùs ratio
timoris reddi poterat, eò opportunè majorem inferens metum.*

Suspectum illud opportunè. Manusl. oportet timere majorem
Lego, *eo oborto timore*. Verissima emendatio. Et sic fieri so-
let, inclinatis semel ad timorem animis.

E P I S T. XIV.

I. LIPSIUS M. ANTONIO MURETO.

*Lucilii cō-
pares ver-
sus corrigū-
tur apud
Nonium.*

PAUCOS Lucilii locos, M. Antoni, facio iudicii tui.
Apud Nonium, in Ire.

*Lucil. lib. xxvij. In medium Chremes in summum ire ad-
demenetus.*

- I. Junio placuit, ire addet *Menedemus* : mihi, ire *Damenetus*.
Dixit Lucilius; Chremes ille in filio indulgendo, medium
tenuit; *Damenetus* Plauti, modum excessit. Notum ex
Afinaria, quomodo ille senex filium tantum non ad lustra
& meretrices deducat.

In Epulum.

- II. *Satyrar. lib. xiiij. idem epulo cibis atque epulatio Jovis
omnipotentis.*

Legerim, atque epulae Jovis, ut stet versus. Sententiam
Lucilii puto, tam lautum convivium fuisse, quam epulum
Iovis. De epulo Iovis apud Ro. ludorum causa, frequen-
ter Livius.

In Interficere.

- III. *Lib. xxix. Prius non tollas, quam Tulli animum ex nomine
atque hominum ipsum interfeceris.*

Scribo, --- prius non tollas, quam Tullium ex nomine atque
omine ipsum interfeceris. Sunt Trimetri versus. Et puto fa-
ctus in persona Tulliae, quae Tarquinium maritum simu-
larit ad necem Servii Tullii, quem illa ex nomine atque
omine interfici vult: quia Tullius à tollendo.

In Fulgurivit.

- IV. *Lib. xxvj. Lupo rum, ex auctorem malvanum & fulgurita-
tem arborum.*

Fortean, ex auctorem *Silvanum*, & fulguritarum arborum.
Silvanus rei rusticae praeses deus. Cato, & Horatius, *Silva-
ne tutor finium.*

In Ramices.

- V. *Satyr. lib. ix. Quod deformis senex appetitus ac poda-
grosus.*

Legebam, senex, ac pædidus. Sed video Scaligerum occu-
passe, qui legit, quod pædidus.

In Zonatum.

- VI. *Iib. vi. Zonatum circumimpli vitum cinerariis cludebat.*

Junius, cum eram is cludebat. Scribo, cinerariis cludebat. In-
tellego de puero, qui jam tondendus in gyrum currens ef-
fugere volebat cinerarios. Et planè est illud Catulli, Jam
tuum cinerarius Tondet os.

In

In Charta.

Lib. xxvii. Nec scis, ubi Græci, ubi nunc. Socratici charti, VII.
quidquid quaritis petimus.

Lego, nescis ubi g. v. n. Socratici charti? Quid quaritis? Perimus.

In Sibilum.

Saxa & stridor ubi atque erunt dum sibilus inflat. VIII.

Arbitror de populi theatriali tumultu aut seditione forensi capiendum, & leg. *Saxa & stridor ubi acquirunt, tum sibilus inflat.* Vel, *sibilus inflat*, versu heroïco. Cùm laxa quiescent, sibilus exoritur.

In Duci.

Lib. xxx. non datur, admittit nemo, nec vivere ducunt, IX.

[*Orco respondent septimum.*]

Quæ inclusi, aliena à Lucilii verbis sunt. Et nescio ubi legerim, *Sex dies sat sunt vitæ, Orco respondent septimum.*

In Dicare.

Lib. xxx. Sic ubi ad aures Fama tuam pugnam clara alata dicasset. X.

Scribo, *clarans allata dicasset.* Clarare, ut, *Clarabit pugilem,* apud Horat. Alata fama, à celeritate.

EPIST. XV.

I. LIPSIUS LUDOVICO CARRIONI.

BELLA verò excusatio silentii. Ais ternas dedisse litteras te. Vis scribam liberè? Non credo. Unas enim accepi. Itinera, credo, infesta sunt Brugis Antuerpiam: & mirum ni misellæ litteræ in via sint interfectæ. Censeo funus imaginarium iis ducas, & ossa legas: quod lex vetus permittit in peregrè functis. Quod scribis amicum nostrum jam seriò uxorem cogitare, gaudeo: eaque spes ne iterum vana sit, lunonem lugam rogabo. Sed quid ais? Lernutiæ uxor intumuit? Tam citò autem? ô cultorem Assiduum, vel Proletarium potius! Perii, si uxor mea sciverit exemplum. Tu, cùm reversus es, cela: ego nullus dixero. Cujacium Lutetiæ esse audio: eòdem venturum Scaligerum. Hui! quàm pulchra occasio, si tempora concederent, Semones illos conjunctim salutandi! Moriar, nisi pluris mihi fuerit illos II. viros alloqui, quàm Romanum Cpnselem videre triumphantem.

In Arnobio pauca observavi. Lib. I.

Sed conscriptores nostri mendacior ista promiserunt, extulere in immensum exigua gesta; & angustas res satis ambigose dilata vere praconio.

Arnobius emendatus.

Lego, cum scriptores. Et, promiserunt, sive, prompserunt.

Lib. IV.

112. Numquid à nobis dicitur ex pelagi spumâ & ex Cæli genit-
alibus amputatis Cytheræa Veneris concretum coaluisse can-
dorem? Numquid parricidii causâ vinctum esse Saturnum,
& suis diebus, tantis vinculorum ponderibus relevari?

Scripsit Arnobius, suis diebus tantum. Nam opinio veterum
erat Saturnum suis, id est, Saturnalium diebus iterum quasi
regni compotem esse: ceterum annum in vinclis haberi.

Lucianus in Cornosolone, de Saturni cultu per illos dies:

Ἡ γὰρ τοῦ πεδύτης, οὐδὲ ἀνυχμοῦ πλείως, οἷον αὐτὸ οἰζωρεῖσθαι ἐπι-
δείκνυται. ἀλλὰ τὴν μὲν ἀρπύην εἶχε πᾶν τεθηγμένον, τὰ δ' ἄλλα
φαιδρός τε ὡς καὶ κερπερός, καὶ βασιλικῶς ἐνεσκόδωνται.

Lib. V.

111. Non est ista falsa susceptio, ne delatione appetimini calu-
mniosa.

Lego, falsa suspectio. Verbum Comicorum.

Lib. VI.

- IV. Ridemus cum audimus nos ista. Quoniam deis artes ne-
cessarias ducimus arbitramurque non esse eas, constat & li-
quidem est paupertatis ad subsidium comparatas.

Et Titin-
nius apud
Non.

Lego, non esse, quas constat. Scriptum erat, eas. Unde error.
Ut in Titinnii apud Nonium, Æquum est, me habere pau-
pe, em sumptu meo, pro quos pauperem.

Infra:

- V. Rusticulo cuidam Jovem per insomnium dixisse uti ad Con-
sules suaderet præsulem sibi displicuisse.
Melius, ad Consules vaderet.

E P I S T. XVI.

I. LIPSIUS CORNELIO VALERIO.

HABES Antiquas meas, Valeri. Et de stilo, mutasse me
non nihil à primis illis Variarum libris videbis. Sive
ætas hoc facit, sive nunc iudicium meum. Qui puto ejusce-
modi διδασκαλὴ scripta diffusum illud, suave, numerosum
orationis genus, quale à Cicerone manat, non admittere.
Breve potius desiderant, acutum, mixtum doctrinæ
antiquæ notis, quale aut è Ciceronis ad Atticum, aut è
Comædiis antiquis haurimus. Ad summam, dedi ope-
ram, ut, quod ait Attius,

Paucis probatus potius, quàm multis forem.

Ad

Ad Plautum quòd me vocas : audio , non ausculto. Major illa res , & Scaligero jam desponsa. In Livio sum , cujus duobus locis elegans genus dicendi restituebam.

Genus dicendi perlegans reditum Livio.

Lib. XXIV.

Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos , tanto ardore militum est usus , ut iram inter conditiones pacis interfectæ stationis , ut primo impetu urbem expugnari.

Liber manus. ab irâ interfecta.

& lib. XXVI. initio :

Eatum cura maximè intentos habebat Romanos , non tam ob iram , quæ in nullam civitatem unquam justior fuit , quam quòd urbs , &c.

Idem codex , non ab irâ tantum , quæ. Utrumque optimè. Mutatum imperite fuit , quos dictio ea paulò remotior offendeat. At exempla plura tamen in Livio vulgò obvia.

E P I S T. XVII.

I. LIPSII GERARDO FALCKENBURGIO.

QVIS neget Plauti multa esse à Græcis ? Integræ quidem Comœdiæ , & argumenta tota. Sed est etiam , cum phrasim , dicta , jocos , argutias , invenias imitata ab illis quos ex profello non imitabatur. Exemplum sint hæc pauca.

Plantina quædam imitata à Græcis.

Pseudolo :

CA. Impudice. BA. ita est. Ps. scelerate. BA. vera dicis. Ps. verbero.

BA. Quippini. CA. bustirape. BA. certè. CA. furcifer. BA. factum optumè.

CA. Sociofraude. BA. sunt mea hæc ista. Ps. paricida. BA. Pergetu.

Ps. Sacrilege. BA. fateor. CA. perjure. BA. vetera praticinamini.

CA. Legirupa. BB. validè. Ps. pernicies adolescentum. BA. acerrime.

Ps. Fraudulente. CA. impie lena. Ps. coenum. BA. cantores probos.

Lepidè expressit mores improborum : quibus convicia , laudes sunt.

Item Aristophanes Nubibus :

A^di. Τυφάρεσσι καὶ ἀνάρμοστοι.

Δι. Καταπύρον εἰ καὶ ἀναισχυντοί.

A^di. Πόδα μὲ σίρκας. Δι. καὶ βακαλόχοι.

Ll 3

A^di.

Αἶδι. Κεῖναισι τιφαινοῖς. Δι. καὶ πατρυαλοῖαις,

Αἶδι. Χρυσὰ πάττων μ' εἰ γινώσκεις.

Δι. Οὐ δέ τι πατὺ γ' ἀλλὰ μολὶβδα.

Αἶδι. Νυνὶ δὲ γὰρ κόσμος τὰτ' ἐστὶν ἐργα.

Δι. Θροσὺς εἰ πολλὰ. Αἶδι, σὺ δὲ γ' ἀρχαῖος.

Jam in Bacchidibus totus ille de disciplinâ puerili locus,
non abest quin ab eodem Aristophane sit in Nubibus :

Λέγω πίνω τ' ἀρχαῖαν παιδείαν ὡς δίκαιο.

Πρῶτον μὲν ἔδειφοντο παῖδες γυρῶντο μὴδὲν ἀκῆται.

Εἰς βαδίζον ἐν πύλῃ οἴοις δόξαταις εἰς κίχρας.

cum proximis aliquot quindecim versibus ; ut parcam
chartæ. Plautina sunt obvia :

II. *Eadēmo erat hac disciplina cū tū adolescens eras ?*

Nego hoc tibi annis viginti primis fuisse copie.

& quæ sequuntur. Quid in Amphitruone sanè quàm le-
pidè fingitur de matre vini :

III. *Cadus erat vini ; inde implevi hirciniam. So. ingressu' sē
viam.*

ME. Eam ego, ab matre fuerat natum, vim eduxi meri.

inventum anti Euripidis erat. Apud quem servus de Her-
cule, in Alceste,

Κεκτήσθαι δ' ἐν χείρεσι κισσόν λαβόν

Πινὲν μελαινῆς μεσος δόξωσθαι μέθυ.

In Aululariâ de vitâ ignis;

IV. *Nam si ignis vivet, tu exstinguere ex tempulo.*

Iepidiūs etiam Aristoph. Lythtrate, Vigilare & vivere ;

Τὸν τὸ πῦρ ἐγρηγόρειν ἔκαστ' ἐν ζῇ.

Truculento, illa metaphora turpicula :

V. *Qui arari solent ad pueros ire melius est.*

usus pariter Aristoph.

Ἡ δὲ γαργῆν δ' οἷς γυνὸς βάλωμαι.

Principium Stichī ;

VI. *Credo ego miseram fuisse Penelopam.*

Soror suo ex animo, quæ tam diu

Viro suo caruit.

alii mutant, alii malè. Distinguunt at, misera ex suo ani-
mo, videtur simile illi Homérico :

----- Πάθον ἀλγέα ἐν κτ' θυμόν.

E P I S T. XVIII.

I. LIPSIIUS GULIELMO BREUGELIO,

V. C.

CONSILIARII titulo à rege auctum, cognate Breuge-
li, duplici nomine sum gavifus. Tuo, cuius virtuti &
doctrinæ datum præmium est : patriæ, cuius interest in
his

his fluctibus quamplurimos tui similes sedere ad gubernacula rerum. Arbitror Titinnium dixisse:

Sapientiâ gubernator navem torquet, non valentiâ.

& utinam is versus esset in usu. Ulpiani legem I. De officio Præf. urbi, paullo aliter interpretabar à vulgo.

Ulpianus
in Pand.
explicatus.

Ait:

Et sanè debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendum popularium quietem, & ad referendum sibi quid ubi agatur.

Non enim accipio milites illos stationarios, qui in stationibus, per Italiam dispositi erant, de quibus Sueton. lib. III. cap. xxxvii. & Plin. x. Epist. quod adhuc placuisse video: non, sed verius puto, Ulpianum intellegere milites, qui in Theatro aut Circo, ludorum tempore, agebant, ad comprimendas populi turbas. Quod institutum ab Imp. p. fuit: vocabantque eas ipsas excubias, Stationem, & Stationarios. Totam rem clare Tacitus Annali xiii. *Fine anni statio cohortis ad silere ludis solita demovetur. Quò major species libertatis esset, utque miles theatri licentiæ non permixtus incorruptior ageret, & pl. b. daret experimentum an amotis custodiis modestiam retineret.* Etiam Suetonius lib. vi. *Sed adjuvante vulgi preces statione militum, quæ tunc excubabat, representatum se pollicitus est, ac sine morâ nomen suum in albo profuentium cithærorum inscribi iussit.* Et verò disertim hîc de spectaculis sermo. Quodque ait, *popularium quietem*, scire licet Popularia tunc appellata populi concessum theatralem, ut Equestria, equitum. Reperies in Senecâ, Suetonio, & Calistrato l. xxviii. De Poënis, *Turbulentes adclamationes popularium.* Quod me fugerat, non effugit: illud, *quid ubi agatur, valet, quid ibi.* more illo in Florentinis, litteras commutandi. Peccant largitèr, qui corrigunt, *quid ubique.* Et referendum ad popularia est.

Statio militum ad ludos.

Popularia quid.

EPIST. XIX.

I. LIPSIUS AUGUSTINO HUNNAEO

THEOLOGO, V.C.

IN Theologo accuratum illud Antiquitatis studium, si abest, fortasse non requiram: si adferet, vehementer amplectar: nec solum quasi ornamentum, sed etiam fas sit dicere, adjumentum. Nam & in sacrâ historiâ multa esse, quorum penitior intelligentia pendeat à moribus & litteris antiquis, nemo negabit. Non tu certe, clarissime Huanæ. Qui hoc *πάρεργον* sic accurate tractus, quo

modo alii pauci ^{ipsum} ipsum. Bibliothecam antiquis monumentis instruis; libros conquiris; uteris ipse, aut utendo præbes. Et hoc efficis, ut non modo intellegere, sed judicare possis omni de genere scriptorum. Itaque Liviana hæc mihi ad te, observata mihi nuper. Dicam etiam probata, si probare comperiar tibi.

Livius tamen emendatus.

Lib. xxiii. ex oratione Samnitium, præsidium ex Annibale petentium:

i. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt; prædiumque missum nobis erit, & Nolæ ademeris.

Negat Sigonius elici idoneum sensum ex istis, & Nolæ ademeris. Cumque absit à vet. libris ^{non erit}; leg. censet, & Nolanam ademerit. Certe abest & à meo illa vox; sed propius à scripturâ abiens lego, nobis & Nolæ idem erit. Hoc sensu. Præsidium quod mittes idem erit & nobis propugnandis, & Nolanis premendis.

Paullò infra:

ii. Hostium plus mille cæsi eo die, capti mille dc. & signa militaria undeviginti, & duo elephanti, quattuor in acie occisi: Romanorum minus mille interfecti. Posterum diem, induciis datis, sepeliendo utrimque cæsos in acie consumpserunt.

Meus liber, induciis tacitis. Nihil verius. Tacitæ induciæ, quæ sine pacto, mutuo velut consensu. Livius lib. ii. Intercessere pauci dies, & velut tacitæ induciis utrimque quiete sumptâ. Et alibi: Tacitæ induciæ quietum annum tenuerunt. Iustinus lib. vi. Paucis deinde diebus, neutris hostile quidquam facientibus, cum quasi tacito consensu induciæ essent.

Libro eodem superius, de legatis

Philippi captis:

iii. Tum comitibus eorum seductis, litteræ quoque ab Annibale ad Philippum inventæ de pace inter regem Macedonum, Pœnumque ducem.

quis neget verius in meo esse? Inventæ, & pacta inter. Quò enim de pace compositio, ubi bellum numquam fuerat? Pacta erant, & novum fœdus.

Suprà etiam:

iv. Ad Lacinia Junonis templum in terram egressi sunt. Abest veteri templum. Rectissimè. Sicut post, eodem ad Junonis Lacinia [templum] ubi navis occulta in statione erat, perveniunt, iterum omilla eadem vox.

De Campanis oppressis à Graccho.

v. Annibal ratus, ab re bonè gestâ insolenter letum exercitum, tyronum magnâ ex parte servorumque spoliatum victos prædasque agentem ad Hæmas se inventurum, citatum agmen præter Capuam rapit. Obviosque ex fugâ Campanorum

norum per duo præsidia Capuam duci, saucios vehiculis tolli portarique jubet.

Quæ hæc duo præsidia, non facile dixerim. Mendi suspicionem facit vetus liber, qui illud per nullus habet. Ita legerim, obviosque ex fugâ campanorum, dato præsidio, Capuam duci. Hoc tantum duo, scribens dato.

EPIST. XX.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

TEN' quærere quid sentiam de Scaligeri Festo? Ego verò quod de scriptis ejus omnibus, nil posse divinius. Sic enim loquendum, quotiens de Scaligero. Quem profecto omnes Musæ -- *οὐδὲ Δαλνὸς ἡ γαίπεδον Ἀπόλλων*. Dii boni! quàm multa ille nova, quàm multa vetera, non lecta non visa, non audita aliis depromit? Dæmonium hominis. Et quid tergiversamur? Præ illo, nos ceteri volamus sicut umbræ. Sed ut imiter illos gloriosos, gavisus sum in Festo incurrisse nos in multa eadem. Pauca etiam mihi superant indicta ipsi.

Ait Festus:

Insanum, pro valde magnum usus est Plautus.

Potius scripserim, *Insanum magnum, pro valde magnum*. Nam respexit hunc Plauti versum, *Insanum magnum maior negotium*, Emendandus Plautus Trinummo:

Insanum est, & malum in hospitium devorti ad Cupidinem.

Legendumque, *Insanum est malum*, ejectâ voce. Et apud Nonium, *Insanum pro Insanè*. Plaut. *Nervoraliâ: Insanum valde uterque deamat*. deleverim tamen valde, ut glossema. Imitatus hoc, ut alia, à Plauto Aufonius, de Croëlo, ---dives insanum in modum.

Ait Festus:

Tyria maria in proverbium, &c. Afranius Epistolâ:

Hunc ferrium autem maria Tyria conciet.

Lego, *Hunc ferreum autem*, id est, hunc hominem asperum & tangi periculosum ut maria Tyria.

Ait:

Joviste, compositum à Jove & juste.

Ineptissimæ ineptiæ. Tentabat Scaliger, *Jovis esto*. Sed abssistit, quia sequentia arguunt vanitatem. Quidquid verbi fuit, remotum aliquid fuit; Lego *Iosipse, compositum ab ios & ipse*. Ita enim antiqui pro Iosipse. Unum testem habeo, sed luculentum, Glossas veteres ab H. Stephano *Iosipse, αὐτός*.

Ll 5

Ait:

In Festo
spicilegium
post Scaligerum.

I.

Plautus
corruptus.

Et Nonium.

II.

III.

IV.

Ait:

Orcum quem dicimus ait Verrius ab antiquis dictum Uragum.

Apage. Non dixit hoc Verrius, sed *Urgum*. Duabus litteris mutantibus. Nec ineptè dixit.

V.

Antiqui Tam etiam pro Tamen usi sunt: Titinnius: Bene cum facimus tam malè subimus, ut quidam perhibent viri.

Titinnii corrigo, *tam malè audimus, ut quidem*. Querela mulierculæ est de injuriâ, quæ à viris factum itur suo sexu. Benè an malè faciant, tamen malè audiunt.

Ait:

VI.

Tame in carmine positum est, pro tam.

Scribo, *Tamde*. Dictum enim eo exemplo, quo Quamde, quod in Lucretio aliisque.

Ait:

VII.

Sponsis beneque volueris, in precatione augurali,

Messalla ait significare spondendis, volueris.

Ridiculum, Volueris interpretari Volueris. Enimverò in libris auguralibus erat *Voleris*. Ea forma qua Mone- ris in poetâ illo: *Dimoverint meliora: & Tetinero*, apud Festum in Purimè. *Purimè tetinuero, Purissimè tenue. o.*

VIII.

Gesum, grave jactum,

Puto grave jactum, sive jaculum.

IX.

Experrectus à corrigendo se vocatus.

Imò, à porrigendo.

X.

Eritudo, servitudo.

Hoc falsum. Fuit, *erituda*, ut *servitudo*. Notat scilicet utrumque eadem terminatione & forma dici.

XI.

Degere antiqui posuerunt pro expectare.

Non opinor. Sed Degere pro minuere, detrahere, Nonius observat. Fortè igitur hic, *expectere*.

XII.

Comparsit Terentius pro compercuit.

Scribe, pro compercuit.

XIII.

Camelis virginibus supplicare nupturæ solitæ.

Legō, *Camelis virginibus suppl.* Gamelios sive conjugiales Deos intellegit, qui quæve non inter virgines ceste.

XIV.

Æstimias, æstimationes,

Malim, *æstimia*. In libris Gromaticis, *Pro æstimio ubertatis & naturæ lacorum sunt agri adsignati*. Alibi: *Territoria in saltibus sunt adsignata pro æstimio ubertatis.*

E P I S T. XXI.

I. LIPSIUS MARTINO ANTONIO
DELRIO, V. N.

GRATÆ litterarum tuarum, mi Delri, & aurum contra non carum: indices valetudinis tuarum, indices amoris, indices rei lætæ. Nam & de valetudine pendebar animi, in calentibus Hispaniæ locis: & de amore, in tam longo silentio tuo. At illud de Seneca, quàm lætum! qui medius fidius sic faveo gloriæ tuæ, quasi si mea ageretur. Solinum tuum peregrè re reversus vidi, legi, probavi. Reperiebam hæc analecta, parvæ rei.

Cap. xxiii. De Succino.

Pretium operæ est id scire, ne longius Padanæ silvæ credamur lapidem flevisse.

Placet scribi, *Padanæ silvæ*. Tangit fabulam, qua creditum illo credulo sæculo, Phaëtonem Solis, in Eridanum præcipitasse, nunc Padum vocamus: & sorores ejus ubertim lacrimantes ad ripam Padi mutasse in populos. Et ex illis lacrimis succinum esse. Vocat igitur Padanas silvas, poetarum more, arbores Padanas.

Ibidem;

Succum esse arboris de nominis qualitate capeſſas; pinum verò unde sit genitum, si uſſeris, odor indicabit.

Optimus ille, quo à me uſus es, liber, unde sit gignitum. Neq̃ spernit Solinus istos Archaismos.

Cap. xxv.

Qui illic habitant principio veris inter pecudes pabulis utuntur, deinde lacte. In hieme conferunt arborum fructus.

Liber idem, in hiemem compergunt arborum fructus. Scribo, comperunt. Cetera rectè.

Cap. xxix. De Urfis.

Hæc lambendo sensim figurant, & interdum ad pectora fovant: ut adſidue incubatu calefactæ animalem trahant ſpiritum,

Vetus lectio, *adpectoratas fovent*. Nihil verius. Glossæ priſcæ: *Adpectora*, Παρεχόμεναι, Σώρον. Dictum autem ut Expectorare, quæ vox restituenda in Pacuvii versu apud Nonium, Conſternari.

Conſternata animæ ex pectore hæc & voluere

Conſilium ſubit omnes quod de nata eſt modo.

Lego, *Conſternata animo, expectorata hæc voluere*. Sequentem versum non explico. Nisi placet,

Conſilium ſubit omnes, quod natum eſt modo.

EPIST.

EPIST. XXII.

J. LIPSIUS STEPHANO PIGHIO.

Solimanni
in prolem
immanitas

ACCIPE fabulam, & para affem, inquit ille: imò historiam, non fabulam. Eram herè in convivio apud Archiepiscopum Istrigoniensem, Byzantinum exlégatum. Narrabat de Solimanno, quod à Fide ipsà dictum vix habeat fidem. Quattuor, inquit, Solimanno liberi erant. Natus maximus, cui Mustafa nomen, bellum gerebat cum Persis. Et victoriâ insigni potitus redibit adolescens ad patrem, alacer & spei plenus. Byzantini cum multo honore venientem excipiunt, & civium studia Prætoris cohortes, Janizaros vocant, æquabant. Undique faustæ voces: & in mente erat illud:

Μακάριος ὁ σὺς αὐτὸς ἰχθυῶν ἐν

Πατρὶς αὐτῶν αἰσίωνος ἀλμύρας ἐχθ.

In communi gaudio solus pater offendit. Factum id minuendæ majestatis accipit. Filium vocat. In remotis cubiculis strangulari jubet. Et subinde cadaver in oculis exercitus abjici cum hoc superdicto præconis, Unus in cælis Deus, unus in terris Imp. Solimannus. Inhorruisti? Specta etiam, nondum finis Fortè in omnium attonito stupore, fuit ut non vinceret animum frater junior, & spectante patre fraternæ morte illacrumavit. Infelix pietas bi-duo post veneno pœnas dedit. Tertius metu confugerat ad Persas. Per legatos dedi jussus, & palàm securi percussus. Solus his Zelimus restabat, quem nuper ad Echinadas navali prælio vicimus: & ille homo esse desiderat, nisi hominem exuisset. Horrenda ista. In gente tamen Orthomannicâ non novâ. Cui hoc fatale responsum datum puto:

Καὶ πᾶς οὗς οἶνεν ἐν σερταῖς ἐν αἰμῶνι.

Ad dubi-
tatum in
Livii loco.

Jura me, fodes, in hoc Livii loco. Lib. xxv. in oratione militum Cannensium ad Marcellum:

Consulem te M. Marcelle, in Italiâ adfiscimus, sùm primam de nobis triste sc̄ factum est: nisi hoc sperassemus in provinciam nos morte regum turbatam, ad grave bellum ad versus Siculos simul Poenosque mitti: & sanguine nostro vulnerebusque magistratibus satisfacturos esse. Sicut patrum memoriâ, qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant, ad versus Pyrrhum ipsum pugnantes satisfecerunt.

Alia vetus lectio, magistratibus nostris Senatui satisfacturos, vocibus duabus additis. Me quidem offendit illa Magistratum vox, quasi soli illi in Senatu qui magistratum gere-

gererent, aut folis illis satisfaciendum. Posset legi, *maxi-
stratibus nostris & Senatui*. Sed odorari videor nescio
quid depravationis majoris, & subvereor ne Livius tale
quid scripserit, *sanguine nostro vulneribusque magis quàm
precibus nostris Senatui satisfact. esse*. Sed consulo te,
non ipse àdfirmo.

E P I S T. XXIII.

J. LIPSII LUDOVICO CARRIONI.

HEM, mi Carrio: quàm pænè tibi fuit in Sequanis Li-
psius tuus!

Quàm pænè furvæ regna Proserpina

Et judicantem vidimus Æacum!

Vide quid simus homulli, quid speremus. Fuera m vespere
hilariusculè in cænâ Giselini nostri, qui medici titulo au-
xerat. Oratiunculam in ejusdem honore recitaveram,
& placueram. Noctu eâdem horror me occupavit, mox
sudor, mox febris. Et quàm pænè ipsa mors! Tango o-
culos istos, frater: hilum non abfuit à nigrâ illa diva. Vi-
vo tamen, & tu Soteria debes amico. Imò & libros audeo
jam tangere: & in Seneca enotabam ista.

Epist. cxv. De mollitie Mæcenatis:

*Seneca o-
mendatus.
I.*

*Hunc esse quî in tribunali, in rostris, in omni publico cœtu
sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque
auribus non aliter quàm in nummo divites fugitivi solent.*

Vide & ride errorem. Scripserat Seneca, *in mimo fugitivi
solent*. At ii qui nummo legebant, vocem *divites* addide-
runt. Acutè. Nummi enim certè divitibus conveniunt.
Nisi tamen placet, *in mimo, divites fugitivi*. In Comœdiis
autem & mimis servuli fugitivi coniecto in humeros pal-
lio & capite velato exprimebantur. Ejusque rei exempla
in Plauto. Item & delicati, quos tangit Comicus Curcu-
lione: *Tum isti Græci palliati capite aperto qui ambulant.*
Id faciebant, credo, vitandi solis: cùm pillici usus iis non
esset.

Epist. cxx.

*Inter reliqua hoc nobis præstitit natura præcipuum quod ne-
cessitas fastidium excussit. Recipiunt supervacua dilectum:
hoc parum decens, illud parum laudatum, oculos hoc meos
lædit.*

II.

Scribo, *illud parum lautum*. Notatus in Tacito à me simi-
lis error.

Epist. lxxviii.

Quid est aliud quod tibi eripi doleam? Amicos & patriam?

Tanti

Tanti enim illam putas ut tardius cænes solemque si posses extingueres?
Concinnanda sententia est ut tardius cænes? Solem quoque, si posses, extingueres. Clarum.

Epist. LXXXIII.

- IV. *Libet enim, Lucili virorum optimè, ridere ineptias Græcorum, quas nondum quamvis mirer excussi.*
Qui convenit ut miretur, quod irridet? Lego, quamvis iners.

Epist. ult.

- V. *Tunc beatum te judicas, cum tibi ex te gaudium omne nascetur: cum in his quæ homines eripiunt, optant, custodiunt, &c. Legerim, homines cupiunt, optant.*

EPIST. XXIV.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

VERE existimas: intermitto studia doctrinæ, & hoc otium ut relaxem animum usurpavi, non ut intendam. Est in oculis amicus ille noster, qui dum urget studia & instat sibi: nuper vitam, & pridem vitæ usum amiserat. Audebo dicere. Dî deæque omnes Musas, si reperiuntur sunt cruciandis animis, & non oblectandis. Ego ita sum. Mihi studia, non me studiis submitto. Quod quidam indignantur illud dictum à me, de N. ἀγχιός εἰμι, τὴν σάφην, σάφην λέγω: & animum non solum in fronte, sed etiam in lingua gero. Scio non esse hoc ex disciplina Etruriæ: sed nos Belgæ sumus. Panegyricos illos ætatis inferioris valde probari tibi cupio. Multa in iis bonæ notæ. Locum illum è Paneg. qui Constantino dictus:

*Modum in
Panegyrico
ad Constantinum.*

I.

Quid oro sibi voluit? Quid optavit? Aut ampliùs adipisceretur his, quæ à te fuerat consecutus? Cui tu summa & diversissima bona, privatum otium & regias opes dederas: cui digrediendi ad annulos federas: cui impensius etiam quam tibi occurrere obsequia nostra mandaveras.

Non explico. Doce tu me quid sit, sedere alicui ad annulos. Quid si legas, ad mulos? Non dissimilis mos temporum nostrorum dynastis, ut honoris deferendi causa, cum alter effredo vehatur, ipse curulibus equis sedeat aut mulis. Suetonius in Aug. capite LXIV. *Neque iter fecit umquam, nisi ut nepotes vehiculo anteirent, aut circa adquirent.* Sed loquor nugas. Hoc melius de Plauti versu, *O lepidum senem!* rectè judicasse me olim repo-

*Plauti olim
correctio
confirmata.*

nen-

rendum *Seni. em.* Repperi eam vocem ita inflexam apud Appulejum lib. vi. loco leviter corrupto. Loquitur de Charonte: *Appulejus correctus.*

Huic squalido semini dabis nauli nomine de Stipibus quas II.
feret, alteram: sic tamen ut ipse suâ manu de tuo sumat
ore.

Ita lectio editionum veterum est. Reposuerunt, *squalido* *Pura alia in Mamertini Paneg.*
seni. Alterutrum verum adfirmo, *Semoni*, vel *Senici*. Imò hoc postremum. Adtexam è Mamertini, ad Iulianum.

Pag. 176.

Et cum sancti principis merces atque instituta falsarum opinionum vituperationum licentiam submoverent. III.

In Viennensi libro deest *opinionum*. Rectè Lego etiam, *mores atque instituta*, suadente sententiâ.

Pag. 177.

Scilicet & candorem æquitatis potuit obumbrare, & à temperantiâ purpuram sancti roboris abolere, vicem fortitudinis indignis confodere vulneribus, eruere oculos providentiæ. IV.

Doctissimus Pythæus *vitem fortitudinis* legit, adlusionem ad *vitem Centurionatus*. Ipse truncam vocem puto, & *vicem fortitudinis*, scrib. Dixit enim antea, *nisi forte existimamus patientes vulnere formas esse virtutum*: huc annexit de *cervice fortitudinis & oculis prudentiæ*. Cur autem ita? Quia in *cervice* vis ferendi, & nervorum conventus. Apulejus ita planissimè, De Philosophiâ: *Inde est quòd Fortitudinem nervos animi, ipsa sive cervicis ait Plato.*

Ibidem:

Mitto cunctam Barbariam adversus vindicem Romanæ libertatis in arina commotam, gentesque recensitas & adversus jugum nuper impositum contumaces, irredivivo furore, nefandis stimulis excitatas. V.

Lego, gentesque recens *viçtas*: & *in redi* vinum furorem.

Pag. 181.

Inde nihil necessaria substructionum in ædibus moles ingentes, auxiliorum catervas, legionum sumptus facile vincebant: quinetiam prandiorum & coenarum magnitudines R. P. sanciebat. VI.

Viennensis liber, *aulicorum catervæ legionum*: statim, *r. p. sentiebat.*

Pag. 186.

Perfertur nuncius Consulem me creatum, sine impendio, quod jam diu paucis, sine labore, quod numquam, sine petitione, quod nemini. VII.

Postulat crescentis orationis gradatio, quod nonnumquam,

Pag.

Pag. 189.

- viii. Unde factum est, ut majores nostri viderint Gabinios designatos, & repulsos Catones.
Puto, Vatinius.

Pag. 190.

- ix. Ita serviendi miseranda patientia, assentandi mira calliditas. Ministrorum aulae cotidie limina terebantur: ad fores eorum qui regis cupiditatibus serviebant, ternos patriciae gentis viros cerneret ab hujusmodi dedecore non imbris, non gelu, non amaritudine ipsius injuriae deterri.

Ait, ternos patriciae gentis: quid? Soli tres adulatores patricii? Scrib. servos patriciae g. aut potius, cernuos. Et id verum arbitror. Nam sequitur, demissi jacenesque vix capita supra eorum quos precabantur genua tollebant. Explicat igitur adulatorium & submissum gestum cernuantium. Tertullianus hoc ostendit in honore habendo usurpatum, De Pœnitentia: Sed enim illi qui ambitu obeunt capeffendi magistratus, quas non ignobilitates vestium adfectant? Quae non atria crudis & nocturnis salutationibus occupant? Ad omnem occursum majoris personae decrescunt. Et Ammianus libro xxviii. salutasse Romanos humum pœne contingentibus membris describit.



INDEX EPISTOLARVM

LIBRI QUARTI.

- Epist.* I. BENEDICTO ARIÆ MONTANO,
V. C.
- II. JOANNI SAMBUCO, V. C.
- III. FRANCISCO RAPHELENGIO.
- IV. ABRAHAMO, ORTELIO.
- V. STEPHANO PIGHIO.
- VI. NICOLAO BRYAR: V. N.
- VII. JOANNI LIVINEJO.
- VIII. VICTORI GISELINO.
- IX. NICOLAO FLORENTINO.
- X. JOSEPHO SCALIGERO. JULI F.
- XI. PAULO MANUTIO.
- XII. JANO LERNUTIO.
- XIII. FRANCISCO PYTHOEO.
- XIV. GUIDONI LAURINO, V. N.
- XV. M. ANTONIO MURETO.
- XVI. MAXIMILIANO A BORSSELE, V. N.
- XVII. VICTORI GISELINO.
- XVIII. GERARDO FALCKENBURGIO.
- XIX. OBERTO GIFFANIO.
- XX. VICTORI GISELINO.
- XXI. JOANNI SCEYFIO.
- XXII. ANDREÆ SCHOTTO.
- XXIII. VICTORI GISELINO.
- XXIV. THEODORO CANTERO.
- XXV. JANO DOUZÆ.
- XXVI. IOANNI WAMESIO.
- XXVII. PETRO DIVÆO.

Mm

JUSTI

JUSTI LIPSI EPISTOLICARUM QUÆSTIONUM LIBER QUARTUS.

EPISTOLA I.

I. LIPSIUS BENEDICTO ARIÆ
MONTANO, V. C.

QUÆ singula mirari in homine solemus, Benedicte Aria : ea consecutum te possum dicere universa. Quid sanctius Theologiæ studio ? At tu inter principes Theologos jure censeris. Quid in ipso Theologo rarius , quàm peregrinarum linguarum scientia ? At tu non dicam benè Græcè calles aut Latine, sed Hebræi te, Syri, Chaldæi, Arabes, si sermonis res sit, suum civem possint agnoscere. Iam ut in hæc graviora studia Poësis aut amceniores litteræ cadant, novum est, ne dicam inauditum. Tu non solùm poëtas veteres legere audes, sed etiam in versu exprimere. Quàm feliciter, docent sacra carmina tua : quorum non magis pietate capimur, quam venustate. Itaque non refugi ad te virum gravissimum ista levia mittere. Livianas, inquam, aliquot notas. Bona spe, qui sic amas Poëtas, fore ut non contemnas Historicos.

*Nota ad
Livium.*

Lib. xxiv.

1. *Nequaquam cum tantis copiis antè tenuerat ad Pachynum classem : sed postquam ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erant, profectus Carthaginem, accitusque ibi & ab legatis Hippocratis & litteris Annibalis, qui venisse tempus agebant Siciliae per summum decus repetendæ, & ipse haud vanus præsens monitor facere perpulerat, ut quantæ maximæ possent copię in Siciliam trajicerentur.*

Hæc lectio manifestè sapientiæ. Quid enim est, accitusque ibi ? Nec Sigonius quidem aut sententiam aut emendationem vidit. Libri vet. *aditusque ibi*. Præsto verum esse, *aditusque ibi*. Et à levi emendatione reddita Livio sua sententia

sentia est. Himilco Chartaginem venerat ad augendas copias. Duo cum non leviter juverunt, & Legati Hippocratis auxilia petentes retinendis Syraculis; & litteræ Annibalis, qui monebat incumbere totis viribus ad Siciliam recipiendam.

Statim:

Quod ubi Annensium principes jam pacti cum Himilcone de proditiōe praesidiū, animadvertunt nulli occasione fraudis Romanum patere, apertè ac propalàm placuerat agendum. Urbem arcemque suæ potestatis ajunt esse debere, &c. 11.

Ea verba, apertè ac propalàm, absunt à meò libro, nec Valæ ætate in Livio legebantur Et hercle inculcata sunt ex-plendæ sententiæ. At scire debebant mendam in voce placuerat hæere, legendumque, *Re. patere, palàm, erat agendum.* Quas duas voces scilicet coaluisse.

Infra:

Contra ea Consulis pater Fabius temporum oblitos homines in medio ardore bellitamquam in pax libera de quoque arbitrari & agere ajbat. 111.

Manli. libera de quoque arbitrii agere. Et indubitanter Liviana lectio est, libera d. q. arbitria agere. At locus proximis prioribus lineis:

Tum posteaquam res Romana contra spem votaue ejus velut resurgeret, turpius videatur novam referre proditiōnem, ut proditiō pro septemviri judicio esset, semperque aliud sentiret, infidus socius. VI.

nulla ope à me juvari potuit. Ponam mei libri scripturam veterem, ut proditiō pelli v. m. virali inditiōe & semper aliunde sentiat, infidus, & hæc interpretari decem Sibillas jubebo.

EPIST. II.

J. LIPSIUS JOANNI SAMBUCO, V. C.

ET munus Cæsaris recte curatum est: & anulus tuus cum effigie Augusti. Utrumque gratum: alterum etiam inexpectatum. Nam, ut olim non incite Patienus, à Cæsere beneficium fortasse expectabam: à te satis erat judicium. Quod idem in his Agellii locis adhibere te volo.

Lib. IX. cap. XIII. De pugnâ Manlii

Torquati:

Sed quis hostis, & quod genus, & quam formidanda vastitas, & quantum insolens provocator, & cujusmodi fuerit pugnâ decertatum.

Quadrigatus apud Agellium emendatus.

Membranæ Victoris Gisellini, & cuiusmodi pugna, & antè, sed quid hostis. verissimè.

11. *Is maximè prælio commoto, atque utrisque summo studio pugnantibus, manu significare cœpit, utrique ut quiescerent pugnare. Pugna factæ pausa est.*

Ibi scribitur, atque utris summo. Dium fidium appello, eam germanam Quadrigarii scripturam esse. Antiqui enim Plerus, plera, plerum, Uter, utrim, Alterutrim, hæc talia sine copulâ efferebant. Paccuvius, *Plera pars pessundatur*. Suetonii etiam illud in opt. codice ita scriptum, Tiberii cap. penult. *Conclamantibus pleris Atellam potius deferendum, non ut obtinuit, plerisque.*

Livium
item.

Apud Livium lib. xxvi.

Ita equatæ res ad Tarentum. Romanis victoribus terrâ, Tarentinis mari. Frumenti spes quæ in oculis fuerat, utrosque pariter frustratâ est.

In vet. cod. reperio, utros pariter. Et melius de Livio sentio, quam ut id mutem. Sed ad Quadrigarium:

Exemplò silentio factò cum voce magnâ inclamat.

Schidæ, cum voce maximâ conclamat.

111. *Deinde Gallus irridere cœpit atque linguam exertare.*

Næ audax nebulo, qui priscam lectionem immutavit. Ea est, atque linguâ exerrare. Et sic etiam Buſlidianus codex. Exerrare linguâ, nimium aptè & signatè, linguam extra os projectam per irrisum reciprocare. Verbum id Statius quoque usus vi. Thebaid.

Pleſtiur in gyros dexterque exerrat Arion.

A Gisellini membranæ abest etiam *in cœpit. rectè.*

14. *Manlius iterum scuto scutum percudit, atque de loco certo hominem iterum dejecit.*

Vet. iterum projecit. Et omittit vocem certo. Quæ certè inserta est.

- v. *Eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispaniò pectus hausit: dein continuo humerum dextrum eodem concussu incidit, neque recessit usquam donec subvertit: ne Gallus impetum icti haberet.*

Illic est, eodem concessu: & probant sequentia. Id valet, eodem impetu, eadem aggressione. Quod autem in Buſlidiano est. *impetum istius haberet*, malè est. Nisi fortè Quadrigarius scripsit, *impetum ictus*, antiquè, ut Senatus, Anus. Stant tamen à vulgatâ optimæ schidæ.

- vi. *Ubi eum evertit, caput præcidit.*

Membranæ, caput præcedit. Et scio veteres ita scripsisse. Unde & Concædes silvæ.

EPIST.

E P I S T. III.

J. LIPSIUS FRANCISCO RAPHELENGIO.

OEVANGELIA tua de Dionysii, Polybii, Dionis Fragmentis in Siciliâ repertis! certa res sit modò, nec, ut in Livio, ut in libris Ciceronis de Rep. fallamur. Sed audiavi etiam qui diceret Antonio Augustino tradita illa in manus esse. Credamus igitur, & gaudeamus. De Dionysio & Polybio in primis: quibus nihil potest in hystoriâ verius, prudentius. Nam de Dione aliud est. Quem legendum cum iudicio ajo, nec fidei ejus usquequaque fidendum. Sæpè adulatur, sæpè alucinatur. Utrumque ideo, quia Græcus, & ingenii minimè constantis. Quædam audaciùs in moribus externis, quædam vaniùs adfirmat. Dubito ne tale sit, quod legebam hodie lib. lvi. ubi ait post mortem Augusti factum decretum, ne imago ejus in funere ullo ferretur. Et hoc ideo, quia in divos relatus esset. Mirabar. Primùm quia eâ super re nemo alius nos admonebat, ne Tacitus quidem, qui ejusmodi sententias adulatione eximias libenter persequitur. Deinde quid de Ænea, quid de Romulo Dion responde-ret, & ipsis relatis in Deos? Quorum tamen imagines ornandæ funebri pompæ adhiberi solitas Tacitus ait Annali iv. *Funus imaginum pompâ maximè illustre fuit, cum origo Julæ gentis Æneas, omnesque Albanorum reges, & conditor urbis Romulus longo ordine spectarentur.* Sed quia de Imaginibus vide ne hic Taciti locus Annal. iii. emendationis indigeat:

Circumfusus lecto Claudiorum Juliorumque imagines defletum in foro, laudatum pro reſtitis.

Dionis adſeveratio dubia.

Tacitus emendatus.

Loquitur de Drusi funere, Germanici patris, qui in Germania periit. Sed cur Juliorum imagines in funere ejus prælatas dicat, quærendum. Scimus paternæ maternæque gentis adhiberi consueſſe. At in Iuliam gentem Drusus iſte numquam inſertus. Aliud de Germanico, aut Tiberio, aut Druso altero, quos adoptio Iulios fecit. Itaque cum Drusus patrem è Claudis, matrem è Liviis habuerit, diro in Tacito emend. *Claudiorum Liviorumque.* Cui enim probetur externas imagines quæſitas, omiſſas domeſticas, in quibus multi illuſtres, & in primis ille Livius Salinator eſſet? De hiſdem imaginibus corrigo Ovidii verſum vi. Faſtorum;

Ex Ovidius

*Vidimus ornatos, ætata per atria pictâ
Veste triumphales occubuisse senes ;
Legoque, cerata per atria. Nota res.
----- veteres exornam undique ceræ
Atria.*

Loquitur Ovidius de patriciis , qui captâ à Gallis urbe inter titulos & imagines majorum cæsi.

E P I S T. IV.

I. LIPSIUS ABRAHAMO ORTHELIO.

THEATRUM tuum, Orteli, vidi. Et vis me verum dicere ? Nescio an à multis annis cujusquam labor utilior fuerit in vulgus. Abeant illæ infinitæ tabulæ chartæ. Unus liber regna, provincias, urbes, imò orbem terræ nobis tuo beneficio dedit. Augetur, quæso, hanc munificentiam : & quod concepisse te ajunt , apta istæc ad historiam veterem : & oblita urbium , fluviorumque nomina pariter ut recentia nos doce.

*Quod si procedet, neque te neque quemquam arbitror
Tuae poenititum laudis.*

Locorum
aliquot no-
mina red-
dito Livio.

ut obiter concinnem versus Attii. Præter alios scriptores, unicè juveris Livium : in quo, Hispaniæ præsertim, multa ignota opida. Si otium est, vide hæc pauca.

Lib. XXVIII.

- i. *Martius superato Bæti amni , quem incolæ Cirtium appell-
lant.*

Malè, Cirtium : & in manuss. Livio reperio, *Certim*. Quod propè abest à scripturâ Stephani : *πρὸς ποταμὸς κατὰ τὴν ἐξέ-
ασ. ὅς Πέρης λέγεται κατὰ τὴν ἐν Χελίω.* & arbitror in Stephano scrib. *Κέρης*.

- ii. *Mago cum Gades repetisset, exclusus inde ad Cimbim, haud
procul Gadibus is locus abest, classe appulsâ.*

Cimbis ignotum sanè nomen. Liber meus, ad *Ambros*. De quo considerare te volo.

Lib. XXVII.

- iii. *Itaque in Apuliam & Brutiis reditum , & inter Venusiam
Brutiamque, minus trium millium passuum intervall. Con-
sules binis castris confederant.*

Benè ex Plutarcho emendaverat Sigonius, inter *Venusium
Bantiamque*. Et ita disertè manuss. Plinius Bantinos collo-
cat in Lucanis.

Paullò superius :

- iv. *Capuæ dum sedes Fortune & Martis, & sepulchra aliquot
de ca-*

de caelo tacta : cum iis (adeò etiam minimis rebus prava religio inserit Deos) mures in æde Jovis aurum rosisse. reponendum opidi nomen censeo, Cumis (adeò, &c.) ut Cumis mures roserint aurum. Sic enim Livius solet, prodigia accuratè locis distinguere.

E P I S T. V.

I. LIPSIVS STEPHANO PIGHIO.

MI Pighi. Quàm sæpè mihi est in mente jucundissimus Viennæ convictus noster ! quotiens, ut Varro loquitur, & sermones tuos ruminor & humanitatem ! Omœnia ! ô ripæ ! ô silvæ ! quando, aut quis mihi deus similem vitam ? Equidem & cœnulas illas nostras commemini, quas agitare ad urbem festivè solemus, quarum condimentum non squilla aut acipensere decumano constabat, sed, ut idem poëta ait :

----- *benè cocto**Condito, sermone bono.*

Quarum voluptatum omnium quæa nobis jam

*Distraçtio, discidium, vafluties venit :*age, quod unum reliquum est, frequentemus litteras, & desiderium absentiae his alloquiis leniamus. De profectio-
ne vestrà in Italiam pende-
bam animi.*Μὲ δὴ μοι πλέσσωσι θεοὶ ἡγάχα καὶ δῖα θυμῶν.*

Ego in Illicanum meum me abdideram, cupidine quietis. Quam sæpè interpellant millies, tam grati hospites mihi, quàm nobis solent Cornicula ille & Nigrinus. In Julio Capitolino hæc vide.

*Ad Julium
Capitolinum
nota.*

In vitâ Gordiani.

Adolescens cum esset Gordianus, de quo sermo est, poemata scripsit, quæ omnia exstant, & cuncta illa quæ Cicero ex Demetrio & Arato & Alcyonas & Uxorium, & Nilum. Quæ quidem ad hoc scripsit ut Ciceronis poemata nimis antiqua viderentur.

Quis Demetrius iste poëta, ignoro. Et aliter, non agebatur hic de iis quos Cicero imitatus sit, sed opera ejus nominabantur, quæ æmulatus Gordianus. Aldinâ priscâ editione erat, & Aratum. Dico leg. *cuncta illa quæ Cicero ex diametro, & Aratum & Alc.* Gordianus, inquit, ex professo & studio contendendi scripsit eadem omnia Ciceroni, Aratum, Alcyonas, &c. Posset & legi, *eodem metro.*

In M. Antonino.

11. *Profecti tamen sunt paludati ambo Imperatores, Parthis & Marcomannis cuncta turbantibus, aliis etiam gentibus, quæ pulsæ à superioribus barbaris fugerant, nisi reciperentur, bellum inferentibus.*

De Germanis agitur. Quid ad Parthos? Scribendum, *Catibis*, aut, *Quadis*. Nisi forte, *aperitè Marcomannis cuncta*.

111. *Verùm Cæsarem ex seculo sub aure iubere septennem amisit, quem non plus quinque diebus luxit. Consolatusque etiam medicos, aëtibz publicis reddidit.*

Quid hoc? Ut Imperator consolari medicos debuerit? nugæ. Scribo. *Consuliusque, etiam medios aëtibz p. reddidit.* Ait, Super aliquo negotio aditus, interrupit illos ipsos quinque dies, & res publicas egit. Simile quod de P. Manlio Torquato in Livii Epitoma scriptum, *eum funeri filii non interfuisse, & se consulentibus aditum patere iussisse*. Seneca de C. Cæsare: *Tamen intra tertium diem (quàm filia functa esset) imperatoria obiit munia, & tam citò dolorem quicquam quàm omnia solebat.*

E P I S T. VI.

I. LIPSIUS NICOLAO BRYARDO, V. N.

*Quæstionem
super Plau-
ti falsa rei
versu.*

EXPLICA nobilissime Bryarde in hoc Plauti versu æstum meum. Mænechmis:

*Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo;
Nam & patrem & matrem commemorant pariter qui fuerint sibi.*

Pronunciat hæc Messenio servus, & an mentiatur nescio, dicit certè mendacium. Nam quod ait patrem & matrem commemorasse eos: de patre, verum: de matre, fallit. Multis post versibus demum mater quæritur & nominatur, *Quod erat nomen nostræ matri?* Me. *Theusimarco*. Antea de matre nullum verbum. Peccavit Plautus, an servus, an potius scriptor? Et vix est ut non emendandum sit, *Nam & patriam & patrem*. Quod persuadet series rei gestæ. Pater nominatus erat, *me esse dico Moscho progenitum patre*: patria autem, *Siculus sum Syracusanus*. Et quod emendationem planè firmat, repetit statim servus idem:

— *Neque lacte lacti, crede mihi, usquam similis
Quàm hic tui est. Postea autem eandem patriam ac patriam
Memorat.* —

EPIST.

E P I S T. VII.

J. LIPSIUS JOANNI LIVINEIO.

DISCESSISSE te à nobis , mi Livineie , & dolui & sum *In Livio
quadam.*
gavifus. Dolui, quia privabar amico , & quasi com-
pare studiorum : gavifus sum, quia ad C. V. ibas avuncu-
lum tuum. Apud quem mansio tua , abesse non potest,
quin & ex re tuâ sit , & ex dignitate. In Livio hæc obser-
vabam.

Lib. XXIV.

*Index unus ex conjuratis Theodorum à quo ipse appellatus
erat nominare potuit.* I.

Liber scriptus quem vidisti apud me , unum ex. Et sic leg.
Erat etiam contra libros.

In oratione Q. Fabii.

*Sed cum in hoc bello, cum hoste , numquam ab ulle duce sine
ingenti nostrâ clade erratum sit.* II.

Ibidem est, in hoc bello, in hoc hoste, melius certe.

*Quin Romæ quoque in ipsâ urbe secundum apum examen
in foro visum. Quod mirabile est quia rarum affirmantes
quidam legiones se armatas in Janiculo videre , concitate
runt civitatem ad arma. Qui cum in Janiculum ivis-
sent, negarunt quemquam ibi præter assuetos colles ejus cul-
tores apparuisse.* III.

Si quis alius, foedatus locus. Primum quid est , secundum *Defectus
in eodem.*
apum examen ? An prosperum, an secundò visum ? Lo-
gi. Ego arbitror abesse loci nomen, & stellam ponendam,
donec juvent libri, sic , in ipsâ urbe secundum apum exa-
men. Scripsit enim, Secundum Curiam , Rostâ aut quid
tale. Nisi tamen fuit in archetypo, in ipsa urbe II. apum
exa. Ex quo perperam secundum isti ; ego fecerim bñ.
Jam quàm apte illa juncta videntur, quod mirabile est quia *Et turpe
glossema.*
rarum affirmantes ? At tu crede meæ fidei , quinque illa
verba purum putum glossema esse : & cum Livius inter
prodigia recensuisset examen apum in foro , nescio quis
Siculus Momar ad oram adnotavit , Quod mirabile est,
quia rarum. Lege igitur, in foro visum. Affirmantes qui-
dam, &c. Illa etiam , qui cum in Janiculum ivissent corru-
pta sunt, ex fide mei libri scribenda , qui tum in Janiculo
essent.

E P I S T. VIII.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

VIDI furtim Satyras illius suavissimi amici nostri, *scē*
sne? Et peream si quidquam vidi venustius aut eru-
ditius. In singulis paginis, imò versibus notę elucet re-
conditę & vetustę doctrinę. Quę autem ubique urbanitas?
Qui sales? Et quidem plerique à Plauto: quem ille
poētam in alio genere carminis imitatur divinitus. O do-
lorem nostrum, siquid illo sequius! Nam tempora vides
& ancipites casus. Sed quod ad me: est quidam, ut audio,
qui me in Præfatione quapiam meditatur venustę tange-
re. Quid factururus sit nescio: hoc scio, siquid movebit:

Ego rusticatim tangam, urbanatim nescio.

ut ait poēta vetus. Sed hem! de illo ex gente Tiberii Cę-
saris, quā pręter opinionem accidit! quā immerito
meo! Dī benē, quod tu, quod Lernutius vivatis, illarum
rerum consilii & testes. Quamquam ad illius minas pos-
sum dicere, Vapula Papiria. Rectē Homericus Aga-
memnon:

ὦ γῆ ἐνὶ ψαλίδος κρηπὶ Ζεὺς ἔσθ' ἄρ' ἐγὼ.

Attii versus istos apud Nonium facio iudicii tui.

In Pervico.

Attius Armorum iudicio. Sed pervico Ajax animo atque morabiliani.

Lego, Sed p. A. a. atque inorabili. Trimeter est, dixitque
Attius inorabilem, qui exorari non possit. Illud *Fori* in-
ferendum est sequenti versu Plautino.

In Liquidum.

II. *Attius Stasiast. Cū subidę delio de lore hoc animo corpus liquerit.*

Corrigo, Cū subit Ediliū, dolore hic animos corpus liquerit.
Verba amatoris sunt, & Ediliū, sive Hedylīum persona
mulierculę comicę etiam apud Plautum Pseudolo. Ani-
mos, pro animus antiquę.

In Mertaret.

III. *Attius Antenorid. Fortasse an sit quod hic non mertet metus?*

Fortasseā, Scribo, Fortassean sit q. hic nos mertet m. Et notandum
hic illud Fortassean, quod Agellius, Appullejus alii que
usurpant.

In Sanctitudo.

IV. *Attius Phoeniss: Delubra calitu maris sanctitudine.*
Fortasse fuit, Delubra calitum, arę sanctitudines. Oratio
cujuspiam precantis & aram tenentis.

In Vul-

Anims
poēta va-
rius locis
corripit.

1.

11.

III.

Fortasseā,
vox vetus.

IV.

In Vulgus.

*Attius Euryface : Diffidam amantem cedere turbet vulgum v.
ambigua, Attius. Evitat mæros discit.*

Portenta, non verba Lego, Diffugiam, amantem, nequid
eâ re turbem vulgum, ambigua. Sequenti exemplo vox
abest, aliàs hîlum non facit ad rem Nonii. Exple sic, *At-
tius: Vulgum evitat, mæros discit* De urbis cuiuspiam ever-
sione agebat, & Evitare pro vitam tollere posuit.

In Anima.

*Att : Menalippâ : Egône auxilio motus, temerè ut hosti me vi.
animato offeram ?* Divinabam, auxilio nudus.

In Confidentia.

*Attius Myrmidonibus : Iram infenâs obstes, animis re- vii.
primas confidentiam.*

Lego Irai infenâs obstes, animi repr. Non male etiam, *Iram
infenes, obstes animis.*

In Dignatus.

*Attius Atreo : Quò me ostendam ? Quod templum ade- viii.
am ? Quo more funesto colloquar?*

Scrib. *Quoi me ostendam ? Et, quem ore funesto coll.*

In Opinio.

*Attius Eurisface : Opinione factum est, quantò minùs stir- ix.
pem educabant, tantò vereremur magis eos esse.*

Emend. *stirpem edictabant.* Ipsi verius in trimetros alle-
gendi :

*Opinione factum est quantò minus
Stirpem edictabant, tantò ut reremur magis
Eos esse. Litteram M. non elidendum.*

E P I S T. IX.

J. LIPSIUS NICOLAO FLORENTIO.

ITALIA te adhuc tenet, Florenti, & ut hæ turbæ fluunt,
ætatem tenebit. Qui enim tranquillis rebus redire spre-
visti, dulcedine captus soli illius & cæli : quid te nunc
putem in his Belgicæ ruinis ? Quæ quidem in perpetuum
amisisse illam simplicitatem videtur, cujus nomen Ju-
venalis non audet dicere. Ego plurimum sum in villa
& hortis

*Μέγα μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος,
Μέγα δὲ καὶ κατὰ φύσιν.*

Historia me & antiquitas capit : in quâ explicanda sæpè
opus est iudicium tuum. His diebus legebam Dionis Epi-
tomen à Xiphilino.

*De senten-
tiâ Xiphi-
lini quæ-
sunt.*

In vitâ

In vitâ Commodi narrat :

Στρυθὸν δὲ δάκτυλιν, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς δάκτυλιν, αὐτὴν ἔλθον ἐκείνην, τῇ τε ἀριστερᾷ χειρὶ ἐκείνην, καὶ τῇ δεξιᾷ τὸ ἐξέχειν ἡμισυμῶσι δάκτυλιν. καὶ ἔπει μὲν εἶπεν, τὴν δὲ κεφαλὴν τὴν αὐτῆς σιστρῶς εἰσέτι, ἐνδοκυμῶν ὅτι καὶ ἡμᾶς τὸ αὐτὸ τὸ δάκτυλιν.

Struthio-
nes ad Cir-
cum.

Ridiculum factum. Et auget risum interpres, qui vertit, *abscisso capite passeris*. Struthiocameli, dicere debuisset. De gladiatorii enim Commodi factis sermo est, & Struthiocamelos jam inde à Plauti temporibus solemne Romanis in Circo ad pugnam & spectaculum dare. Capitolinus de apparatu Circi : *Alces decem, Tauri Cibyratici centum, Struthiones Mauri miniati trecenti*. Herodianus de eodem Commodo : *Λαῖαν κί ποτε βέλῃ, ἃν αἱ ἀνμαὶ ἦσαν μλωσιδεῖς, τῷ Μαργουσίῳ στρούθῳ ἐξήντα φερεμῆαις καὶ ποδῶν πέντε καὶ κοιλώσφι πλεῶν, ἐκασταὶ τὰ βέλῃ κατ' ἀπογοτῶν τετραχῆλῃ ἐκαστοί, ὡς τῶν κεφαλῶν ἀφρημῶν ὅριμ' τῷ βέλῃ ἐν ἀφῆρῃ αὐτῶν ὡς μὲν παθόντες*. Ex quibus facile est Plauti versum Persâ interpretari.

Plautus
explicatus.

Vola κυττικίλο. P. istuc marinus passer per Circum solet.

Passer marinus Struthiocamelus, quia trans mare adve-ctus. Græcis, Στρυθὸς ἀλαπίνος, Στρυθὸς μεγάλη, ut Luciano : & simpliciter Στρυθὸς, ut hic Dioni. Puto & Latinis ἀπλῶς Passer dictus, ut inscriptione, quæ Neapoli :

Lapis an-
tiq. insep.

ADILITAT. LAUDABILITER. ADMINISTRAVIT.
ET, DIEM. FELICISS. III. ID. JAN. NATALIS.
DEI. PATR. N. VENATIONE. PASS. DENIS. BE-
STIS. ET, IIII. FERIS. DENT. ET. IIII. PARI-
BUS FERRO. DIMICANTIB. CETEROQ. HONES-
TISS. APPARATU, LARGITER. EXHIBUIT.

Nam interpretor, VENATIONE PASSERIS, Judicare te Florenti, une omnium peritissime harum rerum, volo.

E P I S T. X.

J. LIPSIIUS IOSEPHO SCALIGERO, IVLI F.

NON est antiquarius Livius, fateor : sed nec omnia in eo protrita, & à fæce vulgi. Vetustæ dictionis plura hæud dubiè vestigia exstarent, absque Correctorum audaciâ fuisset. Qui peccare se putabant, nisi hoc peccatum in omnibus scriptoribus peccarent. Venio ad te Præto-rem, Scaliger, in aliquantibus verbis, quæ interdicto Unde vi restituenda videntur, ex fide libri.

Antiqua
scriptura
aliquot in
Livio.

Lib.

Lib. xxv. De militari tumultu Syracusis.

Sedato tandem tumultu exsequentibus sciscitando mercenariis quæ acta cum Romanis essent, dilucere id quoderat, coepit: aliam suam ac transfugarum causam esse. 1.
 Meus liber, tumultu aquirentibus sciscitando. Tu non dubitabis quin Livius, aquirentibus, scitipfit.

Lib. xxiv.

Adjectum est Prætoribus ac delectis Senatorum etiam militare consilium, iussi & duces ordinum, præfectique auxiliorum simul consulere. 116
 Vetus, simul consiliare, eoque verbo Horatius & Tacitus usi.

Lib. xxii.

Ab eodem Prætor ex Senatusconsulto litteræ ad Consules missæ. 111.
 Manf. ex Senatusconsultu. Et eam scripturam alibi iterat. Sanè antiqui Insum & Jussus, Consultum & Consultus dixerunt, taliaque. Plautus Trinummus:
Me absente atque insciente, inconsultu meo,
Ædes venales hæc inscribit litteris.

Lib. xxi. extremo.

Hæc procurata vota que magna ex parte levarunt animum religionis. 117.
 Ibi est, *levarunt animum religionis*. Nec id mutim. Legi apud nescio quem veterum, *Levare curarum*: apud Plautum, *Nec sermonis füllebar tamen*: apud Quadrigarium, *Quiescere pugnae*. Cujus locus apud Agellium lib. ix. cap. xiiii. disertè & expressè sic legitur in optimis Gisselini schidis, *Manu significare coepit utrique ut quiescerent pugnae. Facta pausa est.*

Lib. xxiii. De Consentiâ captâ.

Itaque urbe defensoribus vacuâ facile potiri sunt hostes. v.
 Antea in omnibus libris legebatur, *urbe defensoribus vastatâ*. Et ita meus codex. Vir doctus magnam mendam dixit esse in voce *vastatâ*, & reposuit *vacuâ*. Ego verebar ne Livius scripssisset, *vastâ*. Quomodo propriè loca sola & deserta vocabant. Sallustius in Jugurthino, *Mons & ab naturâ, & ab humano cultu vastus.*

Virgil.

Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

Lib. xxii. De Veresacro.

Siquis clepsit, ne populo scelus esta, nè ve cui cleptum erit. Siquis atro die faxit insciens, probè factum esta. vi.

Liber

Liber manſſ. *Siquis altero die. Nec reliicio. Feſtus, alter & pro non bono ponitur, ut in auguriis altera avis. Sic alter numquam pro adverſo dicitur & malo.*

Lib. xxiii.

- vii. *Comprehendique Decium Magium, atque ante pedes ſtatutum cauſſam dicere juſſit.*

Libri omnes, *ante pedes deſtitutum. Nec cauſſa erat mutandi. Amant hoc verbum in illa re veteres. Grachus, Palus in foro deſtitutus eſt, veſtimenta detracta ſunt. Ubi item alii deſexus maluerunt. Poëta vetus, Ita me deſtituit nudum. Livius ipſe lib. ii. De Mutio Scævola, Ante tribunal regis deſtitutus, tum quoque inter fortune minas. Sed & hunc locum diſtinguendo dapravaraut.*

Lib. xxii.

- viii. *Quas ob res ſi antiquus animus plebi Romanæ eſſet, audacter ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabii imperio. Vetus, audaciter. Scimus Ciceronem ipſum ſic locutum.*

E P I S T. XI.

I. LIPSIUS PAULO MANUTIO.

E GONE ut ad cujuſquam judicium in Ciceronis ſcriptis appellem, quàm tuum? Vix mehercle ſi vivat Cicero ipſe. Vide igitur.

Cicero commendatus.

Lib. ii. De Legibus.

- i. *Quæque augur injuſta, neſaſta, vitioſa, dira, deſixerit, irrita infectaque ſunto.*

Deſigendi verbum non videtur aptum. Arbitror ſcriptum antiquè fuiſſe, *dira deixerit*. Unde natum deſixerit, littera immiſſa. Ut in Varrone De Re ruſt. lib. i. initio.

Et Varron

Quare quoniam emiſiſti fundum, quem benè colendo fructuoſum conficere velis, neque ut id mihi habeam curare roges, experiar.

Lego, *ut id mihi habeam curæ*, r. littera male inſerta.

Lib. v. Epist. ad Atticum. Epist. xix.

- xi. *Quod ſcribis libenter repulſam tuliſſe eum, qui cum ſororis tuæ filii patruo certaret, magni amoris ſignum.*

Malim, *libente te repulſam*. Valet, te gaudente & volente.

Lib. x. Epist. xv.

- xii. *Pridie Idus Hortenſius ad me venit ſcriptâ epistolâ. Vellens cetera ejus. Quàm in me incredibilem curam? Quàm quidem cogito uti.*

Lege-

Legerim, bellè cetera: ejusque in mei. *ἐν τίνων. qua q.*

Lib. II. Epist. II.

Κοινὸν γὰρ ἔχει Ἀβελανὸν πρὸς me Romæ habere. *Mibi here des. Lego hoc doceo. Mirabilis vir est.*

Ita vulgatis erat. Lambinus restituit, *mibi crede legendus est, mirabilis vir est.* Sed aberrat longiùs à scriptura. Emen- do, *mibi credes, lege hoc otio. Mirabilis.* Ait, hoc otio, quia Atticus id temporis in Epiro.

Lib. x. Epist. VIII.

Ἢς τὰ μὲν σὺν Κυθηρίδῃ ἐκτικὰ ἀπερτὰ πορτᾶ, ἀλλὰ, *uxorem.*

Lego, *alteram uxorem.* Ista enim Cytheris Antonio quasi uxor.

EPIST. XII.

J. LIPSIUS JANO LERNUTIO.

REM atrocem, & Tragedia non epistola dignam! No- bilis ille juvenis, N. quem olim familiariter novimus, in Italiæ Neapolim venit. Non diu ibi vixerat, cùm ama- vit ipse dicam, an ultrò adamatus est à nobili matronà? Nosti Italiam, nosti sexum:

----- *Τὴν προμήδον γυναικιν;*

Certe accitum ab illa ferunt incautum juvenem. Venit, paruit, commeavit furtim, res mariti egit, & quæ non o- pus est dicere. Non fefellit illa *φάει* *ὄν* quemdam & servis. Domino indicat. Dominus condita ira, parat ul- tionem. Servare intente eundem hominem jubet dum Mars esset cum Venere sua. Nec diu factum est, nunciatur marito adesse. Domum redit, irrumpit cubiculum comite illo servo: infelicem adolescentulum e lecto protrahit nu- dum ac jam vix vivum. In oculis conjugis multis ictibus confecit. Adiiicitur deinde succidanea victima uxor ipsa. Cadavera nuda & lacera noctu in viam projiciunt: ipsi, priusquam luceret, se in pedes. Habes tristem historiam, & quam recte Theocritæo versu concluderim:

* *Χαίρετω ἡ Παφία φάει μὲν ὄν, εἰ.*

De Plauti versu, Truculento,

Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio.

nihil affirmare habeo. Libri scripti quos viderim, omnes *lausum fecit.* Ne miretis idem esse in editionibus antiquis. Vereor ne illa lex xx. *Néve lessum funeris ergò habento,* corrumpendo Plauto fuerit. At illa potius corrigenda erat

* *Salvebis Venus, et faveas meo de Phæbus Apollo Lausum in Plauto & xij. an Les- sum t*

erat ex Plauto. Suspicio veteres, Losum & Lausum dixisse, ut Plostrum & Plaustrum: unde mox factum, Lesum & Lessum. Certè quòd Ælius ab ejulatione lugubri id derivat: à me est. Et illa ejulatio manifestò inest in sono Lausi. Cogitemus tamen.

E P I S T. XIII.

I. LIPSIUS FRANCISCO PYTHOEO,

CUM fratrem tuum Petrum, cum te Francisce intueor: Occurrit illa Achillis apud Euripidem admiratio:

* Ob te
beatus
frater, ob
fratrem.
que tu.

* Ζηλῶ δὲ σε μὲν ἀδελφόν, ἀδελφῶ δὲ σε.

Adeò uterque alteri, & moribus & doctrinâ, ornamento estis: nec nati solùm fratres videmini, sed facti. Præclara consensio. Quæ causam mihi dedit & amandi tui, & scripto compellendi. Emendationem hanc in Livio vide.

De testu-
dine mili-
tari Livii
locus ex-
pensus.

Lib. XLIV.

Id tantum dissimile fuit, quòd & in fronte extrema, & ex lateribus, soli non habebant super capita elata scuta, ne nudarent corpora, sed prætectâ pugnantium more. Ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes læserunt: & testudini injecta, imbris in modum lubrico fastigio, innoxia ad unum labebantur.

Quid im-
brex.

Testudinem militarem Livius describebat, sed istud imbris in modum, ut Sallustius loquitur, suspicio de mendo. Magis est ut Livius scripserit, imbricis in modum. Imbrex, incurvum genus tegularum, ad derivandam aquam. Isidorus: Tegula vocatur quòd tegant ædes: Imbrices, quòd accipiant imbres. Glossarius liber, Imbrex, καλυπτήρ. Plautus & Sisenna. Frustrâ est vestras ille vir doctus, qui confundit cum Festi Ambrex. Quod ad Livii sententiam: nil pote aptius. Semper illa coagmentatio & quasi contextus scutorum in Testudine, amat comparari cum ædium tectis. Plutarchus in Antonio: Τὸ δὲ κῆμα τῶν ἀπλῶν ἐπὶ ψφιδῶν ὁψιν τε διατεκνῶ παρέχεται τῶν ἀπλοκμάτων τεγωνώπειν ἐπὶ τοῖς αἰσῶς ἀπολιδομένοις. Quod ait, ὁψιν τε διατεκνῶ παρέχει, non fuit vertendum, ut vulgus interpretum, speciem theatri præbet. Neque enim Plutarchus dixit Testudinem formam theatri referre: sed, Ea forma tectis ædium non absimilis, & ludicri theatralis spectaculum præbet, & firmissimum munimentum est, &c. Nam ὁψις hîc, δίαμα. Imò & Testudinem hanc solent in circumducere voluptatis causa: & inde traducta res ad usum belli.

Vide

Plutar-
chus inter-
pretatus.

Vide Livium, proximis superioribus verbis diffusè explicantem. Quod legitur præterea, *in fronte extremâ, lego, in fronte, extremâ.* Idque res clamat.

E P I S T. XIV.

J. LIPSIUS GUIDONI LAURINO, V. N.

QUOD olim de Cæsare celebre dictum fuit, aut non natus cum in Ro. rep. debuisset, aut non mori: idem mihi in mente est quotiens incido in scriptores veteres, Guido Laurine: qui non fato, sed si verum amas, majorum ignavia nobis perierunt. Aut enim scripsisse divinos viros non oportuit: aut scripta non abisse. Et ut parentes levius ferunt non natos sibi liberos, quàm postea denatos: sic nobis fortasse, si scripta illa nescissemus, dolor non erat; idem, cùm fragmenta intuemur & titulos pulcherrimorum operum, angimur desiderio & torquemur. Quod mihi accidit in Sallustio. Cujus historiæ fragmenta vidi collecta à familiari nostro Lud. Carrione, & auspiciis tuis emissa. Gavissus sum in amici gloria: dolui in tam immani jecturâ, cùm ex libris sex Historiarum aut pluribus quibus res populi Ro. ab anno urbis DCLXXVI. complexus ad bellum Catilinæ erat, tam paucas, tam laceras reliquias vidi superare. In quibus hæc observabam.

Fragmenta
Historiarum
Sallustii
carpum e-
mendaturi

In oratione Philippi lib. I. Histor.

Ceterum illi qui gentis Amilia benefacta extollebant, & ignoscendo populi Ro. magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum agebant.

Dignum nota, Auxille, *παύσιμος*, pro Auctum esse, Cato- nis & veterum exemplo. De quo dixi ad Tacitum.

Itaque Sertorius levi præsidio relicto in Mauritaniâ, nactus obscuram noctem, æstu secunda furtivaque celeritate vitare proelium in transgressu conatus est.

Lego, in Mauritaniâ. Et præsidium relictum Carthagine Nova putô, non in Mauritania. Ex Plutarcho liquet de historia, qui narrat Sertorium, cum tribus milibus militum confugisse Carthaginem Novam, atque ibi conscensis navibus in Mauritaniam trajecisse. Sed ad Sallustii sententiam vox requiritur. Vulgata in Agellio lectio (nam is hoc fragmentum lib. x. retulit) concipitur, *furtim aut celeritate. Quid si legamus? furtim abiit, celeritate vitare proelium in transgressu conatus.* Postrema voce inducta. Certè *avit* pro *abit*, tralaticius error.

II.

N n

In E.

In Epistolâ regis Mithradatis ad Arsatem.

- III. *Perſen deinde Philippi filium poſt multa & varia certamina apud Samothracas deos acceptum infidem, collidi & repertoſes perfidiæ, quia pacto viam dederant, in ſomnis occidere.*

Non intellego. Quomodo enim ſi pacto vitam dederunt, liberi à perfidiâ Rômani, ſive in ſomnis ſive vigilantem occiderint? Sed vera correctio eſt, *inſomniâ occidere. dicitur*: Plutarchus in Æmilio duplicem famam mortis ejus tradit. Alii, inquit, inediâ mortem ſibi conſciſſe adfirmant: alii à militibus qui eum custodiebant ſomno prohibitum, atque ita continuis vigiliis periſſe. Hoc poſterius ergo Mithradates, ut invidioſius, poſuit.

- IV. *Et mox Fuſſius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas aſſeritates, baud facilem pugnantibus vadum, cunctâ hoſti quàm ſuis oportunitiora videt.*

Vereor ne leg. *Auſidius*. Et de bello Sertoriano accipio. Nam Auſidius à Plutarcho in Sertorio neminatur Bæticæ Præfectus, quem Sertorius ad amnem Bætım vicerit duobus milibus militum de exercitu ejus caſis. Hanc ergo pugnam hic tangit Salluſtius, & quæ de vado amnis & alperitate locorum dicuntur, pertinere ad Bætım volo.

Lib. II. Hiſtor.

- V. *Hi ſalibus occupatis, tum externorum agros invaſere, frumentique ex inopiâ gravi ſatias facta.*

Laudatur à Nonio in Satias. Sed illud, *tum externorum*, gentis haud dubiè pomen fuit. Lego *Termeſſinorum agros*. Populi ſunt citerioris Hiſpaniæ, Tacito, lib. IV. Annal.

- VI. *E moris canes ſportis demittebant.*

Egerim, *cives ſportis*. Sermo fuit de obſeſſis, qui è ſuis aliquot per funem ſportis demittebant. Aut tale aliud.

Lib. III. in oratione M. Lepidi Tribuni pl.

- VII. *Mibi quidem ſatis ſpectatum eſt, Pompejum tantæ gloriæ adoleſcentem malle Principem volentibus vobis eſſe, quàm illis dominationis: & ſecum auctoremque in primis fore tribunicie poteſtatis.*

Emendo, *dominationis ſocium: auctoremque i. p. ſ. i. p.* Quod ſequitur, *Sed verborum ſatis eſt, neque enim ignorantia res claudit*. Claudſt, valet deficit, monui olim id verbi in Terentii Eunuchō reponendum, *Benignitatem claudere*; nec multis perſuaſi, quamquam apertè agnoſcit Donatus. Uſus eo etiam Auſonius in Prologo Ludi Sapientum:

*Claudo antiquum, 70
Deficit, in
Terentio
& Auſon.*

*Sciſis proſectò quæ ſint; ſed ſi memoria
Rebus vetuſtis cludit, veniet Ludius
Ediſſerator hatum quæ teneo minus.
Cludit memoria, ut hæc, Res claudit.*

Lib. IV.

Lib. IV. in Epistola Mithradatis.

VIII.

Tibi perpetuo pace fieri liceret, nisi hostes opportuni & sceleratissimi. Egregia fama si Romanos opprimeris futura est. Neque petere audeam societatem; & frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem.

Nilulca omnis oratio, fortasse & manca. Legebam tamen, Tibi si perpetuo pace fieri liceret: nisi h. o. & sceleratissimi: egregia fama s. R. o. futura esset: neque petere, &c. voce unâ additâ, alterâ immutatâ.

Inter incerta.

Tota autem insula modica & cultibus inanis est.

IX.

Scribo, cultoribus inanis.

Magna gloria tributus militum in Hispaniâ T. Didio imperante, magno usu bello Marsico paratu milium & armorum fuit. Multaque tum ductu ejus, quæ rapta primò per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celebrata sunt. Quæ eminus faciem suam ostentabant aliquot adversis cicatribus & effosso oculo.

*Exstat apud Agellium lib. II. In verbis, multaque tum ductu ejus * ponenda nota. Abest enim vox gesta, aut similis. Nec illud sincere, per invidiam scriptorum celebrata sunt. Fortè, per invidiam proscriptorum. Hoc sensu. Sertori præclara facta, primùm propter ignobilitatem ejus multis animis hominum infederunt? Deinde, cum in magna invidia proscriptio esset, atque inter alios ille talis in proscriptis, celebrari ejus laudes cœptæ. Sed & in sequentibus lego, Corbinus faciem suam ostentabat. Non, quæ eminus, nec, ostentabant. In oratione prima de Rep. ad Cæsarem, quæ equidem Sallustii esse nunquam dubitabo.*

L. Postumius & M. Favonius mihi videntur quasi magnæ navis supervacanea onera esse: ubi salvi pervenire visi sunt: siquid ad versum coortum est, ac illis potissimum jactura fit, quæ pretii minime sunt.

XI.

Manifesto hæret sententia, & abest alterum membrum. Sed mentior, latet, non abest. Nam meo animo, eleganter emendabitur, ubi salvi pervenire, visi sunt: siquid ad versum, &c. Comparat Postumium & Favonium cum oneribus navis. Et siquidem tranquilla navigatio est, & cum ad portum pervenire, salvi ipsi, & viri sunt. Si tempestas ingruit exoneratur navis, & illi ejiciuntur. Hoc disertim scribere Sallustius voluit.

Et quoniam judicia primæ classis mittenda putem; quæ descriptis, quæ numerus, in quoque genere futurus sit, ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit.

XII.

Lego, primæ classi committenda putem. Vel, classi submittenda. Probat ipse superiori parte orationis: Quare, inquit,

N n 2

omnes

omnes primæ classis judicare placet, sed numero plures quàm indicant. De classibus judicium, res obvia.

In oratione altera.

XIII.

Fi. ventus probitati & industria, non sumptibus neque divitiis studeat. Id ita exoptet, si pecunie, quæ maxima omnium perniciēs est, usum atque dedecus demiserit. Scribo, usum atque decus. Sæpè alias Sallustius monet, pecunie & divitiis opinionem splendor s detrahendum. Decus igitur demitur pecunie, si nemo ob eam magis honestus aut clarus.

Statim:

XIV.

Nam sæpè egocum animo meo repetitis, quibus quisque rebus clarissimi viri magnæ dinem int'venerint, quæ res populo natione scæ magnis at'loribus auxissent. Puto emend. magnis ant'ibus auxissent.

E P I S T. XV.

I. LIPSIIUS M. ANTONIO MURETO.

Juvenalis
versu uno
auctus.

QUOD Juvenalem doces M. Antonius recte & ordine facere te puto, ut in Sen. formulis est. Certe si ulla tempora hæc Satyræ deciderant: & in Satyra, nemo idoneus ad amores corrigendos Juvenali. Ejus libro veteri usus fuit à viro docto Petro Duceo. In quo Satyra vs 11. his vocib'.

Quis fructus generis illud à jactare capaci.

Fumosos equitum cum Dictatore Magistros?
modius inferebatur nec lectus antè nec vitæ.

Quis fructus x. r. i. capaci.

Carvium? Possit virgæ deducere multa.

Famosos equitum c. D. Magistros?

& lectus sit, dubitare de germanitate. Neque enim de trivioribus est: & ad rem nimis aptus. Multam virgam vocat, multos lectores. Nam Dictator xx. fascibus utebatur: Magister equitum, sex. In Carvium mansi. libro eundem versum exstare comperi. Sed ut hoc versu Juvenalem asperis, ita altero minutum volo.

Et altero
minutus.

Satyra XIV.

Plurima sara. Fursina, & famâ digna sinistra,

Et quod majori in viris sequiturque minores,

Et minis maculam ac rugam figemia retinet.

Secundum versum ex. vet. libro Canterus primus adhe-
rit, & ex suis denique Fulmannus. Minutamen liquet
jurare,

jurare, à Juvenali numquam eum pictum aut scriptum facile docuero unde in libros manarit. In Manf. plerisque, Satyris sua argumenta versu præfixa sunt, memoriæ juvandæ. Ut Satyrâ x. præponitur:

Arguit hæc hominum curas, & inania vota.

Satyrâ xi.

Lauta reprenduntur convivria, parca probantur.

Satyrâ xii.

Arguit hæc avidos, nimium nimiumque rapaces.

Satyrâ xiii.

Mens cruciat prætoros, sapiens fert damna modestè:
eadem nugamenta in ceteris. At hi versus, (quod in Divæi libro vidi:) interdum & ad marginem libri scribuntur, Nec dubito quin ab hac caussa ille peregrinus irrepserit in urbem, Nam argumentum Satyræ hujus fuit: *Et quod majorum vitium sequiturque minores.* Confirmant Divæi & Carrionis libri, in quibus nullus legitur: ne addam, ineptum versiculum esse, & sententiæ turbatorem.

EPIST. XVI.

J. LIPSIUS MAXIMIL. A BORSSELE, V. N.

PALLADEM armatam cur antiquitas pinxerit, desino quærere: causam in te video, vir nobilissime. Qui & pacis & belli artibus sic excellis, ut Achillem aliquem aut Cæsarem ævo nostro referre videaris. Arci Slusanae præes, arma tractas, milites exerces: nihilo segnius amas doctos, habitas in veterum libris, & aut legis cottidie aliquid, aut scribis. Itaq; vide quid apud ignotos etiam possit vera virtus. Ab his laudibus admirari & amare te primum cœpi: deinde occasionem quærere & aperijendi amoris mei, & tui demerendi. Non obtulit se melior, quam ut ad te nunc in bellis, mitterem quiddam ex scriptore bellico. Livium dico. è cuius lib. xxv. hæc excerpti.

*Liviani
aliquot
loci.*

De capta Tarento:

Recipere se in domos suas quemque iussit, & foribus nomen suum inscribere: se domas eas, quæ inscriptæ non essent, signa exemplo dato, diripi iussurum. Si quis in hospitio civis Romani (vacuas autem cernebat domos) nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiurum.

Omnis lectio vetus, tenebat domos. Sigonius conficit, tenebat. vel petebat. Sed nihil horum Livias dixit. Scribo, tenebant domos. Ait. Cum Romani proprias & vacuas ædes haberent, non permixtum cum civibus deversarentur: facile fuit separare milites à civibus sola inscriptione adi-

um. Hæc Livii mens. Quisquis aliud adfert, campas loquitur. Videatur Polybius.

- II. *Reliqua erat in obsidione spes, nec ea satis efficax, quia arcem tenentes, quâ in pæninsulâ posita imminet faucibus portus, mare liberum habebant: urbs contra exclusa magnis com meatibus, propiusque inopiam erant obsidentes quam obsessi. Annibal convocatus, &c.*

Meus codex, propiusque inopiam obsidentes. Annibal c. Reliquorum nec vola nec vestigium in eo; vercorque ut sint à Scholio.

- III. *Flavius ad Romanum Imperatorem venit. Rem se ait magnam incohasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esset. Omnium populorum prætoribus, qui ad Poenitiam in illo communi Italiae motu descissent, persuasisse ut redierant in amicitiam Romanorum.*

Quomodo, omnium populorum? Certe de solis Lucanis sermo: & subjunxit ipse, ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Ro. sit Itaque lego, omnium popularium.

Post, de captis Syraculis:

- IV. *Inde ubi id temporis visum, quo die epulatis jam vinoque satiatis principium somni esset.*

Lego, quo de die epulatis. De die epulari probrosum, nisi si in communi lætitia. Malim etiam, vinoque sauciatis.

- V. *Quo per ingentem solitudinem erat per ventum, quia magna pars in turribus epulatis, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant.*

Fortè, aut somno graves potabant.

- VI. *Posse eum si opera pretium faciat, principem popularium esse: seu militare cum Romanis, seu reverti in patriam liberat. Contrâ, si malle obsideri pergat, quam sedem esse terrâ marique clauso?*

Meus liber, quam spem esse. Optimè.

E P I S T. XVII.

I. LIPSII VICTORI GISELINO.

De Langii
morte.

NUNCIUM acerbum! Langiusne noster obiit? Ille Langius, quo sat scio
*Vulcanus, Luna, Sol, Dies, di quattuor,
Melio rem nullum illuxere alterum.*

Nam de doctrina ut parcius dicam, in causa est ipse. Fuit enim hoc ingenio Langius, ut ea scire vellet, quæ scire eum nemo sciret. Atque ut Stoici virtutem, sic ille doctrinam pretium sibi ipsam putabat. Sed magnum virum amissimus,

mus ô Musæ! & majorem opinione vulgi. Scholia parabat, ut ex ipso audivimus, in Senecam, Solinum, Suetonium: & quædam ex iis jam affecta. Multæ observationes ejus in Plinio, Theophrasto, Dioscoride: cum præter alia elegantis ingenii, unicus amator esset florum & hortorum. Postremis litteris anxie petierat, ut ex Imperatoris orto mittendis curarem bulbos Tulipæ versicoloris, item Tibædi, & nescio quæ alia, ut sic dicam, emblemata horti abusque Byzantio allata. In qua cura vides quàm fuerim frustra. Nam ille abiit: nobis illud Theocriti testamento reliquit,

----- * ποιεῖν π' αὖτ' οἷς γούγ' ἡλάρων.

At tu Senecæ hos locos vide.

Epist. CIII.

Hominum effigies habent, animos ferarum. Nisi quod illarum perniciosior est primus incurfus, quos transire non queunt. Numquam enim illas ad nocendum nisi necessitas inijcit. Hæ autem fame aut timore coguntur ad pugnam: homini perdere hominem libet.

Scribo, quom transire non queunt. Et statim, necessitas inigit. Quod valet, adigit. Denique, Hæ aut fame. Non autem.

Epist. CXIV.

Felicissimosque se judicant si multas per milites provincias obtinent, & nonas veteribus adjungunt: ignari quod sit illud ingens paruumque regnum.

Restituo, patriumque regnum.

Lib. II. De Tranquillit. cap. VIII.

Sapiens autem vicinus proximusque dis consistit, ad illa nitens pergensque excelsa, ordinata, intrepida, æquali & concordī cursu fluentia, secuta, benigna, bono publico nata, sibi & aliis salutaria, nihil humile concupiscet.

Puto melius, bono publico natus, sibi & aliis salutaris, quæ ad ipsum sapientem referantur. Respexit ad veterem formulam laudis, tralaticiam in lapidibus B. P. N. vel sic: B. R. P. N. valet, Bono publico, vel, reip. natus. Eadem Symmachi mens fuit, ejus Epistolas patruus meus Martius Lipsius primus dedit: Vides certè ut ille ipse qui Romanis rebus antistat, natus est ad bonum publicum.

De Clementia lib. I. cap. IX.

Hoc, inquit, primum à te peto ne me loquentem interpelles. [ne meo sermone medio proclames,] dabitur tibi loquendi, liberum tempus.

Suspicio illud, ne meo sermone medio proclames, glossam esse ad vocem interpelles. Supt enim ista ex oratione Augusti ad Cinnam. Aliter, nam me tam ineptæ repetitionis, ipsius Augusti causa, pœnitet. Simile est De Brevitate vitæ cap. XII.

*Faciendū
aliquid,
quod non
genus
vires.
Seneca va-
rie corre-
ctus.
I.

II.

III.

IV.

- v. *Audire quendam ex delicatis, cum ex balneo inter manus elatus & in sillâ positus esset, dixisse, [interrogando] Jam sedeo?*

Nam vox interrogando ableganda, non à Seneca, sed interprete adluta. Legendumque dixisse, *Jam sedeo?*

Cap. XIII.

- vi. *Ille otiosus est, cui otii sui sensus est: hic verò semivivus, cui ad intelligendos corporis sui habitus indice opus est. Quomodo potest hic alicujus temporis dominus esse?*

Leg. & dist. *hic verò semivir cui a. i. c. f. h. i. opus est, quomodo potest alicujus t. d. esse?*

F P I S T. XVIII.

J. LIPSIUS GERARDO FALCKEN-
BURGIO,

ETIAM tu me putas esse in Plauto? quasi ejusdem operæ sit aliquantos in eo locos corrigere, & totum dare. Jam à multis audio Scaligerum eam provinciam sumptisse: & dī melius quàm ut cum illo candidato concurram. Non tam impar petitio Catonis & Vatinii fuerit. Hoc tamen verum est: ut illum, quàm me malo: sic me, quàm neminem. Itaque videbimus aliquid, si ille cesset. Cesset autem? Non cadit in eum virum hoc verbum: aliud agat, debui dicere. Nam tu scripsisti, an aliunde audiui? Parare illum Nonium & Manilium? Proximæ Nundinæ sanè quàm steriles fuerunt. Ex Italiâ & Galliâ plane nihil: nec à nobis, præter Carrionis Antiquas Germaniæ *Parados* Aelli & Perlii non curant legere. Iocmata Melissi gustavi & placuerunt. Habent juvenis ille quod imputet Galliæ.

Livianum hunc locum vide:

*Livii frag-
mentum
apud Cene-
cam emen-
da, um.*

Vixit tres & LX. annos, ut si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri possit. Omnium adversorum nihil ut viro dignum erat tulit, præter mortem. Quæ verè æstimanti minus indigna videri potuit, quod à Victore inimico crudelius passus erat, quàm quod ejusdem fortune composito fecisset.

Exstat apud Senecam Suasoritis, inter elogia de morte Ciceronis. Quod mirere, à Lambino, à Fabricio, ab aliis sine emendatione profertur. Nos emendavimus, quod à Victore inimico nil crudelius passus erat, quàm quod ejusdem fortune compos ipse fecisset. Livius dixit. Quæ eo minùs de crudelitate Antonii Cicero potuit: quia non lenius cum Antonio egisset victor ipse: & passus, quod alteri libens fecisset.

EPIST.

E P I S T. XIX.

I. LIPIUS OBERTO GIFANIO.

QUOD liberè liceat Gifani, desiderium Agellii tui fecimus nimium. Atqui intererat rei litterarum quam emendatissimum scriptorem illum esse in omnium manibus. Multa & in verbis ejus antiquitas : & multa in eo ex antiqua. Perge igitur cum Musis faventibus.

Nave agere oportet quod agas, non ductariè.

Pauca in Nonio saltuatim collecta mitto, explorandi judicii tui.

*In Nonio
observationes.*

In Abundè.

Sisenna histor. lib. iij. Perfusè atque abundè sparsè usi magnum pondus animi argentique.

Arbitror. leg. *Profusè atque abundè sparsè vasa, magnum p. & fragmentum fuit de Annibale. Qui paullo ante pugnam Capuensem relictis castris, fugam simulans, ut Livius inquit, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque reliquit. Et addit : Tabernacula aperita, & omnia cara in promptu relicta, argenteum quibusdam locis cernit per viam velut objectum ad prædam. De hisdem igitur initiis Sisenna. Et hoc est quod ait, sparsa vasa fuisse. Possis & legere, spargi fuisse.*

In Supparum.

Nonius Pedio. Supparum purum, belliensem interim oscam meram.

Fortè, *Veliensem interim Oscam meram.* Sermo de Scortillo quopiam est, & supparum quidem ejus purum est, inquit, at ipsa Velienensis, mera Osca. Oscum ut Opicum, inter convicia spurca. In eas quæ capiti non puerit. Tamen Isidorus *Velenensem tunicam* agnoscit, quæ adfertur ex insidiis. Igitur ita non male emendes & distinguas, *Supparum purum, Velenense, interrim Oscam meram.*

In Prognariter.

Ennius Annal. vi. Divi hoc audite parumpiter,

Ut pro Romano populo prognatiter armis

Certa audis, prudens animam de corpore macto.

Hi verius sunt ex precatione Decii sese pro patria & legionibus devoventis.

In Evallare.

Titinnius praelia : Quâ ego hodie extorrem hanc domo faciam pilatricem pallia evallavit : ô pulcrè.

Nn 5

Lego,

Lego, *Quia ego h. e. h. d. f. pilatricem pallii, evallavero pul-
crè. Pilatricem vocat, à compilando.*

In Porcet.

v. *Ennius Telamone: Deum me sentit facere pietas, civium
porcet pudor.*

*Emendo, Deum me incendit facere. Et puto esse verba Ore-
stis: qui oraculo jubebatur interficere matrem, hominum
tamen verecundia tardabat.*

Ibidem:

vi. *Paccuvius Atalanta Magna te, ut vereare loqui, porcet
pudor.*

Scribo, Me gnata, ut.

In efferre.

vii. *Ennius Medea: Utinam ne umquam me de cordis cupido
corde pedem extulisse.*

Planè leg. ne umquam Medea Colchis e. e. pedem extulisses.

In Statim.

viii. *Ennius Ajace: Quis est cum Achivis gesserunt Statim.
Scripsit Ennius, Qui res cum. Ut Plautus, Nec recedis loco;
quin statim rem gerunt.*

In Offendere.

ix. *Plautus Amphitr. Eo more experges factum adveniens te-
nebrosum offendi dominum.*

*Non est fragmentum; sed sic emendandum: Eo more ex-
perstem te factam adveniens offendi domi. Qui versus exstat
in Plauto. Vox tenebrosum ableganda.*

Simile in Ferox.

x. *Plautus Milite: ut donatum equum, qui formà est ferox.
At in Plauto legitur: Ut adoritur macum, qui formà est fe-
rox. Et rectè.*

In Culina.

xi. *Culinam veteras coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus
putat.*

*Lego, Culinam veteras, non coquinam dixerunt, ut nunc. Hoc
enim dicere voluit, Coquinam minus Latium esse.*

In Signare.

xii. *Lucilius lib. xxix. Si Socrates in amore, & in adolescentulis
meliore paulò facie signat, nihilque amaret.*

*Puto, scrib. Sic Socratis amaret in adolescentulis paulò me-
liore facie signat, nihil quod amaret. Socratem scimus
malè audisse propter wadding. Eam suspicionem Lu-
cilius ab eo confirmari ait, quod Socrates mulieres non
amaret.*

In

In Velci.

Attius Athamante: Priusquam infans esses, facinus oculi vescimur tui. XIII.

Serio affirmo leg. Priusquam infans facinus voce inductâ. Nam Attius infans pro Infando posuerat. Idem versus commendandus apud Nonium, Infans.

In Accinge.

Pomponius Macth Gemin. Jam ego mihi adero, dum ego revortor, age ante accinge ad molas. XIV.

Lego, inibi adero: dum ego revortor, age jam te accinge.

In Fidebo:

Fidebo. Nævius De Patriciis: Tibi cum fidebo, fidelis ero. XV.

Dico Nonij notam fuisse, *Vivebo* pro vivam. Et id versus docet, cujus sententia postulat, *cum vivebo*. Sic suprâ ex eodem Nævio adfererat, *Dicebo* pro dicam.

E P I S T. XX.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO.

DE Antiquis meis ais mirari quosdam cur inscripserim homini externo. Non mirarentur si Redigerum nosset, natum bono litterarum. An Dynastæ cuipiam è popularibus meis potius fuerat? Ignoscet mihi genius patriæ. Non curat has nugas

-----*nutricula caussidicorum*]

Belgica---

In litibus omne studium, omnis ætas est: hæc vota matrum in pueris sunt: hinc viri, hinc docti censemur. Eloquentia, historia, antiquitas, & quidquid huc non facit: nugæ, & Nævii Buttubatta. De Juvenalis ætate dubitatio tua non abre est. Suidas cum sub Domitiano vixisset: & cum in Paride histrione offendisset, relegatum in Africæ Pentapolim tradit. Idem Sidonius voluisse videtur:

De vitâ & ætate Juvenalis paullo diligentius. quasi summi

Non qui tempore Cæsaris secundi

Æterno incoluit Tomos reatu:

Nec qui consimili deinde casu

Ad vulgi tenuem strepentis aurem

Irati sunt histrionis exsul.

è quibus versibus primos ad Ovidium, alteros ad Juvenalem pertinuisse, facile persuadeor. Est apud me Divæi liber, & in eo Juvenalis vita manuscripta. Quæ ait Juvenalem ad mediam ferè ætatem declamasse, & in Paridem Pantomimum versus quosdam non absurde composuisse.

Quod

Quod non dant procures, dabit histrio. Tu Camerinos,

Tu Baieas, tu nobilium magna atria curas;

Præfector Pelopea facit, philomela Tribunos.

Addit deinde, versibus iis publicatis Domitianum pudore & irâ de Iuvenali amovendo cogitasse, Sed cum palam in virum nihil auderet : sub honoris obtentu, militibus præfecisse qui in Ægyptum ducebantur. Iuvenalem causâ præfecturæ intellectâ, ædificiorum angore vitam finisse. Hæc illi. Meo animo nec vera omnia, nec falsa. Iuvenalem exsulasse sub Domitiano, non abnuerim : & quod in Divæi libro est, in Ægyptum missum etiam, ultrò crediderim. Indicare hoc Iuvenalis ipse voluit, Satyrâ xv.

---- horrida sanè

*Juvenalis
in Ægypto
fuit.*

Ægyptus, sed luxuria quantum ipse notavi, Barbara famoso non cedit turba Camopo.

Ait, quantum ipse notavi. Vidit igitur Ægyptum, vel cum inibi exsularet, ut ms. Divæi : vel ut Suidas, cum in vicinâ Pentapoli esset. Quo nomine Cyrenaicam accipimus, auctore Plinio. Hæc lustratio Ægypti, causam illi præbuit scribendæ Satyræ, de immani superstitione Ægyptiorum. Nisi hoc fuisset : cur non pariter aliquid de Hispanis aut Germanis ? Quo tempore etiam illa scripserit, proclivè esset dicere ex hoc versu :

Nos n. iranda quidem, sed nuper consule Vinco

Gesta, super calida referemus membra Copti.

si Consules eruere possemus. Nam ait, consule Vinco : vel ut alii, *Funco*. Sed Vincum sive Iancum nullus invenio. Et intricata illa pars Fastorum propter Consules crebrò suffectos. Atque hætenus adfuerunt illis possum. Quod amplius tradiderunt in Domitiani imperio Satyras scripsisse, eodem superstite in exilio mortuum : id quidem nimis dilutum mendacium est. Supervixit Domitiano, decet tota Satyra IV. & ejus finis.

*An Domi-
tiano vivo
scripserit.*

Sed perit postquam cernamibus esse timendus

Cœperat : hoc novit Lamiarum cæde madenti.

& alia, quæ tam acerbè in Domitianum sunt, ut nullo modo scripta esse possint illo vivo. Quinetiam fatetur ipse Satyra prima, scripturum se tantum de mortuis :

---- experiar quid concedatur in illos

Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Puto ego vixisse & scripsisse pleraque Traiani imperio, imò, nisi me fallit ratio temporum, etiam Hadriani. Unus locus est qui rem conficiet, Satyra xlii.

---- Stupet hæc, quia jam p. st. torg. reliquit

Sexaginta annas, Fonteio consule nazus ?

Scribit hoc de Calvino, quem ait natum Fonteio consule, & ab illo ad hunc diem numerare LX. annos. Confit necesse-

cessario ut istæ Juvenalis scripserit totidem annis post Fonteium. Siquidem hæc Satyra ad illum ipsum Calvinum dirigitur. Videamus. Duo sunt Fonteii consules, qui huc quidem possint facere. Prior in Fastis legitur A. V. DCCCXV. *Germanicus Caesar & C. Fonteius Capua* : sub Tiberii imperio. Alter A. V. DCCCXII. sub Neronis, *C. Vipsianus, L. Fonteius Capito*. De priore si istud Juvenalis accipimus : erit ut incidant, scripta ejus in annum Urbis DCCCXXV. id est, in tertium annum imperii Vespasiani. Quod fieri planissime non potest : quia, ut docui, post Domitianum scripsit. Si de altero : efficitur ut attigerit Juvenalis annum Urbis DCCCXXII. Hoc est, secundum annum imperii Hadriani, eoque Satyræ istam ad Calvinum scripserit. Nisi quis aliter interpretari versus illos audeat, quod mihi non videtur. Quin & in libris ejus sparsæ historiæ sunt, quæ perveniunt ad Trajanum. Illæ de mulierum ineptiis. Satyra VI.

Videri in
imperiis.
Hadriani
vixisse.

*Instantem regi Armenio Parthoque cometem
Prima videt : famam rumoresque ilia recentes
Excipit ad portas : quosdam facit iste Niphatem
In populos, magnoque illic cuncta arma teneri
Diluvio mutare urbes, subsidere terras*

referenda videntur ad Trajani expeditionem in Armenios & Parthos. Et quod ait, *mutare urbes, subsidere terras*. Ad illum famosum terræ motum, qui eodem tempore Antiochiam & vicina loca concussit. Et subsedisse montes, fluvios erupisse, Dionis abbreviator refert. Quod de Niphate & diluvio dicit, hoc ex mulierum persona affectum quæ rumores augebant. Ergo, meo arbitrio, compar Juvenalis Plinio juniori, Tacito, & illi classi fuit. Familiaris & Martiali, si hi versus accipiendi de illo, libro VII.

Martialis
de Juvenali
li. versu.

*Cum Juvenale meo quæ me committere tentas,
Quid non at debis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes,
Thesta Pyriusque destitisset amor:
Tu Siculos fratres, & majus nomen Atridas,
Et Leda poterat dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis,
Ut faciat illi, d. quod puto, lingua, facis.*

Eteodem libro :

*De nostra facunde tibi Juvenalis agello
Saturnalibus mittimus ecce nuces.
Cetera lascivis donavit poma puellis
Mentula custodis luxuriosa dei.*

Facundum vocat, quia, ut in Divæi libro rectè monetur, ad mediam ætatem causas egit & declamavit.

Iterum

Iterum lib. XII.

*Dum tu forsitan inquietus erras
 Claustra Fidenalis in Sabarra,
 Aut collem domina teris Diana.*

Et quæ sequuntur. Quod Epigramma scriptum est, cum Martialis in Hispaniis esset mortuo Domitiano.

E P I S T. XXI.

J. LIPIUS JOANNI SCHEFFIO,

VIRO AMPLISSIMO.

QUOD vulgò non audeam, eloquar apud te, Vir amplissime; inter primas causas corruptæ reip. nostræ, contemptum doctrinæ esse. Quis è nostra juventute legitime instituitur in litteris? Quis oratores aut philosophos tangit? Quis historiam legit, illam rerum gerendarum quali animam? Præcipitant enim parentes, vota sua, & pueros vix septuennēs protrudunt ad Iuris scientiam. Scilicet omnibus artibus antistat spes lucri; & formosior est nummus auri, quàm quidquid Græci Latinique delirantes scripserunt. Ex hoc numero, deinde veniunt ad gubernacula reip. intersunt & præsunt consiliis regum, o pater, o patria! Sed mittam hæc querula, te potiùs, Vir, maxime laudabo, qui & caperis unice Antiquitatum studiis; & libero tuos ingredi viam jubes virtutis & veræ doctrinæ. Si vacas à rebus gravioribus, inspicere te velim hos Livii locos.

Libro XXII.

Dum hæc geruntur in Italiâ, Cn. Servilius Geminus Consul cum classe navium circumvectus Sardinia & Corsicâ otam, & obsidibus utrimque acceptis, in Africam transiit. Et priusquam in continentem extensiones faceret, Meninæ insulâ vastatâ, & ab incolentibus circa eam, ne & ipsam diriperetur urereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad litora Africae accessit.

Livii de-
 scriptus sup-
 pletur.

Primùm videndum ne desit numerus navium. Certe Livius nisi de numero monere voluisset, non addidisset vocem Navium, scripsissetque, cum classe circumvectus. Quin & numerum historia postulat exprimi: qui Polybio libro III. auctore fuit cxx. Quinqueremium. Inseratur igitur Livio, cum classe c. & xx. navium. Malum etiã illud, ab incolentibus circa eam. Nam Incolere circa aliquem, quif-
 quiliæ sermonis. Luculenter emendabitur, ab incolentibus Cercinam. Auctor idem Polybius super hac re: Καταπλά-
 σας δὲ τὸ Διόνυς ὡς ἐπὶ τῶν Κερκνητῶν νῆσον, καὶ λατὴν παρ' αὐτῶν
 257. 109.

Locus mihi
 emendatus.

ἡ μὲν οὖν τὴν μὴ πορῆσαι τὴν χάριν, ἀπηκέρη. Ecce. Ait ab incolis Cercinæ insulæ pecuniâ oblatâ redemptam vastitatem. Nihil clarius: & rideamus meritò illos fungos & bardos, qui ex Cerciniam fecerunt circa eam.

Lib. XXIII. De Decii Magi
damnatione;

Item alibi.

Nādem Cyrenas detulit tempestas, quæ tum in diuione regum erant. Ibi cum Magius ad statuam Ptolomæi regis confugisset, &c.

Suspicio & hîc defectum esse, scripsisseque Livium, in diuione regum Egypti erant. Omnino puto Livium hoc monere voluisse & debuisse, quia ejus ætate mutata res erat. Olim enim sub Egypti regibus Cyrenaica erat, Strabone teste, libro XVII. postea Romani eam Africæ adjunxerunt, ut apparet ex Plinio. Ideò ait, *quæ tum in diuione, &c.* id est, illâ ætate aliter atque nunc. Statim de Q. Fabio legato à Delphis:

Tum dixit se oraculo egressum ex templo his omnibus diuinis rem diuinam thure ac vino fecisse, iustumque ab antistite sicut coronatus laureâ coronâ & oraculum ingressus erat & rem diuinam fecisset, ita coronatum narvum ascendere, nec ante deponere eam quàm Romam peruenisset,

Mer anti-
quus apud
eum expro-
batus.

Non dicam Livius, sed Q. Fabius certe ignoravit solemnem morem Græcorum. Nam quod ille ut novum & mirum recenset, iustum se ab antiste ut coronatus domum rediret: id quidem servare omnes vulgò debebant qui ad oraculum accesserant. Est in Scholiaste Euripidis locus valde huic Liviano illustrando, in Hippolyto: Εἰς οὐρανὸν ἄνθρωποι τὸν θεόν, ὅτε ἤρχοντο δὲ πρὸς μαντείαν, ἐκτεταμένοι οἱ ἄνθρωποι, καὶ πᾶσι τὸ οἶνον ἀποπνεύοντες αὐτοῖς. Item in sophoclis scholiaste, in Oedipo tyranno: Οἱ ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ τῶν θεῶν ἄνθρωποι εἰς Δελφὸν ἐκτεταμένοι ἐκτεταμένοι. Vale Vir amplissimæ.

E P I S T. XXII.

I. LIPSIUS ANDREÆ SCHOTTO.

PETIS à me in his versibus Plauti Curculione:

*Eaque ex templo ubi vino has confersi fores,
De odore adeste me scit, aperit ilicò.
& statim.*

Plautus il-
lustratus.

---- agite, bibite, festive fores
Fite mihi volentes, propitia.

quid ita amator vinum ad fores amicæ effundat, & quo is nos pertinuerit? Respondeo, Plautum tangere morem

Cur vino
amicarum
fores asper-
sa.

Græc.

Græcorum, apud quos amatores tui profusione illa solent. Cerrè Aristophanis Scholiastes Pluto, idem de amatoribus Laidis scribit, Ἀντὶς οἱ πολλοὶ τῶν Θεοφιλῶν ἡ ἐρῶν ἡσυχία, καὶ τὰ ἔργα καὶ σπουδαῖα αὐτῆς οἶνω ἱππῶν. At quod inibi mox legitur:

*Ne quod hic agimus herus percipiat fieri, mea Planesium
Mane suffundam aquilam.*

*Cnr cardines
aqua?*

longe alia suffusio est, & fallendis maritis ad januæ cardines aquam mulierculæ affundebant, ne streperent. Eleganter illa falsa mulier apud Aristoph. de se fatetur idem:

Ἐγὼ δὲ κατὰ γένεσιν τῶν ἐρῶν ἡσυχίαν

Ἐξ ἄλλου ὡς τὸν μαιχλῶν.

Hæc taliaque dotata in scriptis veterum, valde facere ad ea illustranda censeo. Vale.

E P I S T. XXIII.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO,
ET IANO LERNUTIO, SUIIS.

ORDIAR cum servo Plautino:

Quid hoc est negoti? Nemin. m. meum dictum magni facere?

Ad Kalendas Septembreis cupiebam venire vos: cupiebam autem? Imò id imperium Manlium esse iusseram. Tamen non paruitis. Quid accidit ut mutaretis. Præsertim post tot promissa vestra? Posthac mero meridie dixeritis lucem esse, non credam. Et ecce iterum audetis scribere, Veniemus. Credo post decennium, unà cum Ulysse. Sed ego deceptus & desertus à vobis rettuli me ad libros. Notavi ista in Fragmentis Varronis.

*Varronis
apud Nonium
Fragmenta
corrigitur
187.*

Apud Nonium in Matella.

Varro Endymionibus: Divitum Aphocaschias ad communem revocat matellam.

1. Iunius legebat *ἀποθήκας*: ego, *ἀποθήκας* Chias, sex corrupta voce *aphocaschias*, non dubiè emendo. Apothecæ sunt cellæ vinariæ, Plinio frequentes. Varro ipse Apothecas tricliniaries nominat, *Dolia* atque *apothecas tricliniaries, melicas, lotenas, abbas, & Cumanos calices*. Apothecæ igitur Chias, in quibus vinum Chium reconditum, illa ætate præcipui pretii, idcirco non nisi divitum mensis concessum.

*Apotheca
Chia.*

In Cæcum.

11. *Varro De vitâ populi Ro. lib. 14. Nequa id cæci Confidēs fecissent, quæ mandata arcana tam pio sedissent, aut diuidentum GN. magnum.*

Lego,

Lego, neque mandata arcana T. Ampio dedissent. Scripsit eo libro quarto Varro de bello civili. Et T. Ampium istum nominat Cicero lib. VII. ad Atticum, quem ait pro Pompejanis partibus dilectum habuisse diligentissimè. Sed quæ mandata illa fuerint, non occurrit.

In Liquidum.

Varro de Proprietate scriptorum. Quid est tanti, aut quid aliud ejus generis fervere factum colliquisset, & in formâ esset infusum. 114.

Emendo, Quod es, stannum, aut quid aliud: & informe. Videte exemplum præcedens.

In Veget.

Varro Manio: Nec natus est, nec morietur: viget, veget, 17. *ut pote plurimum.*

Scribite, & pote plurimum. Pote veteres pro Potest.

In Curia.

De vitâ populû Rom. lib. 11. Itaque propter curam locus quoque, quò suam quisque Senator confert, curiam appellant. 7. *Fortasse scripsit Varro, quò sententiam quisque, induxit libellos in errorem brevitas scribendi, quò suam. Quamquam & aliâ constat sententia.*

In Ramices.

Varro μεγντοδιδοικάλω. Rapta an nescio quo mulione, & ptu is ramicis rumpit. 16. *Lego, a nescio q. mulione raptori ramices rupit.*

In Rutuba.

Varro Sexagesi. Ergo tum Romæ parçè pureque pudentis Vivere tum in patriâ, nunc sumus in rutubâ. 111. *Dico leg parçè pureque putantes. Vivere, Cum patriâ. Putabamus, inquit, nos parçè & quietè in tranquillitate unâ cum ipsa patria victuros: ad nunc sumus in media perturbatione.*

In Sanguis.

Varro πει πορὰς ἰβερίας. Africa turribilis contra concurre- re ibis, atque Aneæ misceri sanguine sanguen, 112. *Puerunt disertim versus magni, itaque emendo, Africa terribilis contra concurret Iberis, Agens Aneæ miscabit sanguine sanguen.*

In Invitare.

Varro Σεσκινυβύσσε. Ipsum audi vino invitari poculis largè atque benignè. 12.

Lego. Ipsum avide vino invitari. Loquitur Vlysses de Cyclope quem vino decipit.

E P I S T. XXIV.

I. LIPSIUS THEODORO CANTERO.

FRATRIS tui Guilielmi præcipiti morte iacturam & nos fecimus, & Musæ. Nos, amici: illæ, adjutoris, & magni quidem si vita longior contigisset. Nunc dñs aliter visum: & vides quàm verè Attius:

Fors dominatur, neque vita est ulli propria in vitâ.

Tribus locis Livius emendatus.

Rogo dispicias hos Livii locos.

Libro XXII.

- I. *Cum his orationibus accensa plebs esset, tribus patriciis perentibus, P. Cornelio Merendâ, L. Manlio Volsone, M. Emilio Lepido: duobus nobilibus jam familiaribus plebi, C. Atilio Serrano & Q. Aelio Pato, quorum alter Pontifex, alter augur erat, &c.*

Inepta lectio & nulli rei. Quò enim illa distinctio pertinet, duos nobiles sed familiares plebi? In meo codice emergit se veritas, *duobus nobilibus ac familiarium plebei. Legge, at familiarum.* Nam hoc sentit Livius tres pettores fuisse patricios, duos alios, nobiles plebejos. Illud *plebei*, antiquum est pro plebis.

Ibidem:

- II. *Conciones Varronis multæ ac feroces fuere, denunciantia bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mensurumque in visceribus reip. si plures Fabios Imperatores haberet, se quo die hostem vidisset, profligatum.*

Meus liber, quo die hostem vidisset, conflicturum. Id verius apparet ex adversâ oratione Paulli, qui ad hanc partem respiciens ait mirari se, quomodo Varro diem quoque prædicere posset, quâ eum hoste signis collatis esset dimicaturus. Adde & Silium, qui ita vertit sive pectit.

Lib. XXIII. De Annibalis transitu in Nolanos.

- III. *Senatus ac maxime primores ejus in societate Rom. cum fide perstare: plebs novarum, ut solet, rerum avida, atque Annibalis tota esse.*

Genus dicendi in Livio elegans.

Heu pravitatem Correctorum! Livius scripserat, *plebs novarum, ut solet, rerum, atque Annib. lis tota esse.* Et testificor ita esse in libro qui pones me. At illi boni addiderunt *avida*. Scilicet ignorasse eos genus dicendi, quo Livius utitur aliàs lib. VI. *Plebs cum tam apino hominis esset.* lib. II. *Hon. intum non causarium toti erant.* Depravaverant similem locum lib. II. *Patrum, haud ferè quisquam in foro: in urbe rari erant.* Indignitate rerum cesserant in agros, suarumque

que rerum scilicet erant amissa publica. Sed optimus codex, suarumque rerum erant, nulli vestigio huius vocis. Quod idem & Sigonius in suis libris invenit.

EPIST. XXV.

I. LIPSIUS. JANO DUZA, V. NOBILI.

Quod te non fugit, nobilissime Duza, sunt qui calumniantur hoc genus scribendi ut inutile, sunt qui spernant ut leve. Primis numquam adducar ut respondeam. Nam hideri illi quidni audeant dicere hanc esse omne nomen litterarum? Hoc enim si verbo non potuit, raceret efficitur. Siquidem tractare litteras non est sine scriptis antiquis: scripta antiqua nec legi utiliter possunt nisi intellegas, nec intellegi sine emendata scriptura. Si luteræ igitur utiles rebus humanis: (& quis ille Thrax qui hoc neget?) Utilis & interpretatio scriptorum veterum & emendatio. Hoc totum unum nos agimus. At id ipsum leve est, inquit alteri. Nescio nisi hoc scio, hæc levitas nunquam erit ut præstent ipsi. Sunt enim ex illo genere qui subnixi ambulant in columnis legum & peristyliis, qui sophismata aliquot texere sciunt & retexere. Qui etiam si casu incidant in scriptorem veterem, beatos se putant si mille simam ejus partem intellegant. Sed & majoris operæ sunt libri de jure scripti. Si ut Cujacius, Brissonius, & ille flos doctrinæ jus tractant, fortasse fatebor: fin ut ipsi, pernegabo. Et fremant licet: Majoris ingenii, doctrinæ, judicii est unus Turnebi aut Scaligeri libellus, quam istorum mille centones. At tamen dignitatem hoc genus scribendi non habet: Fortasse apud vulgum. Nam positos, hoc est veros judices scio: alter fontis est. Cajo Casari licuit de Analogia scribere salva dignitate: de Grammatica Varro. Nigidio & sexcentis aliis è medio Senatu: nobis, si pariter ad litteras juvandas conemur, cur vitio vertant? Nisi si Grammaticos nos, tantum censent, nec graviore scientia instructos, at ego, si dii volent, dabo aliquem ex hac turba, qui non solum in litteris, sed etiam Politicis, Historicis, Philosophicis præstet, quod videtur invidia mirari cogantur ipsi. Tempora permittant modo. Sed ego, mi Duza, fatuus qui litigo cum aliis hoc est, quod Plautus ait, lapidem percutio: hoc periculis agamus, & sequere me ad Juvenalem, poetam & in Satyris nimis feliciter expressum. Ex quo hæc curam delibavi.

Contra calumniantes honesti laboris.

Juvenalis multis locis corripuit.

Satyrâ x.

I. *fat adulter.**Publicus & poenae metuet. quas cumque mariti Exigero. irati.**Scriptus Divæi liber, — quas cumque mariti Irati debent: idem postea vidi in manû. Carrionis: nec dubitandum censeo, quin aut hæc vera lectio sit, aut certè — maritis Irati debent. Ut, Ventis debere ludibrium Horatius, debere risum, &c. Nam Latini Debendi verbum usurpant, ut Græci τὸ ἐπιλογίζεσθαι.*

Satyrâ xi.

— & vios

*Nocte ferè mediâ, mediamque audita per urbem.**Litore ab Oceani Gallis venientibus.**Pulmannus notat alias legi, Litore ab occiduo: at Divæi codd. Litore ab Oceano. Rectè Litus Oceanum, ut Acumen Stertinius, Sulpicia horrea.**Ibidem:*

III.

— ille fruatur

*Vocibus obscenis omni que libidinis arte**Qui Lacedæmonium pedemate lubricat urbem.**De hoc loco possis illud, Cui non dictus Hylas puer? Et quot homines tot lectiones. Brodæus ut posui, Pedemate: Bodrianus, Pitylsmate: Flavius, Pappysmate: Alciatus Pyresmate. Licet & mihi nugari, pedum visa est via Scripta omnis lectio & impressa antiquitus Pitysmate: vel Pyysmate, ut Divæi, ex qua lego, Pygisimate. πύγισμα Græci vocant Pædicationem. Poëta Siculus, ἄνθρωπος ἰσχυρὸς καὶ τὸ δ' ἄλλως, & respondet Lacon, Μὴ παύσῃς τὴν πύγιν: quæ ubi Læpina. Certè in Juvenali lubricat verbum nescio quid obscenum præfert, & Lacedæmonium orbem (significante honestas aures) partem videtur vocare averfam. Sed cur diviti tribuit Lacedæmonios pueros? Ideo quia es gens Juvenalistempore maximè mollis, & pueri inde oriundi in nobilium deliciis. Certè libidinofam Lacedæmonia Martialis vocat,**Thalys carmine canet, aut Myconas,**quid ut claram Rhodum, aut libidinofæ**Ledææ Lacedæmonis palestras.**Et Philostratus clarè eos infimulat l. iv. De vita Apollonii: Occurrerens ei, inquit, Lacedæmoniorum legari, hæc æque quæm habitu Læconico, sed molli atque lascivo, æque ipsi deliciis potibus adfluente. Et statim addit eos fuisse expositis curibus, comæ unguento stillantibus, abroscis barbæ, vestes insuper fluxu ac molli. Quæ arguunt degeneres maximè poteros generosæ illius & priscæ Spartzæ. Iac. Sufius vir nobilis suavit mihi ut legerem, orbem, non orbem. Et interpre-*

tatur

tatur de fene factq & factio, divite, orbo : qui faceret vel
paceretur potius, quod fugio dicere. Sed non ultra chara-
tam mihi iniquient hae sordes. Sat. XIV.

----- dolia nudi

Non ardent Cynici, si frigeris altera fier.

IV.

Cras domus, atque eadem plumbo commissa manebit.

LECTIO inepta & sibi adversa. Quomodo enim altera fiet
domus, & simul manebit eadem ? Bene vetus Divæ aut
eodem plumbo commissa. Ut vulgus intellegat, sciendum do-
lia apud antiquos non ex ligno fuisse, ut nunc, sed fictilia
ex terra. De quo vide Plinium libro xxxv. cap. XII. Tale
Diogenis dolium fuisse docet clarè sequens versus :

Sensit Alexander testa cum vidit in illa

Magnam habitatorem.

nam ait, Testa. Sententia igitur est. Diogenis domus non
ardebit, quia ex terra: si quis frigerit, vel nova fingetur al-
tera, vel partibus & fragmentis conjunctis instaurabitur
eadem. Plumbo committi, intellexit Plumbaturam, Ferru-
minationem, quata simili verbo Græci *μολύβδω* dicunt.

Satira IX.

-- melius ne hic rusticus infans

V.

Cum matre & casulis & cum lusore castello

Cymbala pulsantis legatus fiet amicus.

Negatur hic Domitius, & scio vulgò non intellegi. Quo-
sum enim de puero qui legatus fiat ? At tu me auctore
emenda, *legatum fiet amicus*. Notum quid scit vident le-
gatum. At igitur in persona Nevoli Juvénalis. Nōne
æquius erat pauca jugera tertæ cum matre, cum puero,
donare exhausto clienti, quam urea testamento legares
nescio cui amico molli & de cohorte tua ? Hoc velle eum
manifestant sequentia.

Satira VII.

VI.

Quod vocis pretium? Siccus pota sumculus, & vas

Pel mydum: aut veteres asporum epimenia bulbi.

Divæ liber, *epimenia bulbi*. Et glossæ ad osam scripta, *Bulli*,
id est, pisces exigui vilissimi. Sunt quidem illæ glossæ barba-
ricæ, multis locis contaminatæ. Sed tamen in quibus anti-
quæ vestigia comparent, & quæ Cornutum interpre-
tem sæpè citent. Hanc certè lectionem non esse de nihilo
docet Glossarium verborum ab H. Stephano.

*Quid bul-
li?*

Bulli, *id est, pisces exigui vilissimi*. Quod ipsum Glossarium amat adspargere quoddam
ex Juvénali. Ut, *abaci, desica, juvenia, in quædam*. Intel-
legitis illum versum Satira III. *urceli fecit armentum*
abaci. *Apicius* *invenit*, *ut dicitur*. De illo sententia

*Luci Juvé-
nalis, qui
in Glossa-
rio veteri*

Ecce Roma apia rotula carmina miras.
ubi tamen vulgò melius, apici: &, Apices, Apidis, ut dicitur
alio, ad resumptiōem *sermone* *sermone* *sermone*

Mitto ad te adjunctum carmen nostri Lernutii, in quo omnia laudo, præter laudes meas, quas ille tractavit nimis amice.

IANI LERNUTII ELEGIA, AD LIPSIIUM.

ET Geniū ingenique potens cultissime Lipsi,
 Nascentem placidis quem Dea Suada oculis
 Dum rapuit, Lethæ eripuit, atque invidia ipsa
 Majori indulgit vivere perpetuum:
 Quis nunc in studiis te sufficor excolere ævum?
 An tetrica Astræa munia Justitiæ
 Indefessus obis? Patriūque oblitæ retractas
 Fura fori, & magnum es æmulus Æmilium?
 An longinquæ patrum facta, atq; antiquæ reperia
 Sedulus indivis eiurus è tenebris?
 Angenis ipse tuo felici pectore, quæ mox
 Præsens, & ventura omnia sæcla legant?
 Et modò liberiora judat contingere verba
 Melle Arpinati Cecropioque sale?
 Et modò stat choreis lustrare Heliconæ novenis,
 Flectere & in numeros carmina diæ suos?
 An potiùs densâ Grudiū admirante cateruâ
 Exponi Veneri scripta opcrofa Titi?
 Perfundusque tibi temet futuris: & hosti
 Rire tuo gaudes, præ sene Corycio:
 Horti quem Ver adsiduon, quem Flora Venusque
 Incolit, & Zephyri credidit hospitium.
 Non tibi nequiquam mentem ex meliore metallo
 Fapetonides indidit atque animum:
 Qui vulgi de more insanis otia curis
 Transigere, & tacitas condere opes cuperes.
 Sed mage qui priscis posses certare disertis,
 Sive tuis Thesensibus Quirine tuis.
 Per quem barbaries nostræ procul arce fugata
 Cocyti obscuras se abideret in tenebras:
 Cujus de Boreâ laus eret diducta ad Austrum
 Iret ad Eoos, iret ad Hesperios.
 Ergo Arcas dixim interpretes, & carminis auctor
 Cynthius, & Pallas virgoque mæsq; cadem:
 Et Paphia comites dominæ sine veste sorores,
 A puero meritis dedita turba tuis,
 Eterno sancto quæ tui instatmantur amore,
 Certatim grotes & tibi persolunt,
 Arvaque Thespiades fusa per aprica puella
 Exercent dexteras in tua dona agiles.
 Hæc apium intexa cassæ dicit hæc amarantus:
 Illa rosis pinguis illa pumiceis.

Altera septenas modulatur pollice chordas,

Et similes chordis voce sonus animas,

Ille tuum nomen, bifidi super ardua montis.

Culmina corticibus scalpit in arboreis.

Nec jam Nisigena aut thyasos induit Ixacho,

Aut jacet hesternâ membra gravis crapulâ:

Musarum manibus sed fert tibi interplexâ

Fert vigil. Et mentis ipse sua dominus.

O cælo dilicte, tui fas unice sæcli

Salve, ait, Et propriis maeste potens opibus.

Nec tibi sit Crassos mirari divite ab auro,

Amplaque ab auratis atria porticibus:

Aut Arabo advectas Indove ex æquore merces

Expetere, aut succis vellera lota Tyri:

Ista leves jactent animos per fanda nefanda,

Tu cape pugnatæ præmia militiæ.

En ego te riveis sub uestum ad sidera pennis

Mnemosynæ statio consicuum ante pedes:

Et capiti imposita immortalis fronde coronâ,

Hæc tua circumeat tempora, temporibus

Omnibus interenda: micantem sulvida ad Arcton

Dum stabit Crescæ terta corolla deæ.

Sic ille. Ad sensu plausere Aganippides uno,

Et patriâ Phœbus plausit ab Ortygiâ:

Ipseque thyrsigerum morit caput Erius Erius?

Fallor? An ad plausum cor mihi subslit?

E P I S T. XXVI.

I. LIPSIUS IOANNI WAMEBIO, I. C.

In Legibus
xij. tabul.
fragmenta
aliquot re-
stituta
apud Plin-
ium.

VT leviter immutem versus poetæ veteris,

Qui utuntur vino veteri sapientes puto:

Et qui libenter veterum scripta perlegunt.

Me quidem etiam illa antiquissima delectant legum vete-
rum verba, è quibus pauca, quæ apud Plinium nuper
emendavi, facto iudicii tui vir clarissime.

Plinius lib. XVIII. cap. III.

*Frugem quidem aratro questam furtim noctu parisso ac se-
cuisse, puberi xij. tabulis capitalis erat. suspensumque Gereri
necari jubebant, gravius in hominibus convictum: impubem
Prætoris arbitratu verberari. non enim de duplionem re
decerni.*

Exempl.
n. Prætor
Consul
dictus.

Pulcra lex. Sed in postremis verbis menda est, quam tol-
lo sic, noxæ de duplionem decerni. Quod ait, Prætoris arbitratu
verberari. Prætozem accipio Consulem. Nam Deum
viro

virorum tempore, haud dum creati Praetores sed in nomen id Consulibus erat. Varro apud Nonium, *Quod eadem dicebantur Consules & Praetores: quod praerent populo; Praetores, quod consulerent Senatui*, (ita lego, non ut vulgo, *Senatus*) Consules. Mansit autem nomen Praetorum in Consulibus, ut Jo. Zonaras tradidit, ad x. viros exactos, id est, ad L. Valerium & M. Horatium cōs. Zonaræ adfervationem confirmat unicum, quod sciam, exemplum hujus legis: cum de ejus fide tamen alii dubitarint. Hoc amplius moneo, *verba illa Suspendi Cereri necari*, in suspitione mendici esse. Nec Suspendi Cereri aut necari, temerè inventis in formulis legum antiquis. At, *Cereri faceres to, Foris faceres to*, solemnis sanctio fuit, ideoque videndum ne Plinius si fortè scripserit *Sacratumque Cereri*.

Varro apud Nonium corruptum,

Plinius lib. xxi. cap. iiii.

Inde illa xij. tabularum lex: Qui coronam parit, ipse pecuniâ de ejus virtutis ergo arguitur.

Puto leg. *virtutis ergo arduor*: Arduo, duplex Archaimus. Primum Arduo pro adduo, r, loco d. ut Arfines, Arvoci: deinde Duo pro Do, cetera lex recta est: & nolent doctissimum Rævardum mutasse. Quod docebo in Commentariis ad xii. leges.

Libro xi. cap. xlv.

Est in aure imâ memoria locus, quem tangentes attestantur.

Despice quæso, nec habebis quod ex his verbis elicias. Præclare emendo ad morem veterem, *tangentes antestantur*. Nam in Antestatione memoriæ causâ, aëtor auriculam imam tangebant antestati, cum hoc verbo, Memento. Abusit Virg. *Cynthia aurem Vellit & admonuit*: & est apud Laurinos lapillus, in quo caput sculptum & manus aurem atterens cum verbo Græco, *μνησέμεν*. Cave igitur dubites quin huc Plinius respexerit. Legem ipsam de Antestatione, quæ legitur apud interpretem Horatii his verbis: *SI VIS VOCATIONI FUAT TESTAMINI, IGITUR IN CAPITO ANTISTARI*. Puto sic emend. *SI VIS VOCATIONI FUAT, ANTESTAMINOR: NI IT, AUREM CAPITO ANTESTATI*.

Mos antestandi,

EPIST. XXVII.

I. LIPSIUS PETRO DIVÆ.

Ita valeam mi Divæ, ut anxium me habuit hos dies tua valetudo. Virorum bonorum & patrie amantium magna raritas est: & in hac tempora huius, magna necessitas.

cessitas. Eo magis gavisus sum melius factum esse tibi : & quia ab animo jam latis firmum te esse cognovi, nisi **No-**tas aliquot meas in Panegyricis illis quorum lectione olim capiebaris. Spero non solum non molestam tibi fore lectionem rerum talium : sed ut in **Asphonso** rege jucundam & salutarem. Quem fama est è gravissimo morbo **Q. Curtii** solâ lectione recreatum atque refectum. In **Nazarri** Panegyrico ad Constantinum.

Panegyrist
scriptores
variâ sub-
diti.

Pag. 207.

Non enim qui bellorum eventus solet esse, per varios & volubiles casus maris, dubius erravit.

Probo tuum, Mars dubius.

Pag. 215.

Tu ferocissimis regibus Ascarico & comite sua captis tantâ laude res bellicas auspiciatus es, ut jam inaudita magnitudinis obsidem teneremus.

Viennensis lib. ut eam: sed scrib. ut famam. & paullo post, Chamayos, non Clamafos.

Pag. 225.

In vadis primus aciem, solus irumpis, obumbrant euntem telorum irriti jactus, sonat ictibus umbo, securus huius, quos cum trabalis hasta dejecit, insultans ferus proterit.

Videtur scripsisse, sonat ictibus umbo, securibus cassis, quas. Ferum pro equo posuit, ut Virg.

Pag. 227.

Quonam modo, te potens Africa, quanto lætitiæ fremitu, quam insolenti voluntate jactasti?

Rectum, voluptate. Pag. 228.

Nam & calamitate obsessis finis est voti miseriam liberari, & mox facultas miseriarum parum grata est nisi lætitiâ consequatur.

Optimè verò tu, vacuitas miseriarum. In Panegyrico **Latini Drepani** ad **Theodosium**. Pag. 108.

Ita multiplici circumdatus metu, quasi parum habeam timere quod video quod timeam.

Deest vox: fortè leg. timere quod video, cogito quod timeam.

Pag. 141.

At ubi impulsæ acies, fronsque laxata, ire præcipites, aut gloriando fugere.

Scrib. glomerando fugere. In Panegyrico **Flavienſium** nomine ad **Constantinum**. Pag. 238.

Ut igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ verecundiæ modum fecit, ne arroganter insurgerem: ita in commemorandis ejusdem malis, & meus dolor & tuorum aurium consuetudo cohibebit. Nihil enim libenter audis, nisi quod pro tuis gratuleris.

Emendo, nisi quod pro tuis pertuleris. Vale.

INDEX

INDEX EPISTOLARVM

LIBRI QUINTI

- Epist. I. CAROLO SIGONIO.
 II. FULVIO URSINO.
 III. JANO LERNUTIO.
 IV. 2. HENRICO STEPHANO.
 V. ANDREÆ PAPIO.
 VI. LUDOVICO CARRIONI.
 VII. JACOBO TAYO, V. N.
 VIII. ANDREÆ SCHOTTO.
 IX. JACOBO PAMELIO.
 X. JACOBO SUSIO, V. N.
 XI. PETRO DIVÆO.
 XII. VICTORI GISELINO.
 XIII. GERARDO FALCKENBURGIO.
 XIV. FRANCISCO MODIO.
 XV. M. ANTONIO MURETO.
 XVI. PHILIPPO LANNOYO, JUVENI N.
 XVII. CORNELIO VALERIO.
 XVIII. JOANNI RAMO, I. C.
 XIX. PETRO PYTHOEIO.
 XX. ÆGIDIO VLEGERIO.
 XXI. STEPHANO PIGHIO.
 XXII. FRANCISCO RAPHELENGIO.
 XXIII. NICOLAO STURIONI.
 XXIV. JANO LERNUTIO.
 XXV. VICTORI GISELINO.
 XXVI. LECTORI.

JUSTI

IUSTI TITULI EPISTOLICARUM QUÆSTIONUM

LIBER QUINTUS.

DEPISTOLARUM.

J. LIPSII CAROLO SIGONIO, V. C.

VETUS verbum est, Sigoni, Sabini quod voluit somnians: idem ego fortasse fecerim in aliquot Livii locis. De quibus tamen opinio tantum mea fuerit, iudicium tuum esto.

Lib. xxii. de pugna ad Thelymenam:

Livius
corrigitur.

Postquam in patentiore campum paucis agrum cepit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, aspectu: à tergo atque super caput detectæ insidiæ.

Hæsit in hoc loco Glarantus, & Didericus, inquit positum est pro simplici Testæ. De sententiâ, non fallitur: de verbi illius usu, vereor ut cuiquam probet. In meo libro est, *super caput decipiens insidiæ*. Fallor, Sigoni? An volentibus musis emendavi? *Super caput decipiens insidiæ*. Hellenismus est, & usus verbo Decipiendi Livius, ut Latini vulgò, Fallendi, & ut Greci, *Αυδαν παλιν*.

Ibidem?

- ii. *Quòd orta ex lacu nebula campo quam montibus densior sederat, agminaque hostium ex pluribus vallibus ipsa inter se suis confecta, eoque magis pariter decemur.*

Res ipsa & Livii tota narratio clamat, legi pluribus collibus, non, vallibus. Maximam enim partem exercitus in montibus Annibal in insidiis posuerat.

Eodem libro, inferias

- iii. *Roma in Aventino, & Aricie munitiones erat, ibi tempus lapidibus pluisse: & multo cruore signa in Sabiniæ cadis, aqua è fonte calida manasse.*

Priora puto Livium scripsisse, *lapidibus pluisse, & multa cruore signa*. Ita restituo, pro signa. Et nomen est Italiae Opidum. Deinde, *In Sabiniæ Cadis aqua è f. c. manasse.*

Illud

illi ubi spissa est sapientia. Spissum est iter ad ipsum per se, nisi cum magna miseria. Elegantiissima & quam libens, resisteret, non potest. --- ita est,

Verum haud facile est verire illo ubi spissa est sapientia: Spissum est iter, adipisci hanc possis nisi cum magna miseria.

Ex illo spissa feci ipsa. Cetera correctio aperta: & versus Trochaici.

In Confidentia.

Turpillus Eucledia: Videntur frigui incessum, quam se confideris tuis bene perdidit.

Legō, idem ad Frygi incessum? Quam est? In istam perdidit.

EPIST. III.

L. LIPSIUS IANO LERNUTIO.

Nuncius parareto audio, mihi Lernuti, in uxore cui lunō & Venus faverunt, id est dotata & formosa. Exspectas bona verba? Nemo possum meliora illis Plautinis,

--- super.

Interimpe hoc, ut uxori tuae semper sis superbi.

* Ut potius Pollentia sis, cunctis super uxorem.

Mihicrede Rem magnam optavi, & quam Hercules non est consecutus. Parabam Epithalamios, ut super addere: saepius vocati non adierunt Musa. Brugas ad nuptias tuas demigrasse dicebantur. Eorum vicem Questionem adfero nuptialem. Dic mihi, cur partem eam qua sperata tua est, Julia Augusti F. Navim vocarit? Notus est iocus. Roganti consilio libidiniq, qua arte cum tam vulgo & vulgaret, liberos tamen simillimos produceret Agrippa non enim, respondit, nisi plena havi tello vestirem. Ad remere & forte ad navim mulier acuta (sic enim fuit) mactis. Appotius, quia antiquitas hortum muliebrem, inter illa nomina, Navim dixit? Quod apparet ex Plauti Menechmis, Scena, Sine fores: & Milite, Scena, Rem omnem Idem de se voluerunt illae feminae in Aristophanis Lysistrate:

& ab eadem mente adolescens ille in Concionatrici bus:

Videntur, & Concham disisse in crephora simili Plauti Rudente servus ad Venerem.

Ignoscere his te convenit, metus his ut id faciant, subegit:

Tecce

Navis in obicenis intellectibus.

Sic & Comba.

Te ex concha nata esse autumnant, cave tu harum conchas spernas.

Vides quàm licenter! nec petam veniam. Sermo de nuptiis est, & velis folis Lernuti, aliter hæc sacra non constant.

EPIST. IV.

I. LIPSIUS HENRICO STEPHANO.

APUD Livium oratione P. Sempronii adhortantis ad erumpendum, legimus.

*Livius s-
de libri re-
stituitur.*

Lib. XII.

Capi ergo multum, inquit, ab avarissimo hoste? estimariq; capita vestra pretio? Et exquiri ab interrogantibus Romanus civis sis an Latinus socius? ut ex tua contumelia & miseria alteri honos quaeratur non tibi? Non vos quidem L. Aemilii, qui se bene mori quam turpiter videre maluit, & tot fortissimorum virorum, qui circa cumulati jacent, similes estis.

Optimè liber vetus, ut ex tua contumelia & miseria alteri honos quaeratur? Non. Siquidem L. Aemilii qui se, &c. vide audaciam Correctorum, qui reliquas illas voces ineptissime inferuerunt.

Statim:

Ferro atque audacia iter fit quamvis per confertos hostes. Cuncto quidem, hoc laxum atque solutum agmen ac si nihil obset transibimus.

Livii sententia comparet, vereor ut verba. Nam vetus illa ultima sic, ac si nihil obset jus scias. Intricata lectio, ex qua hoc tamen elicio, *transibimus*, Livii verbum non esse.

In oratione Manlii Torquati de redimendis captivis.

Viam non ad gloriam magis, quam ad salutem ferentem demonstrat: ducem se in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit: ut se, venini, deest vobis animus?

Liber meus, demonstraret: *reduces in patriam.* Legendum, demonstrat: in patriam.

Ibidem:

*Nisi quis credere potest fuisse qui erumpentibus quin erumperent, obsistere conati sunt: aut non invidere eos cum inco-
lunitatum glorie, &c.*

Vide locum totum, nec dubitabis quin leg. fit; fuisse, ut erumpentibus quin erumperent obsistere conati sint: at non invidere. Omnia ita vetus, nisi, quod at restitui, pro aut.

Verbi Fuisse elegans usus latuit Correctores.

EPIST.

E P I S T. V.

L. LIPSIUS ANDREA PAPIO.

EGO verò, Papi, scientiam non amo sine prudentiâ: nec solum quibus doctior fias legenda suâ, sed etiam quibus melior.

Noſti illud,

*Ὅς ἔδδῃ τὴν μάθησιν, αὐτὸν μὴ ὕψος παρῆναι.

* Quam
quâ p̄m-
tia, abſiſſ.
ſapientia.
De Seneca
aliquos lo-
cis conje-
ctura,

Ad hoc poſtremum, in Latinis, unicum ajo Senecanum eſſe, gravem ſcriptorem, ô dii! & quem qui diligenter legērit, præcepta ejus imbiberit, tollere caput ſupra omnia humana poſſit. Eâ re non videor perdere operam, cum ſibi corrigendo operam do. Quod faciebam hodie in his locis.

Epist. LV.

I. Longum mihi comitatum dederat mala valetudo repente me in vaſit.

Scribe, Longum mihi comitatum. Comitatum dare, honeſtè ductum à re militari: id eſt, diu me morbus dimiſerat, nunc repente adortus.

Epist. LXXII.

II. Beatus verò & virtutis exacta tunc ſe maximè amat cum fortiffimè expertus eſt: & metuenda ceteris non tantùm ſeri, ſed amplexatus. Multoq; audia mavult [tanto] melior quàm fortior.

Ennii cor-
rectio in
Nonio

Scito monachale gloſſema eſſe, legendumque, audire mavult melior quàm fortior. Idem uſus fuit apud veteres verbi Clueo. Notavi in verſu Ennii apud Nonium, Cluet: Per gentes cluebat omnium miſerrimus. Vel, clueat. Ita lego. Vulgò eſt, Per gentes eſſe cluebat.

Epist. LIX.

III. Et quomodo ſinem vitæ imponere poterit, qui epistolæ non poteſt? Vale ergo, quòd liberitius quàm mortis moras leſturus es.

Leg. mares meras. Nam tota antè Epistola de morte.

Epist. LXXXI.

IV. Ille qui in ſcenâ elatus incedit & hæc reſupinus dicit,
Impero Argis, regna mihi liquet Pelops
Quà ponto ab Helles atque ab Jonio mari,
Urgetur Iſthmas.

Apud Cic.
verus po-
ſta emend.

Verſus cauſa ſcrib. Imperio Argis. Puto ex his Ciceronem emendandum in oratore ad Brutum: Verba legenda ſunt poſſimum benè ſonantis, non ſed ea ut poëta exquisita ad ſonum, ſed ſumpta de medio ---- Quà Pontus Helles ---- ſuperat modum.

modum. Legendumque : Quà Pono ab Helles, siquidem ad hanc verum respexit.

Epist. xx.

Exemplum Epicuri referam : cum Idomeneo scriberet. Et il-
lum à vinâ speciosâ ad fidem stabilemque gloriam revoca-
ret, nihilâ tunc potentie ministrum & magna tractantem.
Omnino leg. regie tunc potentie. Idomeneus ille, mini-
ster regis.

EPIST. VI.

I. LIPSII LUDOVICO CARRIONI.

HERE inter Scyphos de Martialis Epigrammate emen-
dando injeceram. Visus es lentè & vix assentiri. Vi-
de Epigramma ipsum, & iterum ad suffragium redi.

Martialis
emend.
Epig.

Lib. II. in Nævolum.

I.

Atque unam vestire tribum tua vellera possunt

Apula non uno quæ grege terra iulit.

Tu frētus hiemem succindis lentus amicus,

Pro sociis, & lateris frigora tuta times.

Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus

Quid renuis? Non te, Nævolo, sed timeas?

Frigora tuta in sententiâ frigent. Vidit hoc Domitius, &

reposuit trita. Puto verum esse tute. Adco, inquit, amicus

friget, ut tui se vereri possis, ne frigus ejus permānet ad

te. Dignum hic notâ Latus à Martiali dictum, Lateronem

& qui Latus legit. Quâ mente idem, alibi:

Idem ste-
rium.

Bartholus ille, tuum Casrice ducit latus.

& Seneca: Vri feminaeque contendunt, uter latus det illis.

Lib. III. in Luperum.

II.

Sed nihil arctæ faciunt bidlique salaces.

Improba nec prosunt jam saureja tibi.

Cœpisti parvis opibus corrumpere bocea.

Sic quique non vidit sollicitata Venus.

Emendo. Puras Opicus corrumpere. Opicus populis frequens

rerum turpium usus, Festus in voce Olcum. Inde vulgo

usurpari cœptum, Opicus opprobriosa, infandæ libidinis,

quam hinc tangit Martialis.

Aufonius:

Eiusu Symficus inguinum ligurritor

Opicus magister.

Quia igitur Ligurritores, Opicos dicebant: ea re, arbitror,

Juvenalis mores facete Opicos dixit, à lingendo:

Juvenalis
explicitus.

Et divina Opici rodebant carmina mores.

Quamquam ibi Glossarius ab H. Stephano vulgatus agno-

scere videatur, Apici.

Pp

EPIST.

E P I S T. VII.

I. LIPSIUS IACOBO TAYO, V. N.

QUAE cum patre meo amicitia tibi fuit, Vir nobilis, quam libens non retineo solum, sed, quod in me est, augeo. Et herclè verum dicam, confessio major est naturæ nostræ. Nam, ut scis, pater meus ad arma potius fuit, quam ad litteras: nos contra, animi cultum & quietem præoptamus, & alumni Musæ videri volumus, quam Martis. Hæc Liviana mitto, exquirendi judicii tui.

Liviana
emenda-
tiones.

Lib. XXVI.

- I. *Secata defectionem earum Hybla & Magella sunt, & ignobiliores quædam aliæ.*

Vetus, & Marcella: sed leg. Marcella. Nominat Polybius lib. I. & Marmor vetustum Romæ de rebus Duillii, quod in antiquis expressi.

Post:

- II. *In æde Concordiæ Victoria quæ in culmine erat, fulmine idæ decisa, quæ ad Victorias quæ in ante fixæ erant hæsu, neque inde procidit.*

Lego, quæ in antefixo erant.

Festus,

Antefixa, quæ ex opere figulino rectis adfiguntur sub stilio.

Livius lib. XXXIV.

Jam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes, & antefixa fœtilia Deorum Romanorum videntes.

Ibidem:

- III. *Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt, & novi suffecti.*

In manss. aliquanti eo anno mortui. Et sic Plautus, Sallustius, alii que loquuntur. Canem & furcam iis qui immutarunt.

In Siculorum oratione contra Marcellum.

- IV. *Certè præter moenia & tecta exhaustæ urbis & refecta Deum delubra, dis ipsis ornamentisque eorum ablatis, &c.*

Addenda vox ex vet. libro, refecta ac spoliata Deum del.

De rogatione L. Attilii Tribunipl.

- V. *De iis rebus quid fieri velitis vos rogo Quirites. Plebs sic jussit: quod Senatus maxima pars sentiat, qui assiduis, id volentes, jubemusque.*

Iterum vocem addit vetus, Senatus juratus maxima. Lego, Senatus jurati. Et valde ea additio ad sententiam facit. Notum est, gravioribus in rebus Senatum juratum sententiam dixisse. Exempla apud Ciceronem. Illud, qui

asside-

affidetur, quid in hac solemnī formula valeat, qui explicaverit, vir esto. Liber meus, & ante Sigonium alii, qui *adfidens*. Ego taceo.

EPIST. VIII.

I. LIPSIUS ANDRÆ SCHOTTO.

GELLIIUM ad Agellium dicemus, qui noctes Atticas *De Agellii nomine.* scripsit? Agellium constanter libri scripti, etiam illud optimæ notæ fragmentum Gifelinī appellant:

Agellii Noctium Atticarum lib. x. explicat.

Incipit XII. Feliciter. C. Aurelii Romuli,

Cecropias noctes doctorum exempla virorum

Donat habere mihi nobilis Eustochius.

Vivat, & æternū letus bona tempora ducat

Qui sic dicto tanta doctanda dedit.

Hæc in fine libri Noni, ut vulgata distinctio est, in membranīs illis leguntur. Priscian. etiam nomina propria deducit à Servo Servilius, ab Agello Agellius. Dignum notæ de numero libri. Ita & XI. eadem appellant, qui nobis Decimus. Ut suspicio sit librum è prioribus vulgò perisse.

Vide ista lib. IX. cap. I.

Quid de sagittâ & lapide dixit, hoc de omni ferè missili telo dici potest.

Abest ab illis, telo.

At si editiora minus, & ad percutiendum superne aliquid quantum & oculos collimes: quò modus à te datus fuerit, eò telum ibit quod jeceris. II.

Ibi est, si in eduiora, &c. conlimes, &c. quò modus à te datus videri.

Nam defendere & offendere inter sese adversa sunt, quorum alterum significat ἐμποδὶν ἔχειν, aliterum ἐκποδὶν ποιεῖν, quod hoc in loco à Q. Claudio dicitur. III.

Auctior aliquantis verbis scripta lectio: ἐμποδὶν ἔχειν, id est, incurere in aliquid & incidere: aliterum ἐκποδὶν ποιεῖν, id est, avertere atque depellere. Nec hærebis, quin hæc interpretatio ab ipso Agellio sit.

Cap. IV.

Qui si impensius forte laudaverint pulchras arbores. Segetes latiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes parvas atq; cultu optimas. IV.

Membranæ parvi atque cultu optimas. Rectè

Cap. VI.

Ungo, unctus, unctio: Scribo, scriptus, scriptito: Moneo, monitus, monitio. V.

Quis legit monitare? Benè in schidis, *Movco, motus, motus.*

Cap. vii. De foliis olearum.

vi. Et quæ pars eorum fuerat inferior atque occulior, eam supra fieri atque exponi ad oculos & solem.

Alii volunt, supra ferri. In illis, *superferri*. Optime, ut Lucret. Confieri. à Superfio & Confio.

Cap. ix.

vii. Quando ex poematis Græcis vertendæ mutandæque sunt insignes sententiæ.

Ibi est, imitandæque insign. sentent. passionis significatio-
ne : & rectè.

viii. Primum omnium diversum esse dicebat Probus, quod apud Homerum quidem virgo Nausicaa, &c.

Scripta lectio, Primum omnium id visum esse dicebant Probo, quod apud, &c. Germana & Cana veritas. Refert enim hæc Agellius audita à Probi discipulis : Memini, inquit, me audisse ex Valerii Probi discipulis.

ix. Studia atque oblectamenta in venando Dianæ honestè apte-
que dicit.

Ibidem, aperteque dicit. Bene & statim, pharetram tantum, non, tamen.

E P I S T. IX.

I. LIPSIUS IACOBO PAMELIO, THEOLOGO.

De Tertul-
liani loco
conjectura.

AURO te, clarissime Pame-
liano esse. Major, an utilior à te res suscepta, nescio.
Scriptorem plenum antiquæ & recondite doctrinæ, cor-
rigere arduum eundem correctum clarum non solum vestra
Theologorum interest, sed nostra omnium qui litteras
Græcas Romanasque tractamus. Tanta in eo viro & tam
varia eruditio fuit. Ita in efficiendo, labor : in effectu,
laus ingens tibi proponitur. Notabam olim hunc locum
in Apologiâ.

Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa
jurat, omnibus dis proponit. Omnes illi imaginum suggestus
insignes, monilia crucium sunt : suppari illa vexillorum &
candelabrorum Stole crucium sunt.

Signa co-
horum, &
imagines
signorum.

I ego, imaginum suggestus insignis. Correctio de fensa, non
levis. Signa cohortium intellegit, in quibus imagines Cæsa-
rum aureæ & argenteæ gradatim ad hastam atque super a-
lias erant adfixæ. Imaginum rotunda forma, clypei dicti.
Formam ejusce rei sæpius in marmoribus vidimus & num-
mis vetustis. Hanc congeriem imaginum doctissimus scri-
ptor Suggestum vocat. Quasi dixerit, contextum.

Statius

Statius lib. I. Silvarum.

celso procul aspice frontis honores

Suggestum quæ domæ.

Glullæ veteres, *Suggestum* vñ. Hasdem imagines intellexit Tacitus Histor. lib. I. *Viso cominus armatorum agmine vexillâque comitantis Galbæ cohortis, deceptam Galbæ imaginem solo adfluxit.* Et alibi: *Ipso Kalend. Januæ, die dirumpunt imagines Galbæ, quarta legi, promptius duodevicesima cunctanter.* Sed in Tertulliano illud, *candelabrorum, latè* quàm acutè Scaliger vertit, *candes labarorum.* In priscis tamen editionibus, *Canlabrorum* legitur, & in Minutio qui hunc locum æmulus: *Nam & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorum, quid aliud quàm auratæ cruces sunt & ornate?* Nisi & hic placet *labara.* Aut si fortè utroque, *Contabra, à concis.*

EPIST. X.

I. LIPSIUS JACOBO SENSIO, V. N.

SI vacas Vir nobilissime (etsi quando tu studiis non vacas?) velim considerare te hos Livii locus, quos meo animo, non pessimè emendavi, lib. XXII.

Emendatur Livii locus quatuor.

Statim initio:

Duos se Consules creasse, unum habere, quod enim illi justum imperium, quod auspiciu, esset magistratus: id a domo, publicis privatisque Penatibus, Latiniis feris actis, sacrificio in monte perfecto, non rite in Capitolio nuntupatis, securi ferre. Nec privatum auspiciu sequi.

Offendit in hoc loco Giareanus, ne tam immeritò quàm videri vult Sigonius. Nam vitiata & scriptura & distinctio tota est. Restituo, Quod enim illi justum imperium, quod auspiciu esset? Magistratus id a domo, &c. clara lectio, confirmata etiam à codice meo.

Infra:

His Senatusconsultis perfectis L. Cornelius Lentulus Pontifex Maximus consulente collegio Pontificum, omnium primam populum consulendum de Peresacro censet: in jussu populi revereri non posse.

Lectio vetus consulente collegio Prætorum. Dico verum esse consulente collegiu in Prætorum. Persuadet Romana consuetudo quâ talibus in rebus receptum, ut in absentia Consul Prætor ad collegium referret. At collegium ipsum numquam solet consulere Pontificem, quod hæc festio velle videtur. Neque ultra dubitet, de Prætoris hoc ipsum Livius antè dixit, Senatus quoniam Fabium belli cura

occupatura esses, M. *Emiliū Prætorē ex collegi Pontificum sententiā, omnia ea ut maturè fiant curare jubet.*

Infra, de Fabii imperio æquato cum Minutii.

111. *Ipse quā gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat eadem & populi in se sævientis injuriam tulit. Accepitque in ipso itinere litteris Senatusconsulti de æquato imperio, satis fidens, &c.*

Quomodo est ut Senatusconsultum de æquato imperio Fabius acceperit, cum nullum fuerit? Nam planissimè hoc plebiscitum fuit, non SC. Nec quidquam magis invito Senata extortum. Audi Minutium ipsum: *Itaque plebiscitum quo oneratus magis quàm honoratus sum, primus antiquo abrogæque. Ait, Plebiscitum. Ergo emendo, acceptis in ipso itinere litteris Senatus de æquato i.* Nam Senatus hæc atque talia de rep. scribere ad provinciales magistratus solet. *Exempla infinita.*

Postea:

117. *Tum Fabius primò clamore paventium auditò, dein confestim procul turbamēte: Ita est, inquit, non celerius quam tui deprehendit fortuna temeritatē. Fabio æquatus imperio Annibalem & virtute & fortunā superiorem vides. Sed aliud iurgandi tempus.*

Plutarchus, qui multa à Livio, hoc dictum Fabii effert, *ὡς πάλαι ἰδὼν τὴν ἰσχυρὰν ἀντιπαράστασιν, ἐγγύθεν ἐπὶ τὸ αὐτὸς ἵσταναι τὸν ἀντιπάλαν.* Ut videatur hic inductā negatione leg. *Ita est, inquit, celerius quàm timui.* Nisi placet interrogantem pronuntiasse. At sequentibus verbis lectio vetus erat, *Fabio æquatum imperio.* Primusque Valla immutavit. *Credo verius fore, En Fabio æquatum imperio: Annibalem & virtute & fortunā superiorem vides.* Illud, *En,* repetit ex syllabā voel prioris. Est autem amara & viro gravi apta irrisio, quam Sarcasmon vocant.

E P I S T. XI.

I. LIPSIUS PETRO DIVÆO.

Nos quidem, mi Divæe, de historiâ scribendâ, sæpè agitavimus: cum hæc tempora intueor, vereor ut frustra. Quis enim ille tam confidens aut tantis cervicibus, qui audeat historiam usquequaque veram scribere? Quis regum illa *κρυφία*, &c, ut Tacitus noster appellat, *arcana imperii*, prodi vult? Denique ubi illa Juvenali!

Simplicitas, cujus non audeo dicere nomen?

Hæc si absunt, & si per adulationes & vanitates explenda narratio est: audebo dicere, pereat potius historia. Scis fre-

fremuisse nos sapè in lectione scriptorum nostri ævi : & ex antiquis bilem mihi etiam movet Vellejus. Ælium Sejanum omnibus virtutibus accumulât , & quasi in theatro plena manu dilaudat. Os historici ! ad nos eum scimus natum & extinctum exitio generis humani. Liviam Augustam, post multas laudes, dus quam hominibus similiorem feminam concludit. Jam de Tiberio, flagitium sit si usquam aliter quàm ut de Iove immortalis loquatur. Hec liber & ingenuus animus quî ferat ? Contrà ut Germanici Cæsaris virtutes ubique callidè dissimulat ? Ut Agrippinam , & quibus alijs infensior Tiberius credebatur, obliquè premit ? Quid multa ? Non aliquid quàm mancipium aulæ agit. Dices , intuta illis temporibus veritas fuit. Fateor. Séd vera scribere si non licuit, falsa non debuit. Nemo silentii causam reddit. Hoc nobis, mi Divæ, hæcenus faciendum censeo. Ceterum in illo ipso Vellejo, antiquitatis causa, vide has Notas.

*Vellejus
Faterculus
adulator
in historiâ.*

Libro II.

Pietas sua Cæsarem penè obstructis bieme Alpibus in urbem traxit ad tutelam imperii. Eum veris initio reduxit in Germaniam, in cujus mediis finibus ad caput Juliae fluminis hibernæ discediens princeps locaverat.

De Julia flumine Germaniæ dubito. Et forte an leg. *Lupia fluminis.*

*Ejus bini
loei restan-
turi.*

De clade Variana.

Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, præsidia munit, se magnitudine suâ, non fiduciâ hostium metuens : qui Cimbricam Theutonicamque militiam Italiæ minabantur. Ultra Rhenum cum exercitu transgreditur. Armenio territo, quem arguisse pater & patria contenti erant.

Spuria & inepta lectio est à patre Rhenano. Nam vetus editio, cum exercitu transgreditur, arma interfecit, quæ arguisse. Ad illa vestigia verissimè emendavi, arma infert, quæ arcuisse. Nam solum, inquit, Tiberius repulit & arcuit arma Germanorum, quod unum expectabatur, sed ultro etiam intulit.

E P I S T. XII.

I. LIPSIUS VICTORI GISELINO SUO.

Quod in hominibus singulis, mi Victor, idem in gentibus usu venit, ut aliæ iudicio plus valeant, aliæ ingenio. Germanis plerisque ingenii celeritas, & facilitas quædam insita, ad doctrinam numquam defuit : defuit illud

acre & politum iudicium. Idem est in illo tractu omni. Septemtrionis. At Italia peculiaris est laus iudicii, sicut & populis istis qui pertinent ad Meridiem aut Ortum. Nostra Gallia interjecta media est, & ut Nonius loqui Ciceronem voluit, amborum quasi cunius. Non omnia peccat igitur amicus ille noster, qui multum defert Italici. Peccat in eo, quod nec laudari nec cor. Rigi a quo animo fert nisi ab Aeneadis. Quæso, an quia Galli cor non habent? Qui mihi quidem hodie sic perpoliti videntur omni genere doctrinæ, ut nihil intersit præter cælum & solum. Exemplo sint vel Brugæ vestræ. Versum illum Lucretii de quo scripseram, lib. 1. i. invenies:

De Lucretii
versu
conjectura.

*Hoc accedit ut summa res nulla sit una,
Unica quæ gignatur, & unica solaque crescat:
Quin et jusque fient seculi, permutaæque eodem
Sunt generis: in primis animalibus indice mente.*

Exemplo in suo quoque genere animalium docere, vult non esse unicum sæculum. Sed ante postremo versu emendando in primis, animalibus injice mentem. Vide & has in Nonio observationes.

Nonius in Genitivus pro Ablat. vo.

Lucilius.
emendatur.

Lucilius lib. ix. Si nihil ad faciem, & si solum lupa proscibulum, quæ Numini opus atque absit.

Videtur Junius legere voluisse, Numini opus sit & absit; longè à Lucilii & longius à Nonii mente. Quomodo enim hic Genitivus pro Ablativo? Gloriarì apud se liceat, bene correxi, Si nihil ad faciem, & solum lupa proscibulumque: Nummi opus atque assis. Si non queritur, inquit Lucilius, eximia facie scortum, sed tantum vile aliquid & è numero tegatarum: nummo uno & asse res conficit. Nonius autem sic accepit quasi Nummi opus dixisset, pro Nummo opus: sed verius videtur opus nummi, ut rem esse dicimus unius nummi.

In Contari.

Et Nonius

Contari, curationem differre. Virg. vj. Qui nobis contendo restituere rem.

Mira interpretatio, & illa Junii correctio; curationem deferre, ut Varro loquitur, etiam mirior. Unde etiam hæc sententia ex versu Virgilii? Tu lege, cum ratione differre, & hoc elici Nonius voluit.

In Compos.

Attius.

Attius Clytemnestra: Cum me miset ante in tali magis compotem & multis malis?

Scribo, magnis compotem, & Composita malis. Pro malorum. Ut Plautus, *Vino modo cupida estis*, pro variis & turpibus. Expers malitiis: *Educa ut par est, expers malitiis*. Idem Plautus, *Eo moris experientie factum* habitationis: *offendi deum*. In

Item Turpiliius tribus locis.

In Dominus.

Turpil. Philopatro: Forte eo die meretricis ad me delevitate Attica ut cum venerat, quidam dixerat quæ cenam apud me Thais atque Erotium, Antiphila, Pythias: ego extra cubui domina.

Sunt Trimetri versus, ut solet in Narrationibus: sic componendi & corrigendi:

---forte eo die

Meretrices ad me dolensificæ Atticæ

Cum venerant, condixerantque cenam apud

Me, Thais atque Erotium, Antiphila, Pythias:

Ego dextrâ accubui domina.

Emendavi, dextrâ accubui, quia de convivio sermo est, in quo se dominam dextro loco accubuisse ait.

In Invitate.

Turpil. Thrasyleonte: Onera mensam tales, vinum in hac huiusmodi, quibus rebus vita amat tam invitari solem.

Sunt pariter Trimetri, corrigo,

Unguenta, mensam tales, vinum, hæc huiusmodi,

Quibus rebus vita amantium invitari solet.

ex sententia Nonii, qui invitari interpretatur Delectari. Quod scripsi pro *Onera Unguenta*, sive antiquè, *Ongenta*: tamen scribis Junium nostrum maluisse *Coronam, mensam*.

In Insolens.

Turpil. Demetrio. Timere occæpi interdum oscitater ineptus. Quod mihi vellem ex insolentiâ nesciebam.

Numeros & lectionem restituo,

Timere occæpi & interdum oscitater:

Ineptos, quid mi vellem, ex insolentiâ

Nesciebam.

est adolescentis cujuspiam sermo, qui narrat initium sui amoris. Ad eam rem malim etjam, *Et tremere occæpi*, Non enim timor tam occupat amantes quàm tremor.

F P I S T. XIII.

I. LIPSIUS GERARDO FALCKENBURGIO.

Hui! tam longum silentium tuum? cui tamen ut possim ignoscere facit migratio tuâ. Nam ita mihi adolescens vestras dixit, qui nuper prehendit me in foro, migrasse te ad illustrem Comitem Benthemium. Gratulor fortunæ tuæ, sed in video quieti. Nam nos hic iterum in mediis turbis. Belgica nostra numquam sic tumuit, qui motus quorundam evadant.

— *Ἰσὼν ἐν γυνάσσι καίτην*, ait ille. Considera sodes hæc Liviana.

De Livii
loco quasi-
num.

Lib. XLV. De Perseo capto.

Pullo amictus pallio Perseus ingressus est castra, nullo suorum alio comite, qui focus calamitatis miserabiliorem eum faceret.

Simul filio
Helleni-
smus.

Verus lectio erat, *Paullo amictus illo Perseus*. Turnebus lib. XVI. legit, *Pullo amictus villo*. Signonius suspicatur, *Pallo amictu ille ingressus*. Ut *Perseus* sit glossema. Sed aliud mercede subest. Mirum ni ab epitomâ scribendi diffusus error, legendumque, *Pullo amictu simul filio Perseus*. Quasi scriptum fuerit, *per filio*. Nec nimium adfirmare de verbis, de sententia scio Livium hoc voluisse. Docent verba sequentia, *nullo suorum alio comite*. Non dixisset, *alio*, si *Perseus* ingressus solus. Docet & historia. Nam *Perseus* una cum majore filio perductus ad Consulem. Et inde Romam fuit. Livius post: *Et Persea quidem cum majore filio Philippo traditos A. Posthumio, in custodiam misit*, &c. Præter ceteraneam scribentium, corrumpeo etiam loco tuit ignarum genus dicendi, Simul filio: ut Græci usurpant suum *ἴδω*. Tacitus *Laodiceis, simul magnetibus, transmissi*. Et *Annal. v. Acervatim ex eo Annus Pollio, Appius, Silanus, Scaurus Mamercus simul ac Calvisio Sabino, majestatem postulamus*. Nemesianus in *Cynergetico*: de catulis.

Hos igitur genetrice simul, jam vere sereno

Mulli pascere sero.

Id est, Catulos simul & genetricem sive foetam.

EPIST. XIV.

I. LIPSIUS FRANCISCO MODIO.

Ego verò libere te monui nuper, caveres eos qui cavendi. Nonne hoc ipso amicus? Nam adfentari, subservire, secundas ferre, passim nascitur: libertas & castigatio, tantum in pectore verè amico. Talis tibi sum, talis ero:

Lucilius
corruptus
apud No-
num, in
Grave.

Habeasque animo, mihi admodum causam gravem fore, quæ me ab ullo commodo abducat tuo.

Ut obiter concinnem versus Lucilii. Librum recentem N. à prælo quem miseras legi. Quid quæris? Numquam illa Calvi munera sic perdiderunt Catullum, ut me ista lectio. O Chimæram libri, digni Cæsiis & Aquiniis! Quod quæris de loco Lampridii, in Antonino Alagabalo, cum turpissima & nefaria stupra illius belluæ narraret,

Nupst

Nupti & cois, ut & pronubum haberet, clamaretque Concide magire.

quid sit illud Concide magire? Suspicio usitatam aliquam vocem fuisse nuptialem, & quasi inter jocos Fescenninos. Nam concidendi uerbum, inter uerba nequitiae est. Pomponius apud Nonium in Rhetorillas:

Dolasti uxorem nunc, ea propter me cupis Concidere, & jam rhetorissas -----

ita lego, non *Dolasti*. In Apuleo lib. ix. *At verò adulter re-
elissimus inclinatam uxorem fabri securè dedolabat.* Cæden-
di etiam verbum inter turpia, juxta ac Concidendi. La-
berius, *Neque aliter hunc pædicabis: quomodo video adolescen-
ti nostro cedis hillas.* Lucilius, ---- *vetulam atque virosam
uxorem cedam potius, quàm castrem ego mei me.* Plautus
etiam ita jocatus est Cassinâ, *Attate cædundus tu homo es;
nimias delicias facis.* Quem jocum aliter non est intellege-
re. Hinc Ciceronis locum interpretor perceptum à paucis
lib. III. in Verrem de Epistolâ Timarchidis:

CUM L. VULTEJO QUI PLURIMUM POTEST, CÆ-
DE CONCIDE. *Videte quam valdè in alitiae suæ confidat
Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det.
Jam hoc, cæde concide, nonne verba domo patroni depro-
mo videtur ad omne genus nequitiae accommodata?*

Ecce. Ait esse verba nequitiae, & ex nequissimi hominis
C. Verris domo profecta. Scilicet ob eam quam posui
causam. Sed quod in Lampridio additur, Concide magi-
re, ad coquum: idèò obtinuisse quasi proverbii locò putò,
quia libenter veteres Comici in coquos proferebant hos
jocos. Plautus sepè, ut *Åbulariâ*:

St. Postquam obsonavit herus, & conduxit coquos

Tibi. in a/s que hæc apud forum, edixit mihi:

Ut dispartirem obsonium hic bisariam.

Coq. Me tu quidem herclè, dicam palam, non divides.

Si quò totum me ire vis, operam dabo.

St. Bellum & pudicum, verò prostibulum popli.

Pòst si quis veller te, hau non velles dividi.

Atque ego istuc Anthrax alio dorsum dixeram

Non istuc quod tu infimulas -----

Ubi notandum Partiendi verbum obscænum esse ut Di-
videre. Et qui inibi sum, quid vetat conjecturam meam de
his versibus adscribere? Nam duos illos sic lego:

Me tu quidem Herclad, hic tam palam, non divides.

Si qui totum me reij vis, operam dabo.

& sequenti item versu, *Pòst si quis veller, hau, non velles di-
vidi?* Interrogando. Hau, interjectio comica. Sed desino,
& de Plauto, proprium si Musæ volent, est opus.

*Explica-
tum vetus
dictum.
Concide
magire.*

*Pomponius
emendatus.*

*Cedere &
concidere
in verbum
Venere n.*

*Plautini
joci senten-
tia.*

*Ciceronis
locus illu-
stratus.*

*Partiri &
dispartiri
intellectus
obscæno.
Plautus
corroboratus.*

E P I S T. XV.

I. L I P S I U S M. A N T O N I O M U R E T O , V. C.

Et hinc
Panegyrico
ablati
a suis
munda.

QUIDQUID Ciceroniani sentiant, ego verò plures Orationes Philii superesse vellem. Panegyrico ad Trajanum sanè capior: & siquid iudico, species in eo comparet veri Atticismi. Scio & te idem sentire M. Antonii Ergo non malè posita operam putabis: si ex eo libro pauca, quasi transiens, emendem. Ab initio Gryphianæ editionis.

Pag. 361.

Discernatur orationibus nostris diversitas temporum, & ex ipso genere gratiarum agenda: intelligatur, cui quando fuit hæcenus ut Deo, nunc nusquam ut numini blandiamur: non enim de tyranno, sed de cive; non de Domino, sed parente loquimur.

Emendo, cui, quando fuit ætæ. Nusquam ut Deo nunc, nusquam Syllabis divulsis, quæ imperitæ coaluerant.

II.

Ibidem:

Et populus quidem Romanus dilectum principem servat, quantoque præ illò amè concentus formosum alium, hunc fortissimum personat, &c.

Lego, dilectum principem servat, id enim dicit, populus ipse Ro. discetnere & eligere inter principes novit, & secundum cuiusque mores, laudes aptare.

III.

Pag. 365.

Solus ergo edbus, cui pro munere tanto paria accipiendo fecisti, imò ultra dantem obligasti.

Scribendum, qui pro m. t. & ultra dantem. Acuta sententia. Paria facit, quod Seneca & J. Cu. Pariare dicunt.

IV.

Pag. 368.

At quo temperamento di boni, potè dantem fortunamque tuam moderatus es Imperator? Tu tibi & imaginibus & signis: cæterum modestia, labore, vigilantia, dux & legatus, & miles.

Distinguo, moderatus es? Imperator in studiis.

Pag. 376.

Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus ille, non populatio fuit: omni ab ætate suspensio exercebatur.

Lego, transitus ille, imò populatio: sic enim quasi corrigetur.

VI.

Pag. 379.

Ambiduo inter nos non quæso contumeliam, copiamque tuam in impies facit.

Aca.

Accutem apparebit si scribas, inter nos, nos quasi.

Pag. 403.

Tu delubra non nisi adoraturus intras, tibi n. aximus honores VII.
excubare pro templis postibusque prae texi. Sic fit ut sum-
munt Dei inter homines fastigium seruent, cum Deorum
ipse non adeptus.

Interpolata illa. Repono, fastigium serues, cum Deorum
ipse non adeptus. Hoc ipso Deus haberi, inquit, quod Dei
honores non adfectas. Verissima sententia: quae utinam
perfonent aures Principum nostrorum!

Pag. 405.

Et quis jam locus misera adulationis restabat, cum laudes VIII.
Imperatorum ludis etiam & comessationibus celebrarentur,
salutarentur, atque in omne ludibrium effeminatis vocibus,
modis gestibus frangerentur.

Emendo ludis etiam & commissionibus. Simile mendam su-
pra notavi in Senec.

Pag. 409.

In hac civitate tertium consulatum princeps generis huma- IX.
ni ut prae gravem recusasti? Tantone Papirius etiam &
Quintus moderatior? Augustus Caesar, & pater patriae?

Lege, Tantone Papirius etiam & Quintus moderatior Augu-
stus, & Caesar, & pater patriae? Nam comparat modesti-
am Trajani cum Papirio & Quinctio, qui tamen sapius
COSS.

EPIST. XVI.

I. LIPSIUS PHILIPPO LANNOVO, A TOURCOI-
GNE, NOBILISSIMO JUVENI.

NON dicam gratiae causa. Sed mehercle ceperunt me
nuper sermones tui cincti humanitatis & doctrinae
notis: & quidem supra quam ab aetate illa expectetur.
Quam perire regiones describebas & urbes? quam appo-
sitis rebus nostris historias veteres accommodabas, Grae-
cas Latinasque! Et inter haec unica modestia tua elucebat,
& desiderium discendi. Maeste esto generose anime. Mi-
gradus sunt non solum ad aequandam illustri parentis tui
gloriam, sed etiam superandam. Sed quia me auctore &
monitore multus es in Livio.

Vide has lib. 11. observationes.

*Lipii com-
plures. Loca
emendati.*

*Salis quoque vendendi arbitrium, quia imp. nro pratio va-
nibat in publicum, omni sumptu concessum privatis.*

Inculcata vox est ab imperitis. Libri vet. in publicum o-
mni sumptu, ademptum privatis. Quam lectionem tuetur

Turne-

tentiâ. Cùm, inquit, Tribuni impedire rem non possent, differre tamen tentabant, Proferre exercitum, Romanum non est.

EPIST. XVII.

I. LIPSIUS CORNELIO VALERIO.

POSTREMUM Ciceronem Lambini vidi. Et in eo multa mutata; quædam, quod nollem, addita. Libertas fortasse hæc visa est illi: mihi acerbitas. Nam quale est quod de optimo uno omnium quos Sôl vidit Turnebo scribit, & quidem variis locis? Quem disertè plagii accusat. Mordit hominem, quod Turnebus aliquam multis locis incurreret in easdem conjecturas. Vide quid commentus sit. *Pagine, inquit, Ciceronis mei madidæ & recentes à prælo deferrebantur ad Turnebum. Hinc illæ lacrimæ.* O Iupiter, audis hæc? Ut plagiarius sit Turnebus? Non credam hoc sexcentis Lambinis. Et eamus, si vis, Lambine, ad iudices, pagina una Turnebi lecta hominem absolvit: tibi periculum est à litterâ illa quam lex Memmia sive Remmia minatur. Sanè mi Valeri vellem abstinuisse eum ab istis: vellem & alibi in adfirmando paullo timidiorẽ. Post eum in Cicerone non pauca notavi. Videbis nunc ista.

*Turnebus
libens me-
ris defens-
sus.*

Academicorum lib. IV.

Ut enim re verâ videamus, quàm longè videbimus? Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompejanum non cerno.

Emendo, *catuli Cumanum ex hoc loco è regione video.* Et sanè placet. Dissertatio ista habita fuit Baulis, & è regione oppositum erat Catuli Cumanum.

Lib. I. de Oratore.

Sanè inquit. Vellem non constituißem in Tusculanum me hodie venturum esse Lælio.

Videor agnoscere hîc malam manum, & adhibuerim libens scalpellum, *vellem non constituißem in Tusculanum hodie Lælio*, cetera inserta à scholiaste sunt, cui ignotus elegans verbi Constituire usus. Iuvenal.

Aut si constituit, solitoque decentius exit.

& alibi:

Hic ubi nocturnæ Numa constituëbat amica.

Lib. II. de Oratore in locis.

Cùm Q. Opimius Consularis qui adolescentulus malè audisset, festivo homini Egilio, qui videretur esse mollior nec esset, dixisset:

*Ciceronis
correctio
in Acad.
I.*

*Et tres
alia in li-
bris de O-
ratore.*

III.

--- Quid

— *Quid tu Egilia mea? Quando ad me cum tuâ colu-
lana venis?*

Nonius hunc locum laudans in voce Colus, legit, *Quid tu
Decilla mea*: ita enim omnes ejus libri. Ut dubium non
sit quemcumque illum poetam, veterem, cujus is versus,
scripsisse, *Quid tu Egilia*, more antiquo, d. additâ. Sic igitur
& Cicero emendandus.

Ibidem:

IV.

Cum ille se custodie causâ diceret in castris remansisse:
nonnulli, inquit, nuntium diligentes.

Reponenda elegantior ductio, *se custodie diceret, causa vo-*
ce, causâ, quæ merum glossema. Scriptum ita repperi in
cod. Vaticano: Lambini etiam libro, uni eadem scriptu-
ra in fuit. Miror sequi eum non potuisse. Similis illa cor-
ruptio Liviana est, libro xxxv.

Livius in
correctus.

*Et in Euripo Romani milites pauci castellum custodie causâ
loqui commutabant.* At tu lege, *custodie loci*, glossa re-
jecta.

EPIST. XVIII.

I. LIPSIIUS IOANNI RAMO, I. C.

In Pand-
ectis
dicitur.

Antiqua
vox
de.

In Edicto Prætoris apud Ulpianum, L. III. De sepulc.
violato, niendum hæcere puto.

*SI QVIS IN SEPULCRO DOLO MALO HABITAVERIT, EDI-
FICIUMVE ALIUD, QUAMQUE SEPULCRI CAUSSA FA-
CTUM SIT, HABVERIT, IN EVM JUDICIUM DABO.*

Ita enim Florentina lectio concipitur, *ex quo instituoq.*
QUAMDE SEPULCRI CAUSSA, Quamde antiqui, pro
Quam. Nec est absurdum. Prætorum eâ voce usum,
quam, non dicam Ennius — *minor si etiam magis quomode*
manu nuda, sed etiam Lucretius usurpare sustinuit.

A laris ob absqueam linguam magis inter manus
Quamde gratiis Grajos.

Eadem lege §. At versus.

*Adversus eos qui cada vera spoliant præfides severius in-
venire; maxime si manu armata egrediantur.*

A veteri ratione scribendi facilis restitutio, *Præfid' est*, sive
Præfidus est: ne alij se ultra torquent vocibus contra li-
bros inculcandis. Tu vir, clarissime, iudicabis.

EPIST.

EPIST. XIX.

I. LIPSIUS PETRO PYTHORO, V. C.

IMMENSUM tibi, Pythoe, Petronius debet: liceat & mihi, si fas est, venire in partem nominis tui. Binas in eo maculas videbar posse eluere: primam in Querelâ Encolpi: *Ergo me non ruinâ terrâ potuit haurire? Non iratum etiam innocentibus mare aufugi?* Indicium harenæ imposui, *hospitem occidi, ut in ex audaciâ nomina mendicus exsul in diverso Grae. & urbi iucerem.*

*In Petro-
mo Arbi-
tro dua
macula.
1.*

Legi enim, non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi *judicium, harenæ imposui.* Tangit præteritas tuas histo-
rias iudicium intellegit de adulterio; quia uxorem Lychæ
corruperat: arenæ imposuit, quia damnatus ad ferrum
nescio quâ fortuitâ ruinâ terræ evasit. De quâ antea, *Non
ta es gladiator obscene, quem de ruinâ harenæ dimisit?* Et for-
tasse locus iste integer est, & tolli potest defectus nota.
Certe ad hanc terræ ruinam etiam illa pertinent, *Ergo me
non ruinâ terrâ potuit haurire?* Sed nos divinamus: exalta-
ret illa pars Petronii, rem sciremus.

Ibidem:

*Esquis hanc mihi solitudinem imposuit? Adolescens omni
libidina impurus; & suâ quoque confessione dignus exsilia:
Stupro liber, Stupro ingenuus, cuius annis ad taleriam venie-
runt, quem tamquam puellam conduxit; etiam qui virum
paravit. Quid ille altero dic qui tamquam virilis sto-
rum sumptu, pariter vir esset à me perpersuasis est.*
Non negabis verum esse, *Quid ille alieno dū? Qui tam-
quam. De deobus qæreba est, A scylro & Ocyone.*

II.

EPIST. XX.

J. LIPSIUS ÆGIDIO VLEGERIO.

AMO curam & industriam tuam in discipulis infor-
mandis. Mihi crede, qui tales istos à primaria nobili-
tate adolescentes ad rectam doctrinæ viam ducit, non so-
lum de ipsis bene meretur, sed de universo genere huma-
no. Nam ex hoc quasi seminario deliguntur, qui olim ur-
bes, provincias, regna administrarent. Atqui administratio
sine prudentia esse non potest, nec prudentia sine doctri-
na. Sed in primis velim eos frequentes esse in historia,
tunc quidem in Livio, postea in Sallustio, Tacito. Quos

Qq

à pru-

*Livius quatuor
lucis
auxilio li-
bri mem-
datis.*

à prudentia civili & præceptis fateri debemus Livio esse instructiores: sed hujus ætati minime aptos, propter adstrictam brevitatem. Subnotabam nuper hæc e Livii libro xxx. x. de M. Catone.

- I. Hunc si ut omni vitâ, ita tum petentem premebat nobilitas, consenserantque præter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes ad deiciendum bonare eum. Lectio scripta præfert, ita tum præsentem premebat nobilitas, cogerant à populo præter L. Flaccum, longe sanè diversa à vulgo. Emendo, ita tum prensantem premebat nobilitas: cogerant propalam præter. Nam Prenlare & Coire propria hujus rei verba. At illud, à populo.

Int. à:

- II. Eum puerum per la sciriam cum cavillaretur, exprobraret Consuli per sepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Româ esset ut obsequium amatoris iactaret.

Ex meo cod. scribo, amator venditaret.

Posteriùs:

- III. Extremo prioris annicomitia auguris creandi habita erant. In demortui Cn. Cornelii Lentuli locum creatus erat Sp. Posthumius Albinus.

Vetus alio ordine, aliis verbis, comitia habita erant in mortui Cn. Corneli in loco auguris sufficienter creatus. Sp. Posthumius. Unde ervo hanc lectionem, Comitia habita erant in mortui Cn. Cornelii Lentuli locum auguris sufficiendi. Creatus: Sp. Posth. reliqua in Livio glossæ.

Infra, de morte Annibalis.

- IV. Nec magnam nec memorabilem ex inermi prodigioque Flaminii Victoriam feret. Mores quidam populi Rom. quantum mutaverit, vel hic dies arguente erit. Rectè vetus, quantum mutaverint. Dixit enim. Et Varro. Profodia reliquæ non mutant.

E P I S T. XXI.

I. LIPSIUS STEPHANO PIGHIO.

*In Spar-
tiano men-
dum aper-
tum.*

ALIVS scriptor in alium rem utilis. E Spartiano, Eupridio, Capitolino, Vulcatio, & illis quasi partium secundarum historicis, eloquentiæ non multum, rerum & morum veterum immensam copiam est haurire. Quâ finidum lego, & in moribus & in verbis quædam notavi, quæ facio, doctissime Pighi, iudicii tui.

Spartianus in Antonino Caracallâ.

Et cum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit. *de joco*

joco vel serio, ut erat stultus & demens. Afferens si Lucanos vicisset, Lucanum se appellandum.

Facile video Germanici nomen hic non esse germanum. Nam ex tota narratione apparet Spartianum de ridiculo aliquo & inusitato cognomine sentisse. Atqui Germanicum nomen nec leve illis temporibus nec ridiculum. Quid quod ipse Spartianus eam scripturam retellit post aliquot lineas: *Datis ad Senatum post victoriam litteris, Parthicus est appellatus.* Nam Germanici nomen patre viro fierat consecutus. Vides? Si patre vivo appellatus Germanicus, quomodo constat illa prior narratio, ut tunc demum? Vitium ergo aperui, medicinam nullus video: & à te eam Spartianus expectat. Nisi fortè, *Carmanos & Carmanicum.* Quod in Lucanici homine ridet, non est inirum; propter nomen vulgatum Lucanice. Martialis:

Filia Picena venio Lucanica porca,

Pukibus hinc niden grata corona datur.

Idem in Severo.

Hujus dictum est, cum ex humili per literarum & militie officia ad imperium pluribus gradibus fortuna dixeret, Omnia, inquit fui, & nihil expedit: Perit Eboraci in Britannia.

Idem fortis
prior corre-
ctus.

Mihi videtur dictum sic concipiendum, *Omnia si i, & nihil. Expeditione perit.* Ita emendo, vel *Ex pedibus.* Utraque lectio apta historię.

Lampridius in Alagabalo.

Ad praefecturam Praetorii saltatorem qui histrioniam Romae fecerat, adscribit: Praefectum vigillum, Gordium aurigam fecit. Praefectum amonae, Clauvium Censorem.

Et Lam-
pridius.

Logo, *Claudium mensorem.* Vt, ut in Cujacii libro scripto esse admonet, *tensorem.*

Julius Capitolinus in Pertinace.

Ipse praeterea Cornificiam infamissimè dicitur dilexisse: libertos aulicos vehementissimè compressit. Unde grande quoque odium contraxit.

Et Julius
Capitolinus.

Puto scribi, *infamissimè dilexit.* Id valet, usque ad infaniam; & quod sequitur, *vehementissimè.* Glossa est istius. Ergo deleatur.

Idem in Galienis duobus.

Carpentia cum multis & omni genere histrionum: pugiles sacculis, non veritati pugilantes.

Aldina edirio, *pugiles faciles.* Scribo, *baculis*; & intellegit Rudes gladiatorum.

Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio.

Enumeravit deinde omnes Principes qui occisi essent, habuisse causas quibus mererentur occidi: nec quemquam in facili bonum vel malum à Tyranno, vel occisum. Dicens meruisse

Se Neronem, debuisse Caligulam, Othonem & Vitellium, nec
imperare voluisse. Nam de Pertinace, & Galbà paria sen-
tiebat, cum diceret in Imperatore advaritiam esse acerbissi-
mum malum.

*In Valca-
tio turpis
error tem-
porum.*

Quam ridiculum quod hic legimus de Pertinace? Nam dicitur ista ab Antonino cui Commodus filius fuit. At qui Pertinax Commodo successit. Qui fieri igitur potest, ut de eo tamquam interfecto Antoninus loquatur? qui nondum per omnium Imperator erat: quique multis annis Antonino supervixerit? An memoria error Vulcatii est? An glossa nebulosis? Si Vulcatii, culpa sanè lata, ut IGH loquuntur: si glossographi, non nova. Hac de re Petrum Divinum monuisse me, fateri debeo.

E P I S T. XXII.

J. LIPSIVS FRANCISCO RAPHELENGIO.

Calestus "que deca?"

Applicans
'explicatus.

De Caeleſti, quod proprium Africa nomen ſunt, poli-
ta ſtudioſe & eruditè Petrus Pythaeus monuit. Quis
Deus, quæ Dea fuerit, non addit. Et ſcio fanè Vellerem
eam interpretari vulgò, idque pluribus ſcriptorum locis
doceri poſſe: tamen Appulejus obſciti videtur, & Juno-
nem eam facere l. vi. de Aſino. Magni Jovis germana &
conjuga, ſive tu Sami, quæ querulo partu tuo vagituque glo-
riatur, tenes vetuſta delubra: ſive celſæ Carthagini, quæ te
virginem veſtura leonis coelo commeanſem perſola, beatis ſe-
des frequentat. Hac virgo caelo commeanſ haud dubiè Cæ-
leſtis eſt, & illa nominis cauſa. Statius de hac ipſa Junone
virgine lib. x.

*Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis
Expers conjugii, & timide positura pudorem,
Lumini demisso pueri Jovis oscula libat.*

Pingebatur leoni infidens. Et hæc fortasse causa cur P.
Ambrosius adversus Symmachum eam Cybele esse de-
diderit in his verbis : Unde igitur exemplum , quod curru
suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele? unde P.
vates, & semper in ista Romani non equo Carthaginis nu-
mina & Quam Coelestem Afri Mithram Persæ plexique Kae-
tem colunt pro diversitate nominis, non pro numinis varieta-
te. Quamquam & ad Junonem referri possint. Hæc est
illa Coelestis, quam Antonius Deo suo Agabalo munus
dedit, diligenterque id notandum in Xiphilino ; καὶ γυναι-
κα το γελοιοπαρον, ἐλπιοντο λαοι ἡμεῖς εὐχας, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι ποί-
ουσι τε θεοβωμοὶ καὶ εὐχαῖς μὴ τε πενίχανται μὴ τε θυνομένη πτωχεύουσιν αὐ-
τῇ τίω Οὐρανία τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπιδόξατος καὶ συνέθεν τε συ-
τι

*Et Dionis
abbrevia-*

ὅτι καὶ οἱ παλαιοὶ καθήκοντι. Ubi Uranium
Dio vertit, quam Latina Caelestem.

EPIST. XXIII.

I. LIPSIUS NICOLAO STURIONI.

FREQUENS antiquis fuit genus illud loquendi, *Claris majoribus, quam vetustis*: Tacit. *Tacita mulier est bona, quam loquens*: Plautus. Et similia, in quibus Porius aut tale aliud intelligimus. Restituo idem in duobus Livii locis.

In Livio
bonum ge-
nus dicendi
repositum.

Libro xxii.

Quia ea regio praesentis erat copia, non perpetua, arborum vineaeque & consuta omnia magis amoenis quam necessariis fructibus.

Abest à veteri magis optime,

Lib. xxix. in oratione Scipionis.

Sed illum potius ego traham, quam ille me retineat: in sua terra cogam pugnare, & Carthago parius praemium victoriae erit, quam semivicta Brutiorum castris.

Idem, & Carthago praemium, altera voce omisâ.

Lib. xxv. de occiso Hieronymo.

Ex Principibus unus, nomine Polynex, concionem & libertatem & moderatam habuit. Servitudinis indignitatisque expertos homines, adversus notum matum irritatos esse.

Et conjectura
quadam.

Suspecta in Livio vox *Servitudinis*. Quamquam Festus notet, *Erutudo, ut Servitudo*, sic enim legendum. Vetus lectio *Servitudinis*, divinabam. *Servitudinis indignitatisque, sive tedium.*

EPIST. XXIV.

I. LIPSIUS IANO LERNUTIO.

PROPTER animi incrementum istarum rerum. Quae turbæ, quam subito nati sint, vides. Non parvis de rebus, sed utrum Belgica sit Belgica, *Facti spectantur spectatur, jam certamen cernitur*. Sed hæc fortasse Deus aliquis à machina componet, ut loquuntur Græci: nos, si fieri potest, maneamus in litteris. Taciti locum lib. iii. Annalium.

Populi nomine Tacito
restitutum.

Cultra, & quicunque & alii, valide nationes arma cepere, ducibus diversis & paribus inter se per ignobilitatem.

Corruptam jam olim monui. Nunc repperisse etiam videor emendationem. Nam lego, *Odrusæque & Astii.*

Qq 3

Astios

Astios inter Thracum populos Livius recenset & conjungit cum Cæletis. (sic enim & in Tacito scribendum, non Cælaetis, docui) lib. xxxviii. Itaque cum per saltum iret, Thracum decem haud amplius millia ex quatuor populis, Afri & Cæni & Maduateni, & Cæleia ad ipsam angustias viam circumfederunt. Quos Livius Cænos appellat, in Plinio Cænici leguntur.

E P I S T. XXV.

I. LIPSIIUS VICTORI GISELINO.

*Afranius
carpum
commendatus*

Q U A in Afranio comico notavi, mitto.

Apud Nonium, in Superbiter.

Afran Purgamento. Illa superlitter imperat.

- I. Non aliàs mentio fabulæ Purgamenti, nec arbitror scripsisse Afranium. Legerim potius, *Afran. Privig. Amami illa*. I. Privignus Afranii sæpè laudatur.

In Derepente.

- II. *Afran. Uti derepente cum velis, facias lutum. Idem Homine. Atque ille derepente in jumentum exsilit, Contendit oculos derepente abire caelo.*

Primo versu scribo, *facias lutum*. In sequentibus malè coeulerunt bina Afranii exempla. Tu divide sic, --- *in jumentum exsilit*.

Idem. Contendit. a.d. abire celox. Celox enim leg. de navi, non caelo, suadente sententia & versu.

In Inaudire.

- III. *Afran. Divortio. Non is dictis quæso ne ille inaudiat. Lego, Nobis dicites quæso.* Perspicue verum.

In Dicere.

- IV. *Afran, Vopisco. Igitur quiescet, quoniam inter nos nuptie sunt dictæ pareas istis verbis si placet. Idem. De rustico nescio qui vicino suo per pauperi cui dicat dotis paululum.*

Divisim scribo, *quiescet, & quoniam*: Item, *pareas, non Pareas*: &, *Det rustico*.

In Speratum.

- V. *Afran. Fratris. Curie & nuncia venire & mecum speratum adduce. Videat puellam currentem conformem iube.*

Numeros & lectionem repono, --- *curra & nuncia*

Venire me, & mecum speratum adducere.

Vide ut puellam currentem.

In Implicare.

- VI. *Afran. Brundis. In parte inferiore hic implicabatur caput fascior.*

Corrige, *huic implicabatur caput fascio*. Vale vale suavissime Victor.

EPIST.

EPIST. XXVI.

I. LIPSIVS LECTORI.

HAVE mi Lector, quisquis es. Finem facio scribendi, priusquam pervenerim ad destinatam metam: nec miraberis, si dispicies hunc motum patriæ nostræ. Qui sane motus, nescio quo fato, incurrere amant extremis laboribus meis. Sed siue placui, satis sunt ista: siue displicui, nimia. Non excusabo in scribendo brevitatem. Nam ea, me iudice, propria est materię hujus: An in syllabis corrigendis, aut litteris commutandis, periodos adhibeam, & illum ambitum Ciceronianę orationis? Verba verbis paria, & quasi dimensa coner reddere? Hoc quidem, ut Luccretius solet concludere, Desipere est. Qui aberravit ab itinere, querit compendio ad viam duci, non per amana loca circumagi. Idem in hoc scribendi genere est, necessarium potius, quam pulcro. At in verbis fui, quam debui, antiquior. Jam epim is sermo aures meas tetigit. Et Plautum, inquit, potius sapit quam Ciceronem. Utinam verum dicerent! nam hoc volui. Epistolas scio me scribere, non Orationes: quas cum usus feret, inveniam fortasse qui non minus commode scribat quam ipsi. At Epistolę familiares, siue verba, siue jocos spectes, quid aliud sunt quam exemplar Comici sermonis? Inter Comicos autem quis melior Plauto? Itaque

Quod illi maledictum esse existant,

Eam laudem duco maximam, cum illum exprimo

Quia vobis universis & doctis placet.

Ille enim scriptor est qui puritatem, qui proprietatem sermonis suppedit: ille qui urbanitatem, jocos, sales, & eam Atticorum Venerem sufficiat, quam frustra in reliquo Latine quæras. An vocant me ad illorum exemplum, qui omnes Epistolas suas uno modo scribunt? Rideant, doceant, joca, seria tractent; doctos, indoctos compellent: Idem ubique tenor est, eadem lentitudo? Non sequor. Męæ verò Epistolę & facetum aliquid habeant, & eruditum, & remotum à capto vulgi, & quod sæpius repetitur placeat. In quo omine, mi Lector, desino.

INDEX NOTARVM

Q U Æ

LIBRO PRIMO.

EPIST. 1. Quid juvenes in Pandectis? Cur ita dicti? Opera à Scana. Tacitus explicatus.

II. Ausonius emendatus. Plauti Cicum. Glossæ veteres civesiæ.

III. In Livianis locis quattuor restituta.

IV. Plauti Rudente locus correctus. Felles virginalis. Felles pullaria. De Varronis versu conjectura Camerarii.

V. Martialis complures loci emendati. Factiones corriguntur. Thalamus nomen viri. Quid Sagor? Quid quies tunicata? Clitica medici. Excidit verbum ambiguum. Thallus & Flavius Scorpis aurigatores. Hermes suppositivus. Quis Cæsonius Maximus & quando damnatus.

VI. Livius emendatus de duobus locis. Supplicia.

VII. Cicerone de legibus correctus. Quæstio de sententiâ legum. Fastus emendatus Plinii glossæ.

VIII. Varro emendatus & Livius. Culigne in sacris.

IX. Tres Livii loci emendati & Quadrigarius unus.

X. In Plinio conjectura.

XI. Lex Numæ restituitur.

XII. Nota quaternæ ad Livium.

XIII. Seneca quattuor locis emendatus. Plautus complures. Cato emendatus.

XIV. Plauti versus emendatus. Biter.

XV. Conatus corrigendi Spartianus.

XVI. Cur Luna in Labaric Turcatur? Livius corrigatur. In eodem conjectura.

XVII. Mors Botani.

XVIII. Nonius Marcellus variis locis correctus. Plautina Cecilius. Pomponius. Plautina cum aliis falsis titulis. Nonius correctus. Turpilus. Ipse Nonius. Pomponius.

XIX. In Livio Medicatutibus. Ennius mos in arumendis verbis. Idem emendatus apud Nonium. Iterum Livius. In eodem glossæ indicatum.

XX. Emendatur Arnobius.

XXI. Insigne è Livio glossæ sublatum indicio libri.

XXII. E Panegyricis menda sublata complures.

LIBRO

LIBRO SECUNDO.

- I. *Livii loci de pugnâ Cannensi emendatur & illustratur.*
- II. *Ap. Commentarii belli Gall. a reip. a Caesare?*
- III. *Plinius tribus locis emendatus.*
- IV. *Plauti à Bryarda correctio, & Nonii.*
- V. *Auxilio libri aliquot locis Livius restitutus.*
- VI. *Varronis bina glossmata.*
- VII. *In Pandectis conjectura. Prothysa.*
- VIII. *Livius emendatus.*
- IX. *Juvenalis laus. Eiusdem locus ab Aristophane. Et alter. Varia lectio in duobus versibus.*
- X. *Seneca emendationes quattuor.*
- XI. *Dubium in Livii loco. Vicepotadae. Et alter, si forte correctus.*
- XII. *Restituta vox in Plauti Persâ. Et distinctio versus.*
- XIII. *De Plinii loco quaesitum.*
- XIV. *Livius restitutus.*
- XV. *Conatus duorum locorum Capitolini emend. Decemviri publica.*
- XVI. *Agellius aliquantum multis locis fide libri correctus.*
- XVII. *Notarum interpretatio vitando Livio.*
- XVIII. *Plauti cum Terentia comparatio. De joci Plautii.*
- XIX. *Seneca bis corrigitur.*
- XX. *Exstensis vox tribus Livii locis reponenda.*
- XXI. *De inscriptione nummorum Antonii quaesitum. Quot populi Gallia? Tacitus explicatus & Juvenalis.*
- XXII. *De Appuleio iudicium. Loci ejus aliquot correcti, & ostensi à Plauto esse. Afranius emendatus. Pax, interjectio. Eccillam. Politia, pro elegantiâ. Salutigeri, interdum mui. Cenci-pilare. Arciere. Folia farferi.*
- XXIII. *Auxilio libri Livius corrigitur.*
- XXIV. *Seneca in duabus locis emendatur pluries. Dilectum vetus explicatum.*
- XXV. *Ex epithalamio versu fragmentum.*
- XXVI. *Ad Livium Note.*

LIBRO TERTIO.

- I. *Tres ad Livium Note. Nonius Marcellus corrigitur.*
- II. *Petronii Arbitri laus. Idem corrigitur sepicule. Notum proverbium. Omnia alicui esse.*
- III. *Carmen Albinovani percursum.*
- IV. *Addubitatum in Livii loco. Idem voce auctus. Manuscripti conjectura firmata libro.*

- v. *Confirmata correctio Sallustiana.*
- vi. *Complures in Agellio emendationes.*
- vii. *In oratione Martii apud Livium quaedam emendata.*
- viii. *Rhenani iudicium explosum. Vellejus Patriculus corrigitur. Levis conjectura.*
- ix. *Seneca emendatus in Epistolis.*
- x. *Proposita Liviani loci correctio de industria.*
- xi. *Dio Cassius emendatus. Lernetii Oda.*
- xii. *Penissimè Plauti vox. Charisius corrigitur, Appulejus pariter. Et Plautus Milite.*
- xiii. *Aliquanti Livii loci restituti.*
- xiv. *Lucilii complures versus corrigitur apud Nonium.*
- xv. *Arnobius emendatur. Item Tinnius apud Nonium.*
- xvi. *Genus dicendi perelegans redditum Livio.*
- xvii. *Plantina quaedam imitata è Græcis.*
- xviii. *Ulpianus in Pandectis explicatus. Statio milium ad ludos. Popularia.*
- xix. *Livius variè emendatus.*
- xx. *In Festo spicilegium post Scaligerum. Plautus correctus & Nonius.*
- xxi. *Pauca emendata in Solino. Item Pacuvii versus.*
- xxii. *Solimanni in prolem immanitas. Addubitatum in Livii loco.*
- xxiii. *Seneca emendatus.*
- xxiv. *Mendum in Panegyrico ad Constantinum. Plauti olim correctio confirmata. Appulejus correctus. Plura alia in Mamertini Panegyrico.*

LIBRO QUARTO.

- i. *Nota ad Livium.*
- ii. *Quadrigrarius apud Agellum emendatus. Livius item.*
- iii. *Dionis adseveratio dubia. Tacitus emendatus. Et Ovidius.*
- iv. *Locorum aliquot nomina reddita Livio.*
- v. *Ad Julianum Capitolinum Nota.*
- vi. *Quæsitum super Plauti falsæ rei versu.*
- vii. *In Livio quaedam. Defectus in eodem. Et turpe glossa.*
- viii. *Atius poeta variis locis correctus. Fortassean vox vetus.*
- ix. *De sententiâ Xiphilini quæsitum. Struthiones ad Circum. Plautus explicatus. & lapis antiquus.*
- x. *Antiquæ scripturæ aliquot in Livio.*
- xi. *Cicero plures emendatus. Et Varro.*
- xii. *Lausum in Plauto è xj. an Lessum?*
- xiii. *De restudine militari Livii locus expensus. Quid imbrex? Plutarchus interpretatus.*

xiv.

XIV. *Fragmenta Historiarum Sabulii* corruptior emendantur.

XV. *Juvenalis* versu uno auctus, & altero minutus.

XVI. *Liviani* aliquot loci.

XVII. De *Langii* morte. *Seneca* variè correctus.

XVIII. *Confirmata in Varrone* correctio mea. Et aliena *Scaligeri*.

XIX. *Livii* Fragmentum apud *Senecam* emendatum.

XX. In *Nonio* observationes.

XXI. De *Citâ* & *etate* *Juvenalis* paulò diligentius quaesitum. *Juvenalis* in *Aegypto* fuit. An *Domitiano* vir o scripserit? *Videri in imperio Hadriani* vixisse. *Martialis* de eo versus.

XXII. *Livii* defectus suppletus. Locus inibi emendatus. Item alter. Et mos antiquus apud eum explicatus.

XXIII. *Plautus* illustratur. Cur vino amicum fores affusa? Cur aqua equidices?

XXIV. *Varronis* apud *Nonium* fragmenta corriguntur. *Apotheca Chia*.

XXV. Tribus locis *Livius* emendatus. Genus dicendi elegans.

XXVI. Contra calumniatores honesti laboris. *Juvenalis* multis locis correctus. Quid *Bulli*? Loci *Juvenalis* qui in *Glossario veteri*. *Lernutii Elegia*.

XXVII. Ex *legibus xj.* fragmenta restituta apud *Plinium*. Exemplum ubi *Prætor Consul* dictus. *Varro* apud *Nonium* correctus. Mos antestandi. Lex vetus correctâ.

XXVIII. *Panegyrii* scriptores variè emendati.

LIBRO QUINTO.

I. *Livius* corrigitur.

II. *Nonii* culpa. *Cato* emendatus *Esplura Turpili*.

III. *Navis* in obscenis intellectibus, sicut & *Concha*.

IV. *Livius* fide libri restituitur.

V. De *Seneca* aliquot locis conjectura. *Ennii* correctio in *Nonio*. Apud *Ciceronem* vetus poëta emendatus.

VI. *Martialis* epigramma emendatum. Idem iterum *Juvenalis* explicatus.

VII. *Liviane* emendationes.

VIII. De *Agellii* nomine. Idem scriptor variè correctus.

IX. De *Terrulliani* loco conjectura. Signa cohortium & imagines signorum.

X. Emendatur *Livius* locis quattuor.

XI. *Vellejus Paterculus* adulatur in *historiâ*. Ejus bini loci restituti.

XII. De *Lucretii* versu conjectura. *Lucilius* emendatur & *Nonius*. *Atius*. Item *Turpilius* tribus locis.

XIII. De *Livii* loco quaesitum. *Smul filio*, *hellenismus*.

XIV. Lu-

XIV. Lucilius correctus obijt apud Nonium in Grave. Explicatum vetus dictum, Concide magire. Pomponius emendatus. Cedere & concidere in verbis Veneris. Plautini loci sententia. Ciceronis locus illustratus. Rastini & dispartiti intellectu obscuro. Plautus correctus.

XV. E Plinii Panegyrico ablata aliquot menda.

XVI. Livii complures loci emendati.

XVII. Turnebus libens merito defensus. Ciceronis correctio in Academicis. Et tres alie in libro de Oratore. Livius item correctus.

XVIII. In Pandectis loci duo. Amiqua vox Quando.

XIX. In Petronio Arbitro due maculae.

XX. Livii quatuor loci auxilio libri emendati.

XXI. In Sportiano mendata aperta. Idem scriptor correctus. Et Lampadius. Et Julius Capitolinus. In Valerio maximo error temporum.

XXII. Celestis quae dea? Appulejus explicatus. Et Deobis abbreviatus.

XXIII. In Livio bonum genus dicendi repositum. Et adjectura quaedam.

XXIV. Populi nomen Tacito redditum.

XXV. Afranius carptim emendatus.

XXVI. Conclusio operis ad Lectorem.

FRANCISCI MODII

ELEGIA

A D

JUSTUM LIPSIUM.

MENS animi, jactata velut ratibus, æquora venti
 Dum turbant, membris denegat officium;
 Nec potis est, doctis desueta Sororibus, olim
 Quæ magè grata aliis numina numinibus,
 Promere verbum ullum, quod sit memorabile, vel
 quod

Sit dignum à serâ posteritate legi:
 Anxia sed patriæ casu infelicis, in uno hoc
 Consumit vitæ tempus inane suæ.
 Longè sunt studia, & studiorum præses Apollo, &
 Quiddud Bellonæ non facit ingenio.
 Armorum strepitu, & vario clangore tubarum,
 Personat exoriens occiduusque dies.
 Eadè omnes bellumq; volunt. Pax undiq; pulsa.
 Frustrâ, ubi consistat, quærit in orbe locum.
 Miles agit prædas, totisq; incendia campis
 Excitat, agrorum diripiuntur opes.
 Exsul, inops, operæ quondam bona turba colonorum

Ignoto dubium cingitur ense latus.
 Expugnatæ urbes, quæcumque licentia & excors
 Dictat vesani militis ira, ferunt.
 Sacra, profana hostes juxtâ rapiuntq; trahuntq;
 Nil templis prodest religio aut pietas.
 Virginitas intacta diu servata puellis
 Eripitur, miserorum ante parentum oculos.

Mater

Mater anus natæ officium lenæ exhibet, ipsæ
 Cogiter uxoris leno vir esse iua.
 Quæ tamen ut parui fiant, quia parua putantur,
 Quis bonus in reliquâ vi scelerum taceat?
 Matrum quis ferat infantes ante ora necatos,
 Totq; senesfato non peruisse suo?
 Quis, quæ prætereo, tot facta immania? Profit
 Quæ memorare nihil, & memorare piget?
 Non ego. Et hæc inter dum mens incerta futuri
 Pendet, nulli alii est apta ministerio.
 Quanto tu melius, LIPSI, bella inter & enses,
 Plus etiam solito qui invigilas studiis.
 Non, quod non patriæ instanti moveare ruinâ,
 (Nam quem non moveat dulce solum patriæ?)
 Sed quod ei prodesse nihil privata bonorum
 Consilia, at ventis ludibrio esse, vides.
 Ergo inter Musas, carumque ante omnia Phæbū,
 Ducis pangendis tempora carminibus.
 Carminibus, sua quæ doctus putet esse Catallus,
 Furet Romanus quæ sua Callimachus.
 Aut membra affecta in prisca Scriptoribus ævi
 Ingenii sanas dexteritate tui.
 Hinc loca tot Liui, loca tot Ciceronis, Agelli,
 Plauti, Varronis, Pactuvi, Taciti,
 Marcelli, Festi, tibi se debere salutem
 Clamant obductis integra vulneribus:
 Te patrem, te patronum, haud invita fatentur,
 Factantque auxiliū se bonitate tui.
 Non timeas blattasve dehinc, non menda verentur,
 Omnia te credunt sospite tua sibi.
 Nec frustra credunt, testes sunt quinque libelli,
 Doctrinæ antiquæ re magè quàm titulo,
 In lucem emissi nuper, curante Mineruâ,
 Et placiti cujus, cui modò & ipsa placet.

TERTIUS

*Testes tot monumenta emissa prioribus annis,
 Testes quæ Phæbo nunc faciente paris.
 Hos libros dico, quibus nomen Epistola, menda
 Scriptorum innumera materiem dederunt.
 Libros! Sed quid opus longum deducere versum?
 Ipsi se populis utilitate probant.
 Utilitate inquam, & lecto sermone, quod unum,
 Ut commendentur non aliunde, sat est.
 Vidi, qui magnas magno conamine nugæ
 Diceret, at dictis resque salesque aberant.
 Vidi, verboso ingentem qui carmine librum
 Texeret, at verbis non nisi verba dabat.
 Solus tu LIPSI sic jucundo utile misces,
 Cuncta loqui Phæbo ut te præeunte putem.
 Ergo nū Sophia & Virtus sunt nomen inane,
 Te quoque non umquam Fama tacebit anus.
 Sed si certa sui facti stat Gratia cuique,
 Laudabit sacris innumerabilibus.*

Justi Lipsi Epistolicas quæstiones admissi,
 ut typis excutantur, AN. LXXVI.
 XIII. Julii.

Joh. Melanus, Censor.

JUSTI

JUSTI LIPSII

ELECTORUM

LIBER I.

IN QUO,

PRAETER CENSURAS,

VARII PRISCI RITUS.

Re

143

THE
AMERICAN
I
1911
2123456789
101112131415161718192021222324252627282930313233343536373839404142434445464748495051525354555657585960616263646566676869707172737475767778798081828384858687888990919293949596979899100

A D S E R E N I S S I M U M
 P R I N C I P E M
 M A T H I A M A U S T R I U M
 B E L G I C Æ P R O R E G E M ,
 I M P E R A T O R I S F I L I U M ,
 I M P E R A T O R E M F R A T R E M .

POSTQUAM in hanc Belgicam venisti, Serenissime Prorex: sæpè mihi animus fuit, munere aliquo testandæ meæ voluntatis. Debere enim jam videbar. Primum, quia non novus Familiæ vestræ cliens: patri tuo Maximiliano, qui ad immortalitatem receptus, Tacito à me nuper oblato. Deinde quia universa Belgica adstricta Tibi: inter Belgas autem ego. Tu ad gubernacula hujus patriæ vocatus, salutarem manū, invitis multis, porrexisti nobis: & hoc ipsum, quod dejecimus acerbæ jugum servitutis, quod dejectū iterū non recepimus, ex parte Tuum esse fatemur omnes boni. Fata Te, & novum illud quod illuxit fidus, vocarunt ad res magnas, res majores ævo tuo, non genio aut fortunā. Octavianus Augustus, eādē ætate quā Tu es, prælucente pariter stellā, imperium suscepit orbis terræ. Hoc interfuit: quod illi non delatæ habenæ rerum, sed per bellum arreptæ: Te consentientes Belgæ, cum nobilitate pariter plebs, ad culmen evexerunt hujus dignitatis. Nobilitas, suffragiis suis: plebs,

R r 2

votis.

votis. Confûgit in finum Tuum adoleſcen-
 tis adhuc concuſſa Belgica , quid mi-
 rum ? Fatum hoc eſt tuæ Gentis , tuæ
 Domus , ut magnitudo veſtra originem ha-
 beat à ſalute miſerorum. Sic Rodolphum
 olim, à quo auctore auguſtum veſtrum Stem-
 ma , nutantes Germaniæ res Imperatorem
 fecerunt : ſic Maximilianum atavum tuum,
 Carolo ad Nancæum occiſo, nos iidem Bel-
 gæ vocavimus in medium rerum omnium
 diſcrimen. Et vocavimus admodum adole-
 ſcentem. Quod olim de Scipionum gente
 celebre dictum fuit , natam eam ad Kartha-
 ginem vincendam : ſimile de Tuâ dixerim,
 natam eam ad ſuperbos domandos , miſeros
 ſublevandos. Nos Belgæ, maxime Princeps,
 vides in quâ ſimus navi : quo mari feramur,
 & quàm non noſtris ventis. Præter res bel-
 lo adverſas , multorum etiam à cauſâ aver-
 ſus animus : quaſi regium imperium cone-
 murexuerunt. Qui revera, non legitimū
 Regem noſtrum gravamur , (rem modò
 videant) ſed prætextu regio minutos hos
 tyrannos. Fatendum enim eſt. Ante duo-
 decim annos , eum cœpit hæc tempeſtas,
 & unâ cum reliquâ Galliâ intumuit Belgica
 noſtra : adſederunt ad gubernacula , qui-
 bus cura nulla fuit , non dicam Regiæ di-
 gnitatis, ſed ſuæ, aut noſtræ ſalutis. In ſco-
 pulos & ad vada appellere navim malue-
 rant ; quàm ſubmittere velum , & ſteſtere
 paulum curſum, eâ quâ ferebant venti. Ita-
 que naufragia , quę ſecuta ſunt , videmus.

De-

Depulsi à gubernaculis illi : & Tu, Illustrissime juvenum, subiisti in locum illorum : quæso, ne in facta aut in mentem. Illi timeri; Tu amari eliges. Illi perdere ? Tu servare. Violenti illi ? Tu benignus : & quædam, cum possis cogere, malis persuadere. Aures eorum apertæ ad calumnias ? Clausæ Tuæ : nec Te gubernante suspicio aut delator timeatur, sed crimen tantum & leges. Magna felicitas tua est, quod olim, præeunte Augurio Busbequio, imbutus es studiis virtutis & doctrine. Evolve igitur Annales. Peream ego, si non ab immitibus istis consiliis omnia regna perierunt. Gubernator in navi non frangit majores illos & decimos fluctus, sed vitat aut declinat: sic grandes illos & fatales motus, errabit quisquis impetu franget; arte & prudentiâ componendi sunt. Et Tu compones. Tene tantum hunc clementiæ cursum, quem coepisti : & exprimento crede, quanto ad gloriam & imperium firmitus sit, amari à subditis quam timeri. Munus quidem meum Tibi ut adprobem, non admodum laboro : magis laboro ut animum, qui æternum devotus est, & erit, Genio vestræ Gentis. clo. Io.

LXXX.

AD LECTOREM.

LI BRO huic electorum , neque justo plane operi , neque exasciato , feci lucem , mi lector : præproperè , & fortasse ante legitima dies partionis . Sed caussa festinandi , præter has quibus jactamur turbas , etiam valetudo , Qui pertinaciter adversa , aurem mihi velli ut vasa colligam , & cogitem de discessu . Inscripti Electa : non abhorrenti à re nomine , quia pleraque variè elegimus & decerpimus : & Plinii exemplo , quem Commentarios CXX . Electorum reliquisse , docuit me alibi ejus nepos . Reperies correctiones , sed non solas : quia enim plerique delicati hoc Criticum genus aspernantur , quasi ludum aliquem nugarum : feci quod antiquus quispian medicus , & callidè miscui ritus . Medicum ajunt , in puellâ regiâ curandâ , quæ abhorrebat sectionem , scalpellum spongiâ tectum intulisse , & uber dum leniter fovet , incidisse : ego veloriturum publicorum correctiones aliquot texti non publici gestus . Ita manum adii suaviludiis istis : nec metueam formulam , Quod dolo malo . Tu fruire , bone lector .

JUSTI LIPSI ELECTORUM

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Refutata vulgi opinio de scriptore Controversiarum.

Non esse Annaeum Senecam philosophum. Ostensum id ab ætate, à vita, à stilo. Esse illius patrem. Id quoque clarè ostensum. Senecarum stemma.

Locus unus correctus.

UT Censores olim lustrum à bono nomine: sic ego ordiar hunc librum. Dicam de Annaeo Seneca; cum bona spe fore, ut hoc scriptum meum annos ferat & senescat.

Censet vulgus libros eos qui Controversiarum & Suasoriarum inscribuntur, Annaei Senecæ esse; illius, qui Philosophus dicitur, & qui Neroni præceptor. Censet vulgus, & ideo errat. Pugnât enim cum ea sententia Senecæ ætas, pugnat vita, pugnat stilus. Ætatis pugnam doceo: quia quicumque iis libris scriptor fuit, Augusti & Tiberii ævo vixit, non Claudii & Neronis. Hoc colligo ex variis ejus de se dictis. Ait alibi familiarem se fuisse Cæstio Pio, Portio Latroni, Valerio Messallæ: alibi, Ovidium poëtam declamantem audivisse, & Asinium Pollionem viridem cognovisse & senem. Eas omnes faces illustrasse ego scio medium principatum Augusti. At Senecæ celebrior ætas in Claudium incidit & Neronem. Addit imò amplius ille scriptor, ea ætate se fuisse ut Ciceronem ipsum audire potuerit declamantem. Verba ejus sunt Præfatione prima: *Omnes autem magni nominis mihi videor audivisse, præter Ciceronem. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, sed bellorum civilium furor, qui totum orbem pervagabatur. Intra coloniam meam me continui. Alioqui potuissem eum audire in illo atrio, in quo duos grandes prætextatos ait secum declamare solitos. Ne quis mihi, quæso, ad hunc locum nebulas aut nugas.* Ait se Ciceronem audire potuisse de

Actus vera utriusque Seneca

Seneca locus exploratus.

Refutatio
vanissimi
mendacii
de longo
Seneca
aëvo.

Illustratus
Seneca in
Epistola.

Vita ratio
utriusque
Seneca.

clamantem cum duobus grandibus prætextatis. Ii fuerunt Hirtius & Dolabella: quos ideo ludens sic appellat, quia tunc in prætextâ togâ erant, & in magistratu. Eos per bellum civile Cæsar, Cicero (ut ipse alibi ait) dicendi discipulos habuit, cœnandi magistros. Vide quod ætatem suam producat ille scriptor. Ante Cæsaris mortem non solum natus fuisse debuit; sed etiam annos aliquot habuisse legitimos ad audiendum Ciceronem. Quomodo hæc ævi, ut sic dicam, granditas cadit in hunc nostrum Senecam, qui mortuus Silio & Attico Consulibus, extremo imperio Neronis? Id est, centum & xv. annis, post illum ævum. Sed enim occurrunt huic rei, Et vixit, inquit, Seneca annos centum xiv. alii etiam liberalius, centum xxiv. ita enim scribunt passim in historiâ ejus vitæ. Homines præstigiatores! & præ quorum arte in recoquendis senibus nihil sit Medea. Sed quid nugantur? Cedo mihi auctorem aliquem hujus tam prodigiosæ senectutis. Non dabunt. Tacitus, qui fautor Senecæ, & ideo diligens in vita ejus narranda & morte, senile ejus corpus dixisse contentus fuit: grandem hanc, & non longè à miraculo ætatem, non attingit. Inò contrà apud eum reperio, libro xv. in oratione Neronis Senecam adloquentis: *est tibi, inquit, adhuc valida ætas, rebusque & fructui rerum sufficiens.* Valida, ait, ætas: & hoc paucis ante cædem ejus annis. Quis convenit hoc in senium tam effertum? Sed ventilo ego, & tracto adhuc lusoria arma: quid si doceo Senecam natum non fuisse Cicerone vivo? nonne perorata hæc lis est? Ait ipse de se Epistola cix. *His instinctus abstinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantum facilis mihi erat consuetudo, sed dulcis. Quæris quomodo desierim? In Tiberii Cæsaris, principatum juvenis tempus inciderat. Alienigena tum sacra movebantur, & inter argumenta superstitionis ponebatur animalium quorundam abstinencia. Patre itaque meo rogante, qui non calumniam timebat, sed philosophiam oderat, ad præstam consuetudinem redii.* Locus clarus, & in quo arx hujus causæ. Ait ecce se juvenem sub Tiberio, quo tempore alienigena sacra urbe mota sunt. Id accidit quinto Tiberiani imperii anno: ut colligo facile ex his Taciti verbis Annali secundo: *Actum & de sacris Aegyptiis Judaicisque pellendis factumque patrum consultum, ut quattuor millia libertini generis eâ superstitione infecta in insulam Sardiniam veherentur.* Utrum ergo digiti me fallunt? An à morte Ciceronis ad hunc diem, anni circiter sexaginta colliguntur? Quod si est, quomodo hatus Ciceronis ævo Seneca fuerit: & idem juvenis adhuc sub Tiberio? Nisi quis tam ineptè desipiens, qui sexagenarium senem juvenem censeat appellandum. Certa res.

Et

Et huic uni argumento si quid oponi potest, illi sapiant, ego ut poeta vetus ait, fatuus sum, non solum stultus. Pugnat ergo ætas Senecæ: etiam vita. Nam is qui philosophus, vitam illustrem egit, ad remp. accessit, honores gessit; Quæstor, Consul fuit. De questurâ suâ ipse fatetur Consolatione ad Elbiam: de Consulatu, auctores Fasti & Jurisconsulti. Hæc vitæ lux non cadit in meum senem: quem vexisse remotum ab omni ambitu scio, equestri ordine contentum. Testis ipse in Præfatione libri II. Melam filium alloquens, *Perge, inquit, quò inclinat animus, & paterno contentus ordine subduc fortune magnam tui partem.* Nam ordinem, intellegit non dubiè equestrem. Denique cum vanâ illâ opinione quid magis pugnat, quàm stilius? Aristoteles apud quosdam Lybiæ populos, quoniam uxores communes sunt, ait liberos ad formarum similitudinem distribui. Velim idem sit in his libris. Quorum profluens & copiosa dictio, tantum abest à Senecæ argutâ & concisâ eloquentiâ, quantum Homericus ille Nestor à Menelai.

*Stili di-
crepantia*

Quis falsus scriptor, satis dictum: dicam quis verus. Tam clarè id ipsum, ut si quid hac parte errem, non recusem quin Fides averfa à me in omne ævum. L. Annæus Seneca Philosophus patrem habuit nomine & cognomine eodem. Is domo Corduba fuit; professiense, Rhetor. Natus ante bellum civile Cæsarianum, supervixit ad Claudii circiter principatum: sine honoribus, & non aliud quàm provincialis eques. Is jam senex non dubiè filiis suis scripsit, aut dictavit potius, hos qui supersunt Controversiarum & Sualtoriarum libros. Sed ut in Plauti fabula, inter duos Menæchmos: sic inter duos Senecas confusione nominum ortus error. Tributa illi, quæ hujus erant: & claritate nimia filii obscurus pater hodie, imò ignotus. Memoriam boni senis fugitivam (impunè hoc dixerim) primus retraham ego. Ejus, inquam, Senecæ hi libri. Doceo ex ætate: quæ patri convenit, disconvenit proli. Doceo ex inscriptione, quæ in omnibus libris, etiam scriptis, concipitur: L. ANNÆI SENECÆ, AD SENECAM, NOVATUM, ET MELAM FILIOS. Optimè. Inter tres filios quos nominat, Seneca Philosophus est: reliqui ejus fratres. Stemma tale.

*Seneca pater
ter verus
scriptor.*

L. Annæus Seneca, qui
Rhetor.

Elbia, ejus uxor.

L. Annæis Seneca, qui
Philosophus.
Annæus Novatus, aliter
Junius Gallio.
Annæus Mela, sive Mel-
la, pater Lucani.

*Stemma
Senecarum.*

Mela frater Seneca Philosophi, & filius illius senis.

Quid jam clarius, quàm Senecæ patris esse hæc scripta? Nam quin Mela ille frater Senecæ Philosophi sit: non ambiges ex his locis. Tacitus libro XVI. Annalium; *Mela, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuit: per ambitionem præposteram, ut eques Romanus consularibus potentiâ æquaretur.* Seneca ipse in Consolatione ad Elbiam: *Respice fratres meos, quibus satis fas tibi non est accusare fortunam.* In utroque habes quod te diversa virtute deleat. *Alii honores industriâ consecutus est (Gallionem intellegit:) alter sapienter contempsit.* Intellegit Melam. Confer nunc locum è Præfatione libri I. Controversiarum; & vide quàm elogia omnia convenient in hoc Melâ. *Hæc è libentius Mela fili clarissimè refero, quia vides animum tuum à civilibus officiis abhorrentem, & ab omni ambitu aversum: hoc unum concupiscentem, nihil concupiscere, ut eloquentiæ tantum studeas.* Ego verò non sum bonæ mentis impedimentum: perge quò inclinât animus, & paterno contentus ordine subduc fortunæ magnam tui partem. Nec turbat me, quòd epigraphe Novatum nominet, quem alii, & quem Seneca ipse, Gallionem. Idem enim ille per adoptionem familiâ exivit, & in gentem ac nomen venit Junii Gallionis. Credo illius ipsius Gallionis, qui inter Rhetoras nominatur Senecæ patri: & de quo Scriptor incertus De causis corruptæ eloquentiæ: *Malum hercle C. Grachi impetum, aut L. Crassi maturitatem: quàm calamitatos Mæcenatis, aut tinnitus Gallionis.* At nomen Novati æterius ei fuisse, colligo ex Senecâ in Consolatione: qui filium hujus agnoscit à nomine veteri Novatillam. Non item locus me movet initio libri

Ent & quomodo mutatum aliterius fratris nomen. Iunius Gallio quis.

Falsa lectio in Seneca patre.

Fabiani aia.

II. Controv. de Fabiano philosopho: Scio futurum, inquit, ut auditis sententiis ejus, multas cupiat audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multò minor natu quàm ipse erat, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volebam. Qui si rectè haberet; vana omnia quæ dixi de ætate hujus senis. Fabianus enim auditot Cæstii Pii & Arellii Fulci fuit; ac sub Tiberio præcipua illi fama. Quo si multò minore natu hic scriptor: cur non pistrino trador ego atque asino? Sed non recta lectio, & emendo, multò majore natu. Causa enim vera non auditi Fabiani, quòd ille juvenis, Seneca jam grandi; ut homo senex frequentare declamationes adolescentuli honestè non posset. Hæc dixi de hoc scriptore. Plura illustrandæ ætatis & stemmatis, addam in libro singulari, quem, De vita Annæi Senecæ & scriptis, studiose composui.

CAPUT. II.

*Stipendii militaris initia, & progressus. Quis primus
modus. Quæ deinceps accessio. Aliud denarium
esse, aliud denos asses. Tacitus explicatus. Livius
correctus. Item Suetonius in loco tenebroso.*

De stipendio militari apud Romanos, deque ejus pro-
gressu, plus quàm Metonis annus est, cum quæritur
inter doctos. Ego hoc capite audebo certum conclude-
re, & ut Icti prisci loquebantur, signare responsum. Tria
apud Romanos pro stipendio, pecunia, frumentum, ve-
stis. Pecuniæ, institutum anno urbis cccxlvii. de quo
Livii libro iv. corruptus locus: *Additum deinde, ut ante
ullam mentionem plebis Tribunorumve decerneret Senatus, ut
stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de
suo quisque fructus eo munere esset. Nihil unquam acceptum
à plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam
esse, prehensasque exeuntium dextras, & patres verè ap-
pellatos: effectum esse fatentibus, ut nemo pro tam muni-
fica patria corpori aut sanguini suo parceret; cum commo-
ditas juvaret rem familiarem. Saltem acquiescere eo tempo-
re, quo corpus addictum atque operatum reip. esset. Quem
emendo, cum commoda ita juvaret: rem familiarem sal-
tem accrescere eot. q. Modus ejus pecuniæ initio exiguus
fuit. Polybii quidem ætate, id est, sub bellum Puni-
cum secundum, in peditem oboli duo: centurionem
duplex: equitem triplex. Ita Polybius ipse libro vi.
Duo oboli tertia, ut scimus, drachmæ pars. Ad num-
mum Romanum si exigimus, dico fuisse tres asses. Eam-
que summam non dubiè per duos obolos expressit nobi-
lis historicus. Doceo ex Plauto. Cujus loco primus do-
lucem, in Mostellaria:*

*Ubi sunt isti plagipatide, ferritribaces viri?
Isti qui trium nummorum causa subeunt sub falæ?
Ubi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent.*

Nam tres nummi hæc, tres asses, & ad * stipendium mi-
litare diserta allusio Comici servi, irridentis. quòd tam
exiguo pretio auctorati castella & turres ligneas hostium
(id enim falæ) subirent, hastis aliquot configendi. Et me-
herclè stipendium vile. Eò magis, quòd illa ætate non ve-
stis, non frumentum, gratuita militi erant: sed Quæstor,
siquid horum dedisset, certum statutumque pretium
eo no-

*Initium sti-
pendii ex
Livio.*

*Locus est
correctus.
Quis mo-
dus & quæ
exiguitas
primi sti-
pendii.*

*Plauti lo-
cus illu-
stratus.*

* Etsi ad
Circum
etiam re-
ferre pos-
sis.

Quando
primum
militi gra-
tuita vo-
luta.

eo nomine de pecuniâ detrahebat. Auctor idem Poly-
bius lib. vi. Quod obtinuit ad tempora C. Gracchi, qui
primus lege cavit, ut vestis è publico militi daretur: pec-
cuniamque totam acciperet, sine ullâ, quod ajunt, dedu-
ctione. Plutarchus in Graccho his verbis: Τὸν δὲ νόμον εἰς
εἰσφέρει τὸ δῆμον χαλεπώτερος, ὁ μὲν ἡ κληρουχὸς, ἄμφοτερον
αἰσιν πένοντι τῶν δημοσίων, οὐδὲ στρατιωτὸς, ἰσθ' ἢ ὅτι κελύσαν δημο-
σία χορηγεῖται, καὶ μηδὲν εἰς τὴν τοῦ μετοδοφόρου ὑφαιρέται τῶν στρα-
τιωτῶν.

Prima ac-
cessio ad
stipendium.

Et vestis saltem Plutarchus meminit: priori
aliqua lege gratiam etiam factam de frumento, non am-
bigo. Etsi de veste, irritum iterum factum videtur, sive ab
Augusto, sive antè: quia nec in historiis mentio missæ ul-
trâ ad exercitum vestis, & milites apud Tacitum clarè
queruntur, *Denis in diem assibus animam & corpus æstimari:*
hinc vestem, arma, tentoria redimi. Nec ultrâ de accessione
aliqua reperio ante bellum Cæsaris civile. Cæsar, inquit
Suetonius cap. xxvi. *legionibus stipendium in perpetuum du-
plicavit.* Ait, duplicavit: ut credibile sit factos à Cæsare
sex, aut si fortè, septem asses. Nisi tamen accessio aliqua
sub Cimbricum bellum facta, quod ex Asconio haud vanè
suspicière, in eam pro Cornelio: *Junius Consul rem malè
gessit, ac plures leges quæ per eos annos late erant, quibus mi-
litie stipendia minuebantur, abrogavit.* Frustrâ enim in-
minutum stipendium, nisi præter morem auctum. Etiam
per bella civilia postea, verisimile in illa ambitione du-
cum pretium auctum, militibus conciliandis. Sed hæc ob-
scura vel ambigua. At Augustus constituta rep. & imperiij
jam certus, *quidquid ubique militum esset* (verba Suetonii
sunt cap. xlix.) *ad certam stipendiorum præmiorumque
formulam adstrinxit.* Formula Augusti laxior Juliana, vide-
licet in diem deni asses. Certum & clarum ex Tacito, apud
quem lib. i. *Annal. conqueruntur milites, Denis in diem
assibus animam & corpus æstimari.* Et id statim ab excessu
Augusti. Id stipendium parum disconveniebat à Græco,
apud quos drachma, diurna in militem merces: ut colligere
est ex Thucydidis libro tertio. Dixi denos asses: qui
denarium ipsum accipiet, errabit. Nam Denarii permu-
tatio pluris sub Tiberio, sub Augusto: & fortasse xlii. assium
aut præterpropter. Testantur iidem apud Tacitum
milites, qui decem assibus non contenti, flagitant, *Ut dena-
rius diurnum stipendium foret: neu veterani diutius sub ve-
x. llo tenerentur,* prorsus ridiculo postulato si idem denari-
us & deni asses. Ergo æstimatione duodena illa quam
dixi, monstruum militis sub Augusto denarii circiter xxvi
Id erat, aureus unus, quod notari mihi volo, ad ea quæ mox
dicam. Post Augustum, tenebræ sunt ad Domitianum. De
quo monuit Suetonius cap. vii. *Addidit & quartum stipen-
dium*

Accessio
secunda.

Stipendii
Gracani
modus.

Vidi ibi
Scholiastæ.

Denarius
quanti sub
Augusto.
Taciti no-
das evoin-
tu.

Iterum
accessio.

dium militi, aureos ternos. Paucis, sed di boni, turbulentis verois! Ex quibus necesse habeamus fateri, menstruum unum militis aureos tres fuisse: & ante Domitianum quidem novem aureos datos, ab ipso adjectos ternos. Ita sub Domitiano gregarius miles acceperit aureos XII. in mensē. Aureos dico Romanos, quorum vera æstimatio, denarium xxv. Si essent nostratis monetæ aurei circiter xxiv. Non aliter ad hunc locum omnes interpretes: & id nobis pluribus verbis persuadere conantur viri docti. Quis sanus credet, aut pro sano? Tantisne sumptibus ullam rem. parem fuisse? Adde duplum centurionis, triplum equitis: adde Præfectos, & Tribunos: summa quos mensibus in legionem tam improba excrescet, ut eam verear exprimere. Sed videant me. Fœdum illum historię errorem, levi & vera correctione tollo ego, legoque, *aureis ternis.* Id est, Aureis illis tribus quos antè capiebant, addidit quartum aureum Domitianus. In furcam peccantem illam litteram, quæ dedit has turbas. At mea lectio quid potest clarius aut verius? Aureus Romanus, ut notavi, menstruum militis sub Augusto fuit, & id stipendium unum. Adjecit alterum seu Caligula, seu Claudius: tertium fortasse additum per bella civilia Vitellii Othonis. Quartum nunc à Domitiano. Ita in universum miles acceperit quattuor stipendia, sive aureos quattuor: duplum ferè quàm iniles hodie. Tolerabilis summa præ illa aureorum XII. Rem non ambigam confirmo testimonio Zonaræ, cujus eadem in re hæc verba: *Τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τῆς πλὴν μισθοφορίας, τὰ καὶ διὰ τῆς νίκης. Πέντε γὰρ καὶ ἑξήμισι κοῖνὰ δραχμαὶ ἕκαστος λαμβάνοντ', ἐκ τῶν καὶ ἄλλοι δίδονται.* Id est, *Milibus Stipendium auxit, fortasse ob victoriam. Cum enim singulis septuagena quina drachmæ solverentur, centenas dari iussit.* Quæso, Lxxv. drachmæ (ita denarium Græci vertunt) quid aliud quàm aurei tres? Addidit xxv. Domitianus, ex Zonara: ergo aureum unum. Homo non sum, si verbum ultra addam in re clara firmanda.

*Obscurus
Suetonii
locus.*

*Is error
datur.*

CAPUT III.

Juvenalis versus correctus & illustratus. Mos antiquus de lucernis ad junueas, ad fenestras, ad arbores, ad lupanaria nova. Vates præferebant lucernam. Tertullianus, Xiphilinus, Seneca, Persius, & Prudentius explicati.

JUVENALIS versus sunt, lætitiæ diei festi describentis, quorum lectionem aut mentem non viderunt interpretes: cum venia dixerim, vidi ego,

Sat.

Sat. XII.

*Hic nostrum placabo Jovem, Laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes viola jactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.*

*Ridicula
in Juven.
versibus
sententia.*

Ajunt in his versibus, Operandi verbum referri ad sacra, & per lucernas significari diem. Itaque hoc velle poetam, ob reditum incolumis amici, sacra se facturum tempore matutino. Albæ mentes, sive qui hæc scribunt, sive qui credunt! Scilicet janua operari sacris potuit (de illâ enim loquitur:) aut exemplo probabunt lucernam, quæ noctis nota, significare diem. Rideo albis dentibus, cum hæc lego. At vocis unius correctione, quàm planâ res? Nam scribendum:

Et matutinis operitur festa lucernis.

Operitur, id est, tegitur, vestitur. Ut alibi;

Legitimè fixis vestitur tota tabellis

Porticus.

*Itus ap-
pendens
lucernas in
die festo.*

Morem sæculi sui expressit Juvenalis, quo in omni publicâ privataque lætitiâ receptum, januam ornari lauro & lucernis. Quem ornatum intellexit Seneca, Epistolæ LXVIII. *Quid tu existimas ea tantum optabilia esse, quæ per voluptatem & otium veniunt? Quæ excipiuntur foribus ornatis?* Et Tertullianus clarè in Apologetico: *Cur die læto non laureis postes adumbramus? Nec lucernis diem infringimus? Honestares est sollemnitate publicâ exigente inducere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris.* Apulejus lib. IV. *Domus tota lauris obsita, tectis lucida, strepebat hymenæum.* Nec aliter explico Xiphilinum in Nerone, de adventu Teridatis, *Και πᾶσαι πόρτῃ ἡ πόλις*, inquit, *ἐκεκρόμυτο καὶ φάσι καὶ στεφανώματα.* Et post, de reditu à Græciâ, *Νερόνις: Ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἐκείθεν ἐς τὸ Παλάτιον, παρὲς πόρτῃς τῆς πόλεως ἐστεινωμένης, καὶ λυχνονδύεσσιν, καὶ θυμίσσιν.* Intellegit enim urbis ædes ornatas tauru ac lucernis. Qui ritus Christianorum etiam ævo non prorsus fugit: & lego in Vitâ vetere Fulgentii Episcopi Afri, *Populum per omnes prolixi itineris vias in occursum (ab exilio redeuntis) ejus teneudisse cum lucernis & lampadibus & arborum frondibus.* Ejusmodi autem lucernæ peniles erant, suspendebanturque catenulis, accensæ ad ædium singularum januas aut fenestras. Ideo eleganter Juvenalis ait januam operiri lucernis: & addit, matutinis, non sine Satyrico morfu, quasi claro luci opus esset aliâ luce. Vidimus ipsi in Italiâ, æreas ejusmodi lucernas complures, quas intellexit etiam poeta princeps:

pendent lychni laquearibus aureis.

*Ad janua
appendi
solent.*

Quòd ad januam hæ Incernæ, præter Juvenalem, Tertul-
 lianus docet ad uxorem libro II. *Moratur Dei ancilla in
 lauribus alienis*, & inter illos omnibus honoribus demonum,
 omnibus solemnibus regum, incipiente anno, incipiente mense,
 ridore thuris agitabitur: & procedit de janua laureatâ, ut de
 novo consistorio libidinum publicarum. Ecce, janua, ait, lu-
 cernata.

Quòd ad fenestras; Persius:

---- unctaque fenestrâ

Ad fenestras.

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Ubi Scholiastes: Herodiani observant sabbatha. Quo Die
 lucernas accensas, & violis coronatas, in fenestris ponunt.
 Notetur de Violis. Porro tangit & Seneca hunc mo-
 rem, sabbathis accendendi lucernas Epist. xcvi. *Accen-
 dere aliquem lucernas sabbathis prohibeamus; quoniam nec
 lumine dii egent, & ne homines quidem delectantur fulgore.*
 Nec solum ædibus, sed etiam arboribus appensas repe-
 rio has lucernas. Arboribus quidem sacris, & quibus
 vellent exhibitum cultum. Prudentius contra Symma-
 chum:

*Sabbathis
accendit so-
lenti.*

*Etiam ad
arbores.*

Et quæ fumificas arbor vittata lucernæ

Sustinuit, cadit ultrici succisa bipenni.

Sed & sacrificuli ac vates præferebant lucernam ac lau-
 rum: credo, ut augustiores se facerent ornatu illo festo
 & quasi sacro. Tale aliquid ex Senecâ haurio De vitâ
 beatâ, cap. xxvii. *Cum fistrum aliquis concutiens ex im-
 perio mentitur; cum aliquis secandi lacertos suos artifex
 brachia atque humeros suspensâ manu cruentat; cum aliqua
 per viam genibus repens ululat, laurumque linteatus senex
 & medio lucernam die præferens, conclamat iratum aliquem
 Deorum: concurritis & auditis, & divinum esse eum invicem
 mutuum alentes stuporem adfirmatis.* Nec dissimilis pri-
 scorum vatum in Græcia mos, qui ignem præferebant:
 de quo Theon, & Suidas in Πυρρῶεσσ. Cum res ergo tam
 sacra, lucerna: mirum pollutam eam foedissimo usu, & soli-
 tam suspendi ad lenonias ædes, notam novi lupanaris.
 Id enim Tertullianus apertè dixit locis duobus, quos non
 repeto. Sed credo morem eum natum inde, quod scorta
 olim sub vesperam prostabant & ad lucernas. Non
 enim ante nonam diei, fas eis facere in publico copiam
 sui. Quod notant interpretes prisca ad Persium, qui ab
 hac causâ Nonariam dixit meretricem. Lucernarum in
 Lupanaribus mentio apud Juvenalem:

*Variis
lucernæ.*

*Ad nova
lupanaria
lucerna
suspensa.*

Obscurisque genis turpis, fumoque lucerna,
 & Horatium:

---sub

— *sub clarâ nuda lucernâ.*
ubi nollem viros doctos scribere, *lacerna*, pro pallio, ajunt,
meretricio.

C A P U T I V.

Aquam calidam antiquitus ad potum fuisse. Imò ad delicias. Thermopolium Plauti quid? Dio explicatus. Calida vino mixta. Plautus illustratus, & Tacitus. Plautus correctus. Senecæ ex Athenæo data lux.

Hoc caput Nymphis sacratum erit, & dicam de Aquis, earumque apud veteres usu. Duplicis aquæ mentio in cænis Romanis, Frigidæ, Calidæ. Et frigidam ad potum fuisse, clarum est: de calida, non nemo nuper in me pugnavit. Idèò subtiliter de ea, & ut Sallustius ait, cum cura disseram: ut retrahere morem fugitivum possim, & desitum sæculo nostro. In usu frequenti calidam ad convivium fuisse; testes mihi, ut in sacris dicitur:

*usus calida
da fro
guens.*

— *πολλὰ τ' ἀγασθὲν πείσθη.*

Juvenalis:

Quando vocatus adest calidæ gelidæque minister?

Seneca De Ira lib. I. cap. XII.

Ira sciuntur boni viri pro suorum injuriis: sed idem faciunt si calida non benè præbeatur. si vitrum fractum, si calceus luto sparsus est. Paullus Ictus l. XVIII. de Instr. & inst. leg. Nec multum refert inter cacabas & ænurn, quod supra focum pender. His aqua ut potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.

Martialis:

Caldam posita aquam, sed nondum frigida venit:

Alget adhuc nudo clausa culina foco.

Varro lib. IV.

Calix à caldo: quod in eo calida puls apponebatur, & calidam eo bibebant.

Seneca De Ira lib. II. cap. XXV.

Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus ichorus, aut mensa negligentius posita: ad ista concitari, insania est.

Ammianus lib. XXVIII.

Ita autem pauci inter eos severi vindices delictorum, ut si aquam calidam tardius attulit servus, recentis adfligi verberibus jubebat: si hominem occiderit, dominus hætenus exclamet, Quid facias maniosus & nequam?

Mar-

* Simile
prorsus in
Ariano
locum vi-
de lib. I.
Dissert.
cap. XI. 11.

Martialis iterum :

Frigida non desit, non deerit calida petenti.

Et exempla plura. Etiam apud Græcos idem mos : præceptumque apud Athenæum est lib. II. cap. II. Περὶ πίνων ὕδαρ, ἐν μὲν χειμῶνι καὶ ἔασι θερμὸν ὡς καλίστα, ἐν δὲ τῷ θέρει ψυχρὸν. Apud eundem lib. III. cap. III. quæritur utrum aqua calida an frigida post ficus bibenda sit : & utrimque dat causas. Vide & lib. III. cap. XXI. Nec in usu solum antiquitus calida ; sed, quod miremur, in deliciis fuit. Inde apud Plautum Thermopolii mentio, cum hilarior invitatio describitur aut solutior luxus. Ut Curculione de ebriosis :

Græci
usque cali-
da.

Delicia
veterum
in hoc
potu.

Quos semper videas libentes esse in thermopolio.

In Trinummo :

----satin' in thermopolio

Condalium es oblitus, postquam thermopotasti guttorem?

Item Rudente :

Ne thermopolium quidem ullum ille instruit,

Ita falsam præbet potionem & frigidam.

Ubi thermopolia, non herclè aliud quàm cauponæ in quæis hæc calida veniret. Calidam dico puram putam : non potionem nescio quam dulcem & confectam, quod sine auctore veteri ponit & vulgus interpretum, & eximius Turnebus. Philo ad hunc ritum egregie de vitâ Theoreticâ : Οὐδὲν ἐν σκηναῖς τοῖς ἡμέραις ἐκ εἰσπραξιῶν, ἀλλὰ διαυγέσονται ὕδαρ ψυχρὸν μὲν τοῖς ποταμοῖς, θερμὸν δὲ τῶν προσκυτῶν τοῖς ἀβρυδαῖοις. Ubi vides palam, deliciarum fuisse hunc potum. Itaque Thermopolia Romæ Claudius sustulit, & bonus censor quasi curia correcturus, calidam in cauponis proflare ferid interdixit. Dio Cassius his ver-

Thermopo-
lium quid.

bis : Ταῦτε κατηλεία ἐς ἀ συνόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ ὡς οὐδέποτε μὴτε κρέας πᾶ ἐφθόν, μὴδ' ὕδαρ θερμὸν πιπρωσκέαδ', καὶ πᾶς ἐπὶ τῷ τοῦ μη' πειραρχήσαντος ἐκόλασεν. Etiam apud Ammianum,

Thermopo-
lia vetita
Claudio.

lib. XXVIII. Ampelius Præfectus urbi : qui statuit, ne taberna vinaria ante horam quartam aperiretur, ne de aquam vulgariam calefaceret quisquam. Ea re Cælius Caligula cauponem quemdam interfecit, quod per dies funerals Drusillæ, calidam vendidisset. Idem Dio, Tñ, inquit, πῶλιν σταντα θερμὸν ὕδαρ ἀπὸ κτηνῶν, ὡς ἀπὸ κτηνῶν. scilicet quasi hominem impium, & lascivix administrum in publico luctu. Nec prætereundus Dionis locus de Druso Tiberii filio, quem ebrietatis accusat, quod aliquando eum Prætorianis ad ignem restringendum è convivio excitatus, Aquam illis poscentibus, calidam infundi jussit. Nimirum quasi convivii res esset, non incendii. Verba Græca sunt, quorum sententiam non expressit interpres Τῇ τι

μέθῃ κατακορῆς ἔπος ἐγίγνετο, ὅτε ποτὶ νυκτὸς ἐμπρησθεῖσι ποτὶ
ἐπικρατῆσσι καὶ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθεῖς, ὕδωρ αὐτῶν αἰτάνεον.
θερμοὶ σφίσι ἐγγεῖα κελύουσιν. Nec ab alia caussa agnominatio illa Tiberii Imperatoris, Biberius Caldius Mero Caldius videlicet, à frequenti calidæ potu. Reliquum quæri est, pura hæc aqua in deliciis fuerit, an mixta? Censeo mixtam. Non quin duplicem calidæ usum non agnoscam: (bibebatur enim & solitaria, & infusa vino) sed quia gulonibus expetitam maximè & laudatam compertior cum vino. Credo, quia procliviùs & jucundiùs potio fervens, quàm frigida, iret in Bulgam. Idque nos ipsi, aliquoties experti, non abhorremus. Appulejus descriptione nequitiae suæ lib. II. *Fotis mea, jam dominâ cubitum redditâ, arripit poculum, ac desuper aquâ calidâ injectâ porrigit ut bibam.*

Calida vino misceri solita.

Martialis;

*Me convivâ leget misto quincunce, sed antè,
Incipiat positas quàm tepuisse calix.*

Alibi:

*Jam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.*

qui versus diserte probant mixtionem. Sed clarissimè Plautus, qui vinum ita mixtum intellegens, Calidi nomine uti non Calidæ voluit.

Curculione:

Plautus explicatus.

*Ubi quid surripuere, aperto capitulo calidum bibunt,
Tristes atque ebrioli incedunt.*

Et Milite, eleganter potionem eam exprimit puer ebrius:

Neque equidem heminas octo exprompsi in urceam,

• *Neque ille hic calidum exhibuit in prandio.*

PA. *Neque tu bibisti?* LV. *di me perdant, si bibi,*

Si bibere potui. PA. *quid jam?* LV. *quia enim absorbui.*

Nam nimis calebat, amburebat gutturem.

& quæ sequuntur. Neque enim est ut scena, ea intellegatur, sine hoc more. Calidæ potionis mentio etiam apud Tacitum, Annali XIII. incertum meræ, an mixtæ.

Tacitus & Plinius.

Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris gustu explorabat: ne omitteretur institutum, aut ne morte utriusque proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc & præcalida & libata gustu potio traditur Britannico: dein postquam fervore aspernebatur, frigida in aquâ affunditur venenum. Et apud Plinium libro VII. cap. LIII. de M. Ofilio Hilario. Qui, inquit, cum populo admodum placuisset natali die suo, conviviumque haberet: editâ cenâ, calidam [potionem] deleverim eam vocem, ut glossema, in pultario popesci, simulque personam ejus

ejus diei acceptam intuens, coronam è capite suo in eam tran-
stulit, tali habitu rigens nullo sentiente, donec accubantium pro-
ximus tepescere potionem admoveret. Eamdem Plautus intel-
lexerat, versu, qui nunc corruptus in Persa:

Ite foras, hic volo ante ostium & januam meos participes

Plautus
correctus.

benè accipere. Statuite hic lectulos, penite hic quæ assolent. Hic statui

volo primum

Unde ego omnes hilares, ludentis, letificantis, faciam ut
fiam aliqua mihi.

quæ confusa compono & emendo. Hic statui volo primum
aquilam mihi. Unde ego omnes hilares, lubentes, (ita Douza
emendabat, pro ludentes) letifiantes faciam ut fiant. Ita
propemodum, præter duos manuss. etiam prisca editio
Aldi. Verba illa, aliqua mihi transposita & corrupta
erant; retrahenda quò posui. Et legenda, aquilam mihi,
sive aquulam. Correctio certa & clara. Aquam enim du-
plex in mensæ initio statim poni mos erat, Calidam,
Frigidam. Lucianus: Τρώπιζα δὲ τῇ κλίτῃ παρέσχηκε, πο-
τῆλαιον ἔχουσα, καὶ ὕδωρ ἑπειμαν καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν. Faceta
autem allusio Comici servi, quasi ad aquilam etiam mili-
tare. Nec plura de Calida. Cujus usum Plinius hoc
oraculo damnavit. Notandum nullum aliud animal, (præ-
ter hominem scilicet) calidos potus sequi: ideoque non esse
Naturales. Renitente tamen Plutarcho: qui De tuen-
da valetudine, Calidæ potum lassis commotisque valde
approbat & commendat.

Aqua du-
plex in in-
itio mensæ.

Calida
usus no-
cens.

C A P U T V.

Carmen poetæ veteris, non antea visum. De scriptore
quæsitum, Multa in ea emendata, & illustrata.

VT Plautina illa mulier in Truculento, alienam pro-
 lem: sic ego hoc capite

Alienos ibi labores suppositum mihi.

Carmen vulgabo, quod clariss. Ictus P. Pythoëus mu-
 nus mihi misit: sed carmen non visum antea, non le-
 ctum, & cui meritò præfabor, Favete linguis. Repperit
 vir doctissimus & diligentissimus harum rerum, in vetusto
 coque unico exemplari: & inde qua fide ille transcrip-
 sit, eadem inseram his libris: Sine fraude quidem. Quia
 ista quasi adoptio, volente amico nostro est, iun-
 jubente.

Carmen sic habet :

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

a Scribo,
nubunt.

Ver Novum, ver jam canorum, ver natus orbis est.

b Pyth.
amorum

Verè concordant amores, vere a nubent alities.

c Pyth. ca-
sas, verè.

Et nemus comam resolvit de maritis imbribus.

d Malim
thoro.

Cras b amorem copulatrix inter umbras arborum

Implicat c gazas virentes de flagello myrico.

Cras Dione iura dicit, fulta sublimi d irono.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

X
e Lego,
Dionem.

*Turo * quidvire de super huc spumeo pont' de globo*

Cerulas inter cateruas, inter b bipedes equos

Fecit undantem c Dione de maritis imbribus.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

a Pyth.
gemmans.
potest
etiam
gemmeis.

Ipsa a gemmas purpurantem pingit annum floribus

*Ipsa surgentis papillas de Faboni * partu*

b Lege-
rim, quam
relinquit.
c Pyth.
prodierunt.

*Urquet in totos * pentes, ipsa roris lucidi*

Noctis aura b quem relinquit spargit umentis aquas.

*Et me * canat lacrimae trementes detadum * pondere.*

Gutta praeceptis orbe parvo sustinet casus suos,

In pudorem florulentæ c prodiderunt purpuræ:

XX.
d Scribo,
virgines
papillas.
nondum
compres-
sas & ma-
ritas.

Umor ille quem serenæ astra rorant noctibus

Manè d virgineas papilla soluit umentis peplo.

*I piussit * mane tuæ virgines nubant rose*

*Fusta * prius de cruore, deque amoris c oculis,*

Deque gemmis, deque flammis, deque solis purpuris.

Cras ruborem qui latebat veste tectus ignea

Unica f maritio nudo non pudens solvere.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

jussu
f Pyth. uni-
comariti n.
n. pudet bit.
g Idè, Juco.
h Pyth. est
p. comes.
ego, Id pu-
er comes.

Ipsa nimfas diva g loco jussit ire myrteo

h Et puer comis puellis. Nec tamen credi potest

Esse amorem feriatum, si sagittas vexerit.

Ite nimfæ, posuit arma, feriatum est Amor;

Fusus est inermis ire, i durus ire jussus est,

Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne laderet.

Sed tamen nimfæ cadete, quod Cupido pulcer est,

Totus est k inermis idem, quando nudus est Amor.

XXX.
i Pyth.
nudus.
reæ ad
sententiã
nihil ha-
beo.
k Benè idè
in armis.
XL.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

Compari Venus pudore mixta ad te Virgines:

Una res est quam rogamus, cede Virgo Delia

Ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.

Ipsa vellet ut venires, si doceret Virginem

Jam tribus choros videres feriatos noctibus,

Congreges inter cateruas ire per saltus tuos,

Floreas inter coronas, myrteas inter casus.
Nec Ceres nec Bacchus absunt, nec poetarum Deus,
*Detinent * & tota nox est | pervigila cantibus.*
Regnet in silvis Dione, tu recede Delia.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

1 Pyth.
Pervigila
lenda.

Fussit hibleis tribunal stare diva floribus.
Præsens ipsa jura diu, adfuerunt Gratia.
Hibla totos funde flores, quidquid m annis attulit.
*Hibla florum * rumpere st equant' n ethne cāp-*
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæque silvas, quæque lucos, quæque montes incolunt.
Fussit omnis assidere pueri mater o alitas,
Fussit & p nullo puellas nil Amori credere.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

m Pyth.
annus.
L.
n Idem,
quantus
Æina cā-
pus est.
Fortasse
sic, Hibla
florum prome-
vestem q.
Enna c. est.

Et rigentibus vergentes ducat umbras floribus.
Cras erit q qui primus æther copulavit nuptias;
*Ut pat * totis crearet vernis annum nubibus,*
In sinum maritus imber t fluctus alma & conjugis.
Ut fletus immixtus omnis aleret magno corpore.
Ipsa t vernas atque mentem permeante spiritu
Inus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perque cælum, perque terras, perque pontum subditum.
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuat, jussitque mundum nosse n scendi vias.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

o Pyth.
alitis,
p Idem,
nudo.
q Fortè,
quo
r Pyth flux-
xit alma.
LX.
f Idem,
venias.

Ipsa Trojonos nepotes in t Latino transtulit:
Ipsa Laurentem puellam conjugem nato dedit.
Moxque Marti de sacello dat pudicam virginem.
n Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias:
Unde Rimes & Quirites, proque prole posterum
Romuli matrem creat & nepotem Cæsarem.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

t Pyth.
Lartnos.
LXX.
u Scribo,
Romuleas.

Rura fecundat voluptas: rura Venerem sentium:
Ipse Amor puer Dionæ rure n ritus dicitur.
*Hunc ager * cum parturiret, ipsa suscepit sinu,*
Ipsa florum delicatis educavit osculis.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

x Lego &
distinguo,
Hæc ager,
cum partu-
risse: ipsa,
suscepit si-
nu: Ipse
florum.

*Ecce jam super geneſtas explicat y aonii * latus*
z Quisque tuus quo tenetur conjugali foedere.
Subter umbras cum maritis ecce b ilantum gregem:
Et canoras non tacere Diva jussit alites.
Jam loquaces ore sauco stagna cygni perstreperunt:

LXXX.
y Pyth.
ædon.
z Fortasse
Quisque
cætas con-
tinetur.

Mela frater Senecæ Philosophi, & filius illius senis.

Quid jam clarius, quàm Senecæ patris esse hæc scripta? Nam quin Mela ille frater Senecæ Philosophi sit: non ambiges ex his locis. Tacitus libro XVI. Annalium; *Mela, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuit: per ambitionem præposteram, ut eques Romanus consularibus potentiâ æquaretur.* Seneca ipse in Consolatione ad Elbiam: *Respice fratres meos, quibus salvis fas tibi non est accusare fortunam. In utroque habes quod te diversa virtute delectet. Alter honores industria consecutus est (Gallionem intellegit:) alter sapienter contempsit.* Intellegit Melam. Confer nunc locum è Præfatione libri II. Controversiarum; & vide quàm elogia omnia convenient in hoc Melâ. *Hæc eò libentius Mela fili clarissimè refero, quia video animum tuum à civilibus officiis abhorrentem, & ab omni ambitu aversum: hoc unum concupiscentem, nihil concupiscere, ut eloquentiæ tantum studeas.* Ego verò non sum bonæ mentis impedimentum: perge quò inclinat animus, & paterno contentus ordine subduc fortunæ magnam tui partem. Nec turbat me, quòd epigraphe Novatum nominet, quem alii, & quem Seneca ipse, Gallionem. Idem enim ille per adoptionem familiâ exivit, & in gentem ac nomen venit Junii Gallionis. Credo illius ipsius Gallionis, qui inter Rhetoras nominatur Senecæ patri: & de quo Scriptor incertus De causis corruptæ eloquentiæ: *Malum hercle C. Grachi impetum, aut L. Crassi maturitatem: quàm calamistros Mæcenatis, aut timitius Gallionis.* At nomen Novati antèrius ei fuisse, colligo ex Senecâ in Consolatione: qui filium hujus agnoscit à nomine veteri Novatillam. Non item locus me movet initio libri II. Controv. de Fabiano philosopho: *Scio futurum, inquit, ut auditis sententiis ejus, multas cupiatis audire. Sed nec ille diu declamationibus vacabat: & ego multò minor natu quàm ipse erat, audiebam quotiens inciderat, non quotiens volebam.* Qui si rectè haberet; vana omnia quæ dixi de ætate hujus senis. Fabianus enim auditot Cæstii Pii & Arellii Fulci fuit; ac sub Tiberio præcipua illi fama. Quo si multò minore natu hic scriptor: *cur non pistrino trador ego atque asino?* Sed non recta lectio, & emendo, *multò majore natu.* Causa enim vera non auditi Fabiani, quòd ille juvenis, Seneca jam grandi; ut homo senex frequentare declamationes adolescentuli honestè non posset. Hæc dixi de hoc scriptore. Plura illustrandæ ætatis & stemmatis, addam in libro singulari, quem, De vita Annæi Senecæ & scriptis, studio sè composui.

Cur & quomodo mutatum aliter fratris nomen. Junius Gallio quis.

Falsa lectio in Seneca patre.

Fabiani alac.

CAPUT. II.

*Stipendii militaris initia, & progressus. Quis primus
modus. Quæ deinceps accessio. Aliud denarium
esse, aliud denos asses. Tacitus explicatus. Livius
correctus. Item Suetonius in loco tenebroso.*

De stipendio militari apud Romanos, deque ejus pro-
gressu, plus quàm Metonis annus est, cùm quæritur
inter doctos. Ego hoc capite audebo certum concludere,
& ut Icti prisci loquebantur, signare responsum. Tria
apud Romanos pro stipendio, pecunia, frumentum, vestis.
Pecuniæ, institutum anno urbis cccxlvii. de quo
Livii libro iv. corruptus locus: *Additum deinde, ut ante
ullam mentionem plebis Tribunorumve decerneret Senatus, ut
stipendium miles de publico acciperet, cùm ante id tempus de
suo quisque fructus eo munere esset. Nihil unquam acceptum
à plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam
esse, prehensasque exeuntium dextras, & patres verè ap-
pellatos: effectum esse fatentibus, ut nemo pro tam munifi-
ca patria corpori aut sanguini suo parceret; cùm commo-
ditas juvaret rem familiarem. Saltem acquiescere eo tempo-
re, quo corpus addictum atque operatum reip. esset. Quem
emendo, cùm commoda ita juvaret: rem familiarem sal-
tem accrescere eot. q. Modus ejus pecuniæ initio exiguus
fuit. Polybii quidem ætate, id est, sub bellum Puni-
cum secundum, in peditem oboli duo: centurionem
duplex: equitem triplex. Ita Polybius ipse libro vi.
Duo oboli tertia, ut scimus, drachmæ pars. Ad num-
mum Romanum si exigimus; dico fuisse tres asses. Eam-
que summam non dubiè per duos obolos expressit nobis
historicus. Doceo ex Plauto. Cujus loco primus do-
lucem, in Mostellaria:*

*Ubi sunt isti plagipatide, ferritribaces viri?
Isti qui trium nummorum causa subeunt sub falas?
Ubi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent.*

Nam tres nummi hîc, tres asses, & ad * stipendium mi-
litare diserta allusio Comici servi, irridentis quòd tam
exiguo pretio auctorati castella & turres ligneas hostium
(id enim falæ) subirent, hastis aliquot configendi. Et me
herclè stipendium vile. Eò magis, quòd illa ætate non ve-
stis, non frumentum, gratuita militi erant: sed Quæstor,
siquid horum dedisset, certum statutumque pretium
eo no-

Initium stipendii ex Livio.

Locus ejus correctus. Quis modus & quæ exiguus primus stipendii.

Plauti locus illi- stratus.

* Etsi ad Circum etiam referre possis.

Quando
primum
militi gra-
tuita ve-
stita ve-
rit.

eo nomine de pecuniâ detrahebat. Auctor idem Poly-
bius lib. VI. Quod obtinuit ad tempora C. Gracchi, qui
primus lege cavit, ut vestis è publico militi daretur: pec-
cuniamque totam acciperet, sine ullâ, quod ajunt, dedu-
ctione. Plutarchus in Graccho his verbis: Τὸν δὲ νόμον ὅς
εἰσφέρει τὸ δῆμον χαρίζεσθαι, ὃ μὴ ἰσχυροὺς, ἀλλὰ νεώτε-
ροις πέμψαι τῶν δημοσίων. οὗτοι στρατιωτικοὶ, ἰδὲν ὅτι καλῶς δημο-
σία χρηζέσθαι, καὶ μηδὲν εἰς τὸ τοῦ μισθοφορῶν ὑφαιρέσθαι τῶν στρα-
τιωτῶν. Et vestis saltem Plutarchus meminit: priori
aliqua lege gratiam etiam factam de frumento, non am-
bigō. Etsi de veste, irritum iterum factum videtur, sive ab
Augusto, sive antè: quia nec in historiis mentio missæ ul-
trà ad exercitum vestis, & milites apud Tacitum clarè
queruntur, *Deni in diem assibus animam & corpus aestimari:*
hinc vestem, arma, tentoria redimi. Nec ultrà de accessione
aliqua reperio ante bellum Cæsaris civile. Cæsar, inquit
Suetonius cap. xxvi. *legionibus stipendium in perpetuum du-
plicavit.* At, duplicavit: ut credibile sit factos a Cæsare
sex, aut si fortè, septem asses. Nisi tamen accessio aliqua
sub Cimbricum bellum facta, quod ex Asconio haud vana
suspiciere, in eam pro Cornelio: *Junius Consul rem male
gessit, ac plures leges quæ per eos annos latae erant, quibus mi-
litum stipendia minuebantur, abrogavit.* Frustrâ enim im-
minutum stipendium, nisi præter morem auctum. Etiam
per bella civilia postea, verisimile in illa ambitione du-
cum pretium auctum, militibus conciliandis. Sed hæc ob-
scura vel ambigua. At Augustus constituta rep. & imperiū
jam certus, *quidquid ubique militum esset* (verba Suetonii
sunt cap. xlix.) *ad certam stipendiorum premiumque
formulam adstrinxit.* Formula Augusti laxior Juliana, vide-
licet in diem deni asses. Certum & clarum ex Tacito, apud
quem lib. i. *Annal. conqueruntur milites, Deni in diem
assibus animam & corpus aestimari.* Et id statim ab excessu
Augusti. Id stipendium parum disconveniebat à Græco,
apud quos drachma, diurna in militem merces: ut colli-
gere est ex Thucydidis libro tertio. Dixi denos asses: qui
denarium ipsum accipiet, errabit. Nam Denarii permu-
tatio pluris sub Tiberio, sub Augusto: & fortasse xlii. assi-
um aut præterpropter. Testantur iidem apud Tacitum
milites, qui decem assibus non contenti, flagitant, *Ut dena-
rius diurnum stipendium foret: neu veterani diutius sub ve-
xillo tenerentur,* prorsus ridiculo postulato si idem denari-
us & deni asses. Ergo æstimatione duodena illa quam
dixi, monstrum militis sub Augusto denarii circiter xxv.
Id erat, aureus unus, quod notari mihi volo, ad ea quæ mox
dicam. Post Augustum, tenebræ sunt ad Domitianum. De
quo monuit Suetonius cap. vii. *Addidit & quartum stipen-
dium*

Prima ac-
cessio ad
stipendium.

Accessio
secunda.

Stipendii
Gracani
modus.

Vidi ibi
Scholiastæ.

Denarius
quantus sub
Augusto.
Taciti no-
tus evoin-
tus.

Iterum
accessio.

dium militi, aureos ternos. Paucis, sed di boni, turbulentis verbis! Ex quibus necesse habeamus fateri, menstruum unum militis aureos tres fuisse: & ante Domitianum quidem novem aureos datos, ab ipso adjectos ternos. Ita sub Domitiano gregarius miles acceperit aureos XII. in mensē. Aureos dico Romanos, quorum vera æstimatio, denarium xxv. Si essent nostratis monetæ aurei circiter xxiv. Non aliter ad hunc locum omnes interpretes: & id nobis pluribus verbis persuadere conantur viri docti. Quis sanus credet, aut pro sano? Tantisne sumptibus ullam remp. parem fuisse? Adde duplum centurionis, tripulum equitis: adde Præfectos, & Tribunos: summa quot mensibus in legionem tam improba excreset, ut eam verear exprimere. Sed videant me. Foedum illum historię errorem, levi & vera correctione tollo ego, legoque, *aureis ternis.* Id est, Aureis illis tribus quos antè capiebant, addidit quartum aureum Domitianus. In furcam peccantem illam litteram, quæ dedit has turbas. At mea lectione quid potest clarius aut verius? Aureus Romanus, ut notavi, menstruum militis sub Augusto fuit, & id stipendium unum. Adjecit alterum seu Caligula, seu Claudius: tertium fortasse addidit per bella civilia Vitellii Othonis. Quartum nunc a Domitiano. Ita in universum miles acceperit quattuor stipendia, sive aureos quattuor: duplum ferè quàm miles hodie. Tolerabilis summa præ illa aureorum XII. Rem non ambiguam confirmo testimonio Zonaræ, cujus eadem in re hæc verba: *Τοῖς στρατιώταις ἐπηύξησε τὴν μισθοφορίαν, τὰς δὲ διὰ τὴν νίκην. Πέντε γὰρ καὶ ἑξήμισ' κοῖνα δραχμὰς ἑκάστη λαμβάνοντο, ἑκατὸν αὐτὰς δίδωσκει.* Id est, *Milibus stipendium auxit, fortasse ob victoriam. Cùm enim singulis septuagena quina drachmæ solverentur, centenas dari iussit.* Quæso, Lxxv. drachmæ (ita denarium Græci vertunt) quid aliud quàm aurei tres? Addidit xxv. Domitianus, ex Zonara: ergo aureum unum. Homo non sum, si verbum ultra addam in re clara firmanda.

*Obscurus
Suetonii
locus.*

*Is omni-
datus.*

C A P U T III.

Juvenalis versus correctus & illustratus. Mos antiquus de lucernis ad junueas, ad fenestras, ad arbores, ad lupanaria nova. Vates præferbant lucernam. Tertullianus, Xiphilinus, Seneca, Persius, & Prudentius explicati.

JUVENALIS versus sunt, lætitiæ diei festi describentis, quorum lectionem aut mentem non viderunt interpretes: cum venia dixerim, vidi ego,

Sat.

Sat. XII.

*Hic nostrum placabo Jovem, Laribusque paternis
Thura dabo, atque omnes viola jactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.*

*Ridicula
in Juven.
versibus
sententia.*

Ajunt in his versibus, Operandi verbum referri ad sacra, & per lucernas significari diem. Itaque hoc velle poetam, ob reditum incolumis amici, sacra se facturum tempore matutino. Albæ mentes, sive qui hæc scribunt, sive qui credunt! Scilicet janua operari sacris potuit (de illâ enim loquitur:) aut exemplo probabunt lucernam, quæ noctis nota, significare diem. Rideo albis dentibus, cum hæc lego. At vocis unius correctione, quàm planâ res? Nam scribendum:

Et matutinis operitur festa lucernis.

Operitur, id est, tegitur, vestitur. Ut alibi;

Legitimè fixis vestitur tota tabellis

Porticus. —

*Ritus ap-
pendends
lucernas in
die festo.*

Morem sæculi sui expressit Juvenalis, quo in omni publicâ privataque lætitiâ receptum, januam ornari lauro & lucernis. Quem ornatum intellexit Seneca, Epistolâ LXVIII. *Quid tu existimas ea tantum optabilia esse, quæ per voluptatem & otium veniunt? Quæ excipiuntur foribus ornatis?* Et Tertullianus clarè in Apologetico: *Cur die læto non laureis postes adumbramus? Nec lucernas diem in fringimus? Honestares est sollemnitate publicâ exigente inducere domui tuæ habitum alicujus novi lupanaris.* Apulejus lib. IV. *Domus tota lauris obsita, tectus lucida, strepebat hymenæum.* Nec aliter explico Xiphilinum in Nerone, de adventu Teridatis, *Και πᾶσι μὲν ἡ πόλις, inquit, αἰετῶν, καὶ φῶσι καὶ στεφάνωμεν.* Et post, de reditu e Græciâ, Neronis: *Εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἐπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, πάρος μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανώμενης, καὶ λυχνῶν ἀντὶ τῆς, καὶ θυμωσῆς.* Intellegit enim urbis ædes ornatas lauro ac lucernis.

*Qualis ea
lucerna.*

*Ad januâ
appendi
solent.*

Qui ritus Christianorum etiam ævo non prorsus fugit: & lego in Vitâ vetere Fulgentii Episcopi Afri, *Populum per omnes prolixi itineris vias in occursum (ab exilio redeuntis) Jesus teneudisse cum lucernis & lampadibus & arborum frondibus.* Ejusmodi autem lucernæ peniles erant, suspendebanturque catenulis, accensæ ad ædium singulatum januas aut fenestras. Ideo eleganter Juvenalis ante januam operiri lucernis: & addit, matutinis, non sine Satyrico morfu, quasi claro luci opus esset aliâ luce. Vidimus ipsi in Italiâ, æreas ejusmodi lucernas complures, quas intellexit etiam poeta princeps:

pendent lychni laquearibus aureis.

Quòd ad januam hæ Incernæ, præter Juvenalem, Tertul-
 lianus docet ad uxorem libro II. *Moratur Dei ancillam
 lauribus alienis*, & inter illos omnibus honoribus *dæmonum*,
omnibus solemnibus regum, incipiente anno, incipiente mense,
ridore thuri agitabitur: & procedit de janua laureatâ, ut de
 novo consistorio libidinum publicarum. Ecce, janua, ait, lu-
 cernata.

Quòd ad fenestras; Persius:

---- unctaque fenestrâ

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Ubi Scholiastes: *Herodiani observant sabbatha. Quo Die
 lucernas accensas, & violis coronatas, in fenestris ponunt.*
 Notetur de Violis. Porro tangit & Seneca hunc mo-
 rem, sabbathis accendendi lucernas Epist. xcvi. *Accen-
 dere aliquem lucernas sabbathis prohibeamus; quoniam nei
 lumine dii egent; & ne homines quidem delectantur fulgore.*
 Nec solum ædibus, sed etiam arboribus appensas repe-
 rio has lucernas. Arboribus quidem sacris, & quibus
 vellent exhibitum cultum. Prudentius contra Symma-
 chum:

Et quæ fumificas arbor vittata lucernæ

Sustinuit, cadit ultrici succisa bipenni.

Sed & sacrificuli ac vates præferebant lucernam ac lau-
 rum: credo, ut augustiores se facerent ornatu illo festo
 & quasi sacro. Tale aliquid ex Senecâ haurio De vitâ
 beatâ, cap. xxvii. *Cum sistrum aliquis concutiens ex im-
 perio mentitur; cum aliquis secandi lacertos suos artifex
 brachia atque humeros suspensâ manu cruentat; cum aliqua
 per viam genibus repens ululat, laurumque lindeat senex
 & mediâ lucernam die præferens, exclamat iratum aliquem
 Deorum: concurritis & auditis, & divinum esse eum invicem
 mutuum alentes stuporem adfirmatis.* Nec dissimilis pri-
 scorum vatum in Græcia mos, qui ignem præferebant:
 de quo Theon, & Suidas in *Περὶ Πόλεως*. Cum res ergo tam
 sacra, lucerna: mirum pollutam eam foedissimo usu, & so-
 litam suspendi ad lenonias ædes, notam novi lupanaris.
 Id enim Tertullianus apertè dixit locis duobus, quos non
 repeto. Sed credo morem eum natum inde, quod scro-
 ta olim sub vesperam prostabant & ad lucernas. Non
 enim ante nonam diei, fas eis facere in publico copiam
 sui. Quod notant interpretes prisca ad Persium, qui ab
 hac causa Nonariam dixit meretricem. Lucernarum in
 Lupanaribus mentio apud Juvenalem:

*Obscurisque genis turpis fumoque lucerna,
 & Horatium:*

Ad fenestras.

*Sabbathis accensas se-
 lent.*

*Etiam ad
 arbores.*

*Varibus
 lucernæ.*

*Ad nova
 lupanaria
 lucerna
 suspensa.*

---sub

— *sub clarâ nuda lucernâ.*

ubi nollem viros doctos scribere, *lacerna*, pro pallio, ajunt, meretricio.

C A P U T I V.

Aquam calidam antiquitus ad potum fuisse. Imò ad delicias. Thermopolium Plauti quid? Dio explicatus. Calida vino mixta. Plautus illustratus, & Tacitus. Plautus correctus. Seneca ex Athenæo data lux.

Hoc caput Nymphis sacratum erit; & dicam de Aquis, earumque apud veteres usu. Duplicis aquæ mentio in cænis Romanis, Frigidæ, Calidæ. Et frigidam ad potum fuisse, clarum est: de calida, non nemo nuper in me pugnavit. Idèò subtiliter de ea, & ut Sallustius ait, cum cura disseram: ut retrahere morem fugitivum possim, & desertum sæculo nostro. In usu frequenti calidam ad convivium fuisse; testes mihi, ut in sacris dicitur:

Ufus calidæ fræquent.

— *πολλὰ τ' ἀγρῶν τε πείσεται.*

Juvenalis:

Quando vocatus adest calidæ gelidæque minister?

Seneca De Ira lib. I. cap. XII.

Ira suntur boni viri pro suorum injuriis; sed idem faciunt si calida non bene præbeatur. si vitrum fractum, si calcens luto sparsus est. Paullus Ictus l. XVIII. de Instr. & inst. leg. Nec multum refert inter cacabas & ænium, quod supra focum pender. His aqua ut potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.

Martialis:

Caldam posita aquam, sed nondum frigida venit.

Alget adhuc nudo clausa culina foco.

Varro lib. IV.

Calix à caldo: quod in eo calida puls apponebatur, & calidam eo bibebant.

Seneca De Ira lib. II. cap. XXV.

Parum agilis est puer, aut tepidior aqua potui erogata, aut turbatus ichorus, aut mensa negligentius posita: ad ista concitari, insania est.

Ammianus lib. XXVIII.

Ita autem pauci inter eos severi vindices delictorum, ut si aquam calidam tardius attulit servus, trecentis adligi verberibus jubebat: si hominem occiderit, dominus hætenus exclamet, Quid facias maniosus & nequam?

Mar-

* Simile prorsus in Arriano locum vide lib. I. Dissert. cap. XII.

Martialis iterum :

Frigida non desit, non deerit calida petenti.

Et exempla plura. Etiam apud Græcos idem mos : præceptumque apud Athenæum est lib. II. cap. II. *Περὶ πινέου ὕδαρ, ἐν μὲν χειμῶνι καὶ ἔαται θερμὸν ὡς μάλιστα, ἐν δὲ τῷ ἔρεσι ψυχρὸν.* Apud eundem lib. III. cap. III. queritur utrum aqua calida an frigida post ficos bibenda sit : & utrumque dat causas. Vide & lib. III. cap. XXI. Nec in usu solum antiquitus calida ; sed, quod miremur, in deliciis fuit. Inde apud Plautum Thermopolii mentio, cum hilarior invitatio describitur aut solutior luxus. Ut Curculione de ebriosis :

Græci
usque cal-
da.

Delicia
veterum
in hoc
potu.

Quos semper videas libentes esse in thermopolio.

In Trinummo :

----*satin' in thermopolio*

*Condalium es oblitus, postquam thermopotaſti guitu-
rem?*

Item Rudente :

Ne thermopolium quidem ullum ille instruit,

Ita falsam præbet potionem & frigidam.

Ubi thermopolia, non herclè aliud quàm cauponæ in quæis hæc calida veniret. Calidam dico puram putam : non potionem nescio quam dulcem & confectam, quod sine auctore veteri ponit & vulgus interpretum, & eximius Turnebus. Philo ad hunc ritum egregiè de vitâ Theoreticâ : *Ὅτι οὐ ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐκ εὐκαταρίῳ, ἀλλὰ διαυγέσεται ὕδαρ ψυχρὸν μὲν τοῖς ποταμοῖς, θερμὸν δὲ τῶν πρὸς ἐν-
ταῦτα ταῖς ἀβρυδαίναις.* Ubi vides palàm, deliciarum fuisse hunc potum. Itaque Thermopolia Romæ Claudius sustulit, & bonus censor quasi curia correcturus, calidam in cauponis prostare feriò interdixit. Dio Cassius his ver-

Thermopo-
lium quid.

bis : *Τὰ τε κρηττέα ἐς ἀ συνόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ καθυστάξει
μήτε κρέας πρὶ ἐφθόν, μήδ' ὕδαρ θερμὸν πιπράσκοντα, καὶ πᾶσι ἐπὶ
ταῦτα μὴ πειθαρχήσαντες ἐκόλοισιν.* Etiam apud Ammianum,

Thermopo-
lia venia
Claudio.

lib. XXVIRI. *Ampelius Præfectus urbi : qui statuit, ne ta-
berna vinaria ante horam quartam aperiretur, ne de aquam
vulgariam calefaceret quisquam.* Ea re Cajus Caligula
cauponem quemdam interfecit, quod per dies fune-
ris Drusillæ, calidam vendidisset. Idem Dio, *Τῷ, ἰνquit,
πώλησαντα θερμὸν ὕδαρ ἀπέκτενεν, ὡς ἀσεβήσαντα.* scilicet quasi
hominem imptum, & lasciviam administrum in publico
luctu. Nec prætereundus Dionis locus de Druso Tiberii
filio, quem ebrietatis accusat, quod aliquando eum Præ-
torianis ad ignem restringendum è convivio exectatus,
Aquam illis poscentibus, calidam infundi jussit. Nimi-
rùm quasi convivii res esset, non incendii. Verba Græ-
ca sunt, quorum sententiam non expressit interpret

μέθῃ κατακορῆς ὥτως ἐγίγνετο, ὥστε ποτὶ νυκτὸς ἐμπροσθεῖσι ποτὶν ἐπικερῆσαι καὶ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθεῖς, ὕδαρ αὐτῶν αἰτνήτων. θερμὸν σφίσι ἐγγχεῖν κελύσσει. Nec ab alia caussa agnominatio illa Tiberii Imperatoris, Biberius Caldius Mero Caldius videlicet, à frequenti calidæ potu. Reliquum quæri est, pura hæc aqua in deliciis fuerit, an mixta? Censeo mixtam. Non quin duplicem calidæ usum non agnoscam: (bibebatur enim & solitaria, & infusa vino) sed quia gulonibus expetitam maximè & laudatam comperior cum vino. Credo, quia procliviùs & jucundiùs portio fervens, quàm frigida, iret in Bulgam. Idque nos ipsi, aliquoties experti, non abhorremus. Appulejus descriptione nequitiae suæ lib. II. *Fotis mea, jam dominâ cubitum redditâ, arripit poculum, ac desuper aquâ calidâ injectâ porrigit ut bibam.*

Calida vino misceri solita.

Martialis;

*Me conviva leget misto quincunce, sed antè,
Incipiat positas quàm tepuisse calix.*

Alibi:

*Jam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.*

qui versus disertè probant mixtionem. Sed clarissimè Plautus, qui vinum ita mixtum intellegens, Calidi nomine uti non Calidæ voluit.

Curculione:

Plautus explicatus.

*Ubi quid surripuere, operto capitulo calidum bibunt,
Tristes atque ebrioli incedunt.*

Et Milite, eleganter potionem eam exprimit puer ebrius:

Neque equidem heminas octo exprompsi in urceam,

• *Neque ille hic calidum exhibui in prandio.*

PA. *Neque tu bibisti?* LV. *di me perdant, si bibi,*

Si bibere potui. PA. *quid jam?* LV. *quia enim absorbui.*

Nam nimis calebat, amburebat gutturem.

& quæ sequuntur. Neque enim est ut scena ea intellegatur, sine hoc more. Calidæ potionis mentio etiam apud Tacitum, Annali XIII. incertum meræ, an mixtæ. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris gustu explorabat: ne omitteretur insitutum, aut ne morte utriusque proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc & præcalida & libata gustu potio traditur Britannicæ: dein postquam fervore aspernebatur, frigida in aquâ affunditur venenum. Et apud Plinium libro VII. cap. LIII. de M. Oflilio Hilario. Qui, inquit, cum populo admodum placuisset natali die suo, conviviumque haberet: editâ cenâ, calidam [potionem] deleverim eam vocem, ut glossema, in pultario poposcu, simulque personam ejus

Tacitus & Plinius.

ejus diei acceptam intuens, coronam è capite suo in eam tran-
stulit, tali habitu rigens nullo sentiente, donec accubantium pro-
ximus tepescere potionem admoueret. Eamdem Plautus intel-
lexerat, versu, qui nunc corruptus in Persa:

Ite foras, hic volo ante ostium & januam meas participes *Plautus*
benè accipere. *correctus*

Statuite hic lectulos, ponite hic quæ assolent, Hic statui
volo primum

Unde ego omnes hilares, ludentis, letificantis, faciam ut
fiam aliqua mihi.

quæ confusa compono & emendo. Hic statui volo primum
aquilam mihi. Unde ego omnes hilares, lubentes, (ita Douza
emendabat, pro ludentes) letifiantes faciam ut fiant. Ita
propemodum, præter duos manuss, etiam prisca editio
Aldi. Verba illa, aliqua mihi transposita & corrupta
erant; retrahenda quò posui. Et legenda, aquilam mihi,
sive aquilam. Correctio certa & clara. Aquam enim du-
plex in mensæ initio statim poni mos erat, Calidam,
Frigidam. Lucianus: Τρώπεια δὲ τῇ κλίσῃ παρέσκει, πο-
τὲριον ἔχουσα, καὶ ὕδωρ ἑπικύων καὶ ψυχρὸν καὶ θερμόν. Faceta
autem allusio Comici servi, quasi ad aquilam etiam mili-
tarem. Nec ipleura de Calida. Cujus usus Plinius hoc
oraculo damnavit. Notandum n. llum aliud animal, (præ-
ter hominem scilicet) calidos potus sequi: ideoque non esse
Naturales. Renitente tamen Plutarcho: qui De tuen-
da valetudine, Calidæ potum lassis commotisq; valdè
approbat & commendat.

Aqua du-
plex in in-
itio mensæ.

Calida
usus ne-
cunus.

C A P U T V.

Carmen poetæ veteris, non anted visum. De scriptore
quæsitum, Multa in ea emendata, & illustrata.

VT Plautina illa mulier in Truculento, alienam pro-
 lem: sic ego hoc capite

Alienos ibo labores suppositum mihi.

Carmen vulgabo, quod clariss. Ictus P. Pythoëus mu-
 nus mihi misit: sed carmen non visum antea, non le-
 ctum, & cui meritò præfabor, Favete linguis. Repperit
 vir doctissimus & diligentissimus harum rerum, in vetusto
 eoque unico exemplari: & inde qua fide ille transcrip-
 sit, eadem inferam his libris: Sine fraude quidem. Quia
 ista quasi adoptio, volente amico nostro est: imò
 jubente.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

a Scribo,
nubunt.

Ver Novum, ver jam canorum, ver natus orbis est.

b Pyth.
amorum

Verè concordant amores, vere a nubent alites.

c Pyth. ca.
sas, verè.

Et nemus comam resolvit de maris imbribus.

d Malim
thoro.

Cras b amorem copulatrix inter umbras arborum

Implicat c gazas virentes de flagello myrtico.

Cras Dione jura dicit, fulta sublimi d irono.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

X
e Lego,
Dionem.

*Turco * quidore desuper huc spumeo pont' de globo*

Carulas inter cateruas, inter E bipedes equos

Fecit undantem c Dione de maris imbribus.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

a Pyth.
gemmans.
potest
etiam
gemmis.

Ipsa a gemmas purpurantem pingit annum floribus

b Lege-
rim, quam
reliquit.

*Ipsa surgentis papillae de Faboni * paritu*

c Pyth.
prodierunt.

*Urquet in totos * pentes, ipsa roris lucidi*

Noctis aura b quem relinquit spargit umentis aquas.

*Et me * canat lacrimae trementes detadum * pondere.*

d Scribo,
virgines
papillas.
nondum
compressas & ma-
ritas.

Guita praecipit orbe parvo sustinet casus suos,

In pudorem florulentae c prodiderunt purpurae:

XX.
e Pyth. of-
ensis. & an-
te, Ipsa
jussus

Umor ille quem serenae astra rorant noctibus

Mane d virginibus papilla soluit umenti populo.

*I piussit * mane tuae virgines nubant rosae*

*Fusta * prius de cruore, deque amoris e oculis,*

Deque gemmis, deque flammis, deque solis purpuris.

Cras ruborem qui latebat veste tectus ignea.

Unica f mario nudo non pudens solvere.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

f Pyth. u. i.
comariti n.
n. pudebit.
g Idè Juco.
h Pyth. est
p. comes.
ego, id pu-
er comes.

Ipsa nimfas diva g loco jussit ire myrteo

h Et puer comis puellis. Nec tamen credi potest

Esse amorem feriatum, si sagittas vexerit.

Ite nimfae, posuit arma, feriatum est Amor;

Jussus est inermis ire, i durus ire jussus est,

Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne lederet.

Sed tamen nimfae cavete, quod Cupido pulcer est,

Totus est k inermis idem, quando nudus est Amor.

XXX.
i Pyth.
nudus.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

re ad
sententia

Compari Venus pudore mittit ad te virgines:

Una res est quam rogamus, cede Virgo Delia

Ut nemus sit incruentum de ferinis stragibus.

Ipsa velle ut venires, si doceret virginem

Jam tribus choros videres feriatos noctibus,

Congreges inter cateruas ire per saltus tuos,

k Bene idè
in armis.

XL.

Flores inter coronas, myrteas inter casae.
Nec Ceres nec Bacchus absunt, nec poetarum Deus,
*Detinent * & tota nox est 1 pervigila cantibus.*
Regnet in silvis Dione, tu recede Delia.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

Fussit hibleis tribunal stare diva floribus.
Præsens ipsa jura diu, adfuderunt Gratia.
Hibla totos funde flores, quidquid m annis attulit.
*Hibla florum * rumpere st equant' n ethne cap-*
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,
Quæque silvas, quæque lucos, quæque montes incolunt.
Fussit omnis asfidere pueri mater o alitas,
Fussit & p nullo puellas nil Amori credere.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

Et rigentibus vergentes ducat umbras floribus.
Cras erit q qui primus æther copulavit nuptias,
*Ut pat * totis crearet vernis annum nubibus,*
In sinum maritus imber t fluctus alma & conjugis.
Ut fletus inmixtus omnis aleret magno corpore.
Ipsa t vernas atque mentem permeante spiritu
Inus occultis gubernat procreatrix viribus,
Perque cælum, perque terras, perque pontum subditum.
Pervium sui tenorem seminali tramite
Imbuat, jussitque mundum nosse n scendi vias.

Cras amet. qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

Ipsa Trojono nepotes in t Latino transtulit:
Ipsa Laurentem puellam conjugem nato dedit.
Moxque Marti de sacello dat pudicam virginem,
n Romulæ ipsa fecit cum Sabinis nuptias:
Unde Rames & Quirites, proque prole posterum
Romuli matrem creat & nepotem Cæsarem.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

Rura fecundat voluptas: rura Venerem sentiunt:
Ipsæ Amor puer Dionæ rure n tus dicitur.
*Hunc ager * cum parturiret, ipsa suscepit sinu,*
Ipsa florum delicatis educavit osculis.

Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras amet.

*Ecce jam super geneſtas explicat y aonii * latus*
z Quis que tuus quo tenetur conjugali foedere.
Subter umbras cum maritis ecce balantum gregem:
Et canoras non tacere Diva jussit alites.
Jam loquaces ore rauco stagna cygni perstreperunt:

Rr 3

l Pyth.
 Pervigil.
 lenda.

m Pyth.
 annus.
 L.
 n Idem,
 quantus
 Aina cā-
 pus est.
 Fortasse
 sic, Hibla
 florum prome-
 vestem q.
 Enna c. est.
 o Pyth.
 alius,
 p Idem,
 nudo.
 q Fortè,
 quo
 i Pyth flux-
 xit alma.
 LX.
 f Idem,
 venas.

t Pyth.
 Latinos.
 LXX.
 u Scribo,
 Romulæ.

x Lego &
 distinguo,
 Hæc ager,
 cum partu-
 risset ipsa,
 suscepit si-
 nu: Ipse
 florum.
 LXXX.
 y Pyth.
 aëdon.
 z Fortasse
 Quis que
 cætas con-
 tinetur.

Adso.

aa Elegā-
ter Pyth.
Terci.
bb Lego,
puter, &
deleoubi-
que notā
rogandi.
XC.

*Adsonant aa aërei puellæ subter umbram populi
Ut bb putas motus amoris ore dici musico?
Et neges queri sororem de marito barbaro?
Illa cantat, nos tacemus. Quando tver venit æcumæ
Quando * faciam ut celidon ut taceret desinam.
Perdidi Musam tacerendo, nec me Phœbus respiciat.
Sic Amyclas cùm tacerent perdidit silentium.*

*Cras amet, qui numquam amavit; quique amavit, cras
amet.*

EXPLICIT, PERVIGILIUM VENERIS.

Argumē-
tū & oc-
casio hujus
Carminis.

Elegans mehercle & quantivis pretii carmen; molle, te-
nerum, sed Romanis, ut sic dicam, non Alexandrinis de-
liciis. In eo aliquot menda: quæ priusquam tollam, quæ-
ram de Titulo & de Scriptore. Titulus fuit, *Pervigilium
Veneris*. Colligo facile ex subscriptione, *Explicit pervi-
gilium Veneris*. Ex titulo non ignotum argumentum. Lau-
datio enim Veneris fuit, composita quasi per occasionem
Pervigilii, quod tres ipsas noctes in honorem deæ age-
bant. Faciunt illuc versus in hoc Carmine:

Ipsa vellet ut venires, si deceret virginem.

Fam tribus choros videres feriatos noctibus.

Et illa Plauti Curculione:

Pervigilia,
maris diis.

Quid? Tu Veneri pervigilare te vovisti Phædrome?

Nam hoc quidem haud multo post luce lucebit.

Quæsitum
de scripto-
re.

Sed & pervigilandi honos vulgatus in ceteros deos. For-
tunæ pervigilium est apud Suetonium in Galbâ, cap. iv.
Fortunæ simulacrum in parte ædium consecratum, mensuris
deinceps supplicationibus & pervigilio anniversario coluit. Ce-
reri; apud Tacitum: *Lectisteruia & pervigilia celebra-
re femine quibus mariti erant*. Incertum cui deo, deæ, a-
pud Livium lib. xxiii. per tres item noctes. *Triduum
sacrificatum ad Hamas*. Nocturnum erat sacrum, ita ut
ante mediam noctem compleretur. *Gracchus castra Campa-
na, ut in pervigilio, neglecta simul omnibus portis invadit*.
Pervigilii meminit iterum Suetonius in Caligula, cap.
liv. & Vitellio cap. x. Titulum ergo invēni: scripto-
rem quæram, & non inveniam. Ducti elegantia carminis
quidam Catullum Veronensem esse censuerunt: alii, in
quels Scaliger, Catullum urbicarium poetam, nomina-
tum Juvenali:

Quando
videatur
id Carmen
scriptum.

----- *clamosum ageret cùm phasma Catulli.*

Neuter potest. Nili me fallit ratio temporum, quam sub-
dixi non vanis conjecturis. Natum enim comperio
hoc carmen in imperio Augusti. Argumento horum ver-
sum:

*Unde Rhæmnes & Quirites, proque prole posterum
Romoli patrem crearet & nepotem Casarem.*

Ita

Ita legendum, non *matrem*, doceo infra. Pater Cæsar, Divus Julius est; nepos, Augustus. Sæpè ita discriminandi causa historici. Sueton. *Cæsario, quem ex Cæsare patre concepisse Cleopatra prædicabat.* Et alii sæpius. At hæc tam quæsitæ blanditiæ adversus Augustum, quomodo convenient nisi in hoc ævum? Non ergo Catulli Veronensis. Dico amplius: post Virgilium vixit hic scriptor. Certè locus ille totus:

Pater Cæsar de D. Julio.

*Ut Pater * totis crearet vernis annum nubibus
In sinum maritus imber fluxit almæ conjugis
Ut fetus immixtus omnes aleret magno corpore.*

Post Virgilium scriptum.

non abest, quin è Virgiliano isto expressus sit:
*Tum pater omnipotens secundis imbribus æther
Conjugis in læta gremium descendit, & omnes
Magnus alii magno commixtus corpore fetus.*
postremo quidem versu etiam ad verbum, ut ego restitui. Nisi tamen Virgilius hæc ab illo: quod non censeo. Sanè quisquis scriptor, non ambigo quin extrema sub tempora genitum hoc carmen Augusti. Ita Catulli illius germani non erit; quia ætate relinquitur. Non illius minuti urbiarii, quia anteit. Cetera videbit Phœbus. Ego transeo adversus ipsos, quos sanabo, cum Homero, Εἰς πόδας καὶ κεφαλῆς. Principio carminis non dubium quin multa desint. Illo versu:

Ver novum, ver jam canorum, ver natus orbis est.
eleganter Pythœus, *vere natus orbis est.* Nec malè ego, *ver renatus orbis est.* Sententia gemina huic Plinianæ, *Arborum flos est pleni veris indicium & anni renascens.*

Ver, novus orbis.

Versu IX.

Tunc quidvire desuper huc spumeo pont' de globo.
Amicus ille noster, *Juno tore de supernis.* Mihi correctio apud Janum Douzam fabulanti feliciter sub manu nata, *Tunc cruore de superno ac spumeo ponti è globo.* Nihil clarius. Tangit fabulam quâ fingitur Venus è spuma maris nata, & è sanguine prolium (ut honestè dicam) Cæli. Tibullus:

Venus nata è spuma & sanguine.

---- *is sanguine natam,*

Is Venerem è rabido sentiet esse mari.
Arnobius, Numquid à nobis dicitur ex pelagi spumâ & ex Cæli genitalibus amputatis Cythereæ Veneris concretum coalluisse candorem? Paulò post etiam scribe: *Fecit undantem Dionem de maritis imbribus.* Maritos imbres appellat Spumam & Cruorem: sane quàm eleganter. Desunt autem hic minimum seni aut septeni versus, quod apparet ex versu intercalari præproperè posito.

Versu XIV.

Ipsa surgentis papillas de Faboni pariu

*Urgent in totos * pentes.*

Truncatam vocem arbitror, & scribo, *Urguet in thoros tepentes.* Priori etiam versu malim, *Turgescentes Papillas.* Favonii spiritum verè invenit & ingeniosè Pythoëus

Versu XVII.

Et me canat lacrimae trementes ne tadum pondere.

Videor pro parte emendare posse, *Et micant lacrimae trementes.* Intellegit autem guttulas illas è rore subsilientes & lascivientes. Cetera non possum. Lernutius noster, *decadivo pondere,*

Versu XXII.

Ipiussit manè tuæ virgines nubant rosæ.

I. Douza, æ
vera laus,

Pythoëus, *ipsa jussit.* Rectè. Reliqua sic Janus Douza: Douza, inquam, meus, non iterùm in transcurso dicendus. Tot mihi in illum justis amoris causis, tot admirationis sunt. Omitto poësim, & cum poësi supra hoc sæculum doctrinam: probitas, & ingenui mores, & quæ nihil gratiæ causâ facit, gratia, dî boni, in quo homine paria sunt, aut erunt! Ut verè de illo hoc elogium & ad præstationem, quod dicitur, scripturus sim, Vera proles Musarum, & alumnus Gratiarum. Nec abripit amor me. Judicio hoc scribo, siquid umquam: & peto quæsoque (vita tantùm mihi aut fama apud posteros sit) ita hæc legant, non quasi laudem ab amico; sed sententiam à jurato teste. Redeo in viam. Douza, inquam, legebat, *mane ut uide virgines nubant rosæ.* Rectissimè. Venus jussit, ait poëta, ut manè virgines, legant se ornentque udis ab humore noctis & quasi ebris rosis. Nec faller lectorem Nubendi hîc verbum, prisca significatione, Velandi.

Versu XXIII.

Fusæ prius de cruore, deque amoris oculis.

Non diu, sed intentè mihi quæsitæ correctio. Quam reperi, & lego, *Fusæ aprino de cruore.* Ab historiam hæc lectio, vel à fabula potius. Nam rosas à sanguine Adonis, quem aper occiderat, traxisse ruborem vulgò volunt poëtæ. Fusæ ergo, tinctæ sive perfusæ. Nisi quis eligat, *Fusæ.* Bion de hac re: Αἶμα ποδῶν τινυτο, τοῖς δὲ δακρυαῖς τῶν ἀνιμῶν Ovidius, & alii.

Rosa nra
æa cruore
Adonis.

Versu XLV.

Detinent & tota nox est pervigila canticis.

A fine lego, *pervigil à canticis* syllaba præter vulgi morem scilicet producta, ut jambum vitemus. Ad principium emendandum conor, *Detument.* Id esset, tumorem & fastum dii illi ponunt, effusi in jocos, & solitam pervigilio lula-

Detumere,

hilaritatem. Scio Statium Papinium non absimiliter ea voce usum : tamen adhuc delibero.

Versu XLIX.

Præsens ipsa jura dicere, adfuerunt Gratia.

Benè Douza, *Præses i. jura dicet, adfidebunt Gratia.* Et le-
pida herclè fictio est, ut Venus in illo tribunali quasi Præ-
ses Quæstorque sit: Gratia, adfestrices.

Versu LX.

In sinum maritus imber fluctus.

Lego, *fluxus.* Ita apud Lucanum :

---- *æther defluxus in Austrum.*

Versu LXI.

Ut fetus inmixtus omnis aleret magno corpore

Dixi, & non muto, legendum *fetus* : ex sententia, & Vir-
gilio quem expressit. Turbat metamen, quòd insolens eo
loco poëtæ nostro Spondeus est, Itaque per me sanè le-
gatur, *Utque fetus mixtus omnes.*

Versu LXXII.

Unde Rames & Quirites proque prole posterum

Romoli matrem crearet, & nepotem Cæsarem.

Falsa lectio. Quid ? An ex nuptiis Sabinarum cum Ro-
manis creata mater Romuli ? Atqui Romulo jam regnan-
te junctæ illæ innuptæ nuptiæ : nedum ut ex illis Ro-
mulo mater. Persevero ergo legere, *proque prole posterum*
Romoli, patrem cr. & n. Cæsarem. Sententiam non du-
biè in gratiam Augusti ; Venus, inquit, conciliatrix fuit
Romanorum Sabinarumque nuptiis, ut ex iis Rhamnes
& Quirites crearet, & in postera sæcla utrumque Cæsa-
rem, patrem cum nepote.

Versu LXXX.

Ecce jam super genestas explicat aonii latus.

Aut ego me amo, aut Phœbus me amavit, cum correxi,
explicant agni latus. Nec sanè significantiùs exprimi po-
tuit decubitus ille ovium in latus, quasi apicantium. Id
enim solent super genistas, myricas, & humiliores fruti-
ces. Nec plura de hoc Pervigilio, ne ipse pervigilem. Ad-
dam alterius rei, poëtæ tamem, ut videntur, ejusdem ver-
sus; quos nescio quis baro indigitavit, *Floridum de Qualita-
te vitæ.* Repperit in hisdem sehidis suis Pythœus.

FRORIDI DE QUALITATE VITÆ.

*Bacche vitium repertor plenus adsis vitibus,
Effluas dulcem liquorem comparandum nectari,
Conditumque fac vetustum, ne malignis a suenulis
Asperum b dicat saporem versus in alteros.
Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens.
Dulce de labris loquuntur, corde vidunt noxio.*

a Pyth.

venulu.

b Pyth.

ducat, &c

statim,

versum.

R r 5

Sic

Sic Apollo: deinde Liber, sic videtur ignifer.

Ambo sunt flammis creati, pro satique ex ignibus.

*c Pyth. & radios am-
bo c.* *Ambo de comis calorem & c radio * conferunt:
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.*

Quando ponebam novellas arbores mali & pyri,

Cortici summæ notavi nomen ardoris mei:

Nulla fit exinde finis vel quies cupidinis.

*d Pyth. ar-
dor.* *Crescit arbor, gliscit & arbor, ramus implet littetæ.*

Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali:

Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.

*e Idem,
offucias, &
f per orbem* *Sperne mores transmarinos, mille habent c offugia.*

Circe Romano f per urbem nemo vidit rectius,

Quippe malim unum Catonem, quàm CCC. Socrates.

*Tam malum est habere nummos, non habere quàm malum
est.*

*g Scibe,
Pavor.* *Tam malum est audere semper, quàm malum est semper
pavere.*

*Tam malum est tacere multum, quàm malum est multum
loqui.*

Tam malum est foris amica, quàm malum est uxor domi.

Nemo non hæc vera dicit, nemo non contrà facit.

Consules fiunt quotannis & novi Proconsules:

Solus aut rex, aut poëta non quotannis nascitur.

*Nihil hæc ad venustatem prioris illius carminis: sed fuit
haud dubiè imperiti alicujus sarcinatoris ablecta. Pri-
mum illud de Baccho insipidum: nec florem vini olet,
sed floces eorum quos non nomino. Tamen emendo,
Ne malignis vernulis, Asperum duat saporem. Intellegi
vult, Ne vinum acetum fiat, & potui præbeatur servis ad-
mixta aqua. Duat enim, pro Det. Posca autem vernula-
rum & fervorum, ex aceto. Ablecto tertio, & radio *
conferunt: mutilum versus expleo repetitâ voce, quæ
delituit, ut solet, in fine prioris, & scribo, radio dio conse-
runt. Uterque calorem, inquit, a divino radio conferit,
& Phæbus, & Bacchus. Græca phrasis est, Conferere
calorem. Fruere, mi lector, quisquis poësim amas, hoc
Pythoëi dono, fructe.*

CAPUT VI.

Ritus collocandi cadaveris. Suetonius novus & verus intellectus, & Virgilii Conlocatio. Cærimonia in eâ adjuncta. Persius illusiratus. Seneca etiam emendatus. Amictus in corpore mortuo. Appulejus, Juvenalis, Martialis explicati.

FUNEBRES aliquot ritus explicare mihi animus est, temporibus tam funestis. Angunt me fatales Belgicæ turbæ: & in hac confusione rerum non solum quid speremus non est, vix quid optemus. Tamen ut ii qui in carcere detinentur, ludunt interdum tesseriis: sic mihi fas tractatione harum rerum, abducere paulisper animum à præsentibus malis.

Mos funebris fuit, ut post efflatam animam cadaver cubiculo efferrent, & in vestibulo ædium collocarent ad januam ipsam. Id proprio verbo dicebatur Collocatio. Glossæ præcæ, *Conlocatio*, & *veκρῶ* Suetonius in Augusto, cap. C. *Corpus Decuriones municipiorum & coloniarum à Nolâ Bovillas usque deportarunt, noctibus, propter an-nitempus: cum interdiu in basilicâ cujusque opidi, vel in ædium sacrarum maximâ reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, urbiq; intulit, atque in vestibulo domus collocavit.* Illustris locus. Et, quod interpretes adhuc fugit, clarum vestigium hujus moris. Corpus enim ablutum, unctum, coronatum ad januam deponebant: donec post legitimos dies efferretur ad bustum. Lucianus *Περὶ πέν-θους. Μετὰ ταῦτα δὲ λίσσαντες αὐτὸς, καὶ μύρω καὶ καλλίστῳ χρῆσαντες τὸ σῶμα, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ἁγίοις ἀνέστη ὡς ἡέντα. Benè ὡς ἡέντα.* Nam quod collocatio Latinis, *ὡς ἡέντα* in hac re Græcis & collocare *ὡς ἡέντα*. Dio lib. De Liviae excessu: καὶ αὐτὸν ὁ Τιβερίῳ ἔτε νοσῶσαν ἐπισκέψατο, ἔπει-θανόντα αὐτὸς ὡς ἡέντα. Ita enim eum locum emendavit Scaliger, ille nostri Senatus meritò princeps: & benè colligit, eam collocationem à filiis, aut certè heredibus solitam fieri. Plato etiam in Phædone eleganter, parum adhuc animadverso loco: ubi Socrates negat se totum moriturum: *Μὴ δὲ λέγει, inquit, ἐν τῇ ταφῇ, ὥς ἡ ὡς ἡέντα Σω-κράτης, ἡ ὡς ἡέντα, ἡ κατὰ φύσιν.* Id est: Nec in ipso funere dixeris collocari Socratem, aut efferri, aut terrâ obrui. Ita enim ea vertenda propriè. Hunc morem tangit, ut solet, occultè vates magnus, lib. xi.

*Collocatio
ad januam.*

*Filiis collo-
cabant.*

*Platō ex-
plicatus.]*

---reci-

Virgilii
oculorum
sensus.

----- recipitque ad limina gressum,
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Aceres
Servabat senior.

Nam quod ad limina cadaver Pallantis posuit; non dubiè intellegi voluit solemnem hanc ad januam positionem.

Situs ca-
daveris, ut
pedes in
viam spe-
ctarent.

In hoc ritu collocandi, cerimonia quædam adjuncta fuit & cautus. Servabant enim ut corpus mortui foràs spectaret, & facie pedibusque esset in publicum versis. Fortasse eo situ abitionem illam postremam significantes.

Eleganter Persius:

----- tandemque beatulus alio
Compositus lætulo, crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit.-----
Homerus item clarè, in funere Patrocli:
Ὅς μοι ἐν κλισίῃ δὲ δαίγμῳ ὄξει χαλκῷ
Κεῖται, ἀνὰ πύργῳ περικλυτῷ

Id est:

Qui mihi in Tabernaculo confossus acuto ere,
Facet, ad vestibulum conversus.

Illustratus
Seneca e-
gregius lo-
cus.

Ibique interpretes: Εἰς τὸ πύργῳ, inquit, βλέπων τοῖς πο-
δὶ τοῦ χαλκοῦ τῆς τῶν νεκρῶν ἀποθέσεως. Ab utroque hoc ritu Se-
necæ dabo lucem, Epistolâ XII. *Quis est, inquam iste de-
crepitus, & meritò ad ostium admotus? Foràs enim spectat.
Unde istum nactus es? Quid te delectavit alienum mortuum
tollere? At ille, Non cognoscis me? Ego sum Felicio, cui sole-
bas Sigillaritia adferre: ego Philofiti villici filius, deliciolum
tuum. Perfecit, inquam, delirat iste vetulus: etiam deliciolum
meum factus est. Prorsus potest fieri: dentes illi cum maxi-
mè cadunt. Locus hercè argutus. Et cujus sententia, quis
neget, quin disertè ad hunc ritum? Nam ait, illum senem
meritò ad ostium admotum. Quare? Quia ludere ei vi-
sum, & in officium hominis: hostiarius enim erat: & in
senium. Quasi jam in extrema tegula staret semimortu-
us, & ideò jure ad januam collocandus. Ait etiam, Fo-
ràs illum spectare. Quid, nisi alludens ad illum corporis
mortui situm, foràs & in publicum obversis? Interfuit pro-
fectò juventutis explicari eum locum: at ego addam et-
iam correctionem. Nam ubi vulgò, *Perfecit, inquam, deli-
rat iste vetulus*; libri manuſſ quos vidi, *iste populus*. Non
dubitabis scribere & interpungere, *Perfecit, inquam, delirat
iste: populus & jam deliciolum meum factus est*. Populus
parvus pupus. Vera lectio, & venusta præ vulgata.*

Idem cor-
rectus.

Toga in
mortuum.

Ita igitur cadaver situm; & amictus illi, in Italia, toga
erat; in Græcia, pallium. Appulejus Floridorum lib I.
Nam illi quoque videret hominem præfidere, hominem depu-
gnare,

gnare: togam quoque parari, & voto, & funeri. Item pallio cadauera operiri, & philosophos amicari.

Juvenalis Sat. III.

Pars magna Italia est si verum admittimus, in quâ

Nemo togam sumit, nisi mortuus.

Martialis: *Et pallens toga mortui tribulis.*

Plutarchus in Cauffis, τὸ σῶμα, inquit, τὰ πενήκοντα ἀμφιενύσει λαοκοῖς. Artemidorus lib. II. cap. III. Ἀνδρὶ νοσησὶ πάλαι ἔχον ἱμάτια, θανάτῳ παραρρόβη, ἀφ' οὗ τὰς ἀποθανόντος ἐν λαοκοῖς ἐκφέρειται. Candidas eas vestes, non aliud capies, quàm togas, quæ vulgò albæ. Nam cadauera in honestissima veste efferri mos. Quæ in vulgo civium & in tacito funere, toga vulgata fuit: in magistratibus, toga prætexta: in Censoribus, purpurea tota. Polybius lib. VI. ὅστις ἐκποταλαυθεύσῃ ἐκδύται. ἐὰν μὲν ὕπαιθρον καὶ σφατηρὸς ἢ μαζονὰς, περιποφύρας: ἐὰν δὲ περικτῆς, πορφύρας: ἐὰν δὲ καὶ περιασβεδνῶς, ἢ τοι τοῖδε τον κριτεργασμῶν, ἀφ' ἡρώδους. Livius lib. XXXIV: Purpurâ viri utemur: prætextati in magistratibus, in sacerdotiis. Nec id ut vidi solum habeamus insigne, sed etiam ut cum eo crememur mortui. Plura de his rebus in libro singulari, De Funeribus, quem habeo adfectum.

Plutarchus explicatus

Varia vestes pro conditione mortuorum.

CAPUT VII.

In Agellio complura emendata. Rumices, Trifaces, Gauruli. Prisca aliquot verba, Claudere, Imparientia. Secus pro sexu. Exerrationes. Catonis fragmentum correctum. Consipere probum verbum: item, Desprotti. Et plura alia.

SCRIPTORI Noctium Atticarum medebor hoc loco: & ille, cujus censura utilis in plerosque scriptores vetustos fuit, censuram nunc meam subibit: hoc est, ipsi medico faciam medicinam, Quid refert? Si convenit in eum Græca paroemia:

Ἀλλ' ὡς ἰατρός αὐτὸς ἔλκεσι βρῖναι.

In enumeratione telorum lib. x. cap. xxv.

Hasta, pilum, falaria, semifalaria, sulferrea, gesa, lancea, spari, rumigestri, falces, tragula, framea.

Quis feret vocem Rumigestri? quis legit? Turnebo visum reponere, rumæ, cestri. Me cenfore vera lectio hæc, rumices, trifaces. Divulsis vocibus quæ turpiter cohæserant. Et auctores credendi libri veteres, in quibus faces reperio, non falces. Nimiùm blanditur conjectura; & artem divinan-

Rumex. genus tel.

Et Trifax: vinandi in perpetuum desino, si hic erro. Festus, *Rumex* genus teli, simile spari Gallici. Meminit Lucilius. Idem, *Trifax* telum longitudinis trium cubitorum, quod catapultâ mittitur.

Eodem capite de nominibus navium:

Parones, myoparones, lintres, capulica, mare placida, cidarum, rataria, cata scopium.

Caupulus,
genus cym-
bæ.

Verba non sine formidine legentium. Emendo, *lintres, caupuli, camare*. De Camaris, quod navium ponticarum genus, satis notum ex Tacito & Strabone: de Caupulis, primum partim ex priscis libris, qui referunt, *caupulica*; partim ex Isidoro: *Lembus*, ait, *navicula brevis quæ aliâ appellatione dicitur & cymba, & caupolus, & linuris*. Notandus locus. Et sine quo, ætatem in vitio & quæstione sint Agelliana verba,

Lib. I. cap. VII.

At si Explicuit, diceret, imperfecta & debili numero verborum sonus clauderetur.

Claudere,
priscæ vox
in Teren-
tio.

Scripserim, *sonus clauderet*; antiquo verbo, deficeret. Reposui olim in Terentii versu:

---- *nuncubi meam*

Benignitatem sensisti in te claudere:

nec persuasi multis. Credo, quia audacior quàm pro ætate conjectura erat. Itaque comiter admonuerant etiam me quidam, ut mutarem. Repo, non tiomo, si faciam. Quid enim si fundus subscriptorque ejus correctionis Donatus mihi est? Quid dicent mei Critici? Eum ergo adeant, & nisi mutili illi Commentarii aperte à me sunt: admodum sane ego. Sed & Apulejum nunc in eapse voce corripo, lib. III. Florid. sub initium: *Utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppetere, ac non hic maximè clauderetur, ubi me facundissimum cuperem*. Lego, *clauderet*, ex vet. manuscripto quem benignitas mihi adtribuit mei Giselinj.

Lib. I. cap. XIII.

Nequaquam putaverint contra dictum ejus esse faciendum, etiamsi repentinus aliquis casus rem commodius agi posse polliceretur: ne si spes sefellisset, culpa impatientiæ & poena indeprecabilis subeunda esset.

Disputatio est de mandatâ re, omninòne facere quod mandatum & uti mandatum est oporteat: an fas sit interdum deflectere, pro re aut casu aliquo repente nato. Hæc verba quæ actuli in eam partem valent, non esse deflectendum usquam: & ratio, *ne si spes, inquit, sefellisset, culpa impatientiæ & poena indeprecabilis subeunda esset*. Sed profecto, quidquid ego video, scribi sententia flagitat, *culpa impatientiæ*. Insolitum huic ævo verbum, sed vetus & pro-

Imparientia
et pa-
ruentia.

& probum. Ita parientiam accommodare, pro parère, in Justiniano codice restituit Jacobus Cujacius; vir, de quo non aliud dixerim, quàm quod de Carthagine olim Crispus. Et parientiæ vox aliquoties in Cassiodori Variis eadem sententia occurrit, sed ferè corrupta. Vide unicum illum Astrææ & Musarum sacerdotem, lib. I. Observation. cap. vi. & Agellium ipsum, qui hoc argumentum quasi diluens, statim addit, *Neque timendum exemplum non parendit radiderunt*, & quod antea imparientiam dixerat.

Lib. II. cap. xxviii.

Fas ferias si quis polluisset, piaculoque ob eam rem remotus esset.

Scribendum, ob eam rem opus esset. Puero clarum.

Lib. III. cap. x.

Mox eundem equum qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Quem Cassium postea satis notum est victis Parthis, fusoque exercitu suo, miseram mortem oppetiisse.

Quorū hic Parthorum mentio, cum intellegat exitium Cassii in campis Philippicis bello civili? Audaſter ego emendo, *victis partibus*. Partes sunt, factiones, *ac pios*, & id verbi in dissensione civili usurpant plerique scriptores. Suetonius in Augusto, cap. xii. *Sed ut cognovit Antonium ceterosque duces & exercitus consentire pro patribus. Lege, partibus*. Intellegit partes contra remp. Antonianorum. Seneca in Epistolis, de Catone: *Hoc ejus bonum, quo victis partibus non potest incipi*. Plinius, Scribonius arma in Illyrico contra Claudium monuerat: fuerat Petus in partibus, & occiso Scriboniano Romam trahebatur.

Partes
quid propriæ.

Suetonius
oliter correctus.

Lib. III. cap. x.

Post deinde quartâ hebdomadæ, quod ejus virile fetus futurum est, caput & spina quæ est in dorso informatur.

Lego, virile secus. Vide Scaligeri ad Ausonium Notas.

Lib. xv. cap. II.

Atque etiam hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas hujuscemodi exhortationes, [adversum propulsandam vini violentiam:] neque ullum prorsus continentem ac temperantem satis fideliter visum esse, cujus vita victusque non inter ipsa errorum pericula, & in mediis voluptatum illecebris explorata sit.

Adversum Philosophum quempiam differit hæc Agellius, qui Platonis verbis & exemplo adolescentes vocabat ad potandum. Et subdit deinde quatenus, & qua fini, permessa à Platone vini aliqua copia. Sed enim Exhorta-

Secus præfca voc, pro sexu.

Fortasse & hoc totum à glossâ insertum est.

Exerratio
de exerra-
re.

Quadri-
garius cor-
rectus, vul-
go est, lin-
guam
exerrate.

hortationum verbum prorsum à subjecta sententia alie-
num: & spernunt libri veteres, qui *exercitationes* osten-
dunt. Lego ego, *hujuscemodi exerrationes*. Ita appellat ele-
ganter mentis illos errores, & quasi primas alucinationes,
ante plenam ebrietatem. Exerrandi verbo usus Quadri-
garius, Deinde Gallus iridere coepit, atque linguâ exerrare:
ut quidem scribunt fidelissimi libri. Et Statius VI. The-
baidos:

Fl. cecidit in gyros, dexterque exerrat Ation.

Lip. VII. cap. III.

*Atque Rhodienſes tamen Perſen publicè numquam adju-
vère. Cogitate quânto nos * noſtri nativi cautius facimus.
Nam unusquisque noſtrum, ſiquis adverſus rem ſuam quid-
fici arbitrat, ſummâ ope nititur ne adverſus eam fiat.
Quod ille tamen perpeſſi.*

M. Cato e-
mendatus.

Verba sunt ex oratione M. Catonis pro Rhodiis dicta:
sed verba manifesta. Lego, *Cogitate quânto nos privatim
cautius facimus*. Accidis iis quæ ex inepta repetitione syl-
labæ redundarant. Quin vera hæc correctio sit, non am-
biget, quisquis sententiam & cetera Catonis verba per-
videbit.

Cap. eodem:

*Nam cùm objiceretur, inquit, Rhodiensibus, quòd bellum po-
pulo Ro. facere voluiſſent: negavit penè. Sed iſtoſci popo-
ſcit, quia id non feciſſent, eſi maxime voluiſſent.*

Expleta
Agellii
verba.

Scribe & interpunge, *negavit penè: sed ignoſci*. Retra-
cta syllaba, quæ effugerat.

Ibidem:

*Veneri ſe oſtendit ne partes gaudiis atque lèritiâ rerum ge-
ſtarum proſperè, de ſtatu mentis ſuæ deturbati non ſciſ
conciperent, neque ad rectè intelligendum conſulendumque
eſſent idonei.*

Conſipere,
in Agellio
& Livio.

Scripſerat, *conſipere*; verbo antiquis uſato. Adſipio,
Præſipio. Viſum aliter imperiis; qui idem verbum in Li-
vio non conſoxxerunt. lib. V. *Romani ex arce pleſium hoſti-
um urbem cernentes, cùm aliâ atque aliâ parte nova aliqua
clades oriretur, non ſolùm inenibus conſipere, ſed ne auribus
quidem atque oculis ſatis conſtare poterant. Nam vulgo ubi-
que leges conſipere.*

Lib. VII. cap. XVIII.

*Hæc eorum fraudulenta calliditas tam eſſe turpis & ſtimata
eſt ut cõtempti vulgo diſcriptique ſint: Cenſoresque eos
poſtea omnium notarum & damnis & ignominiaſſe-
runt.*

Deſcripti.
& falſa
hoſtoria ex
lèſione
vulgi.

Loquitur de captivis duobus qui fraudulentò in caſtra
reditu, ſolutos ſe religione juramenti interpretabantur,
quod Annibali præſtiterant. Sed quid? Diſcripti eſſi
& in-

& interfecti? Falsa historia, ex Livio Lib. xxiii. & Agellio ipso. Scribamus, *contempti vulgò diffretique sint*. Diffretus sive Despretus, prætèa vox. Festus, *Despretus, valdè sfretus*.

Lib. iv. cap. ix.

Massurius autem Sabinus in Commentariis quos De indigenis composuit Religiosum est, inquit, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est.

Probabilis, me iudice, Massuriani libri titulum fecero, *De indigitamentis*. Qui aptus ad religionem & sacra. Ita certè C. Flacci librum nominat Cenforinus cap. ii. argumento scilicet eodem. Quæ prætereà notata mihi in hunc scriptorem, dicam alio loco.

Titulus libri repòsitus.

CAPUT VIII.

De Frumentatione, accurata conlectanea. Ejus origo prima. Indicatum in Livii loco mendum. Appiani in Gracchi lege apparens error. Sallustii insignis emendatio. Mensura servorum. Clodi Annonaria lex. Recensus populi, & in eà voce Suetonius correctus. Dionis error in tempore Recensus Augusti. Persius explicatus & Plinius. Ambigua Capitolini lectio. Calius in Epistolis ad Cicir. correctus bis. De origine Præfetti & Curatorum annonæ. Minutia Frumentaria. Appulejus emendatus. Panis gradilis, & alia compluria.

SIQUA res alia, ex quâ intellegi magnitudo & opes populi Romani possit: ea, me iudice, Frumentatio est. Sic appello gratuitam in plebem annonam, Græcis *σταισιον* dictum. Is mos quia non planè innotuit & interest ut innotescat: quæ de eo sparlum legi, proponam hoc capite, & complectar uno velut fasce.

Frumentaria largitio antiquissima apud Romanos; & ferè semper conciliandæ plebi. Livius adhibitam ostendit statim post reges ejectos. *Multa, inquit lib. ii. blandimenta plebi per id tempus ab Senatu data. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi alii in Volscos, alii Equos.* Plinius libro xvi. ejus originem ad Manium Marcium Ædilem refert. *Manius Marcius, ait, Ædilis plebis primum frumentum, populo in modios assibus donavit. Lego, primus.* Et idem fecit non multò post in cæde Mæliana Minutius: de quo sic Livius libro iv. *L. Minutius bo-*

Origo Frumentationis.

Qui Primi dederint.

Suspectus de mendo Livii locus.

T t

ve au-

Li xviii.
cap. iiii.
& lib.
xxxiv.
cap v.

Divisiō
frumenti
per Aediles

Prima
Frumentaria
leges.
C. Gracchi
lex.

Appiani
patris can-
ta scriptio.

De aurato extra portam Trigeminam est donatus, ne plebe quidem invidia, quia frumentum Melianum assibus in modios aestimatum plebi divisit. Ubi bovem auratum non sine suspitione corrupti loci lego. Primum, quia Plinius duobus locis, non bove, sed statua donatum eum scribit extra portam Trigeminam, stipe collata: deinde, quia non persuadeor rudi illa ætate statuas fuisse auratas; quas multis annis post Romæ non legimus. Imò Livius libro xl. Valerius lib. ii. Ammianus xiv. notant, Statuam auratam nec in urbe nec in ullâ Italia parte visam, priusquam à M. Acilio Glabrione patri poneretur in ade Pietatis. Id fuit anno V. dclxii. Adde vetustum meum codicem, qui præfert, Minutius dñ auro. Correctionem tamen nunc non eruo. Nisi si, bove & agro. Postea divisum frumentum sapius, & ferè semper ab Aedilibus: quorum videtur fuisse ea cura. Livius lib. xxxi. Aediles frumenti vim ingentem, quod ex Africa præconsul Scipio miserat, quaternis æris populo cum summa fide & gratia dividerunt. Eodem libro: Annona quoque eo anno pervilis fuit. Frumenti vim magnam ex Africa advectam Aediles curules binis æris in modios populo dividerunt. Libro xxxiv. Aediles curules Fulvius nobilior & C. Flaminius tritici decies centum millia bonis æris populo dividerunt. Hæc antiquitus. Cùm largitio ea omnis voluntaria adhuc esset, & in arbitrio, ut opinor, Senatus.

Exorti mox Tribuni, qui per hanc occasionem, gratiam & opes sibi quæsierunt apud plebem. Leges tulerunt, quibus non incerta, ut antea, sed perpetua staturaque frumentatio esset. Princeps ejus facti C. Gracchus, qui præter alias, vulgo non optimatibus gratas leges, unam tulit, ut frumentum plebi è publico daretur, modico aliquo pretio definito. Pretium dico definiisse Gracchum: aliter quàm sensisse videtur Appianus lib. i. Bellorum civil. Καὶ ἀειφασέσθαι, inquit, αἰρεθεὶς ἐυδὺς ἐπεβάλλει τῇ βουλῇ, σιτηρέσιον ἔμμενον ὁρίσας ἐκάτω τῶν δημοτῶν ἀπὸ τῶν κτηνῶν χρημάτων, & ἀπὸ τεργυρίου εἰσθεὶς ἀφιδδοῦν. Errat Græcus scriptor, si putat idem Gracchi ætate fuisse, quod suâ: nec pretium ullum dictum publico frumento. Errat. Nam pretium eâ lege in modios definitum semis & triens. Epitoma Livii lx. C. Gracchus Tiberii frater perniciosas aliquas leges tulit, inter quas Frumentariam, ut semisse & triente frumentum plebi daretur. Nec alia re tam popularis Gracchi lex, quàm quod ex incerta largitione fecit certam: & in perpetuum prospexit alimentariæ plebi. Plutarchus breviter eam legem attigit, & vim tamen expressit. Nam ait latum à Graccho σιτηρὸν νόμον ἐκ βασιλευσάντων τῶν ἀγροῶν frumentariam legem, quâ pretium imminuit annonæ. Tenuit, ut existimo, ea Gracchi lex ad tempora Sullæ. Is Dictator, ut jura

jura pleraque Tribunatus, sic videtur sustulisse hanc Tribunicam legem. Colligo, quoniam mortuo eo, & Tribunis restitutis, alia aliqua similis lex ab optimatibus lata videtur, placandæ plebi. At opus alia non fuisset, illa permanente. Marcius Tr. pl. in Oratione apud Sallustium sic loquitur: *Mithradatem, Sertorium, & reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis: absit periculum & labos, quibus nulla pars fructus est. Nisi fortè repentinà istà frumentariâ lege munia vestra pensantur: cum tamen qui his modis libertatem omnium aestimavere, hi profectò non ampliùs possunt alimentis carere. Namque utilis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires, sic ut neque absolvi curâ familiari tam parva res possit: & ignavissimi quique tenuissima spe frustrantur.* Corruptissimus locus; cui feliciter medebor pro parte. Scripta lectio, *qua tamen quin is modis libertatem omnium aestimavere, qui profectò non ampliùs possint alimentis carceris.* Emendo, *qua tamen quin is modis.* Egrege, & magno momento ad historiam. Lex illa frumentaria menstruum definiebat in capita, non plus quinque modios. Id calumniatur Tribunus; & ait exiquum eum modum esse, ferè comparandum cum alimentis carceris, quorum tenuitas ut mortem prohibet, ita vires non auget. Constat mihi de hac sententia, non prorsus de reliqua scriptura: quam sic concipio: *qua tamen quin is modis libertatem omnium aestimavere. Qui profectò non ampliùs prosint alimentis carceris.* Namq; ut illis, exiguitate mors prohibetur, senescunt vires, & c. reliqua enim non possunt. At in istis scio me aut attigisse veram emendationem, aut habere sub ictu. De alimentis carceris, quæ diaria item dicebant, vide Senecam partem lib. ix. controversia quarta. Et herclè de quinque modis non injuria indignatur Tribunus: quoniam id menstruum etiam vilissimorum servorum. Seneca Epist. lxxxix. *Ille qui in scena elatus incedit, & hac resupinus dicit:*

*Imperito Argis regna mihi liquit Pelops
Quà ponto ab Helles atque ab Jonio mari
Urgetur Isthmos.---*

servus est, quinque modios accipit, & quinque denarios. Sed ista ipsa lex, de qua Marcius, ambigo an perlata. Vix videtur. Quia non ita multò post alia Frumentaria exorta, cujus ferundæ auctor M. Cato. Plutarchus id notavit duobus locis, cujus verba digna adscribi. In Catone: *Ο Κάτων φορηθεὶς ἐπεισε τὴν βελὴν ἀναλαβεῖν τὸν ἀπορὸν καὶ ἀνέμενον ὄχλον εἰς τὸ σιτηρέσιον. ἀνάλωμεν μὲν οὐτὸ ἐν αὐτῷ & χελίαν καὶ ἀλακοσίαν καὶ πενήκοντα πελάντων.* Et iterum in Cæsare: *Ο Κάτων ἐπεισε τὴν σύγκλητον δρῶν καὶ σιτηρέσιον ἐμμελῶν. ἐξ ἧς διαπάντες μὲν πενηκοσίῃ πενήκοντα μυριάδες εὐαίστοιοι ἀρσενέωντο τοῖς ἄλλοις αὐτῷ*

*Sulla at-
rogat frum-
mentariam
legem.
Optima-
res aliam
ferunt.*

*Sallustius
corruptus.*

*Diaria, iis
quin car-
cere.*

*Menstruum
servorum
quale.*

*Irrita opti-
mæ lex.*

*Frumenta-
ria lex, à
Catone.*

** id est,
trecenties
sestertia.*

*& postre-
rior locus
ad hanc
summam
redigendus*

ἀόριστοι. Notanda Plutarchi verba, & in iis summa pecuniæ annua in frumentum. Addit idem scriptor suam eam legem à Catone, metu C. Cæsaris. Qui cum, oppressa conjuratone Catilinæ, plebem spectaret & res novas : visum Catoni potius, honesta largitione plebem facere Senatus. Sed ea ipsa optimatum lex aut lata non fuit, aut certè non rata. Successit enim P. Clodii sub idem tempus tribunicia : de qua Asconius in Miloniana his verbis: *Annonariam legem tulit, quæ summè popularis fuit, ut frumentum populo quod antea semisse eris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur.* Clarum ex iis Asconii, post Gracchi legem, Frumentariam nullam firmam fuisse: & cum ea post Sullam jacuisset, successisse hanc Clodii, quæ largitione vicit omnes superiores.

Eadem lex
vixit.
Clodii an-
nonaria.
lex.

Frumenta-
ria res sub
Imp. & ca-
piendum
numerus.

Numerus
frumentā-
rium sub
C. Cæsare.

Quid pro-
priè Recen-
sus.

Suetonius
c. medius.
in eo expli-
cando vult
esse error.

Ita ventum ad Imperatores. Ii Clodianam legem re-
tenuerunt, spreto nomine : & instituta Romæ perpetua
Frumentatio, non alibi tam effusè usurpata in ulla rep. ul-
lius ævi. Varia tamen addita & mutata. In primis de nu-
mero accipientium, certum aliquid sub Imp. reperio, non
anrè. Clodii lege an omnes cives acceperint, an certo nu-
mero inclusa ea liberalitas fuerit, ignoro : Julius Cæsar
sanè Dictator numerum definivit, quem expressit Suetoni-
us cap. XL. *Recensum populi nec more, nec loco solito, sed
vicatim per dominos insularum egit : atque ex viginti trecen-
tisque milibus accipientium frumentum ad centum quinquaginta retraxit.* Ac ne qui novi cœtus recensitionis causâ move-
ri quzndoque possent, instituit quotannis in demortuorum lo-
cum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætorie fie-
ret. Ex eo loco videtur Cæsar reduxisse veterem nume-
rum : qui per bella civilia confusè creverat, & in immen-
sum. Nam ut homo popularis minus fecerit quàm priscæ
lege & more solitum : non credo. Dio Cassius lib. XLIII.
elegantè : καὶ τὴν πληθύνει τὴν τὸ ὄντιν φέροντων ἐπὶ μὲν
κατάγειν, & πρὸς δίκην, ἀλλ' ὡς περ ἐν ταῖς σέβασιν εἴωθε γίνεσθαι,
ἐπαυξήσαντες, ἐξέλασιν ἐποιήσαντο, καὶ τὰς γε ημίσεος οὐκ ἐν
τῶν ἀποκλήψε. Nota etiam mihi, quod Suetonius ait,
Recensum. Benè & propriè, ut amat, ille scriptor. Non
enim censum aut lustrum egit Cæsar, (& Plutarchus, qui
id putat, nec plura quàm centum quinquaginta millia ci-
vium superfuisse civilibus bellis, deus bone, quàm errat!)
sed recensum, id est, examen & disquisitionem brevem in
eos qui jure aut injuria cepiebant publicum frumentum.
Ita observo Suetonium uti eo verbo. Ut in Augusto,
cap. XL. *Populi Recensum vicatim egit : ac ne plebs frumen-
tationum causâ, &c.* scribe omnino, *Populi recensum.* Nam
subdit statim de frumentatione. Censum, contra morem
veterem, nec Cæsar nec Augustus egerunt vicatim, ut
alias

aliàs clarè docebo , & tollam errorem historiæ communem. Recensum hunc Augusti , quem verbo attingit Suetonius , nimium clarè explicat Dio lib. LV. Ο δὲ Αὐγύστος , inquit , τὸ τῶν δῆμος τῶ σιτοδοτῶν πλῆθος ἀόριστον ὄν εἰς εἴκοσι μυριάδας κατέλειπε , καὶ ὡς γὰ πλεονάζοντες , καὶ ἕνα ἐξήκοντα ὄραχμᾶς ἰδόμεν. Ita Augustus , qui inter firmamenta imperii habuit Annonam (Tacitus id arcanum non tacuit lib. I. *Ubi militem donis , inquit , populum annonâ , cunctos dulcedine otii pellexit.*) Auxit numerum eorum qui frumentum caperent , & reduxit ad millia ducenta. Id , præter in Dione , disertè scriptum aut sculptum in lapidibus præcis qui Ancyræ conspiciuntur in Asiâ minori : quibus comprehensum Breviarium rerum gestarum Augusti. Ait ibi de se Augustus : CONSUL. TERTIUM. DECIMUM. SEXAGENOS. DENARIOS. PLEBI. QUARTUM. FRUMENTUM. PUBLICUM. ACCEPERAT. DEDIT. EA. MILLIA. HOMINUM. PAULO. PLURA. QUAM. DUCENTA. FUERUNT. Vide quàm hæc convenienter ad Dionem , etiam in pecuniæ summa , quam tamen ut ambiguum ponit Dio. Tempus etiam ejus recensensus ex lapide clarum , videlicet in XIII. consulatu Augusti : at Dio aliquot annis antè posuit , C. Antistio Vetere , & D. Lælio consulibus. Mirum , nisi Augusto de se credendum , præ Dione. Ducenta igitur millia frumentantium sub Augusto. Ingens numerus : nec tamen in eo omnes cives. Multum abest , vix , inquam , decima civium pars. Nam census illâ ætate ordinarius , ad quadragens centum millia civium. Augustum secutus Tiberius , qui videtur ad eum numerum aliquid addidisse. Colligo ex Taciti loco lib. V. Annalium : *Isdem Consulibus gravitate annonæ juxta seditionem ventum , multaque & pleræ per dies , in theatro licentius efflagitata , quàm solium adversum Imperatorem. Quis commotus , incusavit magistratus patresque , quod non publicâ auctoritate populum coercuisset , addiditque quibus è provinciis , & quanto majorem quàm Augustus rei frumentariæ copiam advectaret.* Si auxit numerum frumenti , ergo & frumentantium. Credo idem fecisse alios Imperatores , & sine discrimine paulatim admissos omnes tenuiores cives. Affirmare id Seneca videtur , De Beneficiis lib. IV. cap. XXVII. *Frumentum publicum tam fur , quàm perjurus , & aduiter accipium : & sine dilectu morum , quisquis civis est.* Admissos , dico , cives : nec ingenuos solum , sed etiam liberos. Ea sententia est horum Persii versuum , Sat. V.

Libertate opus est. Non hac , quâ , in quisque , Velina ,
Publius emeruit , scabrosum tesserula far Possidet.

Auges numerum frumentantium Augustus.

Is numerus ex Dione & lapide ostensus.

Dionis in tempore error.

Non omnes cives in recensu. Tiberius auges idem.

Tandem omnes tenuiores cives capiunt.

etiam liberos. Persius. explicatus.

Emeruit, Publicus Velina: id est, ex servo factus est liber. Nam liberti, prænomen patroni capiebant, & à fine tribum: ut P. Licinius, Velina. Simul igitur, inquit, ac liber factus: possidet tesserulam frumenti Scholiaſtes: *Romæ erat consuetudo, ut qui ex manumissione cives efficiebantur, in numero civium Romanorum frumentum publicum acciperent.* Sicut & in congiario non minùs libertorum habita ratio, quàm ingenuorum. Adi Suetonium in Aug. cap. XLII.

Etiā Judæi.

Quin Judæos ipsos admissos ad frumentarias donationes ab Augusto, Philo tradidit in Legatione ad Cajum. Crevit hic numerus multò magis sub Trajano optimo principi.

Trajanus etiam pueros addidit.

Qui etiam pueros admisit ad publica frumenta. Id factum ejus Plinius dilaudat multis, in Panegyrico: *Tu ne Rogari quidem sustinuiſti. Et quamquam letissimum oculis tuis eſſet, conspectu Romana pubis impleri; omnes tamen antequam te viderent, recipi, incidi jussiſti, ut jam inde ab infantia parentem publicum munere educationis experientur.*

Plinius explicatus, & tabula frumentaria.

Quod ait, *recipi & incidi*, satis liquet tabulas publicas fuisse, in quibus nomina descripta eorum quibus deberentur frumenta.

Puerorum numerus.

Quas tabulas Iulius Cæsar commississe curæ Prætoris urbani videtur, ex verbis Suetonii quæ suprâ postea, nisi fallor, depositæ fuerunt apud Præfectum annonæ. Numerus puerorum, quos aluit Trajanus, expressus ab eodem Plinio: *Paulò minùs*, inquit, *quinque millia ingenuorum fuerunt, quos liberalitas Principis nostri conquisivit, inveniit, adſcrivit.*

Auxilium Antonini.

Hadriano placitum id exemplum: qui etiam pueris ac puellis (verba Spartiani sunt) quibus Trajanus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis adiecit. Et Antonino, qui numerum videtur auxilisse: si recte intellego

Ambigua Capitoli lectio.

Capitolini hæc verba: *Ob hanc conjunctionem pueros & puellas novorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præcepit.* Dubito, num ibi legendum, *pueros & puellis novem annorum.* Moveor loco altero ejusdem Capitolini in Pertinaſce: *Alimentaria compendia, quæ novem annorum ex institutis Trajani debebantur, obdurata verecundia sustulit.* Potest intellegi, fateor, deberi alimenta à novem retrò annis: sed

Per quos distribuitur id frumentum.

Olim per Aediles.

blanditur mihi altera expositio, quæ firmari videtur Suetonii loco in Aug. cap. XLI. *Congiaria populo frequenter dedit: ac ne minores quidem pueros præterit, quamvis non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consuevisent.* Si annorum numerus definitus ad congiaria: quid ni ad frumenta? Et pono hoc tamen ambigens, non adfirmans. De numero, & iis qui acciperent, hæcenus scio.

Dicam nunc de iis qui distribuerunt. Lubricus locus, & quem velim percursum sine lapsu. Antiqua rep, distributio frumenti penes Aediles: clarum ex locis Livii, qui suprâ. Etiam custodia, Livius lib. XXXIII. *Sardiniam perdomitam nunciat*

nunciat Partibus: & stipendium Quaestoribus, frumentum Aedilibus, captivos Fulvio Praetori tradidit. Mutatum id videtur lege Gracchi: certe Clodii. Argumento firmo ex lege quādam quam C. Curio proposuit sub bellum Caesaris civile. Caelius in Epistola ad Ciceronem: *Legemque Viariam, non dissimilem agrariae Rulli & Alimentariam, quas jubet Aediles metiri, jactavit.* Ubi scripserim, *Vineariam*; ut lex Curionis ad divisionem vinearum pertinuerit (quae in Italiā & Campaniā praesertim multae) sicut illa Rulli ad agrorum. Aliis placet, *Vinariam*. Sed quae comparatio erit vini ad agros? & repugnat ipsa res, sicut in viis. Lego etiam, *qua jubet Aediles metiri*. Ecce, mentionem frumenti ad Aediles revocat lex Curionis: frustra, si Gracchi, ait Clodii lege apud eos relicta. Verius est, per Tribunicias eas leges, rem ad Frumentarios translatam, aut ad certos, quos elegerint, Curatores. Ad C. Caesar potens rerum, Curionis legem vestigiis persecutus, supra legitimum numerum creavit Aediles duos qui frumento praesent: quos ea re dixit, Cereales. Pomponius auctor, De origine juris, & Dio lib. XLIII. Sed non diuturna his haec cura, successitque Praefectus annonae. Ejus origo non dubie (ut ego quidem sentio) anno urbis DCCXXXII. M. Marcello & Arruntio Coss. Cum enim tunc caridissima annona, & jam fames esset; plebs cum XXIV. fascibus accurrit ad aedes Augusti, & magna vi dictaturam obtulit; & exemplo Cn. Pompeii Praefecturam annonae. Dictaturam sprevit: admisit Praefecturam: & eo jure praeditus, Duumviros creari jussi ex iis qui Praetura ante quinquennium functi, quorum esset divisio & distributio annonae. Dio Cassius libro LIV. initio: *Και Ἀβ. 85. τὸ πρῶτον* (intellege *ἐπιμέλειαν τῆς σίτης*) *ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ἐδίδουσαν*, καὶ οὐκ ἔτι διὰ τὸν ἀνδρὸς τὴν ἀποκρίναι πρὸς ἐπὶ τῶν ἐσθλῶν τιμῶν τῶν σίτης ἀποκρίναι κατ' ἐπὶ αἰρεσίᾳ. Ita eodem anno instituta etiam Cura frumenti dividendi. Intellegi hoc novum munus Suetonius voluit, in Aug. cap. XXXVII. *Quo plures partem administrandae reip. capeferent, nova officia cogitavit; Curam operum publicorum: Viarum: Aquarum & alvei Tiberis: Frumenti populo dividendi.* Nec aliud sensit in Tiberio, cap. VII. *Interque haec duplicem curam administravit, Annona, quae antea inviderat: & repurgandorum tota Italia erga stulorum.* Nisi tamen, abdicante Augusto, Praefectum fuisse volumus Tiberium. Saepè etiam in lapidibus incisum, CURATOR ANNONAE. His lictores & accensi, & imago magistratus fuit: ex Frontino, De Aque ductib. lib. II. *Lictores binos, & servos publicos, & scribas, & librarios, accensos praeconesque totidem habeant, quot nuper quos frumentum plebei detur.* Mansit id munus ad extrema tempora, numero tamen ab Augusto

Caelius correctus bis.

Lex vinearia.

Initium Praefecti annonae.

Duo Curatores annonae dividendae.

Conjectura in Suetonio.

Quatuor
facti Cura-
tores, &
plures.
Præfectorum
annonæ
sumpta ab
antiquis.

gusto aucto. Quadriennio enim post, cum duo non viderentur huic functioni pares, Quatuor viros sorte eligi iussit ex iis qui ante triennium Prætores: eosque ordine preesse voluit frumento publicè dividendo. Vide, si lubet, Dionem eodem libro LIV. Hæc origo Præfecti annonæ, hæc Curatorum. Et exemplum quidem ab antiquis. Apud quos L. Minutius, & Cn. Pompejus eo titulo ac magistratu: sed hoc interfuit, quòd illis extra ordinem & ad breve tempus data ea dignitas; quæ ab Augusto ordinaria facta & perpes. Successit, ut opinor, Augusto C. Turranius: de quo sic Tacitus lib. I. Annalium: *Sex. Pompejus & Sex. Appulejus Consules primi in verba Tiberii Cæsaris juraverunt apudque eos Sejus Strabo, & C. Turranius, ille Prætoriarum cohortium præfectus, hic Annonæ.* Ex quibus verbis, & ex ordine jurandi satis clarum, inter primas fuisse eam dignitatem Cassiodorus sanè eam proximam facit à præfectura urbis. Sed evolvit tamen postea: & scribit ecce Boëthius lib. III. De Consolat. *Siquis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur: nunc eam Præfecturâ quid abjectius?* Munera Præfecti annonæ Cassiodorus explicat lib. VI. Variar. & Seneca De Brevitate vitæ, cap. XVIIII, & XIX. eleganter. Alloquitur Paulinum qui Præfectus Annonæ (etsi ambigua ea historia) sub Claudia: *Tu quidem, inquit, orbis terrarum rationes administras, tam abstinenter quàm alienas, tam diligenter quàm tuas. Sed tamen, mihi crede, satius est vitæ suæ rationem, quàm frumenti publici nosse.* Et statim: *Simile tu putas esse, utrum cures ut incorruptum à fraude advehentium & negligentia frumentum transfundatur in horrea, ne concepto humore vitietur, & concalasciat, ut ad mensuram pondusque respondeat: an ad hæc sacra & sublimia accedas,* &c. Alter utrum sanè est, aut Præfectus frumenti hic Paulinus fuit, aut Curator.

Quomodo
distribu-
runt.

Tessera
frumen-
taria.

Distribuebant igitur Curatores. Ratio distribuendi per tesseras erat. Non enim frumentum ipsum à Curatoribus, (vile id & magnarum molestiarum munus fuisset) sed tesseras frumentarias sive symbola quædam in ligno aut plumbo capiebant: quibus acceptis, ire iis licebat ad horrea publica peritum frumentum. Et de ligno quidem in Tessera ludorum palam est in Dione bis terque: de plumbo aut alio metallo cur non liceat suspicari? Certè lex quinta Cod. Theodos. de *Annonis Civici* ostendit & ex ære fuisse. Atque istæ Tesserae: quas, si frumenti non egerent, aut alia de causâ, vendebant.

Juvenalis:

*Summula ne pereat, quâ vilis tessera, venit
Frumenti.*

De

De hisdem tesseris, aliquot locis Jurisconsulti: ut Ulpianus: Si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit testator; apparet ex genere comparationis Romæ id fideicommissum præstandum. Et Paullus: Si Titio tessera frumentaria legata sit. Nescio an has tesseras soliti accipere ad Minutiam frumentariam. Verisimile quidem est certum ei rei designatum locum; & de Minutiâ, suspicandi auctor nobis Appulejus, libello De muudo: *Alius ad * Minutiam frumentarium venit, & aliis in judiciis dicitur dies. Reus ita purgandi se necessitate, ut sectandi studio accusatur. Venit ille moriturus, ad supplicii locum ducitur: hic ad convivii repotia vespertinus commissator adveniat. Quem emendo, Reus ita purgandi se necessitate, ut sectandi studio accusator venit. Ille moriturus ad f. l. ducitur.* Sanè cognomen ipsum indicat, eò loci aliquid fuisse frumentariæ rei. Nam duplex Minutia, sive Minitiâ (anceps enim in libris scriptura est), nominatur Victori & Sex. Rufo. Minutia vetus, & Minutia frumentaria, utraque regione ix. urbis ad Circum Flaminium. Lampridius etiam in Commodò, *Herculis signum æneum in Minutiâ per dies plures sudavit.* Nomen ei videtur sive à Minutio primo Frumentariæ rei Præfecto, sive à Deo Minutio, cujus inibi ara. De quâ vide Festum. Lego & in lapidibus præscis, CURATOR. AQUARUM. ET. MINICIÆ. TIBERIS: nec satis intellego quid velint. Hoc de loco.

Tempus distribuendi eas tesseras, principium cujusque mensis. Jam inde à Graccho, ut opinor, quia largitio ejus menstrua fuit; & Appianus disertè ait, definiisse eum *αἱματώδεις ἐπιμύσεις*. Ex Suida colligimus solitum id fieri sub ipsas Nonas. Satis enim putidè Annonas derivat à Nonis, *αἱς αἰσὶ τῶν Νῆρας*, inquit, *ἡ δὲ ὀδύς*. Mutare eam consuetudinem tentavit Augustus, sed destitit propter adversam populi voluntatem. Suetonius cap. xl. *Ac ne plebs frumentationum causâ frequentius à negotiis advocaretur, ter in annum, quaternum mensum tesseras dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus ut sui cujusque mensis acciperet.* Locum dixi & Tempus: vellem possem Modum: qui non in Græca, non in Latina historia, usquam expressus. Si conjecturis agendum sit: crediderim, ut minimum, sex modios sive medimnum Atticum æcepisse eos in mensem. Quidni credam? Tribunus certè apud Sallustium optimates criminatur propter exilem largitionem modiorum quinque. Amplius ergo aliquid. Objici mihi menstruum militis potest: quod non plus quatuor modiis fuisse videtur, Polybii quidem ætate. Esto. Quis præstat, non id postea, sicut stipendium ipsum, auctum? Denique quid pagano, cum milite? Quatuor

T t 5

modi,

Locus ubi
ceperint.Minutia
frumentaria
vid.
* Piscina
ibi publi-
cæ & scor-
ta. vide
Socr.
Ecl. Hist.
v. c. xviii
Appulejus
correcit.Quando
distribu-
unt.
Nonis cu-
jusq; men-
sis.
Suida ri-
diculosa
acumen.Quantum
distribu-
unt
Conjectura
anceps de
modo.Militis
menstruum
quantum.

modū satis militi, qui solus, non circumductā uxore aut liberis : quomodo satis proletario civi, cui eo frumento pascenda domus tota ? In Suetonii Julio lego, cap. xxxviii. populo divisisse eum frumenti denos modios, & totidem olei libras. Ego valde vereor, ne ea menstrua largitio, sed extra ordinem fuerit. In lapide illo qui Ancyrae, gloriatur Augustus his verbis : CONSUL UNDECIMUM. DUODECIMUM. FRUMENTATIONES. FRUMENTO. PRIVATIM. COLUMPIO. EMENSUS. SUM. Res facta esset, si expressisset frumentationis modum. Non fecit, quia notus. In lapide illo exscribendo, ut pluriens, aberratum : & lego, FRUMENTO. PRIVATIM. COEMPTO.

Horrea
publica
Roma.

Tesseris acceptis dixi itavisse eos ad horrea : & verum est. Nam Romæ horrea, ad capiendum frumentum publicum, in quaque regione urbis plura. Numerum ex P. Victore inivi ad Trecenta & novem. Cognomina etiam plerisque addita ab auctore : *Horrea Aniceti, Varguntei, Galbiana, Domitiani Augusti, Sejani* : quæ & in Descriptione urbis reperiens, & in inspectionibus antiquis. Frumenta hinc reposita, posterior ætas ἀπλῶς dixit, Condita. Titulus est lib x. Codicis : *De conditis in publicis horreis*. Ibidem Valentinianus Imp. *Non prius ad id frumentum extendatur expensio, quod sub Præfecturâ tuâ Urbis horreis infertur, quam vetera condita fuerint erogata*. Corrige Spartianum ea voce, in Hadriano : *Laborabat præterea ut condita militaria diligenter cognosceret*. Vulgo, *condicta*, & interpres ibi Egnatius, verè dicam, blattis nugus. Condita enim militum, in horreis provincialibus : ut civium, in urbis. His horreis appositi Frumentarii mensores, qui populo admetiebantur : sic tamen, ut quisque, opior, ad horrea iret suæ regionis.

Condita,
quid.

Correxit
Spartianus.

Frumentarii.

Lucilius :

*Frumentarius est, modium hic secum atque rutellum.
Unum habet.*

Paullus De Excusat, tutorum, ait *Frumentarios mensores excusari à tutelâ, idque Præfecto annonæ Imperatores rescriptisse*. Frumentarii alia etiam significatio fuit, & sic dicti, qui ultrò citrò cursitabant per provincias, per domos ad frumenta conquirenda convehendaque. Græci eos *νυγφόρος* dixerunt, Latini alio nomine, Agentes in rebus. Adi de iis Turnebum lib. xiii. & Cujacii ad Codicem Notas.

Panis distributio
loco frumentis.
Quando ejus missio.

Et olim quidem frumentum ipsum datum civibus : postea coepit panis. Credo, quia id commodius visum in egenam plebem : quæ hac ratione operas & impensas historias faciebat lucri. Quando coeperit, non diserte scio : suspicor, in imperio Trajani. Præeunt mihi ad con-

conjecturam verba Aurelii Victoris hæc: *Romæ à Domitiano coepta fora, atque alia multa magnificè coluit ornavitque. Et annonæ perpetuæ mirè consultum, reperto firmatoque Pistorum collegio. Si collegium pistorum à Trajano, ad commodandum annonæ: ergo & panis. Juvat aliquantum & Juvenalis, qui illi ætati compar:*

----atque dum tantam res anxius optat

Panem & Circenses.

nominat enim ecce, panem. In epistola Aureliani Imp. ad Præfectum annonæ scriptum est: *Inter cetera, quibus, disfaventibus, Romanam rem juvimus, nihil mihi est magnificentius; quàm quòd additamento unciæ omne annonarum urbicatum genus juvi. Et in ejus vitâ: Panibus urbis Romæ unciam de Ægyptio vestigali auxit. Zosimus de hoc ipso: Præter hæc & panum honorario munere populum Rom. donavit. Cassiodorus lib. VI. Variar. in Formula Præfecti annonæ, solum panem agnoscit. Tui siquidem Studii est, inquit, ut sacratissimæ urbi præparetur annona, subique redundet panis copia, & tam magnus populus tamquam una mensa satietur. Per officinas pistorum cibosque discurreis, pensum & munditiâ panis exigis: nec vile judicas, unde te possit Româ laudare. Hic panis, qui vicarius frumenti, distribui in gradibus solitus: unde panis gradilis dictus. Titulus est lib. XIV. Codicis Theodosiani: De annonis civi- cibus & pane gradili. Sed scio quàm id sequius interpretati magni viri. Prudentius lib. I. contra Synmachum:*

Omnis qui celsa scandit cœnacula vulgus,

Quique terit silicem variis discursibus atram,

** Et quem panis alii gradibus dispensus ab altis.*

A tribus notis describit humilem plebem, quòd in alto habitaret; quòd pedibus incederet, non lectica ferretur; quòd aleretur publico pane gradili.

Idem Poëta:

Quis venit esuriens magni ad spectacula Circi?

Quæ regio gradibus vacuis jejunia dira

*Sustinet? Aut quæ * Funiculo mola nota quiescit?*

Unde amplius disco, videri in singulis regionibus urbis (XIV. fuerunt) gradus erectos fuisse ubi hæc divisio. Nec scio tamè an in gradibus ipsius Palatii. In Suida enim lego genus panum, Palatinos ab hac causa dictos: Πα- λατιοί, inquit, ὡς ἀπὸ τῶν ἑσφιλιμῶν οὐκ ἐστὶν ὁ δῆμος Κοινῶς τῶν ὁ μέρους καὶ δι' ἐπὶ τῶν γράδων, ὡς οὐνόμαστος ἀρὲς, οἱ αὖ ἐν τῇ τῶν γράδων. Sive etiam in aliis: quia omnia congraria & donativa sic dari solita, ut videmus in Num- mis. Res ipsa id suadebat, ut scilicet in loco altiori exem- ti & secreti distributores essent à premente turba. Ne- scio

*Vide de pi-
storibus
Cujasium
ad lib. XI.
Eod.*

*Ubi distri-
bui solitus
hic panis.
Panis gra-
dilis unde
dictus,*

** Adde
Cassio-
dor. lib.
IX. Vari-
ar. epist. V.*

** Proco-
pius lib.
I. De bel-
lo Gothi
notat om-
nes
molas ad
Ianiculi
radices in
Tiberi
fuisse.*

*Congraria
in gradibus*

scio an hujus sententię sit, quod Romę legi in marmore,
hortis Medicęis:

COLLEGIO. DENDROPHOR.

ROMANOR. QUIBUS. EX

S. C. COIRE. LICET. ARGENTI. P. X. ET. HC.

X. MILIA. N. REDDEDIT.

QUÆ. DIVISA. SUNT. POPULO. PER. GRADUS. KAL.

AUG. N. COLLEGI.

Unde ad-
vehi solitū
id frumen-
tum.

Dixi omnia, quæ ad distributionem. Quæres non imme-
ritò, unde hæc tanta vis frumenti? Dico, è provinciis,
è Sicilia, Sardinia; & præsertim Africa atque Ægypto,
quæ bina horrea populi Romani. Tacitus lib. XII. An-
nalianum: *At herculè olim ex Italia regionibus longinquas
in provincias comineatus portabant: nec nunc infecunditate
laboratur, sed Africam potius & Ægyptum exercemus, na-
vibusque & casibus vita populi Rom. permixta est.* Elegan-
ter Varro lib. II. De R. R. * Igitur quod nunc intra

* Similli-
ma quere-
la Colum-
mellæ
lib. I.
Præfat.

Ægyptus
tributaria
facta, dam-
nata in
magnum
numerus
frumenti.

murum ferè patres familiae correpperunt, & manus movere
maluerunt in theatro ac circo, quàm in segetibus ac vinetis:
frumentum locamus qui nobis advehat, qui saturifiamus ex
Africa & Sardinia, & navibus vindemiam condimus ex insu-
lâ Coâ & Chiâ. Ægyptum tacuit Varro, quia tunc non-
dum in provinciam redacta. At tributaria illa facta ab
Augusto: unicum fuit subsidium habitum annonæ. Pli-
nius in Panegyrico: *Percrebuerat antiquitas urbem nostram
nisi opibus Ægypti ali sustentarique non posse: superbiebat
ventosa & insolens natio, quod victorem quidem populum,
pasceret tamen; quodque in suo flumine, in suis manibus vel
abundantia nostra, vel fames esset. Refudimus Nilo copias
suas, recepit frumenta quæ miserat, deportataque messes re-
vexit. Discat igitur Ægyptus, credatque experimento,
non alimenta se nobis, sed tributa præstare.* Ideo classis
Alexandrina, ut existimo, instituta ab ipso Augusto,
quæ quotannis adveheret frumentum. De ea classe,
præter alios, Seneca Epist. LXXVIII. *Subito nobis ho-
die Alexandrinæ naves apparuerunt, quæ præmiti solent,
& nunciare secuturæ classis adventum: tabellarias vocant.
Gratus illarum Campaniæ adpectus est. Omnis in pilis Pu-
teolorum turba consilii, & ex ipso genere velorum, Alexan-
drinas, quamvis in magnâ turba navium intellegit: Solis
enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent na-
ves. Cum intravere Capreas, & promontorium ex quo*

Classis A-
lexandrina
ab Augu-
sto, argu-
mento cap,
XCIX. in
Suetonis
Aug. vide.

Alia procelloso speculatur vertice Pallas:

*ceteræ velo jubentur esse contentæ, supparum Alexandrina-
rum insigne* * [indiciū] est. Et satis indicat Puteo-
los folere appellere: sicut & Statius in Propemptico
Metii Celeris:

* Glossæ
ita idē
o. v.

--- modo

---- modò nam, trans aquora, terris

Prima Dicarchæis Pharium gradis attulit annum.

Prima salutavit Caprius, & margine dextro

Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.

Hæc classis servit postea Byzantio : relicta Romanis sola Africana. Apud Claudianum De bello Gildonis, Roma ipsa facundè sic queritur :

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere:

Ut dominam plebem bellatore, exque Senarum

Classibus æstivis alerent, geminoque vicissim

Luere diversi complerent horrea venti.

Stabat certa salus; Memphis si fortè negaret,

Pensabam Pharium Getulis messibus annum.

Frugiferas centare rates, lateque videbam

Punica Niliacis concurrere carthiasa velis.

Cùm subito par Roma mihi, divisaque sumpsit

Æquales Aurora togas. Ægyptia rura

In partem cessere novam : spes unica nobis

Restabat Libye.

Quæ divisio indubiè instituta ab isto Constantino cùm imperium transferret. Zosimus libro 11. Abellorum curis vacans, populo publicani annonam distribuit, quam & ad hoc ævi semper habuit. Sed vicem tamen detractæ Ægypti supplere Macedonia sæpè videtur, ut colligo ex Symmachi

Epistolâ LV. libri III. Ager qui me tenet Tiberim nostrum jundo aquis latere prospectat. Hinc libens video quid æternæ urbi indies frugis accedat, quid Romanis horreis Macedonicis adiciat commeatibus. Et de modo quidem frumenti, qui ex Ægypto tempore Augusti, Aurelius Victor mihi suggerit in Principis ejus vita : Hujus tempore, inquit, ex Ægypto, ubi annua ducenties centena milia frumenti inferebantur, ubi vox vel littera potius M. inferenda, quæ Modium notet. Etiam de Africano, Plutarchus in Cæsare ; Ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐπαύλας εἰς τὸν αἰῶνα δὲν Ἀφρὴν, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῆς νίκης ἀμειψαντοῦσθαι τοῖς τὸν δῆμον, ὡς παρὰ τὴν περὶ τῶν μὲν χαίρων, ἀπὸ παρὲν καὶ ἔκαστον εὐνοῦντο εἰς τὸν δῆμον, οἷα μὲν εἰκοσι μυριάδας Ἀττικῶν μεδύμνων, ἑκατὶ δὲ λισσῶν μυριάδας ἔστιν ποσὶς. Frumenta tamen ea, classem propriam non habebant : primus instituit Commodus. Lampridius, Classem Africanam instituit, quæ subsidio esset, si fortè Alexandrina frumenta cessassent. Nec verò solum è tributis hæc frumenta, sed si sterilitas alibi aut gravior annus, resp. emebat. Nummi argentei sunt Pisonis & Cæpionis, in quibus cernuntur duo viri inter spicas sedentes, cum inscriptione, AD FRV. EMV. EX. S. C. Plinius in Panegyrico : Devehunt ipsi quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit, nec novis indictionibus pressi ad vetera tributa desciunt.

Diviso

frumenti
facta inter
Romanos
& Byzan-
tinos.

A Con-
stantino
Magno.

Ægyptii
frumenti
modus.

Africano
modus.

Id est, fru-
menti CC.
M. medim-
num; olei,
tricies cen-
tena milia
librarum.
Classis A-
fricana.

Emi soles
à rep. fru-
mentum.

ficiunt. Emit fiscus quidquid videtur emere; inde copiae, inde annona, de qua inter licentem vendentemque conveniat. In Augusti lapide supra, FRUMENTO. PRIVATIM. COEMPTO.

*Universa
frumenta-
tio quot
modiorum.*

E provinciis ergo id frumentum. Sed modus universae hujus largitionis quis fuit? Videor sanè cum colligere posse ex verbis Spartiani in Severo: *Moriens septem annorum canonem, ita ut cottidiana LXXV. millia modiorum expendi possent, reliquit.* Cottidiana, ait, LXXV. millia modiorum. Quid dicam? Immensum, incredibile: & qui non stupeat ad has opes populi Romani, ipse stipes. Et tamen variè Canon is postea auctus. Canonem autem posterior aetas dixit, certum eum numerum frumenti qui in unâ aliquâ urbe quotannis absumeretur. Ita Canon Alexandrinus, Canon urbis Romae, urbis Constantinopolitanae, passim apud historicos inferioris aevi, & jurisconsultos.

*Canon
quis.*

*Oleum et-
iam civi-
bus dat.*

Nec verò frumentum solum gratuitum civibus fuit, sed etiam oleum & caro. Olei creber usus Romae, propter balnea cottidiana: idè largitio ea antiqua. Livius lib. xxv, ait Scipionem, cui post Africano cognomen fuit, cum *Aedilis esset, congium olei in vicos singulos dedisse.* Suetonius Caesarem, post Africanam victoriam, in capita denas olei litras. Dio libro XLIX. M. Agrippam in Aedilitate salem & oleum in populum distribuisse. Ut jure mirer, cur quasi rem novam in Nerone narret id Tacitus, lib. XIV. *Gymnasium eo anno publicatum, praebitumque oleum equiti ac Senatui, Graeca facilitate.* Sed dicam ibi. Quis perpetuum oleum illud fecerit, non inveni. Puto non vanè Severum Imp. Lampridius in Alexandro: *Oleum quod Severus populo dederat, quodque Elagabalus imminuerat, turpissimis hominibus Praefecturam annonae dando, in integrum restituit.* Spartianus in Severo: *Olei tantum reliquit, ut per quinquennium non solum urbis usibus, sed totius Italiae, quae oleo egeret, sufficeret.* Carnis dividendae principium ab Aureliano. Flavius Vopiscus in ejus vitâ: *Idem & carnem porcinae populo Romae distribuit quae hodieque dividitur.* Idè Suarii subjiciuntur Praefecto annonae apud Cassiodorum: *Suarii quoque, inquit, Romanae copiae causa reperti, duo deputati videntur examini.* Quorum mentio in lapidibus urbis, & Cod. lib. XI. Imò & vinum idem Aurelianus dare conceperat. *Statuerat, inquit Vopiscus, & vinum populo gratuitum dare, ut quemadmodum oleum, panis, & porcina gratuita praeberentur, sic etiam vinum.* En quò largitio.

*Caro por-
cina item
divisa.
Suarii.*

*Cur fre-
quentata
Roma.*

Non ergo mirum si multi appererent civitatem Romanam; & si inter, causas frequentatae urbis Appianus posuit *Τὸ συνηγεσθαι εὐ μὲν τῇ Πάμνι τῆς πένντης χορηγίας ἔργον*: (nam his quidem invitamentis facile sit frequentare vel Libyae deserta:) tamen displicita omnis haec largitio gravi auctori

atori Sallustio, cujus, De Rep. ordinandâ, præceptum ad Cæsarem exstat: Igitur provideat oportet, ut plebs largitionibus & publico frumento corrupta habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur. Etiam Augusto ipsi, qui aliquotiens cogitavit de tollenda, si fides Suetonio cap. XLII. Ut tandem annonæ convaluit, impetum cepisse se scribit frumentationes publicæ in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui. Nec plura ad hunc morem. In quo siquid benè & non è trivio sumptum dixi; gratia aliqua esto: si quid aliter, & si peccavi; quod olim Lentulus, præbeo suram.

Sallustius
de his anno-
nis judi-
cium.

CAPUT IX.

E Statii Papinii Silvæ decernina. Sacerdotes Salii repositi. Statuæ in honorem Cæsaris ex testamento.

DIVERTI nuper, laxandi animi causa, ad Statii Papinii Silvæ: & eas lentè perambulans decerpſi has quasi in quibusdam. Libro v. Epicedio in patrem:

Mox & Romuleam stirpem procereſque futuros

Inſtruis, inque patrum veſtigia ducere pergis.

Sub te Dardanius facis explorator operta,

Qui Diomedæi celat penetralia furti,

Crevit, & inde ſacrum didicit puer arma probare

Monſtratis aliis, præſagumque æthera certis

Auguriis, cui Chalcidicum fœs voluere carmen,

Lænea cui Phrygiæ coma flaminis, & tua multum

Verbera ſuccincti formidare vere Luperci.

Egregius & è media antiquitate locus: ſed partim confuſus turpiter, partim corruptus.

Emendo:

Crevit, & inde ſacrum didicit puer. Arma probare

Monſtraſti Salii,

Clara correctio. Laſcivit ſcilicet in laudis ſui patris Stati-
tius. Et è tuo, inquit, ſinu Romani proceres prodierunt,
rei divinæ periti & humanæ. Tu Pontificem, cui cura
& magiſterium Veſtaliū, docuiſti ſuos ritus: tu Salios, tu
Quindecimviros, tu Flamines & Lupercos. Hos enim om-
nes ſacerdotes verſibus aliquot æſchyleis: qui non ob-
ſcuri deinceps ex una hac nota.

Ibidem:

Protinus ad patrū reperis certamina luſtri,

Sacerdotes
Salii.

Vix

*Vix implenda viris, laudum festina : sed ut dux
Ingenii stupuit, primæva ad carmina plebes
Eubœa, & natis te monstrare parentes.*

Qui sententiam videt, facile sequetur me emendan-
tem :

Pœtica

Ptirafes.

Festinus

laudum,

& Audax

ingenii.

— laudum festinus, & audax

Ingenii stupuit primæva ad carmina plebes.

Eodem libro, carmine cui index, Abascanti pietas,

— tu limite cœpto

Tende libens, sacrumque latus geniumque potentem

Irrequietus ama, nunc quod cupis ipse videri,

De Capitolinis æternum sedibus aurum.

Quo niteat sacri centeno pondere vultus

Cæsaris, & propriæ signet cultricis amorem.

Verba sunt Priscillæ morientis : sed reverâ, ut nunc le-
guntur, glassaria mortualia, sine mente, sine sensu.

Corrigo :

Irrequietus ama. Nunc quod cupis ipse juberi,

Da Capitolinis æternum sedibus aurum,

Quo niteant s. Res vera est, quam tangit poëta, & vi-
sum illi innectere carmini suo partem testamenti Priscil-
læ. Damnaverat enim moriens maritum, ut statuat Cæ-
sar in Capitolio collocandam curaret ex auri pondo
centum. Mos sive adulatio illa ætate satis frequens. La-
pis in Hispaniis, Coloniz Aug. Gemellæ :

Mos ponē-
di statuas,
ex testa-
mento.

PIETATI. AVG.

L. LVCRETIVS. FVLVIANVS. FLAMEN

COL. IMMVNIVM. PROVINTIÆ

BÆTIC. PONTIÆ. PERPETVVS

DOMVS. AVG. T. P. I. EX. ARG. P.

Idest, Testamento poni iussit ex argenti pondo. Nume-
rus deest. Alius in eadem provincia lapis :

P. NVMERIVS. MARTIALIS. ASTIGITANVS

SEVIRALIS. SIGNVM. PANTHEI. TESTAMENTO

FIERI. PONIQUE. EX ARGENTI. LIBRIS. C.

SINE. VLLA. DEDVCTIONE. IVSSIT:

Quas inscriptiones, cum pluribus aliis, acceptas fero à se
& à majoribus nobilissimo viro, Augerio Busbekio, Cæ-
sar apud Gallorum regem legato. Cujus eximias lau-
des ne ut attingam quidem, fiducia mihi est in hoc loco.

CAP.

CAPUT X.

*Corrections aliquot in Seneca. Elogium ejus de Publii
versu emendatum. Glossema sublatum. Alia quædam
notæ melioris.*

DE Seneca philosopho diversi plerique ab arbitrio, quod, verè dicam, parum candidum est in Nôcturno scriptore. Et herclè meum judicium sit, ausim dicere ad formulam priscam, Benè appellatum, malè judicatum. Placet legitimis Censoribus ille vir. Nec rebus solùm, (cui enim non, si placet ipsa virtus ?) sed phrasi & genere dicendi. Quod aliud, ab optimo esse, non infiteor: cui tamen sua Venus sit, vel acumine sententiarum, vel frequentia & brevitate. In eo genere quia multa hodie non sana: quædam hoc capire

*De Seneca
Agellius
falso ju-
dex.*

Sanatum iri, meâ ego id promitto fide.
Fide paullo meliori, quàm in illo medico Plautino.

De Consolatione ad Martiam cap. IX.

Quidquam tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri ? Quod multis vides evenisse ? Egregium versum & dignum audi vi, est enim è populo:

Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

Publii Mimographi versus est. Sed corruptum de illo Senecæ elogium. Et sanè nîmùm diversa librorum vert. lectio, & dignum audi vi qui non è populo heri & cuius potest accidere. Emendo, & dignum audi vi, qui non in populo periret: Cuius potest accidere. Vera conjectura, & quam non recuso exigi ad obrussam. Dolet videlicet Senecæ egregium versum & ex intimâ philosophiâ, perire in theatris inter plausus & adclamationes vulgi, dignum scholis & aure severiori. Vide non ab similem locum ejusdem Senecæ, De Tranq. vitæ cap. XI. At Pincianus apposerat iis verbis hanc notam: *Depravatissimus locus, si quis in toto opere, non tantum verbis vitiat, sed ordine etiam inverso.* Legit deinde, Egregium versum audi, & dignum qui non esset Publii Syri: Et cuius potest. Conjectura audaciori, non prorsus tamen spernendâ.

*Is emen-
datus.*

*Princiani
conjectura
non sperna.*

Eodem libro, cap. XII.

Utrumne mallet degenerem aliquem & numerum tantum nomenque filii expleiurum habuisse: an tantæ indolis, quanta tuus fuit ? Juvenis citò prudens, citò maritus, citò pater, citò omnis officii curiosus, citò sacerdos, omnia tam præpropera.

Vv

Non

Curiones,
ni.

Non concoquo illa verba, *citò on nis officii curiosus* : & audeo adfirmare esse à mala manu. Scalpellum adhibeo, & lego: *citò pater, citò Curio, citò sacerdos*. Curio maximus inter sacerdotes, & suffragiis populi legebatur: ejusque rei frequens mentio apud Livium. Præerat reliquis curionibus, qui todidem numero, quot curiæ erant. Hoc sacerdotium credo equidem consecutum Martiæ filium; & faciunt verba quæ infra, cap. xxiv. *Hac sanctitate morum effecit, ut puer admodum dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione*: sed ne mater quidem nisi pro bono candidato voluisset. Verba illa inepta intrusa in Senecam miremur? Non ego. Qui scio plura ejusmodi emblemata addita scriptori huic aggrege sacro. Alioqui, quid est officii alicujus esse curiosum? Sanè, ut phrasim condonem, constat ex hoc ipso scripto planè adolescentem mortuum hunc Crenutii nepotem, nec ad aliud munus publicum admorum. De Beneficiis lib. I. c. XII. cùm narrat factum Caligulæ, qui Pompejo Pæno (malim scribi, Penno) osculandum finistrum pedem dedit:

Examina-
ta Seneca
verba.

Parum judicavit, si Senator senex, submissis honoribus (lego, summis honoribus) in conspectu principum supplex sibi eo more jacuisset, quo victi hostes victoribus jacuere. Invenit aliquil infra genua, quò libertatem detruderet. Non hoc est remp. Calcare? Equidem dicit aliquis: Non potest ad rem pertinere, sinistro pede. Parum enim fœdè surri-seque insolens fuerat, qui de capite consularis viri soccatis audiebat, nisi in os senatoris ingessisset Imperator pigros suos.

Acuta
sententia
reposita.

Ceddò, quis Palemon hæc capiet? Sed acutam sententiam vera emendatione eruo ego, *Non hoc est remp. calcare, & quidem (licet aliquis non pudet ad rem pertinere) sinistro pedes*. Argutatur non insolens. Non solum, inquit, pedem osculandum præbuit, sed quod fœdus, sinistrum. Ex diu feci licet, non abnuentibus aliquot libris, qui litiget, & licitet, referunt: & pro potest, scripsi puet.

De Beneficiis, lib. I. cap. XIV.

Nemo se stabularii aut cauponis hospitem judicat, aut convivi in dantis epulum: ubi dici potest, Quid enim in me contulit? Nempe hoc quod in illum & vix bene notum sibi, quod in illum etiam inimicum & turpissimum hominem. Numquid enim me dignum judicavit? Morbo suo morem gessit.

Duplex
correctio.

Quare hic de morbo? Non paullo melius & acutiùs legerris. *Moibus morem gessit*. Atque ita spondeo Senecam scripsisse. Malim etiam scribi, *in illum etiam mimicum*, non inimicum.

Con-

Consolatione ad Martiam, cap. III.

Illum ipsum juvenem dignissimum quiete, semper nominans cogitansque facies, meliore pones loco; si matri suae qualis virius solebat hilaris & cum gaudio occurrit.

Excidit vox, quam repono: *dignissimum quiete, quietum semper nominans cogitansque facies.* Summa votorum apud manes (loquor ad morem Rom.) ut quieti essent, & ne quis se sollicitaret. Eam opinionem vulgi, ad consolandam Martiam aptans Seneca: id, inquit, futurum filio tuo est, si placata tu & quieta memoria ejus & nomen conserves. In fine etiam scribo, *hilaris & occurret.*

Vota manum.

In Consolatione ad Polybium, cap. xxxi.

Rectorem Romano imperio filium longâ fide approbet, & antè illum consortem patris quàm successorem accipiat.

Involuta sententia, quam verbi correctione evolvo, *antè illum consortem pater, quàm successorem accipiat* Britannicus, inquit, Romanum imperium diu cum patre regat: & antè illum collegam pater accipiat, quàm successorum. Poëtica adulatio.

Correctus & explicatus Seneca.

De Tranquillitate, lib. I. cap. II.

Tarentum petatur laudatusque portus, & hiberna cæli mitioris, & tecta vel antiquæ satis opulentæ turbae.

Vide totum locum, qui disertè fastidium illud exprimit se fugientium. Quæ adduxi, fœdè interpolata sunt: in parte sanare possum, *tecta Velæ Antiquæ.* Duo ea loca inter amœnos & salubres recessus habita. Reliqua sanabit is cui ego do herbam.

Velæ, & Antium. Horat. Quæ sit hiberna Velæ, de Antiochæ. Intricatus Seneca locum.

Eodem libro, cap. xv.

Ut Socrates cogitur in carcere mori. Rutilius in exilio, Cato ille virtutum viva imago incumbens gladio simul de se & de rep. palam facere.

Non semel molestus mihi locus. Quid si legas, *de se & de rep. aleam jacere?* Id est, proverbiali quodam sermone, in extremum discrimen adducere. Tamen deliberandum est: & nescio quid simile in Suetonii Nerone legi, *Septemdecim natus annos, ut de Claudio palam factum est.* In ejusdem Tiberio: *Excessum Augusti non prius palam fecit.* Utrum ergo hoc dicit, eum in suo funere palam fecisse funus reip. una extinctæ?

C A P U T XI.

Ritus in scenam producendi scorta. Livio, Statius, Tertulliano, Plauto, data lux. Cur theatro adjuncta ades Veneris; & Suetonius explicatus.

*Scorta in
cenam.*

*Quam an-
tiquus ille
mos.*

*Livius.
Statius
Iudorus
explicatus.*

ILLUSTRABO hoc capite ritum scenæ veterem, & eadem aliquot Plauti locos, qui egere lucis videntur, nec facile est ut accipiant nisi ab illo. Prostibula per ludus publicos in scenam introduci solent, & exponi omnium non libidini solum, sed licentiæ. Scilicet ut quæ perditii homines in Mimis & cetera obscenitate fabularum paululo antè natantibus oculis viderant, ea post ludos in reliquo corpore peccarent. Is mos Romæ vetus. Ita explico Livium libro II. *Eo anno Romæ cum per ludos ab Sabino- rum juvenute per lasciviam scorta raperentur, concursu hominum rixa ac propè prælium fuit, Scorta intellegit scenicæ;* ut & Statius in *Silvis*:

*Jam noctis propioribus sub umbris
Diæes sparsio quos agit tumultus?
Huc intrant faciles emi puellæ.*

*Et Tertul-
lianus.*

De eo more eleganter Isidorus lib. XVIII. *Idem verò thea- trum, idem & prostibulum: eò quòd post ludos exactos mere- trices ibi prosternerentur.* Et clarè ante omnes Tertullia- nus: *Ipsæ etiam prostibula, inquit, publicæ libidinis hostiæ in scenâ proferuntur, plus misere in præsentia feminarum, quibus solis latebant. Perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora trans- ducuntur, locus, stipēs, elogiū etiam quibus opus non est, prædi- catur.* Ex quo apparet, hanc productionem scortorum non sine solemnī pompa fuisse, & cum prædicatione publica præconis. Ad hunc ritum accommodo versum ex Prologo *Calinæ, non Plauti, sed Plauto digna:*

*Item Plau-
tus.*

*Ea invenietur & pudica & libera,
Ingenua Atheniensis: neque quidquam stupri
Faciet profecto in hac quidem comœdiâ.
Mox herclè verò post transactâ fabula
Argentum si quis dederit ut ego sufficor,
Ultrò ibit nuptum, non manebit auspices.*

Ecce enim persona virginis in hac fabula opuserat. Sed ea quia nusquam interloquitur, saltem, quod Græci a-
jungunt, *καὶ τὸν νεῖκος ἄνθρωπον*: non historio adhibitus ad repræsen-
tandum, sed de scena aliquod scortillum. Idè non tem-
perat sibi scriptor a joco: Et hæc tam pudica, inquit, sta-
tim post ludos ad ingenuum redibit, & sine ullis nuptiis
nubet.

nubet. Refero huc & edictum illud imperatoris Histrici in prologo Poenuli,

Scortum exoletum ne quis in proscenio

Sedeat

exmore scilicet, quo theatrum, imò scenam & proscenium scorta obfidebant. Non ergo mirum si lasciviæ illa sedes Veneris olim sacra. Et Pompejus ab eadem caussa theatro suo Veneris ædem superposuit Tertullianus: *Itaque Pompejus Magnus theatro solo suo minor, cum illam artem omnium turpitudinum extruxisset; veritus quandoque memorie suæ Censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit: & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit: Cui subjecimus, inquit, gradus spectaculorum.* Ex hoc loco clara lux data Suetonio. In Claudio cap. xxi. *Ludos dedicationis theatri*

*Theatrum
Veneris (a-
ctum).*

Pompejani, quod amбуstum restituerat, è Tribunali posito in orchestra, commisit: cum prius apud superiores ædes supplicasset, perque mediam caveam, sedentibus ac silentibus cunctis, descendisset. Intellegit enim supplicasse Claudium apud templum Veneris superpositum theatro. Ideò rectè, superiores ædes. Et quia gradus spectaculorum, id est, cavea & orchestra, subiecta ædi benè addit, descendit, descendisse eum inde per mediam caveam ad orchestram. Interpretibus ante me hîc caligo. Beroaldus nescio quæ templa ædificat in illa parte urbis quæ super theatrum. Lævinus Torrentius V. C. & de Suetonio nuper, olim de universa antiquitate optimè meritis, legi mavult, *apud superiores sedes, id est, inquit, in superiori parte theatri.* Si quid mutandum, legerim ipse, *apud superiorem ædem.* At de sententia, quam dixi, non mutò.

*Suetonius
a' sic quā
vulgò ex-
plicatus.*

*Fortasse &
emenda-
tus.*

CAPUT XII.

E Suetonii Augusto loci aliquot vitiosi, liberti à memoria, De compæcto.

SUETONII librum, qui est De vita Augusti, legi per hos dies: & quæ observavi, pro bono facturus videor, si communicem cum juventute.

Cap. ult. De Testamento Augusti.

Legavit populo Romano, quadringenties: tribubus, tricies, quinquies tss: prætorianis militibus singula millia nummum.

Quomodo tribubus, si anteà legavit populo Romano? Nonne hoc est, *δς πῦρδ' ἐστίν*? Certè enim omnis populus Romanus in xxxv. tribubus. Itaque mirum quantum æstu-

assuant interpretes in hoc nodo. Viro docto, non perissime visum, hoc totum de tribubus glossema esse, & idèò inducendum. Tam magnis cervicibus non sum ego: & potius emendem, *Tribulibus*. Idque verum est. Legavit enim universò populo Augustus: sed quia propria quædam ei conjunctio cum tribulibus (*φυλῆς* Græci dicunt) excipuum quiddam reliquit illis. Sic suprâ cap. xl. *Fabianus & Scaptienus* tribulibus suis, die comitiorum, nequid à quoquam candidato acciperent, singula millia nummum à se dividebat. In Fabiâ autem tribu Augustus, adoptione, opinor, per gentem Iuliam: in Scaptia, per suam, Octaviam.

Cap. LXXIX.

Nasum habuit à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem, inter aquilum candidulumque: staturam brevem, quam tamen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam ejus quinque pedum & doctantis fuisse tradit.

Cui bono, illa verba? *Etiâ in memoriam ejus.* In silentio omnium interpretum ego sanè confidenter emendo, *Julius Marathus, libertus, & à memoriâ ejus.* Operæ fuit Suetonio addere quis fuisset hic Marathus: Libertus Augusti, inquit, & à memoria ejus. Non ignotus mos antiquus, qui tenuit temporibus Imperatorum, ut liberti alii à Studiis, à Voluptatibus, à Libellis, ab Epistolis, à Memoria essent. Quæ omnia sic efferebant, Polybius, à Studiis: Thallus à manu: &c. Hoc munus, quod reposui, reperies in Alexandro Lampridii: *Post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam: ita ut ab Epistolis, & Libellis, & à Memoriâ semper adsisterent.* In Herodiani libro IV. *Ἦν δὲ πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπελευθερωθέντων ὁμοῦ καὶ πρὸς βασιλείᾳ καὶ μὴς προσώγας*: ubi doctè Politianus *A memoriâ* vertit. Et in Vopiscii Caro: *Funius Calpurnius, qui ad memoriam distabat, talem ad Præfectum urbis, super morte Carit Epistolam dedit. Ubi dictabat, apparet à glossemate insertum: quoniam mos illius ætatis etiam sic loquendi, Calpurnius ad Memoriam, Malchio ad vestem: ut clarum ex lapidibus. Credo hos eosdem esse, qui postea Magistri memorix dicti.*

Cap. xv.

Exstiterunt qui traderent consulto eum ad arma esse, & occulti adversarii facultate L. Antonii ducis præbitâ detegerentur, devictisque his & confiscatis promissa veteranis præmia solverentur.

*E compa-
to, vel è
competto,
qui.*

Adversum mentem Suetonii hæc lectio, & adversum libros. Qui omnes paullò antiquiores, conspecto, vel è conspecto. Nemo, consulto. Quod vidit etiam Turnebus, emendationem quomodo non viderit, miror. Clare scribendum, *competto eum ad arma esse, vel potius, eos. Competto* valet

valet compacto, scribendi ratione tunc tralatitia, à comp-
pescifor, ut Appulejo Depector litium, etiam in libris vul-
gatis. Compacto, *ἐκ συνθηματό*: merum Latium. Plau-
tus: *Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii*. Ali-
bi: *Scivi extemplo rem de compacto geri*. Livius lib. v. *Ut*
multò verisimilius sit compacto e rem, & communi pat i-
ciorum *fraude actam*. Ubi item libri aliquot, *conspetto*: &
alii, *ex composito*. Usus & Cicero ipse ad Atticum. Glossæ
veteres, *Conlusio, compactum, συνδοκασιμός*.

Cap. CXVII.

*Atque itinere incohato, Asturam perrexit: & inde, * præter*
consuetudinem, de nocte ad occisionem auræ evectus est.
Discors sibi Suetonius, quod miremur in scriptore tam
accurato. Cap. LXXXII. scribit, *Itinera læticia, ac noctibus*
ferè, eaque lenta ac minuta faciebat. Ecce. Ibi ait noctibus
Augustum soluisse iter facere: huc negat, & ponit quasi
rem insolentem. Quid dicam? Sinè quin hæc pugnent in-
ter se, non Paterpatratus impetraverit, & omnes Fætiales.
Memoriæ vitium in Suetonio sit, an scripturæ in alterutro
loco, nondum constitui.

* Fortas-
se, pro con-
su tudine.
Vide No-
tas meas
ad Sueto-
nium.
Pugnat in
Suetonii
verbis cla-
rs.

CAPUT XIII.

De vestitu Romano conlectanea. Color togæ albus Obje-
ctiones remotæ duæ. Plautus, Suetonius, Persius, Ho-
ratus, illustrati. De Lacernis, & Pannulis. Spartia-
nus & Tacitus correcti. Item Seneca, eximio loco. De
Tunicâ & Calceis.

DE colore vestium apud Romanos, itemque de Can-
didatis, Sordidatis, Pullatis, non satis plana hodie res
est. Ego paullo, uberius dicam, quàm qui ante me: &
quidquid in his arduum aut clivofum explanabo, exor-
tus rem à capite, & quod Aristophanes ait, *ἀπὸ κεφαλῆς*.

Romanis in vestitu placitum reperio colorem album.
Sive, quia is, ut Plato alibi vult, lætitiæ proprius, & Deo-
rum: sive potius agrestis illa & prima gens, spreto accer-
sitis coloribus, lænæ nativum retinuit, id est, album. Ita To-
ga Romanorum alba, & Tunica fuit, & Calcei, & omnis
cottidiana vestis. Toga, inquam, alba. Titinnius poëta
vetus:

Qui in togis candidis sunt, tunicis sordidis.

Vestes
Rom. al-
ba.

Toga alba.

Agellius de Africano, *Eumque cum esset reus, neque barbaram desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse solito cultu reorum.* Plautus Casinâ,

Plautus
explicatus.
& mos li-
bertorum
in mu-
an-
dâ veste.

At candidatus cedit hic masigia:

de Olympione, qui jam libertus. At liberti novi in togâ apparebant, id est, communi civium veste. Tertullianus de Resurrect. carnis: *Si famulum tuum libertate mutaverit; & vestis albæ nitore, & aurei amali honore, & patrum non ine ac tribu mensaque honoratur.* Toga igitur alba. Statius, in Silvis,

---albentique humeros induxit amictu.

albentem amictum, Togam appellat virilem, ab eodem colore Græcis modò λευκή, modò ad discrimen prætexτæ, dictam ὀλολευκή. Eandem circumscripsit Perſius:

Item Per-
ſius.

---tutaque impune Suburrâ

Permisi sparsisse oculos jam candidus umbo.

Umbones
in Togâ.

Candidus umbo, σινεκδοχικῶς pars pro ipsa veste. Nam Umbones in toga Tertullianus agnoscit de pallio; & describit eos eleganter Appulejus l. x l. in Palla. Martialis etiam album colorem togæ aliquot locis dato. Ut,

Et toga non tactas vincere iussa nives,

Item:

Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto:

Vivat, & urbanis albus in officiis.

Martialis
præter vul-
gi mentem
explicatus.

Albus non ad pallorem, sed ad vestem: quoniam officia hæc anteambulorum in togâ alba. Ideò Iuvenalis.

---niveosque ad frena Quirites.

Et exempla plura sunt, quæ mox opportunè reddam. Obiiciunt ista: Si togæ vulgò albæ; cur qui preſabant induebantur toga candida, ut hac quasi nota intelligi & excerni possent à reliqua plebe? Respondeo: Albi coloris togas vulgò fuisse, non candidi. Albus color nativus lanæ est: candidus propriè, splendens ille, & qui est ab arte. Ideo Polybius λαμπρόν dicere maluit petitorum togam, quàm λευκή: & Latine commodè eam dixerimus splendentem. Seneca: *Non splendeat toga, nec sordeat quidem.* Spernit enim à sapiente hunc colorem eximiè candentem. Subtilia hæc videntur? Sunt vera. Nam petitores non contenti infuso lanæ colore, cretam addébant in vestem ut candesceret, imò splenderet. Hac ego nota discreti à vulgo, & κατ' ἐξοχὴν dicti Candidati. Isidorus, *Pit toga addito quodam cretæ gener candidior.* Perſius huc al-
ludens,

----quem ducit hiantem

Cretata ambitio.

Livius
emenda-
tus.

Livius libro IV. *Placet tollendæ ambitioni causa Tribunos legem promulgare, ne cui album vestimentum addere peti-
tio*

nis causâ liceret. Parva nunc res, & vix serid agenda videri possit, quæ tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. Emendo, ne cui album in vestimentum addere, auctoribus libris & sententia ipsa. Quoniam non alba vestis interdicta, (absurdum id) sed additio albi in vestem, id est, cretæ.

Obiciunt item de diebus festis. Romani, inquit, saltem per dies festos in veste alba erant: non ergo coddidianas togas censendum candidas.

Obiectio
altera.
Romani
albati in
die festo.

Horatius:

Ille repotia, natales, aliosque dierum

Festos albatum celebret.

Xiphilinus, die celebri Romæ ob ingressum Teridatis; Μα-
λιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπιπληρώθη. τὸ μὲν γὰρ μετὰ τοῦ αὐτοῦ οὐδὲν ἄλλο
μοῖον καὶ διαφθοράν καὶ τέλην εἶχε, καὶ δ' ἄλλα οἱ στρατιῶται λαμβαν-
εῖν εἰσέλιοντο. Id est, populus albatum & laureatus. Latini
Pacatus in Panegyrico ad Theodosium: Quid ego re-
feram festum libera nobilitatis occursum? Conspicias veste
niveâ Seniores? Vopiscus in Florian: Tamen illud dico,
Seniores omnes eâ esse lætitiâ elatos, ut domibus suis omnes
albus hostias caderent, albatum sederent. Persius:

----- nego

Jupiter hoc illi, quamvis te albata rogat.

Sed expedio me ab hoc nodo, & dico non aliud fuisse in
eo more, quàm ut per dies privatim aut publicè lætos, to-
gas recentes sumerent, & usu nondum sordidas aut obso-
letas Pollux id exprimit: Ὑπὸ νεύρωϊ σάλη, ὑπὸ νεοκλήγῃ
ἦν. Clarè discimus ex Prudentio contra Symmachum

Solutio.

Exsultare patres videns pulcherrima mundi

Lumina, conciliumque senum gestire Catonum

Candidiore togâ, niveum pietatis amicum

Sumere.

& Ovidio:

Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,

Et populus festo concolor ipse suo est.

Ecce, ait vestes intactas: & bene Persius in re simili, re-
centes,

Scilicet hoc populo paxusque togaque recenti

Et natalitia tandem cum sardonyche albui

Sede leges celsâ.

Color enim ille à principio in omni toga niveus, habendo
sordes trahbat & squallorem: quod in vulgata toga fe-
rebant, non ferebant per dies festos. More planè geni-
no moribus nostris. Inde est quòd per ludos apud Ma-
tialem & alios Candidati leguntur: inde, quod apud Plau-
tum Aulularia scribitur:

Plauti ver-
sus illu-
stratus.

Qui vestitu & creta se occultant, & sedent quasi simi frugi.

*Vestis alba
etiam ex-
ternis in
signis.*

*Can tam
frequens
mentio ful-
lonum.*

In homines, nisi fallor, tenuiores, quibus cum copia mutandæ togæ non esset, tamen ut nitidi & mellioris fortunæ apparent, sub dies ludorum togulam suam incretabant. Potest & referri ad servos: qui ut liberos mentirentur, fortasse cretam addebant in vestem, ut in caveâ fallerent, permitti. Nec Romani solum in lætitiâ aut in sacris adhibebant hunc colorem; sed etiam, ut observatum mihi, externi. Livius lib. XLV. De Rhodiis: *Inter multas Asiae Græciæque legationes, Rhodiorum maxime legati civitatem converterunt. Nam cum primò in veste candidâ visi essent (quod & gratulantes decebat, & si fidem habuissent, lugentium Persei casum, præbere speciem poterant) postquam consulti à M. Junio Consule patres, &c. Suetonius Augusto, c. XCIX. De Aegyptiis: Forte Puteolanum finem prætervehenti vectores nautæque de novo Alexandrinâ, quæ quidem tunc appulerat, candidati coronatique & thuribilibantes, fausta omnia & eximias laudes congesserant. Propter has togas albas, fullonum apud veteres creberrimus usus: rarus tinctorum. Fullonum, qui maculas scilicet ac sordes è togâ eluebant, & addito sulfure ac cretâ iterum candeam faciebant. Adi Plinium de utroque, lib. XXXV, cap. XV. & XVII. Comœdiæ plenæ fullonum: testes Togatæ. Et eorum munus expressit eleganter Titinnius apud Nonium:*

---- terra hæc est, non aqua,

Ubi tu solitus argutariter pedibus

Cretam dum compescis, vestimenta quæ lavas.

Argutationem pedum, vocat id quod Seneca Fullonium saltum.

*Discrimen
à veste: &
qui Sordidati.*

Alba igitur toga. Et ea quamdiu in communi usu, discrimen nullum inter cives fuit à colore vestis. Nisi quod divites, munduli, elegantes, semper in toga sua à fullone niveâ, vulgus, fere sordidiores essent, & togis magis pallentibus, ac, ut propriè dicam, obsoletis. Ideò Seneca, Epist. CXV. per sordidos intelligit vulgum: *Mirari quidem non debes, inquit, corrupta excipi non tantum à coronâ sordidior, sed ab hac turba quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non iudiciis dissident.* Ait discretè Togis. Sed & viri illustres ac nobiles rei facti, per dies iudicii lumbabant hanc togam sordidam, posita nivea, ut miserabiliores essent in veste plebeja. Itaque rei in Sordibus esse dicuntur, aut Sordidati: non Pullati, ne quis erret. Qui color tantum funebri. Viri etiam graves ac rigidi non amabant eximium illum candorem: & ab hac re simia ille apud Horatium,

Rei sordidati.

Exi-

Exiguæque togæ simul et tesquore Catonem.

Recta illa lectio. Malè vulgo, *textore*. Duo enim lauti homines amabant in toga, laxitatem & candorem : spreverat utrumque Cato, arcta toga contentus, & ea squallenti. Id enim Horatio, Tesquor.

Horatii
vera lectio
firmata.

Hæc olim. Mutata republica, & imperio labente: mirum quantum mutaverit vestis. Toga, quæ olim necessaria civibus (certè inter exempla legimus Rabitio Posthumo publicè objectum in judicio, quòd ad gratiam Ægyptii regis, sumpto pallio, posuisset togam) Imperatorum temporibus apud paucos remansit, & non nisi honestiores, Vulgus, spreta ea, abiit ad Pænulas, Lacernas, aut Tunicas solas; easque coloris pulli. Cœpit id statim sub Augusto; de quo Suetonii verba sunt cap. xl. *Etiam habuit vestitumque pristinum reducere statuit: ac visa quondam pro concione pullatorum turba, indignabundus acclamans, En ait,*

Toga exili-
um.

Suetonius
explica-
tus.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Negotium Edilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circove, nisi pristinis lacernis, togatum consistere. Irruperant per bella civilia scilicet Lacernæ jam tum in urbem; quæ antea militiæ, & castrorum.

Propertius:

Texitur hæc castris quarta lacerna tuis.

Et post Augustum, ut libertas, sic toga magis magisque exolevit. Hadriani quidem temporibus vix in Senatoribus & Equitibus jus suum tenuit, adjuta Principis edicto. Spartianus in Hadriano, *Senatores & equites Romanos semper in publico togatos esse jussit, nisi si à coena reverterentur.* Mentio nulla plebis, quia in illa, insolentia hæc vestium longo usu jam recepta. Appianus, qui suppar huic ætati, hoc amplius, excludit à toga etiam Equites: & ostendit in solis propemodum Senatoribus reliquum fuisse efusum. Id enim sibi volunt hæc verba sanè notanda, lib. i. Bellorum civil. Παμμιζές τε γάρ εἰσι ἡ δὴ τὸ πλεῖστον ἑταίριος, καὶ ὁ ἐξελδύμενος αὐτοῖς ἰσπολίτης ἐστὶ, καὶ ὁ δαδύων ἐπὶ τὸ χημαῖς τοῖς δεσπότης ὅμοιος (χωρεῖς γὰρ τῆς βασιλευμένης ἢ ἀλλήλων τοῖς δεσπότης ἐστὶν ἐπὶ τοῖς) τὸ τε στήριον τοῖς πέντε χορηγούμενον ἐν κόσῃ πρώτῃ, &c. Nam βαδύων τὸ πλεῖστον, non aliud interpretari est quàm Togam. Imo ipsi Senatores id temporis in publico sæpè sine toga. Apud Agellium T. Castritius discipulos quosdam suos Senatores objurgat, quòd die feriato lacernis & tunicis & gallicis induti transissent, abjecta toga. Et addit tamen, *ejuscemodi vestitum de multo jam usu esse ignoscibilem.* Non ergo mirum, si hic Appianus ab alibi Seneca queruntur, liberos non fuisse, à servis veste discreta. Discerni enim toga sola pote-

Soli Senatores & Equites togati. Spartiano & Appiano data lux.

Senatoria vestis quid. Lacerna usitata etiam Senatoribus vulgè.

Vix discerni inter

Vix discrimen inter
liberos &
servos à
veste.
* Cap.

xxv.
Lacerna-
rum quis
color.
Purpurea
lacerna,
delicatio-
rum.

Item Pa-
nula.

Spartiani
alucinatio,
in usu Pa-
nulatum.

Oratores
causae age-
bant in Pa-
nula.

Correctus
Spartianus
& Tacitus

poterant : pænulæ, tunicæ, lacernæ, communes cum ser-
vis, * ut post docebo.

Lacernæ in usu vulgi, pullæ erant. Excipio delicatos,
qui amethystini coloris sumebant aut coccinei, non ta-
men sine nota hominum severiorum.

Martialis:

*Amator ille trifidum lacernarum
Et baticatus atque leucopheatus,
Qui coccinatos non putat viros esse,
Amethystinaeque mulierum vocat vestes :
Nativa laudet, habeat & licet semper
Fuscos colores, galbanos habet vires.*

Seneca Epist. cxv. *Quod vides istos sequi, qui aut vellunt
barbam aut intervellunt, qui labra pressius tondent & abra-
dunt, qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem
togam qui nolunt facere quidquam quod hominum oculis trans-
siliere liceat.* Lacernæ coloris improbi, purpureæ sunt. Quo-
niam insolens ille color adhuc Senecæ temporibus & au-
dax Simile in Pænulis : quæ vulgò item Pullæ, purpureæ
tamen quædam lautiorum. Dio Cassius lib. lvii. De Ti-
berio: Καὶ ἐπειδὴ γε πολλὰ ἑορτὴν ἀλλοτρίας καὶ ἄνδρες σιχητοὶ, καὶ περ
ἀπαγορεύειν ἐπέταξε, ἰχθῶντο, διεμέμφατο μὲν ἄρ' αὖθις, ἔδ' ἔζημιώ-
σιν, νεοτὸν δὲ ἐν πανηγύρεϊ πρὶ γυμνασίου, Φαιῶν μεγάλῳ ἐπέβδον. καὶ
τὰ τὰ οὐκ ἐτ' ἔδειξ' αὐτῶν ἀλλοτρίαν ἑορτήν, λαθεῖν ἐτόλμησε. Et hinc
liquet, quotiens interdictus Tyrius color, non ad To-
gas id referendum (albæ enim & pullæ tantum in usu)
sed ad Pænulas & Lacernas. In Pænulis peccat lar-
giter Spartianus, si modò ita scripsit, iu Alexandro Seve-
ro: *Pænulis intra urbem frigoris causâ ut senes uteren-
tur, permisit: cum id vestimentii genus semper itinerari-
um fuisset aut pluvie.* Quid? Pænulæ in urbem pri-
mum temporibus Alexandri? Planissime falsum. Jam
inde ab Augusto Pænulis utebantur per ludos, utique
pluvie tempore aut hiemis. Præter Dionis locum suprâ,
Tertullianus: *Video & theatra nec singula satis esse nec
nuda. Nam ne vel hieme voluptas impudica cessaret, primi
Lacedæmonii pænulam ludis (malè vulgò nudis) excogita-
runt.* Et Vespasiani temporibus adeo vulgatæ pænulæ,
ut iis in foro uterentur Oratores. Auctor Dialogi De
Causis corruptæ eloquentiæ: *Quantum humilitatis pu-
tamus eloquentiæ attulisse pænulas istas, quibus adstricti &
velut inclusi cum iudicibus fabulamur.* Hadriani temporibus
etiam Senatores. Colligo ex verbis Castricii aqud Agel-
lium, *Pigritum est civitas saltem esse & pænulatos.* Non ergo
antè, pluvie tantum aut iterum: & vapulet Spar-
tianus, si ita sensit. Sed crediderim herclè in Spartia-
no legendum, ut *senatores uterentur permisit*, Correctione
& sen-

& sententia tolerabili. Et peccatum in hac voce aliàs scio : ut apud Tacitum libro II. Annal. *Reperio apud scriptores Senatoresque eorundem temporum. Quorsum Senatores? Lege senioresque. De quo arbitrabuntur docti.*

Redeo ad colores. Pereunte igitur toga, ad interitum abiit color albus; & pullæ, plebeie omnes vestes. Hinc Pulla paupertas Calpurnio dicta:

O utinam nobis non rustica vestis inceſſet!

Vidiſſem propius mea numina ſed mihi ſordes

Pullaque paupertas & adunco fibula morſu
Obſtiterunt.

Hinc Pullati Suetonio, in Augusto c. XLIV. *Sanxit ne quis pullatorum mediâ cavêâ ſederet. Quod edictum lucem dat Calpurnii loco quem adduxi; item iſti,*

Venimus ad ſedes ubi pulli ſordida veſte

Inter femineæ ſpectabat turba cathedras.

Intellegit enim caveam ſummam. Hinc diſcrimen natum inter cives, ignotum ſæculo priori : ut alii Candidati dice- rentur, Pullati alii. Candidati, non ii qui peterent (ut olim) ſed honeſtioris ordinis cives : Pullati, infima plebs, ſive vulgus. à colore ſcilicet veſtium quibus utri- que utebantur. Plinius libro VII. Episto- larum : *Nonne cum ſurgis ad agendum, tum maxime tibi diſſidis? Tum commu- tata non plurima, ſed omnia, cupis? Uti- que ſilator ſcena, & corona diſfuſior. Nam illos quoque ſordidos pullatosque reve- remur.* Quinſtilianus libro XI. *Collidere manus, terræ pe- dem incutere, ſemur pectus, frontem cedere, mirè ad pullatum cinulum facit.* Idem lib. VI. *Imperitis ac ſepè pullatæ turbe relinquunt.* Pullati ubique, vulgus. Diſcrimen hoc ex- preſſerat Seneca eleganter, niſi imperiti corrupiſſent, De Vita beata cap. II. *Queramus quid optime factum ſit, non quid uſitatiffimum : quid nos in poſſeſſione felicitatis æternæ conſtituat, non quid vulgo veritatis peſſimo interpreti probatum ſit.* *Vulgus autem tam chlamydatos, quàm coronatos voco.* Non enim colorem veſtium, quibus prætexta corpora ſunt, adſpicio : *Oculis de homine non credo.* Apollo fatidice, qui iſti chlamydati aut coronati? Impunè dixerim, eximiè emen- davimus, *Vulgus autem tam candidatos, quàm coloratos voco.* Diſerta enim Senecæ alluſio ad hunc veſtium colorem : vel ipſo teſte, qui ſubjunxit, *Non enim colorem veſtium adſpicio.* Coloratos vocat, Pullatos : ut alibi Voluptatem pallidam deſcribit ; Virtutem pulverulentam & coloratam, id eſt, fuſcam. Vulgatam lectionem numquam erit ut expli- cent omnes Quindecimviri fatalium librorum. Auctor huic emendationi meæ Senecæ locus alter, hoc eodem li- bro cap. XXV. *Nihilo miſerior ero, ſi laſſa cervix mea in ſoni manipulo acquieſcet, ſi ſuper Circenſe tomentum per ſu-*

Pulla ve-
ſtis, tenuis-
rum : &
Pullati.

Calpurnius
explicatus.

Seneca
exornatus lo-
*cus cor-
rum.*

Colorati,
quid.

Seneca
aliàs expli-
catus.

turas

Et emen-
datus.
Quid pe-
xati.

turæ veteris linteï effluens incubabo. Quid ergo est? Malo quid mihi animi sit ostendere prætextatus & candidatus, quàm nudis scapulis. At vulgò etiam hîc ad oram notatuus. chlomydatus. Credo, quasi emendant. Quod ait, prætextatus, vide ne scribendum, pexatus. Simile enim est illi Persiano, ---- pexususque, togaque recenti: & lautiores homines, in candida toga & pexa. Martialis.

Pexatus pul. hîc rides mea Zoile trita.

In Festo
comisitura.

Pexis togis adversæ, tritæ, Festo Decotes dictæ. Decotes togæ, inquit, deritæ. Malim, Decutes: quod esset, sine flocco & quasi sine cute.

Tunica
vulgò al-
ba.

Satisfactum de toga: superest de Tunica & Calceis, quod promisi. Tunica liberorum hominum alba. Ex Vopisco in Aureliano: Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse citam populo Rom. Tunicas albas manicas ex diversis provinciis. Ex Juvenali:

Sufficiunt tunica summis Adilibus albæ.

Calcei
albi.

Et argumento satis claro. Ex Cicerone, qui Verri objicit quòd in officina federe solitus sit cum pallio & tunica pulla. Viro docto, qui nuper affirmavit, tunicas omnes purpurei coloris fuisse, credam ego? Non si credendi auctor mihi Phæbus ipse. Argumenta quæ adfert, faciliè alias solvam. Calcei item albi.

Martialis:

Sordidior coeno cum sit toga, calceus autem

Candidior primâ sit tibi, Cinna, nive:

Dejecto quid inepte pedes perfundis amictu?

Vopiscus
emenda-
tus.

Spartianus in Alexandro: Fasciis semper usus est: baccas albas habuit, non coccineas, ut prius solebant: Emendo, baxeas albas. Baxeæ pro Calceis apud Plautum, & Appulejum lib. 11. Juvenem quempiam linteis amiculis innectum, pedesque palmeis baxeis indutum. In Floridis, Vestem de externa emere, baxeas istas de interna præstinare. Civile autem illud, quòd Alexander Calceis albis usus more ceterorum; non coccineis, ut ante eum Imperatores, & homines aliquot delicatiores. Malè ergo in Vopisci Aureliano calcei albi damnantur, ut parum viriles: Calceos mulleos, & cereos, & albos, & ederatios viris omnibus tulit, mulieribus reliquit: & censeam scribendum, & cereos, & galbos. Galbus color in veteri glossario, χλωρός, id est, herbacei coloris, qui idem galbeus, & galbanus. Et is sanè color femineus.

Galbei
calcei, &
quis ille co-
lor.

Juvenalis:

Cerulea indutus scutulata, aut galbanarasa.

Martialis, ---- galbanos habet mores: huc respiciens, quod non observant interpretes. Eundem colorem intellegi credo Martialis verfu,

Herba-

Herbarum succras indutus Basse colores.

Sed hæcenus: ne abeam, quod Græci dicunt, *ἐκπὸς τῶν ἰλίων*. Explicavi colorem togæ, ritum in Candidatis, in diebus festis: interitum togæ, & mutationem vestis: addidi de Pēnulis, Lacernis, Tunicis. Et hæc, satis scio, non omnia protrita vulgò. Quæ præterea lucem sunt vestiarie rei, cum Deo, alibi dicam.

CAPUT. XIV.

E Cornelio Nepote vetus mendum sublatum in vita Attici. Statuas inscribendi mos.

SERENO quondam, vel, ut veteres loquebantur, terſo die, ambulabam cum Jacobo Susio, viro nobili, & si quis alius in Belgica nostra, doctrinæ hujus priscae amanti & scienti. In sermonem venit Corneli Nepotis locus, de vita Attici: *Quam diu adfui, ne qua sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi & Phidiae locis sanctissimis posuerunt.* Centui emendandum ego, ipsi & Fidei. Prorsus idem Susio jam antè visum. At non Manutio & Lambino, qui Piliam pro Phidia substituunt, Attici uxorem. Non persuadent. Recedunt à libris, & peccant in sanctissimos Attici mores, à cujus moderatissimo ingenio nimium abfuit hæc ambitio. Scio equidem & feminis statuas olim positas: Plinius lib. xxxiv. *Exstant, inquit, Catonis in censurâ vociferationes mulieribus Romanis in provinciis statuas poni.* sed hoc insolens in Prætoribus ipsis, nedum in homine privato. Ad summum si Atticum novi; crucem ille potius sibi, quàm statuam uxori. Emendatio nostra à ritu veteri est. Quo receptum, ut in statuis inscribendis, cum nomine, causam exprimerent habiti honoris. Adde quòd invidia minor, si virtutes ipsæ quasi consecrarentur, non ii qui exercuissent. Sic Aram Clementiæ, & Adoptioni in Tacito: Providentiæ Tiberii Cæsaris, Pietati Augusti, Clementiæ, Securitati, & sexcenta id genus legimus in nummis & spectationibus vetustis. Nec alia mens verborum Ciceronis, eximia illa epistola ad Q. Fratrem: *Quare cum istis in urbibus cum summo imperio ac potestate verſeris, in quibus tum vi- tutes consecratæ, & in Deorum numero collocatæ vides.* Fidei igitur T. Pomponii Attici inscripta statua titulo merito, quia Athenienses pecunia, frumento, aliisque rebus juverat, summa comitate & fide.

*Feminis
statua po-
sita.*

*Mos vetus
inscribendi
statuas.*

*Cicero ex-
plicatus.*

CAP.

CAPUT. XV.

Veterum legum de re agraria aliquot capita , nisi fallor , publice nondum visa. Ea ad priscam scripturam varie correctâ.

PULCHRA, ita me Deus amet , reliquæ in manus meas venerunt, celebris illius legis Mamiliæ, Fabiæ, Rosciæ, & aliarum aliquot, quæ ad rem agrariam, legum. Quas, iatque sum, si debeam diutius studiosæ juris & antiquitatum juventuti. Excerpti eas è libro manuscripto, in quo conjunctim varii De Finibus & Re agrariâ scriptores. Qui lucem adhuc toti non viderunt, & spero visuros brevî, opera C. V. Francisci Nansii amici nostri, apud quem scio adservari simile volumen. Nam ea Frontini & Agri Urbici quæ exstant, mera nugamenta sunt præ istis. Codicem quem ego usus sum, is, pleraque in parte, fuit grandis littera Romana : & in eo, ordine inserti libri illi & scriptores:

*Index scriptorum
Agraria-
rum,*

M. Junii Nilsii.

Aprofoditi.

Betrudii Ruffi Architectonis.

Juli Frontini (aliàs Fronconis) De agrorum qualitate.

Hygini Constitutio.

Agri Urbici, De controversiis agrorum.

M. Varrenis, De Geometriâ.

Hygini De limitibus.

Hygini De divisionibus agrorum.

Hygini liber Gromaticus.

Balbi liber ad Celsum. Expositio & ratio omnium formarum.

Capita hæc legum electa sunt è libro Hygini De limitibus, qui casu bis in eodem volumine descriptus : & idè, quidquid altera lectio mutabat, notatum mihi cum fide infra. Eum Hyginum referre aliqui videntur ad ætatem Augusti : ego clarè colligo vixisse eum in imperio Trajani. Nam scribit ecce ipse. Nuper quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplinæ, professionis quoque nostræ capacissimus, cum in Pannoniam agros veteranis ex voluntate & liberalitate Imperatoris Trajani Augusti Germanici assignaret. Nominat Trajanum, ut vides : & ait, Nuper. Nunc pono leges ipsas : & ad oram, quæ digna nota.

Actus Hygini indicata.

LEX

LEX MAMILIA ROSCIA.

PEDUCÆ A ALIÆNA.

FABIA. a. K. III.

Qua^b colonia lege deducta, quo iure municipium, prefectura, forum & conciliabulum constitutum erit, qui ager c^e inter ad fines eorum erit, qui termini in eo agro statui erunt, quo in d^e loterminus non stabit, in eo loco e^e his cuius SS. ager erit, terminum f^e restituendum & curatoque recta autem actum esse vult. Idque magistratus qui in ea colonia & municipio prefecturâ, iuriscundi præerit, h^e facto uti fiat.

K. IV. Qui limites i^e decimani qui in lege dedi. Et erunt, k^e quacumque posselimites in eo agro erunt, qui ac lege ager l^e cundatus assignatus erit, nigeris eos limites m^e decimanos non obsequi, ne vae quid in eis molitum ne eo quit ibi oppositum habet, ne vae eos arato, ne vae eas fossas optorato Ne vae qui sepito quominus n^e sui tener aquai replere possit. Si quis adversus ea quid fecerit. In o^e res singulas quotiens cumq; fecerit, VIII. s. colonis, municipibus p^e eis aque in quorum agro id factum erit, q^e deinde esto. Pecunieque qui volet petitio ac lege isto.

K. V. Qui ac lege coloniam deduxerit, municipium, prefecturam, fora, conciliabola constituerit in eo agro, qui ager intra fines t^e ejus qui colonia, municipii, fori, conciliaboli prefecturæ f^e erint, limites decimanoque ut fiant terminique statuatur curato. Quique fenes statuerit, fines t^e orum sua acto, dum ne extra agrum colonicum v^e territorium ut fines ducat, qui que terminas lege statuti erunt, ne quis eorum quem a^e citato, ne vae loco moveto insciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, interminos singulos quos ejecerit loco moverit b^e insciens D. M. hoc est dummodo

XX

SS. V.

a id est Kaput tertium. Ita enim prisci scribebant. Sic mox. C. IV. & K. V.

b Ex aliâ lectione scribend, colonia hac lege deducta, quodue.

c Lege, intra fines, vel potius ad scripturam veterem, intera ita dicebatur, ut apud Lucret, non semel. supera, d^e loco, scribe.

e Valet, in cuius supra scriptus.

f Melius, restituendum.

g Non facile me extrico: tamen puto sic, curato, Unque recta actum pactum esse vult. Tale aliquod geminatum verbum fuit.

h facio.

i Fortè, decimanique.

k Legerim, quacumque fossa, limites. idè Higinus alibi agros finit terminis, arboribus, superciliis, vepribus, fossis. Alia tamen lectio, quicumque possit.

Fortè, quicumque possit.

l Scribo, eamque datus.

m Me iudice hæc omnia scribenda, decimano sine obsepito, n^eve quid in ei molitum, ne e^e quid ibi opitum habeto. Inolitum, ad arbores pettinet; oblitum, ad fruges. Vide infra.

n. Legō, suo itinere, aqua ire fluere possit. ut apud Frontinum in S. C. quo minus ea aqua ire fluere, adeve.

o Malim, inter singulos. id esset, terminos singulos, ut hac ipsâ lege, infra.

p Alia scriptura, eis adque, puto antiquos usurpasse. Eis atque, pro Eisque.

q Facilis emendatio. Notæ enim fuerunt, d. d. esto. id est, dare damno esto. Formula prisca, quam pon cepit quisquis hic exscriptor.

r Legō, ejusque colonia.

s Verius, erit t^e statim, decimanique.

t Similis alia lectio, nisi quod bonum habet. Ego hic prorsus nihil video.

u Scrib. territoriorum, fines.

a Fuit, eicio, & statim sciens, non insciens. ex altera scriptura.

b Imperitum glossema. Concepra lex fuit, sciens d. m. s. s. v. M. N. Id est, dolo malo se fecerunt quinque milli. a nummum. Boni viti, D. M. dummodò interpreta- bantur; & inde in contextum venit glossa, quam eicies.

c Error qui supra, scribe, d. d. esto. dare damnas esto.

d Lego, curatoris qui h. l. erit.

e Alia lectio. recuperatorumque. xx. d. no scribe etiam, add. Etio.

f Legerim inter. singulos. id est interminos. Ut supra.

g Non tolero hoc monstrum lectionis. Aliàs scribitur, denuntiandi adestante. Lego, denuntiandi potestatem. Apud Probum de Notis: Quanti ea res erit, tanta pecunia iudicium recuperatorium dabo, testibusque dumnaxat decem denuntiandi potestatem faciam.

h Iterum nodus. Quem conabar sic evolueret: & si duo simul de eâ p. petierint condemnatiue erunt. vel potius, de eâ pecuniâ petita condemnati erunt. Nam altera lectio, petita erit habet. pro petierint. Alii hæc scribunt, & si ut unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit. Fortasse rectius.

i Etiam hæc ad priorem sententiam sic aptabam, ab eodem aut denique erit. primo. Discrepat tamen scriptura alia, ab eodem ut bonis sub ejus. Quidem, ab eodem de bonis ejus.

k Emendo, ei ejus unius opera maxime. l. Censeo leg. haud erit: vel. aberit. m Melius, desituere.

n Subolet error ex notis: & scriptis fuit, S. M. & sine fraude. id erat, Sinemalo. Tale quid sane sententia flagitat. Et flamm, lacto.

SS. V. M. N. in publicum eorum quorū intra fines his eger erit c. d. st. Deque eâ re d. curatores, quæ hac lege in jurisdictione recuperatorumque ratio adicitio esto. Non curator hac lege non erit, tum quicumque magistratus in eâ coloniâ municipio, foro, conciliabolo, præfecturæ jurisdictionis accit. ejus magistratus de eâ re jurisdictionis iudicisque datus adicitio esto. Inque eam rem his qui hac lege iudicium dederit testibus publicis dumnaxat & inter singulas ss. x. milia & denuntiandi hæc cessantem facito, ita uti è rep. fideque suâ videbitur. & si duo h sunt de eâ pecunia petierint condemnatus erit, eam pecuniam ab i eodem ut denique ejus primo quoque tempore exigito. Ejusque pecuniæ quod receptum erit, partem dimidiam k & hujus unius operam maxime his condemnatus erat, partem dimidiam in publico reditura. Quo in loco terminus l haberit si quis in eum locum terminum m restituere volet, n summa & sine fraude suâ licta facere, ne vae quid cui his ob sam rem hac lege damnas esto.

Dixi ad hanc legem quæ scivi, quæ potui. Reposui supra vocem Inolitum, neve quit in eis inolitum, neve quit ibi opsitum habeto. Tamen alia lectio, molestum, sed vera, puto, emendatio mea, quam ad hunc Livii locum velim pertingere, libro xxxix, Aquam publicam omnem in privatum ædificium fluentem aut agrum, ademerunt: & quæ in loca publica inædificata immoluate privati habebant, intra dies xxx. demoliti sunt. scribique, inædificata, in litæve. Agellius lib. xii. Natura, quæ nos genuit, induit nobis inolevitque amorem nostri & caritatem. Etsi immoliendi etiam vei bug spernam haud usquequaque. Videntur sane ea verba solemnia in legibus ad vetandum, nequid ædium privatarum, neu quid arborum, in loco publico esset.

CAPUT XVI.

Ex Annæi Senecæ Epistolis complures loci. Ladas cursor. Exsaniare. De Turdo, proverbium. Oculifera, & alia plura:

LEGEBAMUS nuper Annæi Senecæ librum, qui Epistolarum inscriptus est; & compluria in eo offendimus digna nota, nec notata prioribus Aristarchis. Ea ego hoc capite, non distinctè nec per partes, sed una, quod dicitur, pertica admetiar.

Epistola LXXXIV.

Marcum Antonium quæ alia res perdidit, & in externos mores ac vitia non Romana trajecit, quàm ebrietas? Nec minor vino Cleopatræ amor. Hæc illum res hostem reip. hæc hostibus suis imparem reddidit, hæc crudelem fecit, cum capua principum civitatis coenanti referrentur, cum inter apparatusissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino gravis, sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius faciebat, si sobrius faceret: quanto intolerabilius, quod hæc ipsa in ebrietate faciebat?

Difertus locus; ut Seneca in reprehensionibus plerumque. *De M. Antonio acutus locus.* Postrema nulli rei; quæ emendo, *Intolerabile erat quod ebrius fiebat: quanto intolerabilius, quod hæc ipsa i. e. faciebat?* Previt mihi unius liber, in quo vestigium non est pessimarum vocum quas eeci. Sententia patet. Intolerabilis, in Antonio, & in Triumviro reip. constituendæ, ebrietas: quanto intolerabilior in ebrietate crudelitas:

Epist. LXXXVI.

Quantulum autem sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & mæstissimæ latior, & effrenatissimis moderatior, & humillimis major? Quid si miretur velocitatem suam laudans, ad claudos debilesque respiciens?

Noli dubitare quin scripserit, *velocitatem suam Ladas. Ladas cursor.* de cursoris proverbio celebrata velocitas est: & per hanc vocem vide quàm acutior sensus.

Epist. LXXXVII.

At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? Pauper sibi videtur ac sordibus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostra circumdederit, in quas multa sudatione corpora nostra exinanita demittimus.

Exsanare. Verbum vetus præferunt aliquot mei libri, *corpora nostra exsanata*. Exsaniare, saniem tollere. Celsus de morfu rabidicanis, *Sal enim exsanat*. Indubiè Seneca ita scripsit: & revocandum in usum probissimum verbum. Simile mendum in hac sanie, apud eundem scriptorem, Epistola xcvi. *Et antiqui medici nesciebant dare cibum sapiens, & vino fulcire venas cadentes: nesciebant sanguinem emitte, & diutinam agrotationem balneo sudoribusque laxare*. Legendum, *sanem emitte*, & referendum ad hunc morem in balneis sudandi. Seneca alibi, *Quid mihi cum istis calenibus stagnis? Quid cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur?* Sanguinis missionem qui ignaram putat medicis antiquis: dignus cui ipsi sanguis, sed à capite, mittatur.

Seneca alibi emendatum.

Mos sudandi in balneis sic.

Epistola xxii.

Interim, quod primum est, impedire te noli; contentus esto negotiis in quæ descendisti, vel quod videri potest majus, incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdes excusationem, & apparebit te non incidisse.

Glossæma tenuissimum.

Libris aliquot abest & potest. Irrepsit, & omnino scribe, vel, quod videri magis, incidisti. Acutè lusit in vocibus Descendere & Incidere. Clara res ex sequentibus.

Epistola lvi.

De villâ Vatia, loci duo.

Speluncæ sunt duæ magni operis, laxo atrio, paries manufactus: quarum altera solem non recipit, altera usque in Occidentem tenet.

Et statim:

Hæc laudes ejus ipse novi: nunc esse illas totius anni credo. Occurrit enim Favonio, & illum ad eò excipit, ut Bajus neget.

Descriptio est villæ Servilii Vatiæ. Prima lego, laxo atrio, paries manufactis. Speluncas enim nativas fuisse vult, sed tam elegantis ingenio loci, ut provocare possent omnes manufactas. Posteriora in mss. reperio, ipse novi: esse illam totius anni credo. Optimè, si scribas, esse villam. Et infra, ut Bajus neget.

Epistola lxxvi.

In locum sili sermo successit: ex quo eam partem ad te perferam quæ in lite est. Te arbitrum adduximus: plus negotii habes, quàm existimus.

Prisca Phrasis reposta.

Repone phrasin fori veteris, te arbitrum adigimus. Quæ nota jam ex Cicerone. & ICtis.

Epistola lxxxvii.

Hæc si nimiam tristitia tibi videbantur, villæ imputabis. In quâ didici ab Egialo, diligentissimo patrefamilias, quamvis verus arbutum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non olivæ alteri ponit. Quod vidi hoc

hoc dico : illud arbutum trimum & quadrimum haud fastidendi fructus autumo.

Depone, te quoque proteget illa, quæ

Tarda venit seris factura nepotibus umbram.

ut ait Virgilius noster. Qui non quid verissime, sed quid decen-
rissime diceretur, adspexit : nec agricolas docere voluit, sed le-
gentes delectare. Nam, ut omnia alia transcam, hoc quod ho-
die mihi necesse fuit deprehendere, adscribam :

Vere fabis satio est : tunc te quoque medica putres

Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.

Annuo tempore ista ponenda sunt : & an utriusque verna
satio sit, hinc æstimes licet. Junius mensis est, quo tibi scri-
bo, jam proclivus in Julium. Eodem die vidi fabam meten-
tes, & milium serentes.

Longè diversam lectionem haurio ex libris: *Quod vidi hoc*
dico : illud arboretum trimum aut quadrimum fastidienti fru-
ctus Autumno deponere. Te quoque p. i. Ita mei manuss,
nisi quod, arborum; unde ego, arboretum. In sequentibus
prorsus lego, An uno tempore ista ponenda sint. Et Paullò
antè, reprehendere : valdè appositè ad sententiam. Ecce
enim ut libenter antiquos, sic Virgilium hic noster tan-
git, tamquam agrariæ rei parum peritum : quoniam scri-
pisset milium & fabam sub idem tempus feri. Sed me her-
cule calumniatur, aut ludit iste Socrates. Milium ex iis quæ
trina tempestate anni seruntur, æstate, hieme, vetere : in
Italia tamen plurimum æstate. Quam solam sationem hîc
Seneca agnoscit. At tu vide Plinium lib. xviii. cap. vii.
& liberabis facile Virgilium hujus culpæ.

Virgilium
Seneca re-
prehendit,
non optimo
jure,

Epist. xcvi.

Hi qui jactantur, & per operosa atque ardua sursum deor-
sum eunt, fortes viri sunt primoresque castrorum. Isti quos
publica quies aliis laborantibus mollius habet, turturilla
sunt, tui contumeliæ causa,

Hære in hac voce necessum est, qui nusquam hærent.
Pincianus, vir egregius & doctrina minime ventosa, lege-
bat, *Tutilinae sunt*, allusione ad Deam priscam, cui no-
men à tutando. Non convenit. In vitium enim hæc Sene-
ca dixit, non in laudem. Aptius fortasse ego, *Turdi illi sunt.*
Turдум reperio paullò suprà eam ætatem hominem
mollem, & infamis cujusdam ignaviæ. Quid autem, si no-
men ejus abiit in dictum vulgi? Qualia quædam ex ima
plebe scriptor hîc aliàs usurpat. Verba Senecæ patris sunt
libro ix. Controv. iv. *Oppressi sunt in templo ab omni multi-*
tudine, quæ postulabat ut Romam Sabbinus cum Turdo profi-
cisceretur. Erat inter infames maxime & invidios homines Tur-
dis. Cùm Turdis promitteret iurum se, Sabbinus silentio factus

Obscurus
locus; ad
illud strandu
aliqua con-
jectura.

XX 3

an

ait, *Ego ad Cæsarem non sum iturus cum mattea.* Ex quibus clarum de infami mollitie hujus Turdi. Fortasse & tota illa cum Sabino actio causam aut principium huic adagioni dedit. Et herclè tam magis cogito, tam magis probo.

Epistola. ci.

Desit sane varietas marmorum, & concisura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quidquid aliud luxuria miscet.

*Laquearia in
adibus.*

Ausim legere, *concisura laquearium cubiculis inter fl.* Certè manufl. *terè, cubiculis.*

Epistola. ciii.

Magna & generosa res est humanus animus : nullos nisi communes cum Deo sibi poni terminos patitur. Primum humilem non accipit patriam, Ephesum aut Alexandriam, aut siquod est etiamnum frequentius, oculis lætius vinctis solum.

Emendo, *frequentius incolis, lætius tectis solum.* Hæc sanè opidorum ornamenta, multitudo civium, auidenitas ædificiorum.

Epistola. cix.

Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos Romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Serviæ matre dubitatur. Anci pater Marcius Numæ nepos dicitur.

*Ex historia
Seneca cor-
rectus.*

Verecium caput, quisquis corrumpit. Nónne adversum mentem Senecæ diserrè ista? Negabat alterum regem, id est Ancum, patrem habuisse: ecce nominat Marcium. Discant à me & à libris scribendum, *Anci pater nullus, Numæ nepos dicitur.* Nam Anci Marci pater ambigitur: satis habent Livius & Dionysius dixisse Numæ nepotem.

Epistola xxxiiii.

Continuum est apud nostros, quidquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista odorifera, nec emptorem decipimus, nihil inventurum cum intraverit præter ea quæ in fronte suspensa sunt.

*Oculifera,
nova &
non infusa
vox.*

Novum, sed idoneum planè verbum suggerunt libri, *ista oculifera.* Vel, ut Modius noster repperit, *oculifera.* Germana lectio. Sic appellat significanter, illa quæ ad speciem in fronte tabernarum cum titulis exponunt: quæ incurrunt in transeuntium oculos, & emptorem alliciunt. Ejusmodi, inquit, invitamenta in nostra secta Stoica non reperies. Cumulavi hoc capite plura; nec poenitet. Rem enim dedi. Poenitet popularium aliquot adolescentium meorum, qui Lectori, post magnifica promissa, non aliud quam nugas divendunt, & nebulas in pariete pictas.

Atas. Si sic pergitor : quod Domitius Afer in re simili non merito ego dicam? Centumviri, hoc artificium perit.

CAPUT XVII.

De lecto Adverso, plane & dilucida dictum. Laberius & Spartianus correctus. Horatius illustratus. Item occultior mos texendi in atrio telas.

DUPLEX mos apud Asconium tangitur in Miloniana enarratione, de quorum altero, non omnia dicta sunt; de altero, quod sciam, nihil. Quem utrumque hoc capite clariorem faciam,

Quam solis esse radii, cum sudum est, solent.

Verba Asconii sunt : *Deinde omni vi, janua expugnata, & imagines majorum dejecerunt, & lectulum adversum uxoris ejus Corneliae, cujus castitas pro exemplo habita est, frangerunt; itemque telas quae ex veteri more, in atrio texebantur, diruerunt.* Queritur de Lecto adverso. Ego censeo eundem proptus fuisse cum lecto Geniali. Novae nuptae lectus sternebatur magnifico apparatu, quem Catullus descripsit, & Lucanus in 11.

Lectus adversus idem cum Geniali.

---- *Gradibusque acclinis eburnis*

Stae thoros, & picto vestes discriminat auro.

Is lectus in nuptiis ipsis, Genialis dicebatur : vel quia Genio & Junoni facer, vel ominis causa, à genendo. Arnobius, *Cum in matrimonium convenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis.*

Juvenalis :

---- *Tyrusque palam Genialis in hortis*

Sternitur. ----

At post nuptias, idem mutato nomine plerumque, Adversus, vel etiam Genialis. Causa alterius nominis, quod hunc lectulum religiose servari mos fuit, & in atrio collocari, januae ex adversum. Scilicet conjugii monumentum, & quasi pignus Ab ea positura, lectus Adversus.

Situs lecti Genialis, & cur Adversus dicitur.

Laberius;

Nunc lentus es tu, nunc tu susque deque fers.

Mater familias tua in lecto adverso sedet,

Servos sexcentis verbis nefariis utitur.

Laberius, versus correcti.

Sic eos versus apud Agellium lego, expleto ultimo auctoribus libris. Servos pro Servus. Cuique autem matronae suus hic lectus ; & in novo conjugio, novus. Cicero pro A. Cluentio; *Lectum illum Genialem, quem biennia ante*

XX 4

filiae

filia suæ nubenti straverat, in eadem domo sibi ornari ac Sterni, expulsâ atque exurbatâ filiâ jubet.

Propertius:

Seu tamen adversum mutaris janua lectum,

Sederit & nostro carita norverca thoro:

Novâ uxore, novus Genialis lectus. Is servari solitus.

Lampridii non certa lectio.

Idem erat, si dixisset, Lectum Genialem. Ductâ enim uxore alia, novus Genialis lectus: & is post nuptias, Adversus. Quod servarint hunc Genialem lectum, discimus ex Lampridii Alexandro, qui inter omnia imperii ponit, quod *Tabula Trajani Imperatoris, quæ Geniali lecto patris imminebat, dum mater cum in templo pareret, in lectum decidit.* Ecce. Diu post conjugium ista: & tamen mentio lecti Genialis. Nec alium intelligere est, quàm hunc Adversum qui in atrio: ubi item imagines magnorum virorum ponebantur. Sed quod ait, *Geniali lecto patris;* videndum ne potius sit, *lecto matris.* Lectulos enim istos matronis adtribui, non maritis, perpetua observatio est: & id clarum ex locis quos adduxi. De eodem lecto capio Hecratii illud:

Horatius explicatus.

----- Lectus genialis in aula est?

Nil ait esse prius, melius nil cælibe vitæ.

Tenebrosum sanè locum, nisi lucem capiat ab hoc ritu. Conjugii verissimum & proprium signum lectus Adversus. Idè Poëta signum pro re usurpans, Age, inquit, maritus est quispiam? Lectum Genialem in atrio adspicit? Malit cælebs esse, & tædium fatetur ejus vitæ. Quàm aptum autem ad hunc morem quod addit, in aula? Nam Aula profectò hîc atrium. Glossæ priscæ, ἀλῆ, *atrium*. Addo jam dictis, hunc lectum non tam ad usum, non promiscuum conjugum, sed matronarum tantum, quæ intosolitæ sedere, & operas eas edere quas nunc dicam.

Aula proprio, idem quod Atrium. Matronæ sedebant in lecto Adverso. Mos texendi in atrio telas.

Idè benè Propertius:

Sederit & nostro cauta norverca thoro. Et Laberius:

Mater familias tua in lecto adverso sedet.

Lanificium & texitura Rem. mulierum.

Transco ad morem alterum, qui est de texendis in atrio telis. Eum sic explico: Lanificium Romanis antiquis impensæ curæ. Docent nuptiæ, in quibus sponsæ colus præferebatur cum lana; cingulum erat e lana; postes velati lana; omnia videlicet signa & indicia matronis operæ futuræ. Lanam enim domi sedulo exercebant, telam texebant, conficiebant vestem. Et hæc omnia matronæ etiam primi ordinis. Laudabile hercle, si quod aliud Romæ institutum: cujus tamen ignoratio ansam quibusdam præbuit mutandi Suetoniani loci in Augusto c. lxxiii. *Veste non temerè aliâ quàm domesticâ usus est, ab uxore, & sorore, & filiâ neptibusque confecta.* Tentarunt enim legere, *Veste non temerè aliâ domesticâ usus est, quàm ab uxore.*

Suetonius explicatus.

Ad

Ad discrimen, inquit, Forensium, quas putant sumpsisse cum credo, extraneo aliquo vendente. Errant. Ego non immerito laudem Augusti: & verisimile optimum patrem familias servasse domi morem antiquum, ut femine lanam traherent & facerent vestem. Itaque eum domesticam intellegit, quæ domi confecta. Indicat idem Suetonius cap. LXIV. *Filiam & nepres*, inquit, *ita instituit, ut & Lanificio assuesceret*. Nec miremur. Textrina enim, & quidquid ad perficiendam vestem, olim muliebre opus. Ejusmodi igitur operas, nere; texere, suere, exercebant in primore parte ædium, id est, in atrio: scilicet ad testificandam diligentiam suam, sive ad exemplum. Arnobius adversum Gentes libro II. *Matres familias vestra in atris operantur domorum, industrias testificantes suas*. Æmilius Probus in Præfatione: *Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium aut cujus mater familias non primum locum tenet ædium, atque in celebrato versatur?* Primum locum ædium, cape, atrium. De his igitur telis quas Cornelia cum ancillis texebat, intellego loqui Asconium. Asconium, quem scripsisse temporibus Claudii Imp. scio, & per familiarem fuisse Silio Italico poetæ. Qui haud dubie ad gratiam amici sui inseruit duodecimo Punicorum hos verius;

Et Arnobius.

Irem Æmilius.

Etas, abjecter, Asconii; & Silii de eo elegans elogium.

*Polydamantem juvenes Pædianus in armis
Bella agitabat atrox; Trojanaque semina & ortus,
Atque Antenorea sese de stirpe ferebat.
Haud levior generis fama: sacroque Timavo
Gloria, & Egeaneis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetæque ex ordine gentes,
Aque Apono gaudens populus: seu bella ciceret.
Seu Musæ placidus: doctæque silentia visæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores.*

Quibus argutè sanè, & quasi aliud trañans, mores, patriam, ingenium, hujus Asconii descripsit. Quod in aliis factitalic cum reperio aliquot præterea locis.

C A P U T XVIII.

Appulejus varie correctus. De clavis in cruce. Planti versus emendatus, & Martialis. Mos tangendi oculos. Fusturandi etymon. Principes Africæ. Appulejus non servus.

APPOLEII graviora quædam intexere huic capiti constitui, & hanc operam gratificari doctis. Tantum doctis,

doctis, quos magni facere scriptorem illum, & multa haurire cotidie ex ejus fontibus, satis mihi constat. At vos Tulliani pueri, Bonum factum, si hoc caput non tangeris.

Lib. III. Milefiarum:

Instruxit feralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infelicium navium durantibus clavus defletorum, sepulcorum etiam cadaverum expositis multis admodum membris; hic nates & digiti, illic carnosus clavi pendentium: alibi trucidatorum servatus cruor, & exorta dentibus ferarum trunca calvaria.

De officina illa magica loquitur, & ejus ornamentis. Initio scripserim, *infelicium manium durantibus calvis*. Calva, *καλὴ* apud Livium & Caprum grammaticum. In clavis pendentium qui sequuntur, ridiculus est Beroaldus. Intellegit ulcera illa vel tuberculos, qui pedibus innascuntur, cum magna molestia ingredientium: qui medicis Clavicali & Clavi. Cor Aristarchi! Nos scimus Appulejum de clavis eorum loqui, qui in cruce mortui: ad quam suffigi corpora solent quaternis clavis.

Plautus, Mostellaria:

Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit:

Sed oâ lege ut offigamur bis pedes, bis brachia.

Seneca, De Vita beatâ, cap. xix. *Cum refigere se crucibus suis conemur, in quas unusquisque clavos suos adjicit.* Plinius lib. xxviii. cap. iv. *Item in quartanis fragmentum clavi à cruce, involutum lana. Collo subnectunt.* Transfigi autem in servili illo supplicio manus & pedes solere, docent sacre historie: & Appulejus clare lib. iv. *Paulatim Chryseros adrexit, grandique clavo manum ductis nostri, repente nixu forissimo, ad ostiâ tabulam adfixit, & exitiabili nexu patibulum relinquit.* Patibulum, id est, ita adfixum quemadmodum in patibulo fontes solent. Eadem significatione Plautus dixerat Carbonaria, *Patibulus ferat per urbem, deinde suffigat cruci.* Agnosceit enim Nonius Patibulum ibi genere masculino. Tamen in vulgatis ejus libris scribitur, *Patibulum ferat per urbem*: ut sentio, mendose, nisi tamen scribas, *suffigat cruci*. Ita recidet res eodem. Clavos igitur pendentiuni in cruce, intellegit scriptor Milesius: & ideo rectè additum, carnosus. Alias, clavos etiam reperies in suspensiois: ad quos alligabant scilicet restim. Inscriptio vetus: *ATIMETO. LIB. CUJUS. DOLO. FILIAM. AMISI. RESTEM. ET. CLAVOM. UNDE. SIBI. COLLUM. ALLIGET.* Ammianus: *Repertumque funiculum, quem finiendæ vitæ pravarere casus, de clavo parieti affixo suspendit.* Simile illud legatum fuit, apud Martialem, lib. iv.

Calva mortuorum. Clavi pendentium: in is error Beroaldi.

Quos clavis in cruce olim.

Transfigi manus & pedes soliti.

Nonius correctus.

Clavi in suspensiois

Coniectura in Martialis verso.

Nihil

*Nihil Amiano præter aridam redtem
Moriens reliquit ultimis patet ceris.
Redtem enim lego, non vestem, ut vulgus interpretum si-
ne argutia ulla.*

Redeo ad Appulejum, qui eodem
libro ait:

*Tandem denique reversus ad sensum præsentium, arrepta
manu Fotidis, & admotæ luminibus meis: Patere oro te, in-
quam, dum dictat occasio, magno & singulari me affectio-
nis tuæ fructu perfrui, & impartire nobis unctulum indi-
dem, per istas tuas papillas, mea mellinula; tuumque manci-
pium irremunerabili beneficio tibi perpetuo pignora.*

*Lego, per istas tuas pupillas. Modus rogandi per oculos sa-
tis notus: uti & jurandi, ex Petronio, Propertio, Plauto.* *Mos tan-
gendi oculo-
los in eb-
riatione.*
*Eum ergo hic restituamus, maxime cum præcellerit, ad-
motæ luminibus meis manu*

Lib. I. Floridorum, ab initio:

*Ut ferme religiosus vianium moris est, cum aliquis lucus
aut locus sanctus in via oblatu est, votum postulare, por-
tum apponere, paullisper adfidere.*

*Prisca scriptura: ponum apponere. Facio ego, domum. Sua-
dente Appulejo ipso in Apologia I. Similiter si posueris do-
num aliquod, si sacrificaveris, si verbenam sumpturus.* *Domum
apponere
in via.*

Florid. IV.

*Eorum ego sermonem ratus & vobis auditu gratissimum,
& mihi compositæ congruentem; & dedicatæ religio summo
in principio libri ratio, quemdam ex his &c. qui mihi Athenis
condidicere percontari à Persio Grace, &c.*

*Nihil potest corruptius. Emendo, & vobis auditu gratissi-
mum, & mihi compositu congruentem, & dedicatæ religio summo;
in principio libri facio quemdam ex his, &c. De dialogo suo
loquitur, & caussis ejus componendi: & facio, inquit, in
principio loquentes tales & tales. Non Æsculapius me-
lius huic loco fecerit medicinam.*

Libello, De Deo Socratis:

Si nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet?

*An ut ferocissimo Mezemio dextra & telum quod missi-
le libro? Apagesis tam cruentos Deos, dextram cædibus
fessam, & telum sanguine rubiginosum. Utrumque idoneum
non est per quod adjures, ut de per ista jurent, cum sit sum-
mi Deorum hic honor proprius: Nam & jusjurandum di-
tur, ut ait Ennius. Quid igitur jurabo? Per Jovem lapidem
Romano ritu?*

*Dicit jusjurandum summi Deorum esse proprium: & id
verbis Ennii probatum vult. Ubi ergo illa? Nam quæ se-
quuntur, nihil ad eam sententiam. Censeo scribendum,
Nam & Jovis jurandum dicitur ut ait Ennius. Jurandum per
Jovem* *Jusjuran-
di subtile
etymon.*

Jovem esse, id est summum deorum, à verbo ipso colligit: quia formata vox quasi Jovisiurandum sit. Ennii verum quem intellegit, ecce apud Ciceronem, *Fides alma, apta permis jurandum Jovis*. Potuisset etiam adducere Nævii verum, *Jus sacratum Jovis jurandum sanguine*. Notetur ergo novitas & argutia hujus etymi.

Ibidem, iutrà :

Neque enim pro majestate deum caelestium fuerat, ut eorum quisquam vel Annibali somnium pingat, vel Flaminio hostiam corrodant, vel Accio Navio cotifecer, vel Sibyllæ familiariloquia versificet.

Reiectum barbarum verbum.

Noli ambigere quin scripserit, vel *Attio Navio cotim ficer*: antique, pro fecet. Inde monstrum verbi propagatum in omnes libros.

Initio libri III. Florid.

Priusquam vobis occipiam, Principes Augusti, gratias agere, ob statuatam quam mihi præsentis honestè postulastis.

Principes Afr. iiii. lus proprius Carthaginensis.

Ad Carthaginenses hæc dicuntur, in Carthagine urbe: & unde hæc Principes Augusti? Profestus sanè Appulejus, si titulum regibus Romanis proprium tribuit suæ genti. Sed error ex notis. Scripsit, *Principes Afr.* id erat, *Africæ*. Ea quidem legitima illo ævo appellatio Senatus populique Carthaginensis. Tertullianum librum De Pallio orsus est. *Principes semper Africæ, viri Carthaginenses*. Ipse Appulejus infra, *Is etiam laudator mihi apud Principes Africæ, viros quodammodo exstitit.*

Apol. I.

Falsi, quod leporem marinum esse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Thenas conservus noster medicinæ nonignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciendum.

Non servus Appulejus.

Bilis mihi in naribus. Quid? Servus ut fuerit Appulejus? Id enim, si quid sapio, verba illa evincunt, *conservus noster*. Nam conservi, qui unâ serviunt, ut condiscipuli, conliberti. Crimen librariorum: & quoniam eos solvat Lua mater. Emendo libens, *Themison servus noster*. Nihil verius. Themisones aliquot inter primores medicos: idè medicorum pueri amabant id nomen.

Themison medicus.

Juvenal.

Quot Themison egros Autumno occiderit uno.

At illi balathrones iterarunt hoc convicium infra, *Pissem, inquit, cui rei nisi malæ, proscidisti, quem tibi Thenus conservus adtulit?* Pariter scribendum, *Themison servus*. Appulejus quidem tantum fuit à servo, ut stirpem suam ubique jactet: patrem Theseum II. virum Madaurensem, proavum Plutarchum celebrans.

CAP.

CAPUT XIX.

De Lectica & Sella prisci ritus. Quando ceperint. Earum forma, discrimen. Catullus & Martialis explicati. Gracchus correctus, & Propertius. Variorum scriptorum loci explicati.

LECTICA & Sellæ apud veteres frequens mentio, frequens usus. Ego quæ de iis sparsim legi, collecta vulgabo: & hoc genere scribendi pergam reddere obnoxiam mihi juventutem.

Lecticam apud Romanos comperior fuisse in duplici usu, Ad mortuos ferendos, & Ad vivos. Ad mortuos, antiquus Romæ mos. Et jam inde à regibus mortui in lectis efferebantur, sive in lecticis. Dionysius libro IIII. cadaver Lucretiæ efferrî facit ἐπὶ κλίνῃς μάλα σινδύμφοις ἐκβάλλει, *in lectica nigris vestibus illustrata.* Et inter leges XII. fuit, ne plures lecti sternerentur uni. Mansit is mos, quamdiu mansit res Romana. Asconius, *Cadaver Clodii in via relictum Sex, Tediis Senator, qui forte rure in urbem revertebatur, sustulit, & lectica sua Romam ferri iussit, C. Gracchus diserte, in verbis quæ mox reddam. Neptis in vita Attici: Elatus est in lecticula, ut ipse prescripserat, sine ulla pompa funebris.* Tacit. III. Histor. *Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam.* Atque hinc nati joci Atquot Martiali, ut libro II. in Zoilum:

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebat,

Dum tamen hec tua sit, Zoile, sancta pila.

Significat Zoilum in illa ipsa superba & pacorum hominum lectica ferri ad sepulchrum: id est, non aliud esse, quam, quod dicitur, vivum cadaver.

Item libro VI.

Invidiosa tibi quam sit lectica requiris?

Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Jocus inde. Mortui honestiores lectica hexaphoro efferebantur: at tenuiores, sandaphila, cui subjeti saltem homines quattuor. Poeta idem:

Quattuor inscripti portabant vile cadaver.

At igitur, Tam indigne homines ferunt te juvenoni, te egenum, ferri hexaphoro; ut id vix passuri in mortuo videantur. Quod tamen alias non inusitum. Quia lectica mortuorum. In monumento M. Antonii Antii Lupi, quod existat etiam nunc via Hostiensis, sculpta lectica cum pulvino & corona cernitur, funebre scilicet signum.

Ad vi-

*Duplex
lectica
usus.*

*Mortui,
in lectica.*

*Martialis
aliquot epi-
grammata
de illustra-
ta.*

Sandaphila, honestum quatuor.

*Sepulchrum
Antonii
Antii Lupi
cur ubi lectica.*

*Leſtica
geſtandi
vivis.*

*Quando
non fuerit.*

*Quando
fuerit, &
non inven-
ta.*

*Catulli
alio in-
tellectus.*

*Antiquis-
ſima men-
tio leſtica.
Græcæ
apud Agal-
corretus,
explicatus.*

*Leſtica
primo ad
viam.
Poſtea ad
viſum in
urbem.*

Ad vivos quando adhiberi leſtica cœperit, ignoro. Plau-
ti ævo, id eſt, ſub bellum Punicum ſecundum, nec in mu-
lierum quidem uſu leſtica fuerunt: nedum virorum. Ar-
gumento, quod in Comœdiis ejus nuſquam mentio: cum
aliàs non invitus ejusmodi delicias tangat ſæculi ſui. Ar-
gumento clariori, quod in Aulularia, ubi ex profeſſo in-
eptias deſcribit mali ſexus: mulos, muliones, vehicula,
plauſtra nominat, non mutit de leſticis. Sed & apud
Livium, in Oratione Catonis pro lege Oppiâ inter po-
ſtulata muliebria carpentum eſt ſeſtis: profeſſiſque die-
bus, non leſtica aut ſella: & Valerius Tribunus qui re-
ſpondet, oſtendit turpe eſſe Latinas feminas carpento ve-
hi, Romanas pedibus ſequi, *tamquam in illarum civitati-
bus, ait, non in ſua imperium ſit.* Non ergo vivorum tunc
leſtica. Et quamquam de initio callide non ſcio: tamen
veniſſe eas primum in uſum credo, poſt bellum Punicum,
Aſiâ devicta. Facio conjecturam, quod in Bithynia &
Cappadocia frequens leſtica: & ideo probabile, inſtru-
mentum illud luxuriæ & deſidiæ inde tranſlatum Romam
favere conjecturæ meæ verſus Catulli videntur, originem
leſticarum referentis ad Bithynes,
*At certe tan.en, inquit, quod illic
Natum dicitur eſſe, comparaſti
Ad leſticam homines.*

Apparet enim cum dicere leſticas natas in Bithynia & in-
ventas. Et facit huic ſententiæ Cicero, lib. v. in Verrem:
*Nam ut mos fuiſſet Bithyniæ regibus, leſticâ octophoro fereba-
tur.* Quidquid de Bithynia ſit, ex his C. Græchi verbis
(nec aliud ſanè veſtigium leſticae apud ſcriptores eſt ve-
tuſtius, ſi rectè ſtravi de C. Monetæ). clare colligo. nec ve-
tuſtam nimis leſticam id ætatis fuiſſe, nec frequentem.
His annis, inquit, paucis ex Aſiâ (ſcilicet cunctanter ſcribe-
re, *in Aſiam*, flagitante ſenſu) *miſſus eſt qui per id tempus
magiſtratum non ceperat, homo adoleſcens pro legato. Is in le-
ſticâ ferebatur, ei obviam bubulcus de plebe ænuſinâ advenit:
& cum ignoraret qui ferretur, per jocum interrogavit num mor-
tuum ferrent?* Ecce. nōne quaſi delicias eas reprehen-
dens objicit Græchus? Et propter inſolentiam rei, de
mortuo ſuſpicatus eſt bubulcus? At, neutrum fuiſſet, ſi pa-
riter ac poſtea, frequens tunc leſtica.

Haecenus de origine ſcio: dicam aliquid de progreſſu.
Uſus leſticae primus in agris, non in urbe. Utebantur e-
nim, ut obſervo, ad iter tantum: non ad deſidiam urbanam.
Itaque in peregrinationibus frequens mentio leſtica: nul-
la, quod ſciam, in urbe, ante ætatem Ciceronis. Illa ipſa
Catulliana mulier leſticâ ferri petit ad Serapim. At Sera-
pium tunc extra urbem. Tamen vicerunt deliciae, & ſub

tem-

tempora Julii Cæsaris recepta lectica in urbem : scilicet corruptis moribus, & per bella civilia impunito luxu. Ita Cæsarem ipsum lectica latum per urbem, colligo ex Ciceronis verbis Philip. II. quæ usui mihi erunt infra : & amicos Antonii cum lecticis ad curiam venisse, in quibus scuta recondere, auctor idem Cicero non uno loco. Vulgatæque jam lecticæ in feminas, in viros, in omnes ordines : donec animum iterum reip. advertens Cæsar, in parte restituit morem pedibus eundi antiquum. Suetonius hoc voluit in Julio, cap. XLIII. *Lecticarum usum, item conchyliatæ vestis & margaritarum, nisi certis personis & aetatibus, perque certos dies, ademit.* Et, qui Suetonio dat lucem, Eusebius in Chronicis : *Prohibita, ait, lecticæ uti margaritisque, quæ nec viros nec liberos haberent, & minores essent annis quadraginta.* Nollem artasset Eusebius hoc interdictum ad feminas : ego scio pertinuisse etiam ad viros. Quæ de lecticis quidem est. Et fortasse vetuit Cæsar lecticis uti, nisi Senatores aut Senes. Certè vetitæ in servis & libertis. Ex Suetonii Claud. cap. XXVIII. qui ut rem novam narrat, quod *Masporeæ liberti, lecticâ per urbem vehendi spectaculaque publicè edendi jussu tribuerit.* Id autem edictum Cæsar concepit, cum Cleopatra urbem ingressa esset, magno comitatu & regio luxu. Sed non habuit vires. Paulo post enim promiscuæ iterum in urbe lecticæ ; & ab Augusti temporibus credo eas non solum sine poenâ fuisse, sed etiam sine lege. Nihil enim tam obvium in omni historiâ temporum illorum, quàm urbanæ lecticæ : nisi quod Domitianus Imperator, *Usus lecticarum prohibitis feminis ademit*, notante Suetonio, cap. VIII.

Cæsari in seridiffum de prami- feno ejus usu.

Id non dup- surium.

Addam nunc & lecticæ formam : quæ duplex, alia Aperta, alia Testa. Apertæ, forma simplex, asseres aliquot compacti, qui capere pulvinum oblongum possent, in quo homo singularis porrectus jaceret. Ad summam non aliud quam modicus quasi lectus. Disco facillè ex sculptura veteris illius monumenti : præterea ex scriptoribus, quorum loca adducam lucis causa. Afferum in lecticâ mentio Juvenali Sat. II.

Lectica duplex Aperta, quæ forma.

Afferes lecticarii.

----- *ferit hic cubito, ferit asseres duro*

Alter. -----

& Sat. VII.

Perque forum juvenes longo premit asseres Medos. ubi asserum, pro ipsa lectica dixit uti & Martialis.

Ut Canus finatus nostro Syrus asseres sudet.

Suetonius in Caligula, c. LVIII. *Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus in auxilium accurrerunt.* Ex quo loco, non vanè quis suspicetur asseres eos exemptiles fuisse, & facile

Vincula in
lectica.

facile in lecticam reponi potuisse aut tolli. Eò magis, quod vinculorum aliquotiens mentio, quibus lectica colligata. Gracchus: *Ubi audiuit, lecticam deponi jussit: super quibus lectica, deligata erat, usque adeò verberari jussit, dum animam efflauit.*

Martialis:

Quem grex togatus sequitur & capillatus,

Recensque sella linteiisque lorisque.

Pulvinus
item.

Pulvinum in lectica, adstruo ex Cicerone, ut in Verrem: *Lectica octophoro ferebatur, in qua erat, pulvinus perlucidus, rosà farctus.* Ait, rosa farctus: at Juvenalis pluma, quod magis ex more vulgi.

Quid dedit ergo tribus patris aconita, vehatur

Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos.

Seneca ex-
plicatus,
Pedes lecti-
ca.

Indignatur enim scelestum illum, sublimem & superbum ferri in lectica. De pulvino etiam Seneca, De Consolat. ad Martiam, cap. xv. *Equestri insidens statua in sacra viâ celeberrimo urbis loco Clælia, exprobrat juvenibus nostris pulvinum ascendentibus, in eâ illos urbe sic ingredi, in qua etiam feminas equo donavimus.* Eleganter. Nam intellegit eos ascendere lecticam, in qua pulvinus. Sed & pedes quidam breviores ad infimam lecticam; quos intellexit Catullus.

Fractum qui veteris pedem grabati

In collo sibi collocare posse.

Et Athenæus lib. v. cap. x. Athenionis philosophi lecticam describit pedibus argenteis, vel, ut ejus verba sunt, *φoπεορ α' πυροπαρ.* His pedibus lectica deposita insistebat. Vide exempla in Suetonii Augusto, cap. lxxviii. & xc. lli.

Lectica te-
sta forma.

Eadem omnia in lectica recta. Nisi quòd hæc majorum deliciarum fuit; contraque aspectum hominum, sive injurias aeris clausa undique & munita. Ideò *Cubiculum lectum* Plinius Nepos alibi in Epistolis dixit: & avunculus *Cubicula viatoria*, nisi fallor, libro xxxv. Hist. Natur. cap. ii. cum Neronem ait *sceptra, & personam, & cubicula viatoria unionibus construxisse.* Munita autem pelle & velo: opere arcuato, plane ad eum modum quem aspicimus hodie in Italica rheda. Pellis mentio Martiali:

Pellis in
lectica.

Non te cucullis afferet caput lectum,

Lectica nec te tuta pelle veloque.

Lectica
arcuata,
Tacitus il-
lustratus.

Et scriptori incerto apud Suidam: *Πλέγμα ποικίλαντες, φoπεορ τύπη' πυροπαρ, & περὶ τοῦ ποικίλαντες, α' κατεργασθ.* Quid lectica aliqua militari & subita locutus videtur, coriis boum ad formam lecticæ muliebri intecta. Opus arcuatum eruo ex Taciti verbis lib. xv. *Cum ad easdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ, vinclo fasciæ quam pectori detraxerat in modum laquei ad arcum sellæ restrictæ, indidit*

indidit cervicem, & corporis pondere commissa tenuem jam spiritum expressit. Clausa igitur undique hæc lectica. Nisi quod fenestræ quædam in ea ad prospectum.

**Fenestras
ejus.**

Juvenalis :

Namque facit somnum clausâ lectica fenestrâ.

**Volume in
ed.**

Ex ipsâ velo sive linteotegebantur , quod dimovere licebat seu adducere, pro voluntate vehentis. Aufidius Bassus, de morte Ciceronis: *Cicero paulum remio velo , postquam armator vidit : ego verò consisto, ait. Accede veterane, & sibi potes saltem rectè facere, incide cervicem.* Nam in lectica, & quidem lecta, Cicero interfectus. Ejusmodi vela ad fenestras oppansa, Plagulas Suetonius appellat in: Titō, c. x. Deinde ad primam stationem mansionem se ibim nactus, cum inde lecticâ transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum, malumque conquestus eripi vitam sibi immerenti. Nonius: *Plagæ grande linteum tegmen, quod nunc torale vel lecticariam sindonem dicimus; quarum diminutivum est plagulæ.* Lecticam hanc lectam intellexit Juvenalis,

*Plagula
leficaria.*

*Suetonius
& Juve-
nalis ex-
plicatus.*

Quæ vehitur clauso latus specularibus antro.

Fortasse & Propertius, cujus versus est ambigua sanitatis libro IV.

Colla cave inflectas ad summum obliqua theatrum,

Nec lectica tuæ fidat aperta moræ.

Cui ausim mederi, sit ad opera moræ. Hac sententia: Nolo, inquit Cynthia, collum flectas ad summam caveam, ubi feminae: nolo etiam lectica per viam te moretur clausa, ne curiose inspicias, quæ aut qualis vehatur. De sententia non ambigo: turbat me leviter syllabæ modus, quam produxit præter morem poetarum. Quamquam mihi & exempla inpediant licentiæ talis.

*De Tro-
portii ver-
su conje-
ctura.*

Clausulectica quando ceperit, non quzerem, nisi inducere multos posset Dionis locus. Ad eum providebo.

Origo le-
Hic a 108

ne quis impingat. Dio Cassius lib. ix. De Claudio Imperatore: Καὶ ὁρῶσι καὶ διφρα καταστῆναι πρῶτον τὸν Παιονίαν ἐν ἡν-
εσται, καὶ ἐξ ὧν ἐκείνη καὶ νῦν ἔχει ὅτι οἱ αὐτοκαυῶντες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς
οἱ ὑπὸ τὸν αὐτὸν διφρα φερούμεθα. Ὡς περὶ δὲ ἀγορῶν Αἰγύπτου, καὶ
τῆς Τιβεριᾶδος, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰς συμποδίας, ποταμίας καὶ γυναικείας καὶ
καὶ ἄλλας ἐστίν, ἵεν ὅτι ἐφθόγη. Quæ verba sic reddidit vir
eruditus Xylander: *Primus hic inter Romanos lecticâ oper-
tâ usus est. Ac inde eâ non Imperatores modo, sed etiam
nos qui consulatum gessimus, vehimur. Cùm ante Augustus
et Tiberius lecticæ tantùm gestarentur, quibus nostro tempore
nonnumquam mulieres vehimur. Quid audio? Lecti-
ca operta noua ætate Claudii? Primus ille inter Roma-
nos eâ usus? Væ Dioni, si hæc scripsit. Nam mihi proclive*

*Latus er-
ror inter-
pretis in
'Dionis
verbis.*

*Refectio
falsa illius
interpretationis
verba*

 \mathbf{xy} **cft**

est docere ; Teſtam in uſu fuiſſe jam inde à temporibus Julianis. Et in ulu dico frequenti. Ipſe Cæſar leſtica teſtrâ per urbem latus : ex Cicerone Philippica **II**. *Quis umquam apparitor, inquit, tam humilis, tam abiectus ? Nihil ipſe poterat, omnia rogabat. Caput in averſam leſticam inferens, beneficia quæ venderet à collegâ petebat.* De Antonio & Cæſare ſermo eſt : illum ait caput inferuiſſe in averſam Cæſaris leſticam. Quomodo autem id convenit, niſi in Teſtam ? Suetonius in Julio, cap. **LXXI**. *Maſinham nobilem juvenem, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultavitque apud ſe diu : & mox ex præturâ proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia ſtatim proſequentium, faſcesque liſtorum leſticâ ſuâ avexit.* Ea ipſa occultatio Maſinthæ vix intelligi poteſt, niſi de Teſtrâ. Quid muginor ? Dioni repugnat ipſe Dio, in verbis quæ reddam infra. Sed derivanda profeſſo omnis hæc culpa à ſcriptore veteri eſt : in ſolum expetit Xylandrum, qui verba ejus non pervidiſ. διφρον κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ille vertit, leſticam operitam. Scilicet diſcrimen ignoravit apud Romanos inter Sellam & Leſticam : apud Græcos inter σκιμπόδιον & διφρον. Id verba dedit homini docto. Diſcat à me juvenus. Leſtica inventi veteris fuit : Sella, novioris. Ideò Dio, qui diligens morum veterum, cum curâ adnotatum voluit tempus, quo Sella venit in uſum. Et id ait fuiſſe imperio Claudii, ipſo duce. Non dubiè iſta Dionis mens. Qui Græcè locuti propriè, σκιμπόδιον ſemper de leſticâ ; διφρον de ſella dixerunt ; φερσίον de utroque. Nam σκιμπόδιον non aliud quàm grabatus : & grabati nomine ipſa leſtica Catullo diſta.

*Diſcrimen
inter Sellâ
& Leſticâ.*

*Quid
propriè.
σκιμ-
πόδιον.*

*Leſtica
doneſtica.*

*Leſtica teſ-
trâ Dionis
ſæculo tantiſ
apud pri-
marias ſe-
minis.
Dio verò
explicatus.*

Fraſtum qui veteris pedem grabati.

Interpres Ariſtophanis, τὸν κατέβατον, σκιμπόδιον λέγουσιν Ἀττικῶς, οἱ δὲ φασὶ σκιμπόδιον. Itaque quod in Agellio legimus lib. **XIX**. *veniſſe eum ad Cornelium Frontonem, & offendiſſe cubantem in ſimpodio Græciens.* Non aliud quàm leſticulam cupio, in qua Romano ritu etiam domi jacebant. Talem deſcripſit Suetonius in Auguſto, cap. **LXXVIII**. *A cœnâ ſe in leſticulam lucubrato iam recipiebat.* Ibi donec reſidua diurni ætius conficeret, ad multam noctem permanebat. Addo amplius, Leſticam teſtram Dionis ævo proſus exoleviſſe, vix reliquo apud feminas primates ejus uſu. Hoc ſciendum, ne quid iterùm turbent verba ejus libro **LVII**. de Archelao Cappadocum rege : Οὐτὶς γάρ τοι κακῶς δύνειτο, ὥς ἐν σκιμπόδιον κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, ἐς τὴν αὐτοῦ δειλὴν ἰσχυρομένην. τομιζόμενος γάρ περὶ τῶν αὐτοῦ δειλῶν, ὡς ποτὶ περὶ αὐτῶν αὐτοῦ δειλῶς ἔχον ἐκείνῃ ἰδίῳ, κατὰ τὴν ἑρμηνείαν αὐτὸν ἰσχυρομένης, καὶ τὸ τοιοῦτον ὁ Τίβεριος ποτὶ ἰστοῖς, καὶ διελέχθη γὰρ πᾶς ἐν τῷ σκιμπόδιον αὐτοῦ. En: Tibe-

Tiberii ævo, inquit, lectica testā (utitur voce σκιμ-
ποδία) in usu etiam viris fuit. Et quare hoc tam curio-
se notat ? Scilicet quia aliter res erat ejus sæclo ; & vi-
cem Lecticæ Sella usitata quā feminis, quā viris. Excipio
tantum uxores Senatorum. Clarè idem Dio, paullo su-
pra eum locum quem adduxi, de Libone Druso : Νοσή-
σαντα δὲ ἐπὶ θανάτῳ ἐν τῇ σκιμποδίᾳ κατεστῆς, ὁποῖα αἱ τῶν
βυλάτων γυναικες χρᾶν, ἐς τὴν γερουσίαν ἐσεύμεται. Hæc
non tam anxie notaret, nisi quia tunc id genus lecticæ
propemodum ignotum. Tacitus de eodem Libone, con-
tentus est dixisse, lectica eum delatum ad fores curiæ. Ad
hæc firmanda adde verba illa Dionis ex loco superiore,
lib. LX. Πόρτερον δὲ ἀρὰ ὁ, τε Αὐγύστου καὶ ὁ Τιβέριου
ἄλλοι τε πῖνες ἐν σκιμποδίοις ὁποῖοις αἱ γυναικες ἐτι καὶ νῦν νο-
μίζουσιν, ἐστὶν ὅτε ἐφέροιντο. Id est, Augustus & Tiberius &
alii quidam lecticis tantum uti, quibus etiam nunc feruntur
feminæ. Confer cum loco postremo, videbis clarè eum
intellegere Testas : & interpretem, qui eam pugnam in
verbis suis non vidit, dimittes non sine risu. Concludam
de Testis, si addidero qui huc facit Ovidii locum lib. I I.
de Remedio amoris :

Ovidii ver-
sus de lecti-
ca testā.

Fortè aderam juveni. Dominam lectica tenebat :

Horrebant servi omnia verba minis :

Famque vadaturus, lecticā prodeat inquit.

Prodierat : visā conjuge nullus erat.

Hoc eò, ut intellegamus Augusti ætate id genus lecticas
in promiscuo fuisse feminarum usu : aliter quàm Dionis,
quo tantum in usu matronis Senatorum.

De origine, progressu, forma, quod satis est dixi : adte-
xtam de modo jacendi, & ferendi. Iacebat, qui fereba-
tur, in pulvino resupinus, non feditur.

M. d. u. re-
cumbendi
in lecticā.

Ex Ovidio lib. I. De Arte :

Interea, si ve illa thoro resupina feretur ;

Lecticam domine dissimulante adi :

Si ve vagis illi pedibus spatiosa teretur

Porticus : hic socias tu quoque junde moras.

Sic jacentem ferebant servi sublimem, lectica sibi, ut
Catulli verbis utar, in collo collocata. Expressit scitè
Seneca Ep. LXXXI. Idem de istis licet omnibus dicas, quos
supra capita hominum supera que turbam delictos lectica su-
spendit. Omnium istorum personata felicitas est. Ferebant
autem servi plurimum, sex : unde frequens mentio hexa-
phori. Et ideò poëta :

Seneca ex-
p. l. c. i. u.

Quot servi
a. lecticā.
H. x. a. ho-
ros.

cum jam sextā cervice feratur.

Item alter: *Quid te Cappadocum, sex onus esse juvat?* Interdum octo: quod genus, lectica octophoros. Rarènter viris usurpata, nisi in lupinis deliciis aut morbo. Suetonius Caligulâ, cap. XLIII. *Inter confectis modo festinanter & rapide: interdum adeo segriter & delicato, ut octophoro vereretur.*

Martialis:

Octophoros Octophoro sanus portatur Avite Philippus:

Hunc tu si sanum credis Avite, furs.

Sæpius, ut opinor, feminis, & minori probro. Appulejus II. Apologia: *Veclabatur octophoro. Vidisti profecto ipsi qui adfueris, quàm improba juvenum circumspectatrix, quàm immodica sui ostentatrix,*

Martialis:

Octo Syris suffulta datur lectica puellæ.

*Servi le-
cticarij.*

Qui ferebant, servi lecticarii dicti: & id propriè inter servilia munera fuit. Seneca in Epistolis: *Non turba servorum lecticam tuam per itinera, urbana ac peregrina portantum. Ser Sulpicius: Coactus sum in eadem lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre.*

Inscriptio vetus Romæ:

TI. CLAUDIO

AUG. LIB.

TIGRANO

EX. CORPORE

LECTICARIORUM

CÆSARIS.

Et alibi, CASTRA. LECTICARIORUM.

* Id est,
Decanus
sive Decu-
rio: ut Cu-
bicula-
riorum
Decurio,
Suetonio
Domit.
cap. XVI.
In multis
& cultis.

Item, * DEC. LECTICARIORUM. BRITANNICORUM. Et in Pandectis ea vox sæpè. Ab hac voce Martialis Lecticariolam finxit, quæ cum lecticariis, ut honestè dicam, soleret.

Epigramma ejus est lib. XII.

Ancillariolum tua te vocat uxor: & ipsa

Lecticariola est: estis, Alauda, pares.

Sanè curæ fuisse videtur hominibus soluti luxur, ut hilecticii formosi essent. Ideò non mirum si amati feminis. Scripsisse mihi ab ea mente Seneca videtur, loco tamen corrupto, Epist. CXI. *Hoc ipse mihi dico, quotiens tale aliquid præstrinxerit oculos meos, quotiens occurrit domus splendidæ, cohors culta servorum, lectica formosis imposita coloribus. Ubi scribendum, formosis imposita coloribus.* Itaque longos eligeabant & erectos. Tertullianus ad Uxorem lib. II. *Unde ergo nisi à diabolo maritum petant, bonum ex libendæ scellæ & mulabus, & cinerariis peregrina proceritatibus? Imò plerumque Germanos, quia ii tales.* Idem scriptor De Virgin. veland. *Non vestium tædia, non Gallicos vultus,*

Vultus, non Germanicos bajulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt. Et ad uxorem: Nec Germanicos bajulos præsumere. Clemens Alexand. Pædag. lib. III. cap. IV. Οἱ δὲ τῆς Φορτίαις ἐς ὑψὺ αἰγρῶτες ἢ γυναικῶν φορτίδων βεστάζοντες, κοῦτι πολλοί. Id est: Quæ leſticas mulierum in altum tollant, & cum impetu bajulent Germani multi. Etſi ex alia etjam gente crebrò. Sed tamen cum dilectu ferè magnitudinis & formæ. Scilicet ut magis sublimes ferrentur. Juvenalis Epitheton ego huc traham:

--- turbâ cedente vehetur

Juvenalis
aplicatus.

Dives, & ingenti curret super ora Liburno:

Atq; obiter leget aut scribet, vel dormiet intus.

De leſtica enim capio, & grandibus è Liburnia servis. Benè ergo in Seneca (illuc enim redeo) Formoſos calones lego. eoque meliùs, quòd hi leſticarii veſtiti ferè ut calones, & militariſter pænulati. Seneca idem de Beneficiis, lib. III. cap. XXVIII. Quò tandem ab iſtis gerulis raperis, cubile iſtud tuum circumferentibus? Quò te pænulati iſti, in militum quidem non vulgarem cultum ſubornati? Quo, inquam, te iſti efferunt? (lego, ferunt) ad hoſtium alicujus hoſtiarii, ad hortos alicujus ne ordinarium quidem habentis officium. Elegans proſum in hanc rem locus: Cubile, vocat leſticam; Gerulos, leſticarios ſervos. In collo enim, ſive in humeris ſervorum, leſtica. Unde Succollandi verbum Suetonio natum. Ab his leſtica impoſitis, & quia ſervi diſſugerant, viciſſim ſuccollantibus in caſtra deſtatus eſt. Plin. in Pæneg. Ante te principes, ſiſtudio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant. Illos ergo humericerviceſque ſervorum ſuper ora noſtra; te ſama, te gloria, te civium pietas, te libertas, ſuper ipſos principes vehunt. Hic non dubie perpetuus geſtandæ leſticæ mos. Viro docto & magnæ famæ ubi mens fuit, cum in vita Ciceronis ſcripſit: Ille autem militum advenu ex ſtrepitu & rumore cognito, primùm conſiſtere ſervos & jumenta juſſit, & aperta leſtica, &c. Riſi malis non alienis, cum hæc legi. Jumenta ad leſticam? Apage, cucurbitam ſibi quærunt illa verba. Numquam niſi homines ad leſticam: aliter quàm in eſſedo, aut in rheda. Si falſo, jumentum ego.

Seneca explicatus, & leviter correctus.

Lambini ſuſtinus error.

Sella haud dubie diſtincta à Leſtica. Ex jurisconſulto l. XLIX. De legat. Legato continentur mancipia, puta leſticarii, qui ſolam matrem familiæ portabant: item jumenta, vel leſtica, vel ſella, vel burdones.

Aliud Sella à leſtica.

Ex Martiali:

Leſticam, ſellamque ſequar? Nec ſerere uſo.

Ex Suetonio in Domitiano, cap. II. Habitabat cum patre unâ, ſellamque ejus ac fratri, quociens prodirent, leſtica ſequere.

Y Y 3

b. l. u. r.

batur. Et tollunt omnem dubitationem illa Dionis, quæ adduxi suprà. Videri poterat confudisse Martialis, in his versibus:

Cum tibi non essent sex millia Cæciliane,

Ingenti latè vectus es hexaphoro.

Postquam bis decies tribuit dea cæca, sinumque

Ruperunt nummi, factus es ecce pedes.

Quid tibi pro meritis & tantis laudibus optem?

Dî reddant sellam Cæciliane tibi.

*Lecticarii,
tam de ho-
minibus ad
Sellam,
quàm
Lecticam.*

Non confudit. Nam hexaphoros non minus de Sella dicitur quàm Lectica. Ne Suetonius quidem in Othone cap. VI. *Tunc abditus properè muliebri sellâ in castra contendit, ac deficientibus lecticariis: um descendisset, &c.* Nam quod lecticarios subjungit sellæ: hoc eò, quia sellarii alterius significationis sunt, & obtinuit ut communi nomine Lecticarii dicerentur tam ad Sellam homines, quàm ad Lecticam. Seneca De Tranquillitate vitæ lib. II. cap. XIV. *Tanta quosdam dementia tenet, ut contumeliam sibi fieri posse putent à muliere. Quid refert quantum habeat, quor lecticarios, quàm oneratas aures, quàm laxam sellam? Equè impudens animal est, & nisi sciuntia accessit ac multa eruditio, cupiditas tum ferè incontinens.* Ubi notabis laxam sellam, potentiorum fuisse, ut & apud Martialem,

*Sella la-
xa, & mi-
nuta.*

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit:

contra; minutam, & artam, tenuiorum. Quam facile ferent homines duo. Ita procurator insulæ Bargates apud Petronium à duobus lecticariis in mediam rixam perferitur. Nec alia sententia versuum Iuvenalis est, cum inter vota sua ponit:

*Juvenalis
explicatus.*

---- & duo sortes

De grege Mœsorum, qui me cervice locatâ

Securum jubeant clamofo insistere circo.

Nam sellis deferebantur in circum, sive in theatrum, & in iis etiam perfedebant. Suetonius in Nerone, cap. XXVI. cujus verba mox reddam; & Calpurnius:

Inter femineas spectabat turba cathedras.

Cathedras non absurdè capiam pro sellis, suadente Iuvenali:

*Quid ca-
thedra.*

---- cum jam sextâ cervice feratur

Hinc atque inde patens, ac nudâ pænè cathedrâ,

Signator falso.

*Sella n. n.
liebris.*

quamquam ea vox propriè de sella muliebri. Discretam sane eam fuisse à virili, satis mihi auctor Suetonius, in Othone cap. VI. *Tunc abditus properè muliebri sellâ in castra contendit.* De ea & Seneca I. De Benefic. *Rudiculus, inhumanius & malevolus (malo ex meo veteri, & mali moris) est, si quis conjugem in sella prostare vetuit, & admissis infre-*

inspectoris ubi undique perspicuam. Ubi carpi vides in feminis sellam apertam, quia velamenta scilicet magis ad sexus illius pudorem. Idem alibi: Nonquam margarita suffocent: quam in patente sella circumlatam per urbem populus ab omni parte æquè ac maritus inspexerit. Patens ergo sella virorum magis: tecta feminarum. Reperio & gestatoriam sellam; non tamen genus aliquod proprium, ut cenleo, sed cautionis fortasse gratia sic dictam ad discrimen sedentariæ sellæ. Suetonius in Nerone cap. xxvi. Inmeridii quoque gestatoria sella clam delatus in theatrum, seditionibus Pantomimorum, ex parte posceni superiore, signifer simul ac spectator aderat. Et Vitellio, cap. xvi. Coninuò igitur abstrusus gestatoria sella. Ubi de eadem re Tacitus: Vuellius in domum uxoris sellula defertur. Ut suspicari non de nihilo quis possit, sellam illam minutam, & qua vulgus in theatrum deferabatur, Gestatoriam dictam. Interpretem nuperum, virum eximiè doctum, illa Suetonii aptare ad gestationem; demiror ego. Et adducit à Claudio locum capitis xxxiv. Solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alioque aptatus, ne lusus confunderetur: nec videt ex iis verbis, Gestationem propriè in essedo fuisse aut rheda, subiectis mulis aut equis: longe aliter quàm in Sellâ.

Sella gestatoria.

Error interpretis, ad Suetonium.

De origine Sellæ non quærerem (liquida enim ex Dionis verbis, quæ supra) nisi nubem rei claræ induceret Suetonius, c. lrv in Augusto, *In Consulatu pedibus ferre: extra Consulatum, sæpe adoperta sella per publicum incessit.* Considera. Sella adoperta incessit vulgò Augustus? Quomodo potest? Suprà enim ex Dione docui Claudium Imp. primum omnium Romanorum Sella aperta usum. Nimiùm claris verbis id adfirmavit scriptor Græcus. Quid dicam? Fumus in oculis meis hæc Suetonii verba: & ne alterutri abroganda fides sit, abrogabo potius receptam lectionem, scribamque, *sella adperta.* Ita dirempta pugna: quasi sella quidem usus Augustus, sed aperta, non tecta. Tamen ne quid mentiar, non nimium id placet. Potius crediderim, dum sua tempora Suetonius respicit, fugisse ab ore ejus Sellæ verbum, cum tamen intellexerit lecticam. Causa huic opinioni, quoniam non reperio Augusti ævo Sellam, semper lecticam. At post Claudium, plerumque Sellam, rara memoria Lecticæ. Et Sellam dico tam in feminis, quàm viris. Iuuenalis, in viris:

Quando Sella orta, Et Suetonius qui obstabat, ruminus locus.

Corruptus si forte Suetonius.

Post Claudium Sella frequens, usque ante.

Respicit hoc primum qui litigat, an tibi servi Octo, decem comites, post te sit sella, togati. Ante pedes.

Martialis:

*Et mea sit culto sella cliente frequens.*In feminis : Tacitus lib. XI V. *Agrippinam, auditis insidiis gestamine sellæ hujus pervectam.*

Juvenalis:

Ostendens vacuum & clausam pro conjuge sellam.

Et exempla ubique obvia.

Sella di-
gnior, Le-
ctica.Sella, postquam recepta in usum, dignior habita Lectica ex Suetonii unico, & ideò notando loco, in Domitiano, cap. II. *Ob hæc correptus, quò magis ætatis & conditionis admoneretur, habitabat cum patre unâ, sellamque ejus ac fratris quotiens prodirent, Lectica sequebatur.*Forma Sel-
la qualis.

Superest Sellæ forma. Eam credo ita compactam fuisse, ut apta esset ad sedendum: eoque discretam à Lectica, quæ ad jacendum. Colligo ex voce; & quia non lectus in Sella, sed tantum cervical, ad caput scilicet reclinandum.

Juvenalis:

*Ut spectet latus conducit Ogulnia vestem,**Conducit comites, Sellam, cervical, amicos.*Ut id genus gestatorii videatur non absimile illi, quod hodie in usu virorum principum, quotiens molliter & sine successu ferri colunt. Tantum quidd olim servi: nunc subjunguntur muli aut equi. Faciunt aliquid ad descriptionem Sellæ hæc Lampridii in Elagabalo: *Facta sunt S.C. ridicula de legibus matronalibus, quæ quo vestitu incederent; cui crederent (lege cederent, scilicet per viam) quæ pilento, quæ asino deberet, quæ sellâ. Quæve earum pelluceæ, an osseæ, an eboratæ, an argentatæ. Caput exasceatum est de Lecticis & Sellis. Quarum usum moneo ignotum priscis Græcis, ex Iuvenali,*Sella pellu-
cea, osseæ,
&c.
Ignota
lectica
Græcis.*--- quamquam non essent urbibus illis**Prætexta & trabee, fascēs, Lectica, tribunal.*Et Barba-
ris ad O-
rientem.Etiam Orientis populis. Tacitus lib. II. Annalium de Vonone rege Parthorum: *Accendebat dedignantēs & ipse diversus à majorum institutis, raro venatu, segni equorum curâ. Quotiens per urbes incederet, Lecticæ gestamine, fastuque erga patriæ epulæ. Quæ vitia omnia ad Parthos Roma transtulerat Vonones, olim ibi obses.*

C A P U T XX.

*In Suetonio selectiora aliquot loca. Qualis lex Julii fuerit, concepta de matrimoniis. Eloquentia Cæsaris. De Jano clauso, accurata disceptatio.*S U E T O N I A N I aliquot loci sunt obscuræ & intricatæ, Spertim etiam ambiguarum historiæ; & quam, ut Plato ait
ἐ π α ρ ο ν

ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὕτως εἶπεν. Ego quia videor iis præter præfatos interpretes posse dare lucem : carceres aperiam , & emittere equos incipiam ad palmam.

In Iulio cap. LII.

Helvius Cinna trib. pl. plerisque confessus est , habuisse se scriptam paratamque legem, quam Cæsar ferre iussisset cum ipse abesset, ut uxores liberorum quærendorum causâ, quas & quot ducere vellet, liceret.

Ambigit de lectione V. clarissimus Torrentius. Merito. Cui enim probabile , Cæsarem eò impudentiæ venisse, ut sublato omni status & ordinis discrimine , quot & quas cuique visum esset legitimas duceret uxores ? Dico legitimas. Id enim valent verba illa præfate formulæ. Liberorum quærendorum causa. En legislatorem ! dignum laqueo. Zaleuci. Torrentius tamen , ut in parte minuat invidiam legis, scribi vult, *ut uxores lib. quær. causâ, quot ducere vellet, liceret.* Alia illa voce omissa. Ut numerus quidem uxorum arbitrarius fuerit : at non conditio aut status. Puta ne servas ducerent, ne peregrinas. Verius mendi hunc locum libero ego, scriboque, *vellet, non vellet.* Lectio leviter , sententia immane discrepat. Ad Cæsarem enim ipsum ea lex pertinuit. Et inter argumenta insanitiæ cuiusdam libidinis ponit Suetonius , quòd legem promulgari voluerit qua jus sibi esset legitimas uxores habendi quas & quot vellet. Turpe hoc ipsum. Quis defendit ? Tamen tolerabilius , præquam illud primum. Eam Suetonii & conceptæ legis mentem fuisse , clare docet Dio lib. XLIV. qui inter alios honores Cæsari decretos , fuisse narrat qui jus illi darent cum quibusvis feminis se jungendi. Verba ejus adscribam , fidei meæ causa : Ἀ' μέλει καὶ γυναικῶν ὅσαις αὖ θελήσῃ συνίεναι , ὃ ἐτύλμασάν ἐπιτρέψαι ; ἐπὶ πολλαῖς καὶ τότε ἦν , καίπερ παντηχοῦσας ἂν, ἐχρητ.

*Lex Julia-
na de uxori-
bus.*

*Et corre-
cta, & ve-
ra ejus sen-
tentia po-
sita.*

Cap. LV.

Eloquentia militari : qua re aut æquavit præstantissimorum gloriam, aut excessit, post accusationem Dolabellæ haud dubiè principibus patronis annumeratus est.

Aintu ? Eloquentia tantum militari Cæsar? Tenuis, imò falsa laus. Et Cæsarem etiam forense eloquentia valuisse usque eò scimus , ut ambiguam facere palmam potuerit Ciceroni. Sed & causas olim in foro egit : testes, Cicero pro Q. Ligario , & Quintilianus. Emendo igitur, *Eloquentia militarique re, aut æquavit.* Benè & verè Suetonius. Duas enim virtutes celebrat : & eloquentia quidem , ait , attigit summorum gloriam ; re militari excessit.

*Eloquentia
Cæsaris
militia, &
domi.*

*Corre-
ctus
Suetonius.*

Cap. LXXXIII.

Sed novissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavium ex dodrante, L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante. Reliquos in imâ cerâ; C. Octavium etiam in familiam nomenque adoptavit.

*Verba Testamenti
Augusti
corrupta.*

Qui isti reliqui in imâ scripti? Et multa sanè verba in explicatione hujus loci jam olim perdidit Alexander, Genialium dierum lib. I. cap. I. Dico, perdidit, quia lectio & distinctio vulgata non sine mendo: quod, me auctore, eluendum: L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante reliquo. In imâ cera C. Octavium etiam, &c. Nec opus habeo lectioni per se claræ facere lucem.

In Octaviano, cap. XXII.

Janum Quirinum semel atque iterum à condita urbe ante memoriam suam clausum, in multò breviori temporis spatio, terrâ marique pace parâ, ter clausit.

*De Jano
clauso no-
duo in: vi-
casus.*

*Glareani
& Langii
super eâ
sententia.*

si refutari.

Cerebrum multis excussit hic locus, quia pugnare iis visus in historiâ cum Livio & Plutarcho. Ex quibus quasi rem confellam sumunt, Janum Geminum non ter ab Augusto, sed semel clausum, idq; post Actiacum bellum. Igitur ne manifestò Suetonius hujus rei mendax: visum pridem Glareano scribere, *tertiò clausit*. Hac sententia, ut qui bis ante Augusti ævum clausus Janus, eum terciò clausit ipse. Placitum idem doctissimo & optimo Belgarum Langio; & hoc amplius, tolli è Suetonio illud totum, *in multò breviori temporis spatio*, quasi glossema. Videbat enim facilè vir acutus subverti lectionem Glareani, stantibus iis verbis. Sed parcite boni manes, non ego vos sollicito: tamen hîc largiter errastis. A vulgatâ lectione stant omnes libri: à sententia Orofius, lib. VI. qui distinctè & per partes notat ter Janum clausum ab Augusto. Primò post Actiacam pugnam: iterum, victis Cantabris: terciò, gentibus omnibus terrâ marique pace compositis. Etiam Dio, qui clarè lib. LIII. de Cantabris scripsit, *Αὐγὸς τὸ τρίτον ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐπέμαξε, καὶ τὸ τε γὰρ πρῶτον καὶ δεύτερον δι' αὐτὸς ἐκλείπει*. Vide eundem & lib. LIV. Tempora quibus clausus, hæc. Primò, in consulatu Augusti quinto, post Actiacam pugnam. Clarum. Iterum consulatu decimo, anno Urbis DCCXXX. ex Dione. Terciò, consulatu undecimo, ex lapide qui Emeritæ in Hispania: IMP. CÆS. DIVI. F. AUGUSTUS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBUNIC. POT. X. IMP. VIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPLO. JANI. CLUSO. Quid nunc dicitis? Pugnare cum hac historiâ Livium & Plutarchum? Videamus. Livii verba sunt è libro I. *Bis deinde post Numæ tempora Janus clausus fuit; semel T. M. natio Cos. post Punicum primum perfectum bellum; iterum, quod nostra*

noſtræ ætati dii dederunt ut videremus, poſt bellum Actia-
cum, ab Imp. Cæſare Auguſto, pace terra marique partâ. Ex
iis colligimus, inquit, ſemel dumtaxat Janum cluſiſſe
Auguſtum. Non herclè ego. Et audite me. Tempus in-
ſpiciendum vobis fuit, quo ſcripſit iſta Livius. Vivi nem-
pe amicitia Auguſti floruit ſcriptor Patavinus: hiftoriam
ſuam illò vivente exorſus, imò res adhuc gerente. Quo
tempore ergo iſta narrabat, ſemel Janum clauſerat Au-
guſtus. Cantabrigi, inquam, nondum victi erant, cum ad
gratiam amici magni, operi æterno inſevit illa Livius.
Quomodo ergo tunc de triplici clauſione ſcribere potui-
it; niſi ſi ſuperſtitioſus, aut divinus? Hæc mera veritas:
& eadem ſcripturum in re tam clara Livium fuiſſe, quæ
Suetonii, Oroſius, Dio (ſi tamen libroſed perduxit) tam
liquet mihi quam me vivere. At Plutarchus diſſentit
etiam, qui ſic ſcribit in Numâ: Νομίζεται
ἀνεῖσθαι μὲν αὐτὸν, ὅταν ἡ πόλεμος, κελεύσας δὲ εἰρήνης προμήνης.
ὁ δὲ χαλεπὸν, ἢ καὶ ἀσπείτως γινώσκον, αἰεὶ πρὶν σωματικῆς πολέμου ἢ
ἡγεμονίας, ἀφ' ἐκείνου τοῖς κύκλοις περιεχυμένος ἡγεῖται βαρβαρῶν
ἀντιπερὶδόντος. πλὴν ἐπὶ τῷ Σεβαστῷ Καίſαρι, κελεύσας ἡ
λάνθῃ. Ἀπὸ τῶν. καὶ ἀπὸ τῶν, ὅπως δὲ οὐκ αἰετὶς καὶ Τί-
τος Μακρίδης, ἡρώων δ' πολλῶν, εἴτε δίδυς ἀνεῖσθαι πολέμου σφίσι γέν-
ται. En: Rarò, inquit, clauditur Ianus propter barbari-
cos motus, qui perpetui: niſi quod Auguſtus clauſit, victo
Antonio, & M. Atilius & T. Manlius Conſules, olim. Re-
ſpondeo: Plutarcho non id propoſitum, ut enumeret quo-
tiens Ianus clauſus. Si fuit, non libero eum proſus cul-
pæ: quia per ætatem ſuam & hiftoriam, ſcire potuit sæ-
piùs ab Auguſto, quàm victo Antonio clauſum. Sed ſcri-
ptor Græcus haud dubie oculos adjecit ad Livii locum;
& illum, ut ſolet, ſatis habuit exprimere. Concludam, &
addam firmandæ Suetonii hiftoriæ Fragmentum Taciti,
apud Oroſium his verbis: *Deinde, ut verbis Corn. Taciti*
utar, ſene Auguſto patefactus Ianus, dum apud extimos ter-
rarum terminos novæ gentes sæpè ex uſu & aliquando cum
damno quærentur, uſque ad Veſpaſiani duravit imperium. Ait,
ſene Auguſto. Ergo poſt Actiacam pugnam neceſſariò
iterum apertus, iterum clauſus Ianus. Nam illa pugna,
juvenis ſane Cæſar. Sed & ait manſiſſe ad Veſpaſiani im-
perium, quia clauſuram illam Neronis (de quâ Sueton. &
Numi) ſubterhabuit ut vanam. Sicut & Oroſius lib. VII.
qui à Veſpaſiano Ianus cluſum ſextum diſerte tradit.
Sextum inquam, ad rationem meam & Tranquilli.

Verus in-
tellectus
verborum
Livii.

Verba Plu-
tarchi late
interpre-
tanda, ni
ſint, late
errat ipſe.

CAP.

C A P U T XXI.

Agelliani complures loci. Cautus, quid. Macrobius correctus. Leges Flaminicæ emendatæ. Item Cato. Priscæ locutiones repositæ. Glossæmata aliquot sublata.

CALUMNIANTUR multi hoc Criticum studium, ut inutile: multi abjiciunt, ut leve. Et reverà, si ventosa aliquot ingenia spectas nostri ævi; non peccant. Abutuntur enim multi per vanitatem & imperitiam. Sin veros illos & legitimos censores; adseverandum est non priscam illam Censuram magis fuisse juvandis moribus, quàm hanc nostram litteris. Paucis hoc videbitur. Quid refert? Mihi cum Lucilio fiducia est ut dicam,

*Correctus
Lucilius,
apud Ne-
mũ Pauci.
ubi malè,
Non pau-
eis malè,
sed f. c. p.
x.*

Me paucis malle abs sapientibus esse probatum

Ἡ πᾶσιν νεκρῶς ἔργα φθιπύοισιν ἀνέως φθ
ut transiens emendem eos versus. Operam hoc capite Agellio omnem dabo: cujus plerosque locos vera inu-ram nota.

Lib. x. cap. xv.

Cerimonie impositæ Flamini Diali multæ, item casus multiplices, quos in libris qui de Sacerdotibus publicis compositi sunt, scriptos legimus.

*Cautus, in
Jactis
quod.*

Falsa haud dubie vox *casus*. Legebam olim, *caſtus*. Resipui postquam inspexi libros priscos, qui habent *cautus*. Amplector propriæ significationis vocem: & eo nomine accipio, quidquid in sacris cavendum, & religionis gratia vitandum aut omittendum sit. Usus ea bis reperio Macrobius, seu quem alium scriptorem ex quo Macrobius hausit lib. 1. Saturn. cap. xv. *Cæsar*, inquit, *sacra stata custodiens nec in illis mensibus, quibus binos adjecit dies, ordinem voluit mutare Nonarum. Quia peractis totius mensis feriis, dies suos rei divinæ cautus inseruit.* Ubi equidem emendo, *die suo rei divinæ cautus*, & accommodo ad hanc sententiam. Et in verbis quæ statim, *Ideo autem minor Pontifex numerum dierum qui ad Nonas superessent, calando prodebat: quod post novam Lunam oportebat Nonarum diē populares qui in agris essent confluere in urbem, accepturos causas feriarum à Rege sacrorum, sciturosque quid eo mense esset faciendum.* Pariter lego, *accepturos cautus sacrorum*: Et ita in Macrobio scriptum diserte primæ editionis.

*Macro-
bius bis
correctus.*

Eodem

Eodem Agellii capite:

*Ignem e Flaminia, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum
efferi jus non est.*

Scribe voce inserta, nisi in sacrum, postulante sententia,
quam sic expressit Festus: *Ignem ex domo Flaminia nisi
divinae rei gratia efferi jus non est.*

Vox reposita,
qua
exciderat.

Ibidem:

*Nodum neque in apice, neque in cinctu, neque in alia parte
ullum habet.*

Flamen non habet nodum in apice? Miror. Atqui festus
ex Titio ait, *Offendices nodos esse quibus apex retineatur & re-
mittatur.* Vide eundem in verbo Apex: & nummos priscos,
in quibus Albogaleri forma cum Apice. Sequor igitur li-
bros priscos, qui habent, *Nodum in apice, neque.* Hac sen-
tentia, ut nusquam nodo vinctus Dialis, præter in Apice
esset.

Vox re-
posita, qua
supererat.

Ibidem:

Propagines e vitibus altius prætensis non succidet.

Moneo in prisca lege observandam prisca scripturam,
Succidet, pro *Succedet*. Non enim vetatur succidere propa-
gines vitium Flamen, sed subire. Ad eam interpretationem
cogunt nos verba Plutarchi in Caussis: *Διὰ τὴν δὲ μίαν & δι-*
αίτην & διὰ τὴν ἐπὶ τῷ ἱερῷ & Διός, & δι' ὅθεν διγείβειν ἀμυνδύρα δὲ
ἐκείνην ἀγρὸν ἐκείνης; & adde quæ sequuntur. Scriptura illa
prisca manet etiam hodie locis aliquot in Plauto. Ut Tru-
culento:

Scriptura
vetus,
Succido.
Novus in-
tellectus
prisca
legis.

Plautus asse-
qua lux
data.

--- mane jam, ego te hic offatim conficiam. GE. occidi optu-
mum est. Occidi ea significatione scriptum, quam notat Fe-
stus, *Occidamus*, ait, *Plautus posuit pro contra cedamus.*

Ibidem:

*Eodem ferme ceremoniæ sunt, quas Flaminicus sacerdotissæ
Dialis seorsum ajunt observare.*

Dele inculcatam vocem, reposita etiam phrasi antiqua,
quas *Flaminicas*, *Diali seorsum*. *Flaminica*, Flaminis uxor
Seorsum autem Diali, eleganter: id est, separatim & pro-
prias quasdam ceremonias servat sibi.

Glossæ
recusum.

Eodem libro, cap. XVIII.

*Mausolus autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ Carie, ut
quidam Græcorum historiarum scriptores dicunt, provin-
ciæ Græcæ præfectus, quem οὐρανὸν Græci vocant.*

Mausolum provinciæ Græciæ præfectum, in nulla histo-
ria, quod sciamus, scriptum est. Et quomodo potuit? Aut
quando * Græcia in Provinciam redacta à rege magno?
Profecto fraudem aliquam hic fraus librarii. Et aut dele-
ta ea voce scribendum, *provinciæ præfectus*, aut mutata,
provinciæ à rege præfectus. Alterum horum verissimum
est. In eo scilicet dissensio scriptorum, rexne terræ Carie
fueris,

In Mausolo
error libra-
riorum.

* Nisi ta-
men ita
appellatus
Græcicis
ea pars
Asia.

fuerit, an præfectus. Præfectum tantum fuisse sensit Suidas qui scribit, Μαύρου & ἀρχον Κάρον. Contrà cum Tullio Paulanias regem. Quem adi. si lubet, libro VII.

Eodem lib. cap. XXI.

Sed M. Cato non solum existimat, sed etiam multat, à iudice mulieres refert, non minus si vinum bibissent, quàm si probum & adulterium admisissent.

Vetus scriptura in Catonis verbis eaq; proba.

Non parum concinnior lectio vetus, non minus si vinum in se, quàm si probum & adulterium admisissent. Admittere in se vinum, admittere adulterium, lepida vocis alternatio est.

Libro XI. cap. IX.

Crinolaus scripsit, legatos Mileto publicæ rei causâ venisse Athenas, fortasse an dixerit auxilii petendi gratiâ.

Fortasse an. prisca vox. Ejus ignorantia commisit.

Interpositum verbum ab iis quibus ignara vox Fortasse an. Tu scribes, fortasse am auxilii p. gratiâ.

Libro XIII. cap. VIII.

Quæ libri aut magistri per quasdam inanitates verborum & imaginum, tamquam in somnio delectaverint.

Deictare, antiqui scribebant.

Scribendum, dictaverint. Error ex scriptura prisca, deictaverint.

Libro XVIII. cap. V.

Et ut non turbidæ fidei nec ambigua, sed ut pure liquentiusque esset, equusne an eques Ennius scriptum reliquisset.

Liquens & pura fides, id est, clara, certa.

Corrigo, ut pure liquentis que. Lipientem & puram fidem opponit Turbidæ; prorsus proprie.

Lib. XIX. cap. III.

Quoniam, inquit, qui maledicæ & vituperat, quantò id acerbius facit, tam maximâ mole pro iniquo & inimico ducitur; & plerumque propterea fidem non capit.

Turpe glossema ad phrasim veterem.

Dii deæque istos imperitos, quibus nihil priscum est sanctum. Scripserat Agellius, tam maximè pro iniquo & inimico ducitur, phrasi veteri & obvia in Plauto. Interpolatur, t nebulones; utinam ego illorum os.

Lib. XIX. cap. X.

Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque veris, interrogavit quantus esset pecuniæ conspectus ad id totum opus.

Species operis.

Alii, speciemque, verbis interrogavit. Ego, specienique operis. Ita appellat, quam Græci ἵερογραφία.

Lib. XX. cap. I.

Sed quæso te, cum tamen digrediare paulisper è curriculum istius, &c.

Quæso te, idem, prisca dictio.

Pendula tota sententia est, & censebis quidpiam deesse.

Non deest. Tantum reponere antiquum genus sermonis,

quæso tecum tamen. Ita dicebant, pro quæso te. Plautus Aulinaria;

---hanc

---- *hanc jube orare mecum.*

Ennius:

---- *tecum precibus pater orat.*

Lib. VI. cap. XVIII.

Annibal ex captivis nostris electos decem Romam misit, Pactusque est, ut, si pop. Rom. videretur, permutatio fieret captivorum & pro iis quos alteri plures acciperent, darent argenti pondo libram scilicet & selibram.

Censeo à glossographo esse tria postrema verba; & Agellium scripsisse, *darent argenti pondo libram.* Ita solitum antiquis, cautionis quasi gratia geminatis iis vocibus dicere, Pondo libra, aut libræ. Dicam, fors fuit, accuratè ea de rã in Livio. Id corrumpendo fuit huic loco.

*Glossema
ierum.*

Lib. V. cap. XIX.

Alioqui si juris ista antiquitas servetur, etiam servus à domino per prætorem dari in adoptionem potest.

In verbis Massurii legant, me auctore, Iurisconsulti. *si juris tantum æquitas servetur.* Quæ voces confusæ & in aliam sententiam falsamque aptæ.

*Massurii
verba ju-
ri, non
recta.*

Lib. III. cap. XV.

Philippides quoque comædiarum poeta haud ignobilis, ætate jam edita, cum in certamine. Poëtarum præter spem vicisset.

Vult dicere Philippidem ætate senecta fuisse. Ea vis in vocis Editæ sit, ignoro. Potius scripserim, *ætate jam exita.* Similis illa apud Suetonium locutio in Claudio, *ætate progressa.*

*Ætas
exita.*

Eodem lib. cap. VIII.

Cum Pyrrhus rex in Italia esset, & unam atque alteram pugnam prospere pugnasset, satisque augerentur Romani, & pleraque Italia ad regem descivisset.

Vetus lectio, *satisque agerentur*, Scribo, *satisque agerent Romani.* Propria quædam & venusta ejus verbi notio, in magna aliqua & laboriosa cura. Sic idem scriptor, lib. XIX. cap. I. *Tum postea complorantibus nostris omnibus, atque in sentina satis agentibus.* Quem locum pariter libido quibusdam fuit depravandi. Benè Glossæ, *satagi, ἀγωνίζ.*

*Satis age-
re, quid
proprie,*

Lib. II. cap. XXIII.

Quod ancillam suam non inscio puellam ministerio, & facie non illiberali, coactus erat venumdare.

Restituo ex libris, *facie non illatabili.* Fortassis & in Plauti versu, Menæchmis: *Nam ex istoc spurcatur nasum odore illuibili.* scribendum, *odore illatabili.*

*illatabilis,
vires vox.
Conjectura
levior in
Plauto.*

CAP.

C A P U T XXII.

Servi publici apud Romanos. Eorum nomina, A regionibus, & A personis. Brutiani, Cyprii, Clodiani, Corneliani, Gelliani

Servi publici, facti à Scipione.

Servus publicus.

*Duplex agnomina-
tio talium
servorum.
A provin-
ciis.
Brutiani.
Cyprii ser-
vi.*

*Picentes
& Lucani*

A personis

*Clodiani
servi.*

Porciani.

Corneliani.

ROMANIS mos fuit, ut ex gente captiva plerumque servos quosdam respublica sibi seligeret atque sepoderet, ad varios usus. Ut apud Livium libro xxvi. Scipio victa Carthagine nova, Opifices ad duo millia hominum publicos fore populi Romani edixit. Cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam navassent. Et apud Polybium eadem de re: Τοῖς αὖ χειροτέχναις κατὰ τὸ πλεον εἶπε, διότι δαμῖνοι τῆς πόλεως εἰσι. Mos vetus etiam in Græcia. Ideo in palliata Plauti scriptum cui index, Capteivei.

Sed is privatam illic servitutem servit, an publicam?

ÆG. Privatam medici Menarchi.

Ejusmodi servos, ut distingui possent, à duplici ferè caussa appellabant, A provinciis, aut A personis. A provinciis, unde adducti; ut Brutiani, ut Cyprii. De Brutianis vide Agellium lib. x. cap. iiii. & Festum. Parcā enim verba adscribere in re jam nota. De Cypriis ob servo fortasse primus, ex Dione lib. xxxix. κλάδιον, inquit, ἐπεχείρησε μὲν τὰς οἰκίας τοὺς ἐκ τῆς Κύπρου ἀχθῆναι, Κλαδίους, ὅτι αὐτὸς τὸν Κάππον ἐκείνῳ ἐπεπόμφη, ὀνομάσαι. ἔκ τ' ἐκείνου ἦν ἔτι, ἐκείνου δένειν αὐτὸν. καὶ οἱ μὲν Κύπριοι ἐπεκλήθησαν καί τε πᾶσι Πορκίους σφᾶς ὥστε πῶν ἐχελυσάντων.

Idem de Picentibus & Lucanis tradit etiam Strabo libro viii extremo: Νυνὶ δὲ κομῆδον ζᾶσι ἀπωδίντες ὑπὸ Ρωμαίων ἂν πλὴν πρὸς Ἀνίβαν καί ποτε. αὐτὴ δὲ στρατίας ἡ μεταρρημνὴ καὶ γρομμυτοφορεῖν ἀπεδείχθησαν, ἐν τῷ τότε δὲ μυσία, κατὰ πρὸ καὶ Λακωνοὶ καὶ Βρεῖτιοι καὶ τὰς αὐτὰς ἰστίδας. A personis nominabantur, qui vicerant quive adduxerant. Et in ea appellatione quærebatur quasi honos.

Ideò Clodius, in loco, Dionis quem adduxi, ambitiosè contendit illos à Cypro servos, à se Clodianos dici; quoniam ipse Catonem illuc misisset. Contra Cato Cyprios dici maluit, spreto consiliis eorum qui ab eo dici volebant porcianos. Sic & Cornelius Sulla Dictator servos proscriptorum ad decem millia publicavit, & à se dixit Cornelianos. Elegans Appiani locus libro i. Εμφυλ. τῷ δὲ δήμῳ τὰς ὁδὰς πᾶν ἀνηρημῶν τὰς νεώτας πὲ καὶ εὐράς τε μυρία πλείους ἐλευθερώσας ἐγκρατέεζε, καὶ πολλὰς ἀπὸ φώκε Γαργίαν, καὶ Κορινθίαν ἐφ' ἑαυτὴν ὥστε πᾶσι. Ex cui-

quibus verbis hoc amplius apparet, eos servos plerumque manumitti solere, & asseri in libertatem: sic tamen, ut nihilo secius officia quædam repub. deberent, quasi liberti. Hæc de agnominatone servorum quæ prædixi, non absurde lucem dabunt verbis Atteli Capitonis apud Agellium lib. XIII. cap. XII. *Cum à muliere quædam Tribuni plebis adversus eum aditi, Gellianum ad eum misissent, ut veniret & mulieri responderet.* Nam Gellianum, vocat Tribunicium viatorem: quia tunc genus aliquot, credo, servorum publicorum Gelliani, incertum à quo Gellio dicti. Ejusmodi servis annua quædam resp. præstabat, ad victum & vestem. Plinius lib. X, Epist. *In plerisque civitatibus, maxime Nicomediæ & Nicææ, quidam vel in opus damnati vel in ludum, similiaque his genera poenarum, publicorum servorum officio ministerique funguntur, atque etiam ut publici servi annua accipiunt.* Tantum mihi fuit dicere super hoc non planè protritito more. Plura sententiæ non absimilis reperies apud C. V, Petrum Fabrum, cuius Semestria non compilo virum (nihil ignoti hominis gratiæ dabo) rari, constantis, & admirabilis cujusdam ingenii, judicii, modestiæ. Dî faciant, ut ad id exemplum multi hodie scribant.

*Attelius
Capito ex-
plicatus.*

Quid Gellianus, & cur ita dictus.

Annua hæc res servorum.

*P. Fabri
vera laus.*

C A P U T XXIII.

De lictoribus eorumque origine, conditione, ministerio, & ritu Conlectanea accurata. Notius in etymo eorum correctus, item Agellius. Lictores è libertis aut libertinis. Cives fuerunt, & ideo togati. Livius correctus, Summotio proprie quid, & quomodo ea usi, Plinius explicatus, Cicero emendatus, Animadversio quid. Assurgendum magistratui erat, capud aperiendum, equo descendendum, & curru. Ferrum ponendum. Tacitus explicatus. Prætitio, qualis, è Livio glossenta ablatum. Quis Primus lictor, quis Proximus. Turbebi in eo error, Fasces lictorum, Atos eos ferendi, submittendi. Virgæ lictorum. Percussio sollemnis januæ. Bacilli. Seneca correctus. Bacilli prælati municipalibus magistratibus. Quot lictores cuique fuerint.

SCITUM illud Ennii, quod non injuria amo,

ZZ

Mors

Moribus antiquis res stat Romana, virisque,
 verum comperior etiam in litteris. Quæ nec haberi hodie, nec tractari commode possunt, absque notitia sit prisca moris. Quæ nisi tinctus mihi lector est & imbutus: non purè & liquidè, sed quasi per nebulam intellegere eum optimos scriptores necesse est. Ea gratia visum mihi hoc loco lectorum omnes ritus, quos sparsim memini legere, digestos proponere: & addere à me quidquid aut ad illorum lucem faciet, aut scriptorum. Gratiam si non in eo à doctis; certè à juventute, cui consultum ibo hoc genere scribendi, & simul dolori meo. Quem ex patriæ non periculo, sed funere, jure capimus acerbum.

Dolet pudetque Grajum me natum & piget:
 ait ille.

Prima li-
ctorum ori-
ge, & ety-
mon.
Nonius
correctus.

Origo lectorum à Romulo: exemplum, ab Etruscis: nomen à ligando. Nonius Marcellus, *Lictoris proprietatem à ligando dictam vetustas putat. Ita enim antiquitus carnificis officiumungebatur.* Scribe alia sententia, isti enim a. c. o.ungebantur. Nam hoc monitum vult, antiquitus carnifices Romæ non fuisse: & eorum vicem præstitisse lictores. Quod verum testimonio prisca carminis, *Illictor, colligam manus.* Cum Nonio sentit Valgius Rufus & pleraque Grammaticorum pars. Tamen miremur, quo flexu à ligando lictor. Esset enim potius ligator. Sed moneo (ut in re grammatica paulò tenuius disseram) Ligo, ligere, & ligui, lictum, fuisse antiquis: ut Frico, fricui, frictum: Plico, plicui, plectum. Unde hodieque Perfricui, & Explicui, & similia plura. Inde igitur certissimè & ἀναλόγως Lictor. Non vidit hoc fortasse (venia dicto sit) Tyro Tullius: & idè per ambages inclinat à Licio vel à Limmo. Licio enim transverso (ait ipse apud Agellium lib. XII.) quod limum appellatur, qui magistratibus præministrant, cincti erant. Tyronis verbis & huic cinctui præluet Isidorus. Limus, ait, est cinctus quem publici habent servi: ita dictus, quia transverse habet purpuras, id est, limas. Ita ibi lege. Iterùm, Transversa omnia antiqui lima dicebant. Hinc & limus vocabulum accepit, cingulum quo servi publici cingebantur obliqua purpura. Sed & scriptores Gromatici sive Finales, Limitem in agris deducunt consensu à Limo, sive transverso. Ab hoc licio in veteri formula sunt, *Furta per lancem & linum.*

Quomodo
à ligando
lictor, sub-
stituatur di-
ctum.

Limus, cin-
ctus publici
servi.

Limes un-
de dictus.

Lictorum
qua condi-
tio.

Liberos esse
fuisse, non
servos.

Lictores qua conditione fuerint, quæri potest: liberi, an servi? Dicò, Liberi. Eligebantur enim plerumque ex ima Quiritium plebe. Livius lib. II. *Quatuor & viginti lictores apparere consuevit, & eos ipsos plebis homines:*
 nihil

nihil contemptius, neque infamius, si sint qui contemnant.

Valerius Maximus lib. IX. cap. I. *Gemellus Tribunicus viator, ingenui sanguinis, sed officii intra servilem habitum deformis.* Taciti, & supra paullo, tempore, etiam è libertinis aut libertis. Ea sententia verborum ejus libro XIII. Annalium: *Quippe latè fustum id corpus.* (liberto intellegit) hinc plerasque tribus, decuriam, ministeria magistratibus & sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas. Ministeria magistratibus, id est, Lictores, Viatores, Accensi, Scribæ, Statores, Præcones. Sed & Tiberius Gracchus Tribunus, viatorem sibi legit è propriis libertis; novo tunc more, & non optimi exempli.

Elegi solens è corpore libertorum. Tacitus explicat.

Eleganter Plutarchus: *Ο πόρ Τίβεργιος τῶν ἀπελευθερωτῶν πῶς ἐκείνην, δὴν τὰ βήματα ἐλάσσον ὅν Ὀπταβίον. ἐχρη το δὲ ὑπηρετικῆς ἀπελευθερωτικῆς ἰδίοις.* Bene Plutarchus, Nam alias acceptum non è propriis libertis sumi sed è servis publicis, aut è plebe. Sed & togæ jus licitoribus fuit. Ergo liberi, imò etiam cives. Cicero in Pisonem, *Togulæ ad portam licitoribus præstò fuerunt: quibus illi acceptis, sagula rejecerunt.* Evidens tamen locus est, qui videtur adimere iis togas, libro XII. *Quod autem istud imperium est, Decemviri, quod tenetis? Tectis ac parietibus jura diceturi estis? Non pudet licitorum vestrorum majorem propè numerum in foro conspici, quàm togatorum, aliorumque? Falsò.* Scribendum enim ibi, auctoribus libris, quàm togatorum aliorum. Ita ille ipse locus qui adimebat, jam addit. Paullatim tamen, ut Gracchus è suis libertis; sic alii sumebant è propriis servis. Ni id fuisset; non posita hæc ab Antonio, Lepido, Octaviano III. viris lex esset: *Μή τι ἐκλευστῶν μονομαχεῖν, μή τι δῶλον ποιεῖν χεῖν.* Notat Diolib. LVI.

Lictores togati, id est cives.

Livius in eâ re correctus.

Lex Triumviralis de licitoribus. Officia & munera licitorum. Summotio, quid.

Voce, manu, virga summovabant.

Seneca correctus,

Munera licitorum præcipua, tria: Submotio, Animadversio, Prætitio. Submotio, & Submovere, proprium licitoribus verbum. Idè Summotor aditus, pro ipso licitore positus Livio. lib. XLV. *Assuetis regio imperio, novum; formam terribilem, præbuit tribunal. Summotor aditus, præco, accensus, insueta omnia oculis auribusque.* Fiebat cum strepitu & imperio quodam: cum voce, manu, virga, locum facerent sequenti magistratui. Expressit scite Livius lib. VIII. ubi subitus in Curiam venit Papirius, *Repentè, inquit, strepitus ante curiam licitorum submoventium auditur: & ipse insensus aderat.* Non sola, inquam, voce. Disco ex Seneca, epistola xcv. *Non est quòd tibi tranquillitatis tuæ fastidium faciat, ille vel ille sub illis fascibus purpura cultus.* Non est quòd feliciter eum judices, cui submovetur, quàm quem licitor semitâ dejecit. Ubi vetus, quàm te quem l. f. d. Ex Festo: *Matrone à magistratibus non movebantur ne pulsari contredarive*

vive viderentur; neve gravidæ concuterentur. Pulsari, ait, & contrēctari. Sicut Appianus in eadem re, verberare. lib. 1. Bell. civilium : Τῶν δὲ παλαιοτέρων τῶν ἰδιωτῶν τὰς κινεῖται καὶ τῶν ἐκ ποτὶ παλαιοτέρων, ἑπὶ τῶν ἐκ τῶν παλαιῶν ἰδιωτῶν. Latinus Pacatus in Panegyrico : Tum longè populus arcebat : nec otiosa viatoris manus plebem verberare submovebat. Imò adeò virgam ad hunc pulsandi usum gestasse lictores videntur : de qua dicam statim. Invidiosa igitur & superba hæc submotio censebatur : & illi, qui in magistratu asperere ea usi, Plinius in Panegyrico Trajanum laudat, quod lictores habuerit quietos & silentes. Neque enim, ait, *Flipatus satellitum manu, sed circumfusus undique, nunc Senatu, nunc equestris ordinis flore, scientes quietosque lictores tuos subsequere.* Bene & signanter, ut solet, Plinius. Quietos, ad pulsationem referens : silentes, ad vocem. Etiam Ovidius in Tristium lib. v.

Submotio
dignitas
non sine in-
vidiā.
Plinius ex-
plicatus.

*Ceditur & cæcis : & quos prætexta verendos
Virgaque cum verbis imperiosa facit.*

Item Che-
re.

Magistratus enim circumscribit, quibus viam faciunt, inquit, Virga & Verba. Sic Cicero, in illa quæ de cælo delapsa, epistola, ad Q. Fratrem, Octavium laudat. *Apud quem, inquit, primus lictor quievit, tacuit accensus. Et mox eundem fratrem suum, qui iracundior natura & imperiosior, monet serò ut moderate utatur hac submotione. Sit lictor, ait, non suæ sed tuæ lenitatis apparitor. majoraque fasces illis præferant dignitatis insignia, quam potestatis. Ubi ausim equidem scribere, Sit lictor * mansuetus & tuæ lenitatis apparitor. Vah, impudens ? Inquiet aliquis. Non sum. Considera ductum litterarum : non nimium aberro. Sententia certè egregia ex hac lectione efficitur; quæ ex vulgata, si quid ego sentio & sapio, nulla. Observabant autem diligentissime lictores, ut submoverent personas infames, puta lenones, meretrices, id genus. Credo, ne occurso, ut proprie dicam, obsecro majestas populi principis contaminaretur. Senecæ Pater in Controversia II. lib. IX inter excerpta Blandi ponit : *Majestatem læsam dixissem, si tibi exeunti lictor & conspectu non summovisset meretricem.**

* Melius, d
libro Ful-
vius. lictor
non lævi-
tix, sed,
quod post
hæc didici.

Meretrices
salute sub-
moveri.

Animad-
versio,
quid.

Sequitur Animadversio. Idipsum proprium in re li-
ctoria verbum. Suetonius in Iulio, cap. LXXX. Q. Ma-
ximo suscepto trimestrique Consule theatrum introeunte, cum
liktor animadverti ex more jussisset. Livius libro XXIV. Ut
Consul animadvertere proximum lictorem jussit, & is ut de-
scenderet ex equo inclamavit. Ex quo loco clarum, Animad-
versionem verbis fieri solitam & clamore. Plinius in
Panegyrico, *Utriusque adhuc oculis paulò antè dimissi fa-
scēs*

fecerant oberrabant : utriusque solemnibus ille litterarum & prænuntiis clamor auribus infederat ; cum rursus curulis , rursusque purpura , &c. Comprehendebant hoc verbo , opinor , quid quid honoris venienti magistratui exhiberi solenne esset. Ut Assurgere : Caput aperire : Equo aut curru descendere : Ferrum ponere , & si quid tale. Tangit quædam ex istis conjunctim Seneca Epistola LXX. Si Consulem , inquit , videro aut Prætorem , omnia quibus honor haberi solet faciam : equo desiliam , caput aperiam , semita cedam. ego , lucis causa , dicam de singulis separatim. Quod Assurgerent ; Suetonius docet in Julio , C. LXXVIII. Triumphanti & subselli Tribunicia præterebenti sibi , unum è collegio Pomium Aquilam non assurrexisse adeo indignatus est ; ut proclamaverit , Repete ergo à me Remp. Tribunus. Moris enim ut non solum privati assurgerent , sed etiam minor magistratus majori. Sic in Dione lego lib. xxxvi ab Acilio Consule Sellam Luculli Prætoris confringi jussam : quoniam prætereunti sibi non adsurrexerat. At ille facetè alteram loris intactam reposuit : exprobrans consuli suspectam libertatem. Quod Caput aperirent ; præter Senecam , Plutarchus testis in Pompejo , cui venienti ait Sullam solitum assurgere , & aperire caput. Videlicet quasi Imperatori. Et ad hanc historiam pertinuit Sallustii fragmentum illud , Quibus de causis Sullam in victoriâ Dictatorem , equo descendere sibi uni , assurgere de sella , caput aperire solitum. Loquitur enim ipse Pompejus. Quæri potest , quomodo caput aperuerint , si vulgò Romani erant capite intecto ? Nam pilleum sanè aut petasum ritu nostro non ferebant. Eâ de re scribam plenè alio loco aut potius jam scripsi. Nam Saturnalibus meis exactus decimus mensis : nec aliud lucem eorum moratur , quàm tenebræ & nimbus hujus belli. Quod Equo descendere , clarum ex Livii , Valerii , Plutarchi historiâ de Q. Fabio. Etiam ex Dione ; apud quem libro xxxvi. Pompejus descendere sibi equo Tigranem regem jussit perlicto. Quod miremur ; auctor idem Dio , Servilio Isaurico cum fortè obuius quidam equo non descendisset ; re delata ad iudices , causam satis idoneam visam hominis ejus damnandi. Ea pertinacia erat prisca moris. Appulejus graphicè prorsus expressit hunc ritum habendi honoris , lib. III. Floridorum : Si quem conspiciantur ex principalibus viris , benè consultum , benè cognitum , quamquam opido festinant ; tamen honoris ejus gratia cobibent cursum , relevam (corrupta ea vox est & aliàs scribitur , revelant : mihi non est ad manum medicina) gradum , retardant equum , & ilico in pedes desiliunt :

Assurgendum erat magistrati.

Caput aperiri dicitur.

Romani Remp. petaso aut pilleo.

Equo descendendi.

Corruptus Appuleii locus.

Curru de-
scendendū.

Gladius
ponendus.

Tacitus
explicatus.

Prætitio,
qualis.

Singula-
tim præti-
bant licto-
res.

Fulvii Ur-
sini laus.

E Livio
glossēma
sublatum.

Itunt : fulticem quem verberando equo gestant , eam vir-
gam in laevam manum transferunt. Itaque expeditā manu
adeunt ac salutam. Simile fuit in curru. Festus : Viri
sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere non cogeban-
tur. Quodd ferrum sive Gladium ponerent, nescio an vul-
go notum sit ; sed eruo ex Plutarcho , de Pompeii con-
gressu & Tigranis : ὡς δὲ ἦλθεν , inquit , ἐκ πόλεως ἐπὶ τῷ
χαρῆναι , παρὰ δὲ αὐτῷ δύο τῷ Πομπηίῳ ἀπεσπῆσαντες ἐκείλους
ἀποσπῆναι τὰ ἵππων καὶ περὶ ἐλθεῖν. καὶ ταῦτα ὅτε ἐν Τριγυρίῃς
ἐπαίετο , καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἀποδοῦναι μὲν παρὰ δὲ ἑαυτοῦ
Item ex Xiphilino in Nerone. Ad quem veniens Teridates
rex , & iussus acinacem ponere , noluit : Αἰσ', inquit.
ἡ λῶις αὐτὸν τὸ κλέει ἀποσπῆξε , *clavis eum vaginæ adfixit.*
Ritu non abfimili ab eo qui in pleraque Italia hodie ob-
tinet : in cujus opida cincti non admittuntur peregrini ,
nisi gladio ad vaginam funiculo aliquo , dicis caussa, vir-
cto. Invenio eundem discingendi ritum apud Tacitum
lib. xv. Annal. Rex propriis nuntiis à Corbulone pe-
tierat , ne quam imaginem servitii Teridates præferret ;
neut ferrum traderet. Aut complexu provincias obtinen-
tium arcerentur. Qui etiam addit de complexu : de quo,
ad ipsum.

Tertium , Prætitio. Ibant enim ante magistratū licto-
res, non gregatim aut confuse. Non item bini ternive, ut
quis suspicetur ; sed singuli, & in lineam. Hoc seridō mo-
nitum volo, quia non aliter est, ut capias, quis Primus, quis
Proximus licitor. Ibant, inquam, singuli. Ex nummis
Iunii Bruti : in quibus expressus hic ordo euntium licto-
rum : qui nummi in volumine , quod publicavit nuper
Fulvius Ursinus amicus noster , citra controversiam Ita-
liæ suæ flos. Item ex Fabianâ historiâ , quæ apud Va-
lerium & Livium. Ita enim narrant , ut nisi de hoc ordi-
ne intellegi non possint. Valerii verba sunt lib. II. *Pa-*
bus à Senatu ad filium Consulem, Sueffam missus, postquam
animadvertit eum ad officium suum extra opidum processisse,
indignatus quod ex licitoribus undecim nemo se equo descende-
re iussisset. Plenus iræ sedere perseveravit. Quod postquam
filius animadvertit, proximo licitori, ut sibi appareret, im-
peravit. Livii sunt lib. xxiv. *Cum obortam filius progre-*
deretur, lictoresque verecundia maiestatis ejus taciti ante-
irent, [non summoventes patrem] præter undecim fascēs
equo præfectus senex, &c. Verba , quæ adduxi Livii bo-
no. Corrupta enim : & circumcidam in his latens ali-
cus. Hæc non summoventes patrem , occultum , sed in-
eptum glossēma sunt , tollenda , inducenda. Liber
optimus mihi auctor , & res ipsa. Attende enim cor glos-
sographi. Livius aut lictores tacitos antecessit, ille addit,
non

non submotum ab iis patrem. Quid? Submotionis res hic erat? Accedere pater filium debebat, ut legatus populi Romani. Is ergo submovendus à conspectu fuit? Aut id postulabat filius? Falsum prorsus. Non intellexit babuerus ille vim submovendi aut Livii mentem. Taciti anteibant lictores, & passi patrem propius accedere vehementem in equo. In eo peccarunt; animadvertere debuerant, & clamare, Descende. Ex hoc igitur ordine facile eruo, quis Primus, quis Proximus lictor. Primus, is qui anteibat & quasi ducebat agmen: Proximus, qui claudebat, & proximè aberat à magistratu. Unde etiam nomen. Ita intelleges priscum morem, qui apud Valerium lib. I. *Maximà diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis se inter Consulem & Proximum lictorem, quàmvis officii causa una progrediretur, interponit.* Connivere visa in hac re Turnebi divina mens, dum adseverat Proximum lictorem eundem esse cum Primo. Apage. Nec terram nec cælum tangit ea sententia. Primus lictor, ab ordine euntium, ut dixi, non à dignitate: cujus proprium munus, submovere. Primus enim incurrebat in turbam. Cicero ad Q. Fratrem, *His rebus nuper C. Octavius jucundissimus fuit; apud quem Primus lictor quievit, tacuit accensus.* Proximus, inter XII. Postremus. Cujus erat mandata à magistratu aut litteras accipere, & præstare ea quæ operæ familiarioris. Hic dignissimus, & quasi caput inter lictores: & haud dubiè is, qui alio nomine Summus lictor. Glosse veteres, *Summus lictor, ἀρχηγός*. Mentio Proximi, apud Sallustium: *Hiempsalis apud Thumida forte ejus domo utebatur, qui Proximus lictor Jugurthæ, carus acceptusque ei semper fuerat.* Apud Ciceronem, *Denique Proximus lictor, de quo sæpè jam dico, Sextius.* Vidimus & lapidem,

M. VALERIUS

ACHILLEUS. LI

CTOR. PROXIMUS

LAURENS. LAVINAS.

Dixi munera lictorum: addam Insignia, & quæ cum insignibus munia conjuncta. Insignia eorum, Fasces & Virgæ. Fasces æpellamus, bacillos aliquot teretes loro colligatos in modum fascis. Quorum exemplar frequens in lapidibus & nummis. Eos bacillos ex ulmo fuisse antiquitus, docere videntur Comædiæ Plauti, non uno loco. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magistratuum virgis, & nesciò universè id accipiendum, an ex verbis ejus, de Galliâ tantum. Italiæ sanè communior ulmus. Fascium inventum Vetuloniarum Etruriæ urbi adscribit Silius:

Z z 4

Mæo.

Quis Primus lictor?
Quis Proximus.

Maximè Turnebi aberratio.
Primi lictoris propria submotio.
Obstulit Ciceronis intellectus.

Summus lictor.

Lictoris fasces.

Ex ulmo, aut Betulla, si forte.

Origo fascium.

Mæoniæque decus quondam Ventantia gentis

Bisfenos prima illis dedit præcedere fasces,

Et junxit totidem, tacito terrore, secures.

*Secures
demptra
fascibus.*

*Tantum
prælatæ
extra urbem*

*Livius ex-
plicatas.*

*Appianus
paræ cau-
sa scriptis.*

*Dictatori
soli jus in
urbe su-
mendi fa-
sces.
Modus fe-
rendi fa-
sces.*

*Mos sub-
mittendi
fasces;*

Inde traducti Romam. Et fasces quidem hæserunt Ro-
mæ, non secures. P. enim Valerius non falso Poplicola
dictus, invidiæ Consulum minasentæ, primos dempsit
fascibus secures: quasi ne nimius ille terror delibaret ali-
quid de populari libertate. Ex eo tempore exsules ur-
be Roma secures: jus tantum suum in bello tenuerunt,
& extra urbem. Clarè Dionysius lib. IV.

Βεβαίαν τι
πίαν ὑπερ τῆς ἐλευθερίας τὰς δημοτικὰς λαοὶν βελόνην
ἀφύλει διὰ τὸν ράβδον τὰς πελίκας, καὶ κατεστήσατο τὴν
μετ' αὐτὸν ὑπάρκοις ἔσθ' ὃ καὶ μετὰ τῆς ἐμῆς διαρροῆς
δικίας, ὅταν ἔξωθεν τῆς πόλεως ᾔρῃσιν αὐτὸν καὶ τοὺς πόλεως
σιν, ἰδὼν δὲ τὰς ράβδους καὶ μόναις. Livius lib. XXIV.

Lictores ad eum accedere Consul iussit. Et quia in urbem
non intrat, protinus in campum (Martium intellegit) pro-

fectus: admonuit cum securibus sibi fasces præferri. Ubi

factis clarè eum morem agnoscit Livius; libro tamen se-

curido, ubi opportunè id poterat, verbo de eo admonere

oblitus. Mirum ergo Appianum scribere lib. I. Bellor.

Civilium, Octavium in sella curuli sedisse, prætexta indu-

tum fascibus & securibus, quasi Consulem, cinctum. Et

id narret evenisse Romæ: Εἰπὶ π, inquit, τὸ δεῖν αὐτὸν

καθῆναι ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς ἰδίῃ ἐπικειρμένῃ, ράβδον καὶ πε-
λίκαν ὡς ὑπάρτω ἐπικειρμένην. Ipse Octavius hoc pecca-

verit contra priscum morem, in tumultu civili; an per

neglegentiam suam ita narraverit scriptor Græcus, non

dicam. Mos quidem non ambiguus est, ut quem Diony-

sius adfirmet perseverasse ad suam ætatem. Excipio ta-

men ab hoc more Dictatorem, quotiens sine provocatio-

nè creatus. Illi enim prælatæ secures etiam in urbe. Au-

ctor Dionysius lib. IV. & Livius lib. II. Fasces igitur istos

ante magistratum ferebant lictores. Erectosne, an in

humeris inclinatos? Censeam in humeris, suavis à Num-

mo Bruti in quo ea specie cernuntur: sed & ab Hegosippo,

libro V. excidii: *Habent & sacerdotia suos fasces, qui ele-
vantur non humeris, sed moribus, & attolluntur non virga-
rum proceritate, sed fidei altitudine.* Ubi clare de *Humeris*

etli aliter etiam surrectos haud negem. Sed in ea gesta-
tione mos, ut si per viam majori alicui magistratui occur-

rerent, statim submitterent fasces, & honoris habendi
caussa, inclinarent. Ortus mos, ut videtur, ab eodem
Valerio, qui primus summissis fascibus in concionem
ascendit. *Gratum id multitudini spectaculum fuit (ait
Livius) summissa sibi esse imperii insignia confessionemque
factam, populi, quam Consul, maiestatem nimirum majo-*

rem esse. Summissis fascibus, id est, in terram depressis & ante pedes quoddammodo dejectis. Errant qui in Livio interpretantur fasces depositos, & abire jussos li-
ctores. Plutarchus significanter scripsit, Ἀὐτοὶ τοῖς ῥάβδω-
σιν ἐκκλησίαν παρὼν, ὅφρα καὶ τὰ δῆμαι, καὶ κρατεῖλαι. Id est,
submitit inclinavitque. Dionysius amplius aliquid ad-
dit ad hunc morem: solitum videlicet in ejusmodi oc-
cursu (si forte extra urbem usu venisset) ut minor ma-
gistratus deponeret etiam secures. Verba ejus lib. vii.
de Marcio Coriolano: Ἐκέλευσεν τοῖς ὑπηρεταῖς ἀποθέ-
σαι τὰς πλέκεις, καὶ τὰς ῥάβδους κρατεῖλαι. καὶ τὸ γὰρ ἐῖς
ποιεῖν Ῥωμαίοις, ἔπειν ὑπερκαῖσι τοῖς μείζονσι ἀρχαῖς οἱ τοῖς
ἐκαστοῖς ἔχοντες. Nec terra solum, sed mari servata hæc
submitio. Unicum ad hanc rem locum Appiani invenio
lib. v. Civilium. Ubi Antonii & Domitii Aenobarbi
prætoriarum naves casu sibi obviam: Πλησίον τε ἡ αὐτῶν ἀλλήλων ἦ-
σαν, καὶ ναυαρχίδες ἐν τῶν σημείων ἐφαίνοντο, καὶ ἀλλήλους ὥσπερ
πλέον, καὶ τῶν ῥάβδων ὁ ἡγάρμος Ἀππία κατὰ τὴν πρὸ
ἐπι ὥσπερ ἦτος ἐστὶν ἐσῶς, ὡς ὑπηκόοις ἢ ἐλάστοσιν ἀνδρῶσιν ὡ-
παισμένοι, ὥσπερ ὅτε κρατελεῖν τὸ σημεῖον. οἱ δὲ κρατεῖν τε, καὶ
τὴν ναυὴν ἐς τὸ πλάνιον τῆς Ἀντωνίας νεὸς πελάγεσσι φέρον. Ubi
mos duplex. Quod signum prætoriarum navis deponere-
rent: & quod lictores, ad speciem imperii, soliti stare in
prora navis. Ab hoc ritu natum proverbium, Submit-
tere fasces: id est, cedere, & fateri se minorem, usurpa-
tum præter alios Ciceroni in Bruto. Addere hic aliquid
de divisione fascium poteram instituta à Junio Bruto,
sed res non obscura, & pete, si voles, ab Agellio lib.
ii. Suetonio in Julio, cap. xx. Livio, lib. iii. de x.
viris.

Alterum insigne licitorum, Virgæ. Nam præter fasces,
videntur manu gestasse virgam, duplici usui: & ad sub-
movendam, & ad januam tangendam. De virga licitorum
in subnotatione.

Martialis:

-----nec superba clamosi

Lictoris abiget virga bastatorem.

Et Plauto digna prodigus, non Plauti,

Scortum exoletum ne quis in proscenio

Sedeat, neu lictor verbum aut virgæ mutiam.

In Janua percutienda, Martialis:

Bis senas jules. en redire fasces

Nato Consule: nobisque virgâ

Vatæ Castaliæ domum sonare.

Nam quotiens magistratus suam aut alienam domum in-
traturus erat: lictor præcedens, virga fores percutiebat,

ZZ 5

quasi

Et deponit
di secures

Submitio
in notitia

Virga li-
ctorum.
Apta ad
submoven-
dam,

Et ad tan-
gendas fo-
res.

Mos ille
diffusus
explicamus

quasi ad significandum ejus adventum. Livius libro VI. *Fortè ita accidit, ut in Ser. Sulpicii Tribuni militum domo, sorores Fabiae cum inter se, ut fit, sermonibus tenerent tempus: liſtor Sulpicii, cum is de foro se domum reciperet, ferem ut mos est virgà percuteret. Cum ad id moris ejus insueta expaſſet minor Fabia, risui ſorori fuit.* Plinius libro VII. *Cn. Pompejus, confecto Mithradatico bello, intraturus Poſidonii ſapientiae profeſſione clari domum, fores percuti de more à liſtore vetuit.*

Statius de Nuptiis Stellæ :

— dum feruent agmine poſtes

Atriaque & multà pulſantur limina virgà.

*Statius et-
iam. Am-
mianus
lib. XIV
ait Præfe-
ctum fami-
liæ vir-
gam dex-
trâ ge-
ſtaſſe.
Aliud vir-
gam aliud
eſſe faſces.
Bacilli,
idem quod
virgæ.
Mannus
non vera
opinio.*

Et ſane ejus moris reliquum veſtigium hodie in aulis ma-
gnatum: in quibus fores, per ſingulos ciborum maſſas,
ab Oeconomo, tereti baculo feriri ſatis notum eſt.
Tale quid hæc virga. Ideò in Gloſſis ſcriptam, *Virgaria
ſaſcæ x̄o*. Cum faſcibus confundi eam mihi non placet,
nec ratio eſt: diſtinguit ſane Appianus I. Civilium,
in ſeditione Gracchana, *Paſces, καὶ ῥυλα τὴν ἐν χερσὶ τῶν
ἀπαρτεῶν ἀπαράουτες*, &c. Ait, faſces & virgas. Cicero et-
iam has ipſas virgas nominare videtur Bacillos, lib. XI.
ad Atticum. Propius accedere, ut ſuadet, quomodo
ſine liſtoribus poſſum, quos populus dedit Qui mihi incolu-
mi adimi non poſſunt. Quos ego paulisper modà cum bacillis
in turbam conieci, ad Oppium accedens, ne quis impetus mi-
litum fieret. Nam quoddam vir doctus tibi faſces intellegen-
dos dicit: de ſummo pectore id dicit, & parum con-
ſpectè. Verior ſententia: quia faſces illi aureati ni-
miùm incurrebant in oculos, & ad vitandam invidiam
in depreſſa fortuna, ideò, ait Cicero, remotis iis acceſſi,
retinui ſolas virgas. Caſum quem Cicero metuebat,
evenit Cæcinæ Conſuli apud Tacitum libro III. Hi-
ſtoriar. & ſeditio militaris excitata, ſolum propter con-
ſpectos in partibus jam victis faſces. Sed ubi Cæcina
ait, *prætecta & liſtoribus inſignis, dimotà turbà, conſtitincef-
ſit: exarſere victores.* Et quæ ſequuntur. Seneca ead-
em virgas nominat, libro I. De Tranquillit. cap. I.
Placet vim præceptorum ſequi, Si in mediam ire rem pla-
cet honores faſcesque non purpura aut aureis virgæ adductum
capere, ſed ut amicis propinquiſque & omnibus civibus
paratior utiliorque ſim. Ubi mendo manifeſto ſcri-
ptum, aureis. Nam aureas ejuſmodi virgas fuiſſe, nemo
dixit, ſcripſit, pinxit. Aſſentior libris aliquot qui de-
gunt eſſe ea voce, aut *Virgæ adductum*. Poterat et-
iam ſcribi littera addita, *laureis virgæ*: ut neget Seneca
magiſtratum cupiendum, aut capiendum, per ambitio-
nem & deſiderio triumphi. Nam in triumpho laurus in
faſci-

*Seneca
corruptus
& corre-
ctus locus.*

Fascibus; ac laureæ virgæ in manibus militum & triumphantis. Nec Romæ solum in usu hæ virgæ, sed etiam in coloniis & municipiis, etsi usu paullo diverso. Nam Duumviris, Aedilibus Quinquennialibus, Sexviris, (qui magistratus colonici & municipales) listores præbant non cum fascibus, sed cum nudis virgis aut bacillis. Appulejus lib. I. Milesiarum: *Nam & lixæ & virgæ, & habuimus prorsus magistratui convenientem in te video. Antonianum curamus, ait: & Aedilem gerimus.* Aedilem intellegit in Thessalia Hypata, Quinquennalem Cicero in Rullum, Nam primum cum ceteris in coloniis Duumviri appellentur, hise Prætores appellari volebant. Deinde antebant listores non cum bacillis, sed ut hic Prætoribus antecum cum fascibus duobus. Ecce bacilli præferri Duumviris soliti loco fascium, qui ritus ne nunc quidem exolevit in colonia Agrippinensi; ubi lixæ, qui majores Consules comitantur, oblongum teretem baculum gestant, insigne magistratus. At Campanæ superbæ fuit, quod illi fascibus sumerent: ut apud Petronium pariter vanus ille Trimalcio, quoniam Sexvir Augustalis, fascibus poni sibi iussit, & quidem cum securibus. Ideo adolescens qui spectabat, *Et quod præcipue miratus sum, inquit, in postibus triclinii fascibus erant cum securibus fixi: quorum unam partem (legendum, imam partem) quasi embolum navis æneum finiebat in quo erat scriptum, G. POMPEJO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AUGUSTALI.* Cur id præcipue miratus? Quia insolens scilicet, & præter omnem morem.

Dixi de listoribus quæ scivi: addendum aliquid de humero, & quot fuerint cuique magistratui. Dictatori tribuunt vulgò xxiv. Et is numerus apud Dionem, initio lib. LIV. scilicet quia duplex in eo imperium; ideo & insignia Consulis utriusque. Appian. lib. I. Civil. bellor de Sulla, *Πολέμεις τε ὁ δ' ἐφ' ἑαυτὸν, inquit, ἀπὸ αὐτῶν οἱ Δικτῶρες εἶναι: καὶ τεσσαρεσθόσι καὶ τὸν πάλαι βασιλέαν ἡγούτο.* Et Plutarchus in Fabio narrat, Dictatorem eum cum xxiv. fascibus statim processisse in forum, ut populo vim ostenderet ejus imperii. Huic tamen vulgaræ sententiæ pugnat Epitome Liviana. In qua claris verbis scribitur, lib. LXXXIX. *Sulla Dictator factus, quod nemo quidem umquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit.* Id si verum: ergo omnes ante Dictatores XII. tantum fascibus usi. Ita vanus Plutarchus, qui Fabio xxiv. tradidit: vanus Appianus, qui eum numerum propriam censuit Dictaturæ. Ego sane hic hæreo. Nisi si delendum id totum in Epitome, *quod nemo quidem umquam fecerat.* Tamquam à scioli cujuscumque infauusta & infesta

Virgæ sive bacilli præferbantur magistratibus coloniciis. Aedilibus Quinquennialibus.

Ita Duumvirum.

Item Sexviris.

Petronius correctus.

Quot listores, & quibus magistratibus. Dictatori xxiv.

Nodus in Epitome Liviana.

Tollendū conamus.

*Appiani
clausura
est.*

fecta manu. Quidquid sit, ea tamen parte peccat Appianus, quod scribat regibus lictores fuisse xxiv. & inde exemplum traductum ad Dictatores. Peccatum largum. Livius sanè, Dionysius, & quos ego viderim historici, consensu tribuunt xii. lictores regibus: vel à numero avium, inquit, quæ Romulo regnum portenderant; vel exemplo ab Etruscis, quorum xii. populi creato regi singuli singulos lictores dabant.

*Magistro
equitum
sen.*

Magistro equitum lictores sex fuerunt. Ideo notandum, quia Dionis unicus locus, ex quo id haurimus. Apud Latinos nulla mentio. Libro xl. de M. Antonio, qui Magister equitum Cæsari: *At Antonius*, inquit, (vertam enim ejus verba) *si vestitum ejus spectares, imaginem popularis status præfererat: prætexta enim utebatur. Item si lictores: non enim plures quam sex habebat. At si gladium spectares, quo cingebatur, & multitudinem militum qui eum comitabantur; reverà ostendebat regnum & imperium unius.* Consuli fuerunt xii. Prætori, sex. Tribunis & Ædilibus non lictores, sed Viatores. Quæstori, neutri. Varronis verba vide apud Agellium lib. xiii. cap. xii. Tamen Livius Quæstori P. Sextio disertè tribuit lictorem lib. iv. in seditione militari: sed non, ut Quæstori Præerat enim castris, absente Consule.

*Quæstori
nulli.*

*Legatis
lictores.*

Legatis etiam lictores, in provinciis. Spartianus in Severo, qui Legatus Proconsulis Africæ: *In eà legatione, inquit, cum eum quidam Leptitanus, præcedentibus fascibus, ipse plebejus amplexus esset. Mutasse tamen aliquid videtur Alexander Severus, & instituisse ut milites anteirent loco lictorum. Lampridius: Apparitores denique nullos esse passus est. Tribunis aut ducibus, nisi milites, anteire noluit. Fuisseque, ut ante Tribunum quattuor milites ambularent, ante Ducem sex, ante Legatum decem.*

*Magistris
vicorum,
bini.
Vestilibus,
unus.*

Magistris etiam vicorum Romæ, per certos dies, lictores bini. Instituit Augustus. Vide Dionem lib. lv.

*Seneca
Pater o-
mondatus.*

Virginibus Vestalibus in publico semper unus lictor. Instituerunt iii. viri, Antonius, Lepidus, Octavianus. Narrat multis verbis Dio lib. lvi. quem adi, & Plutarchum cautè lege in Numa, qui lictorem Vestalium referre videtur ad instituta Numæ. Pertinet ad Vestales Vinitii locus, qui apud Senecam Patrem legitur in Controversia, Sacerdos prostituta: *Procedente hac lictor submoveri videtur: huic Prætor via cedit: summum imperium Consulas cedent tibi.* Ubi emendo, lictor submovere jubebitur. Lictore etiam ad hoc exemplum usæ Imperatorum aliquot uxores. Sed & Flaminius lictor, & Curiatus, nominatim Festo.

CAPUT XXIV.

Aufoniana aliquot emendationes. Luxen, de filio eleganter dictum. Fastus Campanus. Aufonius quando Consul.

NAVI cursus mihi nuper Brugas fuit. Urbem, & à ses & à civium ingeniis inter primas Europæ nobilem. Sed ea navigatio cum parum ex voto mihi esset, flantibus ventis adversis; & dies complures præter opinionem coleremus in navi: ad fallendum sedentarium illud otium, Aufonium arripui, qui casu tunc præ manu. Eum percurrens hæc sublegi; exigua, & digna fortassis illo, in quo nata, mari. In Parentalib. ad Cæcilium Arborium avum suum:

Amisum flecti post trina decennia natum.

Saucius extincto lumine cassus erat.

Vana lectio; à vanissimo illo correctore Lugdunensi: cui non semel os verberat Scaliger. Scriptura vetus erat, *Saucius oclervo*. Ex quo princeps ille Criticus, *Saucius oclervo*. Mihi tamen præhabatur, *Saucius ac lævo lumine*. Bini liberi huic Cæcilio Arborio, Æmilius Magnus Arborius, & Æmilia Æonia Aufonii mater. Æmilium quia amisit, dicit eum poeta cassum lumine lævo: id est, alterum è duobus cum amisisset lumen. Hæc sane locutio, similiter usurpata Quinctiliano lib. vi. *Mibi filius minor quintum egressus ætatem, ut in malis agerem, prior alterum è duobus eruit lumen*. Nam liberi, parentum quasi oculi & lumen. Festus, *Orba est quæ patrem aut matrem, aut filios quasi lumen amisit*.

De claris urbibus, Capua:

Mox ut in occasum vitio communibus acti

Corruerent Pæni, luxu Campania festo.

Haud parum melior sententia, si legas, *Corruerunt, Pæni luxu, Campania festo*. Hoc sane ait, postquam communibus infecti vitiis Campani & Pæni perierunt; Pæni quidem luxu, Campani festo: tunc illa potens Capua sic cecidit, ut nunc vix octava. Hactenus enim sententia continens, & uno ductu legenda. Campana superbia, preverbio innotuit,

De fastis suis:

Hactenus adscripti Fastos: si fors volet, ultra

Adjiciam, si non, qui legi adjiciam.

Scire cupis qui sup? Titulum qui quartus ab uno est,

Quære. Leges nomen Consulæ Aufonii.

Leve

Ansonius
versus de
consulari
suo,corre-
ctus.

Leve mendum versu tertio, sed quod momentum ad histo-
riam habet. Scribe, qui quartus ab imo est. Nam Ansonius
Fastos suos perduxit ad annum urbis 60. cxxxi. Ipse au-
tem consul, collegâ Syagrio, (illo cui inscriptum Epi-
gramma generis sui) 60. c xviii. Clarum ergo cur titu-
lum inspicere velit à fine quartum.

CAPUT XXV.

*Servorum quæ propriæ olim vestes. Tunicatos primò fu-
isse. Sicut & rusticos Romanos in coloniis, in muni-
cipiis. Plinius emendatus. Postea servi pænulati.
Earum pænularum color rufus. Canusinatus, quid?
Cuculli, Bardocuculli. Imperatorum servi alia veste,
Is albat, vel aurati.*

Tunica so-
la, propria
servorum.

IN civium veste quid fuerit, & quæ mutatio, dixi: nunc
loperæ mihi est, ut eandem operam sumam in veste ser-
vill. Tunica, communis Romæ servorum vestis. In Plauti
Amphitruone, Sofia loquitur,

Imò equidem tunicis consitis huc advenio, non dolis:

Rustici
Romani,
tunicati.

Seneca; De Brevitate vitæ, cap. xii. Cum videam quàm di-
ligenter exoleterum suorum tunicas succingant, quàm suspensi
sint quomodo aper cæsus à coco exeat. Et qui hac parte non
differebant à servis, etiam rusticorum in coloniis & muni-
cipiis. Cicero in Rullum de Capuanis: Jam verò qui me-
tus erat tunicatorum illorum? In Albana & Seplastia quæ cen-
cursatio percontantium quid Prætor edixisset?

Martialis:

*Quos Faustine dies, qualem tibi Roma Ravennam
Abstulit? ô soles, ô tunicata quies?*

Plinius e-
mendatus.

Plinius lib. vii. Epistolar. Quin ergo aliquando in urbem re-
dis? Ubi dignitas, honor, amicitie tam superiores, quàm mino-
res. Quousque regna vis? Quousque vigilabis cum voles? Dor-
mies quamdiu voles? Quosque calcei? Nusquam toga feri-
ata? Liber toros dies? Quæ ad hanc sententiam emendo,
quousque regnabis? Et statim quousque calcei nusquam? To-
ga feriata? Nam in municipiis, ut non togæ, sic nec cal-
ceorum usus: quæ vestis utraque forensis.

Martialis:

*Lunata nusquam pellis, & nusquam toga,
Olivæ vestes murice.*

Et in servis hoc obtinuit antiquitus. At temporibus
Imperatorum qui luxus ad liberos homines, idem perti-
nuit

nuit ad servos. Non tunicae amplius meræ, sed pænulae in usu fervorum. Senecæ lib III. De Benef. cap. xxviii. *Quò te pænulati isti in militum quidem non vulgarem cultum subornati, quo, inquam, te isti esse, unt?* Quod ait in militum cultum: hoc idè, quia pænula vestis etiam militaris. Senecæ de Benef. libro v. cap. xxiv. *Quendam ex commilitionibus Cæsari pænulam suam subtraxisse.* Ab hoc ritu lucem Martiali do, in Apophoretis, Lemmate, *Canusinae rufæ:*

Pænula, vestis fervorum.

Item molitum.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

Et placet hic pueris multribusque color.

Pneros ecce conjugit & milites, quia utrique in pænulis rufis. Lana ad pænulas istas rufas laudatissima Canusii. Plinius, *Apulæ lanæ breves villo, nec nisi pænulis utiles.* Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habent. Idè Canusinati *ἀπαλῆς*, servi nominati, qui pænulas induitui haberent hujus coloris.

Canusinae, de pænulis.

Martialis:

Ut Canusinatus nostro Syrus asserere sudet.

Suetonius in Nerone, cap. xxx. *Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, scleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus.* Sed & in Galliis arbor quædam ad tingendas has vestes. Plinius lib xvi. cap. xviii. *Item vacinia, Italiae in accupii sata: Gallie verò etiam purpurea, tingendi causa ad servitorum vestes.* Hæc in elegantioribus servis: at vilioribus, per illam ætatem, frequens usus cuculli.

Cucullus, vilium servorum.

Martialis:

Pullo Marvius alger in cucullo.

Lampridius in Elagabalo: *Tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur.* Capitolinus in Uero: *Intantum vitiorum Cæjanorum Neronianorum fuisse æmulum, ut vagaretur nocte per tabernæ ac lupanaria, obteet o capite cucullione vulgari viatorio.* Nec dissimile, quod Bardocucullum Martialis appellat:

Et Bardocucullus.

Gallia Santonico vestit te bardocucullo.

Cercopithecarum pænula nuper erat.

& alibi:

Urbica Lingonicus Tyriambina bardocucullus.

Obtinuerunt hæc in privatorum hominum servis. Imperatorii ministri veste videntur fuisse à vulgo secretâ: aut certè colore vestis. Nam viles fervorum, omnes pulli:

Imperatorum servus & discipuli veste.

Martialis:

Lana quidem tristis, sed sonsis apta ministris:

Quales non primo de grege mensa vocat.

Honestiores, ut dixi, rutuli aut rufi: Cæsariani verò, albi. Qui color proprius libertatis, & ideo dignissimus.

Si albus.

Suetō-

Suetonius in Domitiano, *Generum fratris indigne ferens & ipsum albatos ministros habere, proclamavit, & αλβανος ποσολυποισεν.* Interpretor non in togis albis, sed tunicis aut pænulis. Nam togam premissam servis quæ credam? In tunicis potius albis sicut Aediles Quinquennales apud Iuvenalem: ut inter tunicatos aliqua nota eminent, albatati erant:

Sufficiens tunica summis Aedilibus alba.

*Belas
parati.*

inquit. Moderatior Domitiano Aurelianus, qui, ut Volpiscus ait, *Cursores eo habitu quo ipso habebat, Senatoribus concessit.* Eo habitu, id est, albatos. Sed & auratæ vestes fuisse videntur Imperatoriis servis. Lampridius in Alexandro, *Auratam vestem ministrorum nullus vel in publico convivio habuit.* Atque ita intellego quod Seneca scribit de Tranquil. vitæ cap. 1. *Cum benè ista placuerunt, præstrinxit animum apparatus alicujus pædagogii, diligentius quàm jam intra privatum larem vestita, & auro culta man. ipia.* Et in tunicis hoc aurum ex Ammiano lib. xxvi. *Sterit itaque subtabidus, nusquam reperio paludamento; tunicâ auro distinctâ, ut regius nûmister: indutus à calce in pubem in pædagogiani pueri speciem.* Sed & chlamys servis atlicis fuit, ex Lampridii Alexandro, ubi Constantinum Imp. adfatur: *Et tu servos eo loci habes, ut nec chlamyde uti jussoris, sed necessitatibus domesticis delegaris.*

*chlamyde,
servorum.*

C A P U T. XXVI.

Glossmata aliquot non parva res è Seneca sublata.

ANNÆUS Seneca frequenter mihi in manibus est: ut ego sentio, non sine fructu. Sive enim doctrinam quaero; multa invenio in tribus priscis recondita: sive sapientiam, Deus bone, quid ad mores & ad vitam, scriptum umquam præclarior? Quâvis ille, & quàm Romanus ubique animus? Quæ tela adversum casus subministrat, & ipsam mortem? Quomodo vitia eripit, inserit virtutes? Fatendum est. In Cacumine Olympi montis constitutus mihi videor cum illum lego: supra ventos & procellas, supra omnes res humanas. Edibentior hoc caput utilissimo scriptori dabo: & vitia illi minuam, qui sæpè mihi, parens philosophiæ Romanæ.

*Seneca
laudato.*

Consolatione ad Polybium, in extremo:

[*Hæc utcumque potui longo jam situ obsoleto & hebetato animo composui: quæ si aut parum respondere ingenio tuo,*

tuo, aut parum mederi dolori videbuntur; cogita quàm non facile Latina verba ei homini succurrant, quem Barbarorum inconditus gravisque fremitus circumsonat.]

Ut Seneca hæc scripserit? Verbis tam humilibus, tam ineptis? Numquam factum. Quidquid adduxi merum additamentum est, ab Ixione aliquo librorum & Ægistho. A fine enim hujus libri clarè aliquid deest. Id conatus fuit refarcire suis verbis sectarius iste vervex. At vide etiam cor oviculæ? Negat Senecæ ultra succurrere verba Latina: credo, quia simile alibi legerat in Ovidii scriptis. Considera quæso, Lector: & si Heracitus es, ride.

*Glossæma
pudendū.*

In libello ad Gallionem De Remediis
fortuitorum, initio:

Licet cunctorum poetarum carmina gremium tuum semper illustrent, aliquando deliberans, hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curavi, quod non præsentibus, sed posteris narrabunt. Unde ergo primum incipimus? Si tibi videtur à morte. Ab ultimo, inquit, imò à maximo.

Α' πάλι ille prior liber fuit, ἀνέφαλος iste. Sed quomodo explerunt, di boni? Non pannum in purpura, ut ait ille, magis conspicuum sit, quàm hic ad Senecam adtextus. Sententia tota ridicula: verba maculantia, barbara, spurca. Et non vidit hoc Erasmus, aut Pincianus? Digni me hercule illi ipsi censores censoriâ notâ. Vilissimæ pecudis glossæma est, totum illud quod scripsi, ad hæc usque verba, Unde ergo primum. Reliqua Senecæ esse clarum ex acumine ipso.

De Divinâ providentiâ, cap. III.

Quantò magis huic invidendum est, quàm illis quibus gemma ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus [excectæ virilitatis aut dubiæ] suspensam auro nivem diluit?

Simile, nisi fallor, glossæma ad vocem Exoleti. Ideò delendum.

Tertium.

De Tranquillitate lib. I. cap. I.

Placet cibus, quem nec parent familiae, nec spectent, [non ante multos paratus dies, nec multorum manibus ministratus,] sed parabilis facilisque nihil habens accersiti pretiosive.

Ea quæ conclusi lineis, nihil ambigo quin interpretamentum sint ad ea verba paullò brevius & concinnius dicta, quem nec parent familiae, nec spectent.

Quartum.

Epistola xcvi.

Petis à me ut quod in diem suum dixeram debere differri, re-præsentem, & scribam tibi

Aaa

Scri-

*Curru de-
scendendū.*

*Gladius
ponendus.*

*Tacitus
explicatus.*

*Prætitio,
qualis.*

*Singula-
tim præ-
bant licto-
res.*

*Fulvii Ur-
sini laus.*

*E Livio
glossēma
sublatum.*

*litunt : fruticem quem verberando equo gestant , eam vir-
gamin levam manum transferunt. Itaque expeditā manu
adeunt ac saluant. Simile fuit in curru. Festus : Vni
sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere non coge-
bantur. Quodd ferrum sive Gladium ponerent, nescio an vul-
go notum sit ; sed eruo ex Plutarcho , de Pompeii con-
gressu & Tigranis : Ως δὲ ἤλθεν, inquit, ἐν πόλιν ἐπὶ τὸν
χάροκα, καθόδοι δὲ τοῦ Πομπηίου ἀπεσπλόντες ἐκέλευσαν
ἀποβῆναι τὰ ἵπκα καὶ πεζοὺς ἐλθεῖν. καὶ πῶτα ῥῆν' ἐν Τρυγῶνι
ἐπέθετο, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἀποδυστέμμεν παρέδιδε. Item
ex Xiphilino in Nerone. Ad quem veniens Teridates
rex, & iussus acinacem ponere, noluit : Αἰῶ, inquit,
ἡλοῖς αὐτὸν τὸ κολοῦν σπασίπης, clavis eum vaginæ adfixū.
Ritu non absimili ab eo qui in pleraque Italia hodie ob-
tinet : in cuius opida cincti non admittuntur peregrini,
nisi gladio ad vaginam funiculo aliquo, dieis caussa, vir-
cto. Invenio eundem discingendi ritum apud Tacitum
lib. xv. Annal. Rex propriis nuntiis a Corbulone pe-
tierat, ne quam imaginem servitii Teridates præferret ;
ne ferrum traderet. Aut complexu provincius obtine-
riū arcerentur. Qui etiam addit de complexu : de quo,
ad ipsum.*

Tertium, Prætitio. Ibant enim ante magistratum licto-
res, non gregatim aut confuse. Non item bini ternive, ut
quis suspicetur : sed singuli, & in lineam. Hoc seridō mō-
nitum volo, quia non aliter est, ut capias, quis Primus, quis
Proximus licitor. Ibant, inquam, singuli. Ex nummis
Iunii Bruti : in quibus expressus hic ordo euntium licto-
rum : qui nummi in volumine, quod publicavit nupet
Fulvius Ursinus amicus noster, citra controversiam Ita-
liæ suæ flos. Item ex Fabianā historiā, quæ apud Va-
lerium & Livium. Ita enim narrant, ut tili de hoc ordi-
ne intellegi non possint. Valerii verba sunt lib. II. *Pa-
bus a Senatu ad filium Consulem, Sueffam missus, postquam
animadvertit eum ad officium suum extra opidum processisse,
indignatus quod ex licitoribus undecim nemo se equo descede-
re iussisset. Plenus iræ sedere perseveravit. Quod postquam
filius animadvertit, proximo licitori, ut sibi apparet, im-
peravit. Livii sunt lib. xxiv. Cum obviam filius progre-
deretur, lictoresque verecundia maiestatis ejus taciti ante-
irent, [non summoventes patrem] præter undecim fastes
equo præfectus senex, &c. Verba, quæ adduxi Livii bo-
no. Corrupta enim : & circumcidam in his latens ul-
cus. Hæc non summoventes patrem, oculum, sed in-
optum glossēma sunt, tollenda, inducenda. Liber
optimus mihi auctor, & res ipsa. Attende enim cor glos-
sographi. Livius ait lictores tacitos anteisse, ille addit,
non*

non submotum ab iis patrem. Quid ? Submotionis res hic erat ? Accedere pater filium debebat , ut legatus populi Romani. Is ergo submovendus à conspectu fuit ? Aut id postulabat filius ? Falsum prorsus. Non intellexit baburnus ille vim submovendi aut Livii mentem. Taciti anteibant lictores , & passi patrem propius accedere vehementem in equo. In eo peccarunt : animadvertere debuerant , & clamare , Descende. Ex hoc igitur ordine facile eruo , quis Primus , quis Proximus lictor. Primus , is qui anteibat & quasi ducebat agmen : Proximus , qui claudibat , & proximè aberat à magistratu. Unde etiam nomen. Ita intelleges priscum morem , qui apud Valerium lib. 1. *Maximè diligentia majores hunc morem retinuerunt , ne quis se inter Consulem & Proximum lictorem , quamvis officii causa una progrediretur , interponeret.* Connivere visa in hac re Turnebi divina mens , dum adseverat Proximum lictorem eundem esse cum Primo. Apage. Nec terram nec cælum tangit ea sententia. Primus lictor , ab ordine euntium , ut dixi , non à dignitate : cujus proprium munus , submovere. Primus enim incurrebat in turbam. Cicero ad Q. Fratrem , *Hic rebus nuper C. Octavius jucundissimus fuit ; apud quem Primus lictor quievit , tacuit accensus.* Proximus , inter XII. Postremus. Cujus erat mandata à magistratu aut litteras accipere , & præstare ea quæ operæ familiarioris. Hic dignissimus , & quasi caput inter lictores ; & haud dupè is , qui alio nomine Summus lictor. Glossæ veteres , *Summus lictor , ἀρχηγός &c.* Mentio Proximi , apud Sallustium : *Hiempsalæ opido Thumida forte ejus domo utebatur , qui Proximus lictor Jugurthæ , carus acceptusque ei semper fuerat.* Apud Ciceronem , *Denique Proximus lictor , de quo sæpè jam dico , Sexius.* Vidimus & lapidem ,

M. VALERIUS

ACHILLEUS. LI

CTOR. PROXIMUS

LAURENS. LAVINAS.

Dixi munera lictorum : addam Insignia , & quæ cum insignibus munia conjuncta. Insignia eorum , Fasces & Virgæ. Fasces æpellamus , bacillos aliquot teretes loro colligatos in modum fascis. Quorum exemplar frequens in lapidibus & nummis. Eos bacillos ex ulmo fuisse antiquitus , docere videntur Comordiæ Plauti , non uno loco. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magistratuum virgis : & nesciò universè id accipiendum , an ex verbis ejus , de Galliâ tantùm. Italiæ sanè communior ulmus. Fascium inventum Vetuloniæ Etruriæ urbi adscribit Silius :

*Quis Primus lictor ?
Quis Proximus.*

*Maximè
Turnebi
aberratio.*

*Primi lictoris propria submotio.
Oculis Ciceronis intellectus.*

Summus lictor.

Lictoris fasces.

Ex ulmo , aut Betulla , si forte.

Origo fascium.

*Maoniaque decus quondam Ventania gentes,
Bisfenos prima illi dedit præcedere fasces,
Et junxit totidem, tacito terrore, secures.*

*Secures
demptæ
fascibus.*

*Tantum
prælatæ
extra urbem*

*Livius ex-
plicat.*

*Appianus
paræ cen-
ta scriptis.*

*Dictatori
soli jussu
in urbe su-
mendi fa-
sces.*

*Modus fe-
rendi fa-
sces.*

*Mos sub-
mittendi
fasces.*

Inde traducti Romam. Et fasces quidem hæserunt Ro-
mæ, non secures. P. enim Valerius non falso Poplicola
dictus, invidiæ Consulum minuendæ, primus dempsit
fascibus secures: quasi ne nimius ille terror delibaret ali-
quid de populari libertate. Ex eo tempore exsules ur-
be Roma secures: jussu tantum suum in bello tenuerunt,
& extra urbem. Clarè Dionysius lib. iv. *Βεβαίαν τὴν*

πύλιν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῆς δημοτικῆς ἀντὶ τοῦ βελόμηναι, ἀφ' οὗ καὶ τὸν βέλτον τὰς πελίκας, καὶ κατεστῆκεν τὸ μέτρον αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἔθνους, ὃ καὶ μετὰ τῆς ἐκείνης διήμενον ἡλικίας, ὅταν ἔξωθεν τῆς πόλεως ῥηθῶνται καὶ αὐτὸς τοῖς πελίκαις, ἔσαν δὲ τὰς βέλτοις κατεστῆκεν μέτρον. Livius lib. xxiv.

Lictores ad eum accedere Consul iussit. Et quia in urbem non intrat, protinus in campum (Martium intellegit) profectus: admonuit eum securibus sibi fasces præferri. Ubi satis clarè eum morem agnoscit Livius; libro tamen secundo, ubi opportunè id poterat, verbo de eo admonere oblitus. Mirum ergo Appianum scribere lib. i. Bellor. Civilium, Octavium in sella curuli sedisse, prætexta indu-

tum fascibus & securibus, quasi Consulem, cinctum. Et id narret evenisse Romæ: *Ἐπὶ τῇ, inquit, τῇ θρόνῳ καθήμενος πρὸς τῆς ἀρχῆς ἰδὼν τοὺς ἐπικυβερνήτας, βέλτον καὶ πελίκαν ὡς ὑπὸ τοῦ πελίκαις μέτρον.* Ipse Octavius hoc peccaverit contra priscum morem, in tumultu civili; an per negligentiam suam ita narraverit scriptor Græcus, non dicam. Mos quidem non ambiguus est, ut quem Dionysius adfirmet perseverasse ad suam ætatem. Excipio tamen ab hoc more Dictatorem, quotiens sine provocatio-
nè creatus. Illi enim prælatæ secures etiam in urbe. Au-
ctor Dionysius lib. iv. & Livius lib. ii. Fasces igitur istos ante magistratum ferebant lictores. Erectosne, an in
humeris inclinos? Censeam in humeris, suavis à Num-
mo Bruti in quo ea specie cernuntur: sed & ab Hegesippo,
libro v. excidii: *Habent & sacerdotia suos fasces, qui ele-
vantur non humeris, sed moribus, & attolluntur non virga-
rum proceritate, sed fidei altitudine.* Ubi clare de *Humeris*
etsi aliter etiam surrectos haud negem. Sed in ea gesta-
tione mos, ut si per viam majori alicui magistratui occur-
rent, statim submitterent fasces, & honoris habendi
causâ, inclinant. Orrus mos, ut videtur, ab eodem
Valerio, qui primus summissis fascibus in concionem
ascendit. *Gratum id multitudini spectaculum fuit (ait
Livius) summissa sibi esse imperii insignia confessionemque
factam, populi, quam Consul, maiestatem vimque maio-*

rem esse. Summissis fascibus, id est, in terram deprossis & ante pedes quoddammodo dejectis. Errant qui in Livio interpretantur fasces depositos, & abire jussos lictores. Plutarchus signanter scripsit, Ἀὐτὸς τὰς μάχας ἐκείνας ἀναλαβὼν παρὼν, ὑφ' ἑκὲς τῶν δῆμαι, καὶ κατέκλινε. Id est, submitit inclinavitque. Dionysius amplius aliquid addit ad hunc morem: solitum videlicet in ejusmodi occursu (si forte extra urbem usu venisset) ut minor magistratus deponeret etiam secures. Verba ejus lib. viii. de Marcio Coriolano: Ἐκέλευσεν τὰς ὑπηρετίας ἀποθέσθαι τὰς πέλεις, καὶ τὰς μάχας κατακύλλειν. καὶ τὸ γὰρ ἐδῶ ἐστὶ ποιεῖν Ῥωμαίοις, ὅταν ὑποκταῖσι ταῖς μέγιστον ἀρχαῖς οἱ τὰς ἐκείνης ἔχοντες. Nec terra solum, sed mari servata hæc submittio. Unicum ad hanc rem locum Appiani invenio lib. v. Civilium. Ubi Antonii & Domitii Aenobarbi prætoriarum naves casu sibi obviam: Πλησίον τε ἡ αὐτῶν ἀνδρῶν ἡ καὶ δὴ αἱ ναυαρχίδες ἐκ τῶν σημείων ἐφαίνοντο, καὶ ἀπὸ τῶν πλοίων, καὶ τῶν μάχων ὁ ἡγεμὼν Αἰνίου καὶ τῶν πρῶτον ὡς περ ἕως ἐστὶν ἐσῆς, ὡς ὑπηκόοις ἢ ἐλάσσοντι ἀνδράσι ὑποκινῶν, ὡς οὐκ ἔμελλε κατελθεῖν τὸ σημεῖον. οἱ δὲ κατέβησαν τε, καὶ τῶν ναυῶν ἐς τὰ πλάγια τῆς Αἰνίου νεὸς περὶ ἐρεφον. Ubi mos duplex. Quod signum prætoriarum navis deponent: & quod lictores, ad speciem imperii, soliti stare in prora navis. Ab hoc ritu natum proverbium, Submittere fasces: id est, cedere, & fateri se minorem, usurpatum præter alios Ciceroni in Bruto. Addere hic aliquid de divisione fascium poteram instituta à Junio Bruto, sed res non obscura, & pete, si voles, ab Agellio lib. II. Suetonio in Julio, cap. xx. Livio, lib. III. de x. viris.

Et deprossis
di fecerunt

Idem
Idem

Idem
Idem

Virga &
Horum.
Apta ad
submoven-
dum,

Alterum insigne lictorum, Virgæ. Nam præter fasces, videntur unam gestasse virgam, duplici usui: & ad submovendum, & ad januam tangendam. De virga lictorum in submotione.

Martialis:

-----nec superba clamosi

Lictoris abiget virga basiatorem.

Et Plauto digna prodigus, non Plauti,

Scortum exoletum ne quis in proscenio

Sedeat, neu lictor verbum aut virgæ mutent.

In Janua percutienda, Martialis:

Bis senos juvenes. en redire fascos

Nato Consule: nobisque virgæ

Vatis Castalii domum sonare.

Nam quotiens magistratus suam aut alienam domum intraturus erat: lictor præcedens, virga fores percutiebat,

Et ad tan-
gendas fo-
res.

Mos ille
diffusus
explicatus

quasi ad significandum ejus adventum. Livius libro VI. *Fortè ita accidit, ut in Ser. Sulpicii Tribuni militum domo, sorores Fabiæ cum inter se, ut fit, sermonibus tererent tempus: liſtor Sulpicii, cum is de foro se domum reciperet, forem ut mos est virgâ percuteret. Cum ad id moris ejus insueta expaſſet minor Fabia, viſui ſorori fuit.* Plinius libro VII. *Cn. Pompejus, confecto Mithradatico bello, intraturus Poſidonii ſapientiæ profeſſione cleri domum, fores percuti de more à liſtore vetuit.*

Statius de Nuptiis Stellæ:

— dum feruent agmine poſtes

Atriaque & multâ pulſantur limina virgâ.

*Idem. Am-
mianus
lib. XI
ait Præfe-
rum ſa-
miliz vir-
gam dex-
trâ ge-
ſtaſſe.
Aliud vir-
gam aliud
eſſe faſces.
Bacilli,
idem quod
virgâ.
Manuſui
non vera
opinio.*

Et ſane ejus moris reliquum veſtigium hodie in aulis ma-
gnatum: in quibus fores, per ſingulos ciborum maſſas,
ab Oeconomo, tereti baculo feriri ſatis notum eſt.
Tale quid hæc virgâ. Ideò in Gloſſis ſcriptum, *Virgatiæ
ſaſces*. Cum faſcibus confundi eam mihi non placet,
nec ratio eſt: diſtinguit ſanè Appianus I. Civilium,
in ſeditione Gracchana, *Πάσης ἡγὴ ἑῷα τὴν ἐν ἡγορῇ τῶν
ἀντιπαραπληροῦν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, &c.* Ait, faſces & virgas. Cicero et-
iam has ipſas virgâs nominare videtur Bacillos, lib. XI.
ad Atticum. Propius accedere, ut ſuadet, quomodo
ſine liſtoribus poſſum, quos populus dedit. Qui mihi incalu-
mi adimi non poſſunt. Quos ego pauliſper modicum bacillis
in turbam conjeçi, ad Oppium accedens, ne quis impetus mi-
litum fieret. Nam quod vir doctus ibi faſces intellegen-
dos dicit: de ſummo pectore id dicit, & parum con-
ſpectè. Verior ſententia: quia faſces illi aureati ni-
miùm incurrebant in oculos, & ad vitandam invidiam
in depreſſa fortuna; ideò, ait Cicero, remotis iis acceſſi,
retinui ſolas virgâs. Caſum quem Cicero metuebat,
evenit Cæcinæ Conſuli apud Tacitum libro XII. Hi-
ſtoriar. & ſeditio militaris excitata, ſolum propter con-
ſpectos in partibus jam victis faſces. Sed ubi Cæcina
ait, *prætecta & liſtoribus inſignis, dimotâ turbâ, conſil. inceſ-
ſit: exarſere victores.* Et quæ ſequuntur. Seneca ead-
em virgâs nominat, libro I. De Tranquillit. cap. I.
Placet vim præceptorum ſequi, Si in mediam ire temp. pla-
cet honores faſcesque non purpura aut aureis virgâ adductum
capere, ſed ut amicis propinquiſque & omnibus civibus
paratior utiliorque ſim. Ubi mendo manifeſto ſcri-
ptum, *aureis*. Nam aureas ejuſmodi virgâs fuiſſe, nemo
dixit, ſcripſit, pinxit. Aſſentior libris aliquot qui de-
gunt ejeſta ea voce, *aut Virgâ adductum*. Poterat et-
iam ſcribi littera addita, *laureis virgâ*: ut neget Seneca
magiſtratum cupiendum, aut capiendum, per ambitio-
nem & deſiderio triumphi. Nam in triumpho laurus in
faſci-

*Seneca
corruptus
& corre-
ctus bene.*

fascibus; ac laureæ virgæ in manibus militum & triumphantis. Nec Romæ solum in usu hæ virgæ, sed etiam in coloniis & municipiis, etsi usu paullo diverso. Nam Duumviris, Aedilibus Quinquennalibus, Sexviris, (qui magistratus colonici & municipales) lictores præbant non cum fascibus, sed cum nudis virgis aut bacillis. Apulejus lib. I. Milestarum: *Nam & lixæ & virgæ, & habuim præfatus magistratui convenientem in te video. Antoniam curamus, ait: & Aedilem gerimus.* Aedilem intellegit in Thessalia Hypata, Quinquennalem Cicero in Rullum, *Nam primum cum ceteris in coloniis Duumviri appellentur, hise Prætores appellari volebant.* Deinde antebant lictores non cum bacillis, sed ut hic Prætoribus antecunt cum fascibus duobus. Ecce bacilli præferri Duumviris soliti loco fascium, qui ritus ne nunc quidem exolevit in colonia Agrippinensi; ubi lixæ, qui majores Consules comitantur, oblongum teretem baculum gestant, insigne magistratus. At Campanæ superbix fuit, quod illi fascibus sumerent: ut apud Petronium pariter vanus ille Trimalcio, quoniam Sexvir Augustalis, fascibus poni sibi iussit, & quidem cum securibus. Ideo adolescens qui spectabat, *Et quod præcipue miratus sum, inquit, in possibilibus triclinii fascibus erant cum securibus fixi: quorum unam partem (legendum, inam partem) quasi embolum navis æneum finiebat in quo erat scriptum, G. POMPEJO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AUGUSTALI.* Cur id præcipue miratus? Quia insolens scilicet, & præter omnem morem.

Dixi de lictoribus quæ scivi: addendum aliquid de numero, & quot fuerint cuique magistratui. Dictatori tribuunt vulgò xxiv. Et is numerus apud Dionem, initio lib. LIV. scilicet quia duplex in eo imperium; ideo & insignia Consulis utriusque. Appian. lib. I. Civil. bellor de Sulla, Πελικεις τε ἡ ἐφόρητο, inquit, αὐτῷ οἷα Δικτατωρ εἰκοσι καὶ τεσσαρες, ὅσοι καὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἦν ὄντο. Et Plutarchus in Fabio narrat, Dictatorem eum cum xxiv. fascibus statim processisse in forum, ut populo vim ostenderet ejus imperii. Huic tamen vulgaræ sententiæ pugnat Epirome Liviana. In qua claris verbis scribitur, lib. LXXXIX. *Sulla Dictator factus, quod nemo quidem umquam fecerat, cum fascibus viginti quatuor processit.* Id si verum: ergo omnes ante Dictatores XII. tantum fascibus usi. Ita vanus Plutarchus, qui Fabio xxiv. tradidit: vanus Appianus, qui eum numerum proprium censuit Dictaturæ. Ego sane hic hæreo. Nisi si delendum id totum in Epirome, quod nemo quidem umquam fecerat. Tamquam à scioli cujuspian infaustra & infesta

Virga sive bacilli præferbantur magistratibus coloniciis. Aedilibus Quinquennalibus.

Item Duumvirum.

Item Sexviris.

Petronius correctus.

Quos lictores, & quibus magistratibus. Dictatori xxiv.

Nodus in Epirome Liviana.

Tollendi conans.

*Appian
de re cr.
p. 10.*

feſta manu. Quidquid ſit, ea tamen parte peccat Appianus, quòd ſcribat regiſbus liſtores fuiſſe xxiv. & inde exemplum traduſtum ad Dictatores. Peccatum largum. Livius ſanè, Dionyſius, & quòs ego viderim hiſtorici, conſenſu tribuunt xii. liſtores regiſbus: vel à numero avium, inquit, quæ Romulo regnum portenderant; vel exemplo ab Etrufciſ, quorum xii. populi creato regi ſinguli ſingulos liſtores dabant.

*Magiſtro
equitum.
p. 10.*

Magiſtro equitum liſtores ſex fuerunt. Ideo notandum, quia Dionis unicus locus, ex quo id haurimus. Apud Latinos nulla mentio. Libro xlii. de M. Antonio, qui Magiſter equitum Cæſari: *At Antonius*, inquit, (vertam enim ejus verba) *ſi veſtitum ejus ſpectares, imaginem popularis ſtatus præferbat: prætexta enim utebatur. Item ſi liſtores: non enim plures quàm ſex habebat. At ſi gladium ſpectares, quo cingebatur, & multitudinem militum qui eum comitabantur; reverà offendebat regnum & imperium unius.* Conſuli fuerunt xii. Prætori, ſex. Tribunis & Ædilibus non liſtores, ſed Viatores. Quæſtori, neutri. Varronis verba vide apud Agellium lib. xiii. cap. xii. Tamen Livius Quæſtori P. Sextio diſertè tribuit liſtorem lib. iv. in ſeditione militari: ſed non, ut Quæſtori Præerat enim caſtris, abſente Conſule.

*Quæſtori
p. 10.*

*Legatis,
liſtores.*

Legatis etiam liſtores, in provinciis. Spartianus in Severo, qui Legatus Proconſulis Africæ: *In eà legatione, inquit, cum eum quidam Leptitanus, præcedentibus faſcibus, ipſe plebejus amplexus eſſet. Mutafſe tamen aliquid videtur Alexander Severus, & inſtituiſſe ut milites anteirent loco liſtorum. Lampridius: Apparitores denique nullos eſſe paſſus eſt. Tribunis aut ducibus, niſi milites, anteire noluit. Juſſitque, ut ante Tribunal quattuor milites ambularent, ante Ducem ſex, ante Legatum decem.*

*Magiſtris
vicorum,
bini.
Veſtaliſ,
quatuor.*

Magiſtris etiam vicorum Romæ, per certos dies, liſtores bini. Inſtituit Auguſtus. Vide Dionem lib. lv.

*Seneca
Pater
mendacior.*

Virginibus Veſtalibus in publico ſemper unus liſtor. Inſtituerunt iiii. viri, Antonius, Lepidus, Octavianus. Narrat multis verbis Dio lib. lvi. quem adi, & Plutarchum cautè lege in Numa, qui liſtorem Veſtaliſ referre videtur ad inſtituta Numæ. Pertinet ad Veſtales Vinitii locus, qui apud Senecam Patrem legitur in Controverſia, Sacerdos proſtituta: *Procedente hac liſtor ſubmoveri videbitur: huic Prætor via cedit: ſummum imperium Conſules cedem tibi.* Ubi emendo, liſtor ſubmoovere jubebitur. Liſtore etiam ad hoc exemplum uſa Imperatorum aliquot uxores. Sed & Flaminius liſtor, & Curiatus, nominati Feſto.

CAPUT XXIV.

Ausoniana aliquot emendationes. Lumen, de filiis eleganter dictum. Fastus Campanus. Ausonius quando Consul.

NAVI cursus mihi nuper Brugas fuit. Urbem, & à ses & à civium ingeniis inter primas Europæ nobilem. Sed ea navigatio cum parum ex voto mihi esset, flantibus ventis adversis; & dies complures præter opinionem coleremus in navi: ad fallendum sedentarium illud otium, Ausonium arripui, qui casu tunc præ manu. Eum percurrens hæc sublegi; exigua, & digna fortassis illo, in quo nata, mari. In Parentalib. ad Cæcilium Arborium avum suum:

Amisum flesti post trina decennia natum.

Saucius extincto lumine cassus erat.

Vana lectio; à vanissimo illo correctore Lugdunensi: cui non semel os verberat Scaliger. Scriptura vetus erat, *Saucius oclervo*. Ex quo princeps ille Criticus, *Saucius oclervo*. Mihi tamen prehabatur, *Saucius ac lævo lumine*. Bini liberi huic Cæcilio Arborio, Æmilius Magnus Arborius, & Æmia Æonia Ausonii mater. Æmilium quia amisit, dicit eum poeta cassum lumine lævo: id est, alterum è duobus cum amisisset lumen. Hæc sane locutio, similiter usurpata Quintiliano lib. vi. *Mibi filius minor quintum egressus ætatem, ut in malis agerem, prior alterum è duobus eruit lumen*. Nam liberi, parentum quasi oculi & lumen. Festus, *Orba est quæ patrem aut matrem, aut filios quasi lumen amisit*.

De claris urbibus, Capua:

Mox ut in occasum vitio communibus acti

Corruerent Pæni, luxu Campania festo.

Haud parum melior sententia, si legas, *Corruerunt, Pæni luxu, Campania fastu*. Hoc sane ait, postquam communibus infecti vitiis Campani & Pæni perierunt; Pæni quidem luxu, Campani fastu: tunc illa potens Capua sic cecidit, ut nunc vix octava. Hactenus enim sententia continens, & uno ductu legenda. Campana superbia, preverbio innotuit,

De fastis suis:

Hactenus adscripsi Fastos: si fors volet, ultra

Adjiciam, si non, qui legis adjicias.

Scire cupis qui sup? Titulum qui quartus ab uno est,

Quære. Leges nomen Consulæ Ausonii.

Leve

Ansonii
versus de
consulatu
suo, corre-
ctus.

Leve mendum versu tertio, sed quod momentum ad historiam habet. Scribe, qui quartus ab imo est. Nam Ansonius Fastos suos perduxit ad annum urbis 60. cxxxi. Ipse autem consul, collegâ Syagrio, (illo cui inscriptum Epigramma generis sui) 60. c xviii. Clarum ergo cur titulum inspici velit à fine quartum.

C A P U T XXV.

Servorum quæ propriæ olim vestes. Tunicatos primò fuisse. Sicut & rusticos Romanos in coloniis, in municipiis. Plinius emendatus. Postea servi pænulati. Earum pænularum color rufus. Canusinatus, quid? Cuculli, Barducuculli. Imperatorum servi alia veste. Ii albai, vel aurati.

Tunica sola,
propria
servorum.

IN civium veste quid fuerit, & quæ mutatio, dixi: nunc opera mihi est, ut eandem operam sumam in veste servili. Tunica, communis Romæ servorum vestis. In Plauti Amphitruone, Sofia loquitur,

Imò equidem tunicis constatis huc advenio, non dolis.

Rustici
Romani,
tunicati.

Seneca; De Brevitate vitæ, cap. xii. Cum videam quam diligenter exoleterum suorum tunicas succingant, quam suspensi sint quomodo aper cæsus à coco exeat. Et qui hac parte non differebant à servis, etiam rusticorum in coloniis & municipiis. Cicero in Rullum de Capuanis: Jam verò qui melius erat tunicatorum illorum? In Albana & Seplasia quæ concursatio percontantium quid Prætor edixisset?

Martialis:

*Quos Faustine dies, qualem tibi Roma Ravennam
Abstulit? ô soles, ô tunicata quies?*

Plinius
emendatus.

Plinius lib. vii. Epistolar. Quin ergo aliquando in urbem redis? Ubi dignitas, honor, amicitie tam superiores, quam minores. Quousque regna vis? Quousque vigilabis cum voles? Dormies quamdiu voles? Quosque calcei? Nusquam toga feriat? Liber totos dies? Quæ ad hanc sententiam emendo, quousque regnabis? Et statim, quousque calcei nusquam? Toga feriat? Nam in municipiis, ut non togæ, sic nec calceorum usus: quæ vestis utraque forentis,

Martialis:

*Lunata nusquam pellis, & nusquam toga,
Olidæve vestes murice.*

Et in servis hoc obtinuit antiquitus. At temporibus Imperatorum qui luxus ad liberos homines, idem perti-

nuit ad servos. Non tunicae amplius meræ, sed pænula in usu servorum. Seneca lib III. De Benef. cap. XXVIII. *Quò te pænulati isti in militum quidem non vulgarem cultum subornati, quo, inquam, te isti esse, vult? Quod ait in militum cultum: hoc ideo, quia pænula vestis etiam militaris.* Seneca de Benef. libro V. cap. XXIV. *Quendam ex commilitonibus Cæsari pænulam suam subtraxisse.* Ab hoc ritu lucem Martiali do, in Apophoretis, Lemmate, *Canusina rufa:*

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis.

Et placet hic pueris militibusque color.

Pueros ecce conjugit & milites, quia utrique in pænulis rufis. Lana ad pænulas istas rufas laudatissima Canusii. Plinius, *Apulae lanae breves villo, nec nisi pænulis utiles.* Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habent. Ideo Canusinati *canus*, servi nominati, qui pænulas induitui haberent hujus coloris.

Martialis:

Ut Canusinatus nostro Syrus asserere sudet.

Suetonius in Nerone, cap. XXX. *Numquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, sceleris mularum argenteis, canusinatis mulionibus.* Sed & in Galliis arbor quædam ad tingendas has vestes. Plinius lib XVI. cap. XVIII. *Item vacinia, Italiae in aucupis sata: Gallie verò etiam purpurea, tingendi causa ad servitorum vestes.* Hæc in elegantioribus servis: at vilioribus, per illam ætatem, frequens usus cuculli.

Martialis:

Pullo Marvius alget in cucullo.

Lampridius in Elagabalo: *Tectus cucullione mulionico, ne agnosceretur.* Capitolinus in Uero: *In tantum vitiorum Cajanorum Neronianorum fuisse æmulum, ut vagaretur nocte per tabernæ ac lupanaria, obtect o capite cucullione vulgari viatorio.* Nec dissimile, quod Bardocucillum Martialis appellat:

Gallia Santonico vestit te bardocucullo.

Cercopithecarum pænula nuper erat.

& alibi:

Urbica Lingonicus Tyriamthina bardocucullus.

Obtinuerunt hæc in privatorum hominum servis. Imperatorii ministri veste videntur fuisse à vulgo secretâ: aut certè colore vestis. Nam viles servorum, omnes pulli:

Martialis:

Lana quidem tristis, sed consis apta ministris:

Quales non primo de grege mensa vocat.

Honestiores, ut dixi, rutuli aut rufi: Cæsariani verò, albi. Qui color proprius libertatis, & ideo dignissimus. Sueton-

Pænula vestis servorum.

Item mulionum.

Canusinatus, de pænulis.

Cucullus, vilium servorum.

Et Bardocucullus.

Imperatorum servorum discretæ veste.

Et albi.

Suetonius in Domitiano, *Generum fratris indigne ferens & ipsum albatos ministros habere, proclamavit, & αλβανος παλαρσενις*. Interpretor non in togis albis, sed tunicis aut pænulis. Nam togam premissam servis qui credam? In tunicis potius albis sicut Aediles Quinquennales apud Iuvenalem: ut inter tunicatos aliqua nota eminent, albatati erant:

Sufficiens tunica summis Aedilibus alba.

Nilam parati.

inquit. Moderatior Domitiano Aurelianus, qui, ut Vo-
piscus ait, *Cursor eo habitu quo ipso habebat, Senatoribus concessit*. Eo habitu, id est, albatos. Sed & auratæ vestes fuisse videntur Imperatoriis servis. Lampridius in Alexandro, *Auratam vestem ministerum nullus vel in publico convivio habuit*. Atque ita intellego quod Seneca scribit de Tranquil. vitæ cap. 1. *Cum beneficiis placuerunt, praestringit animum apparatus alicujus paedagogii, diligentius quam jam intra privatum larem vestita, & auro culta man. ipia*. Et in tunicis hoc aurum ex Ammiano lib. xxvi. *Servus itaque subtabidus, nusquam reperio paludamentum; tunicâ auro distinctâ, ut regis nâvis*: indutus à calce in pubem in paedagogiani pueri speciem. Sed & chlamys servis aulicis fuit, ex Lampridii Alexandro, ubi Constantinum Imp. adfatur: *Et tu servos eo loci habes, ut nec chlamyde uti jussis, sed necessitatibus domesticis delegaris.*

Chlamys, servorum.

C A P U T. XXVI.

Glossmata aliquot non parva rei è Seneca sublata.

ANNUS Seneca frequenter mihi in manibus est: ut ego sentio, non sine fructu. Sive enim doctrinam quaero; multa invenio in tribus priscis recondita: sive sapientiam, Deus bone, quid ad mores & ad vitam, scriptum umquam præclarior? Qualis ille, & quam Romanus ubique animus? Quæ tela adversum casus subministrat, & ipsam mortem? Quomodo vitia eripit, inserit virtutes? Fatendum est. In Cacumine Olympi montis constitutus mihi videor cum illum lego: supra ventos & procellas, supra omnes res humanas. Edibentior hoc caput utilissimo scriptori dabo: & vitia illi minuam, qui sæpè mihi, parens philosophiæ Romanæ.

Seneca laudato.

Consolatione ad Polybium, in extremo:

[*Hæc utcumque potui longo jam situ obsoleto & hebetato animo composui: quæ si aut parum respondere ingenio tuo,*

tuo , aut partum mederi dolori videbuntur; cogita quàm non facile Latina verba ei homini succurrant , quem Barbarorum inconditus gravisque fremitus circumsonat.]

Ut Seneca hæc scripserit? Verbis tam humilibus, tam ineptis? Numquam factum. Quidquid adduxi merum additamentum est , ab Ixione aliquo librorum & Ægistho. A fine enim hujus libri clarè aliquid deest. Id conatus fuit refarcire suis verbis sectarius iste vervex. At vide etiam cor oviculæ? Negat Senecæ ultra succurrere verba Latina: credo, quia simile alibi legerat in Ovidii scriptis. Considera quæso, Lector: & , si Heraclitus es, ride.

*Glossæma
pudendū.*

In libello ad Gallionem De Remediis
fortuitorum , initio :

Licet cunctorum poetarum carmina gremium tuum semper illustrent , aliquando deliberans , hoc tibi opusculum pro accidentibus casibus dirigere curavi , quod non præsentis , sed posterì narrabunt. Unde ergo primum incipimus? Si tibi videtur à morte. Ah ultimo , inquis , imò à maximo.

Α' τελης ille prior liber fuit, ἀνίφαλος iste. Sed quomodo explerunt, di boni? Non pannum in purpura, ut ait ille, magis conspicuum sit, quàm hic ad Senecam adtextus. Sententia tota ridicula: verba maculantia, barbara, spurca. Et non vidit hoc Erasmus, aut Pincianus? Digni me hercule illi ipsi censores censoriâ notâ. Vilissimæ pecudis glossæma est, totum illud quod scripsi, ad hæc usque verba, Unde ergo primum. Reliqua Senecæ esse clarum ex acumine ipso.

De Divinâ providentiâ , cap. III.

Quantò magis huic invidendum est, quàm illis quibus gemma ministratur, quibus exoletus omnia pati doctus [excectæ virilitatis aut dubiæ] suspensam auro nidem diluit?

Simile, nisi fallor , glossæma ad vocem Exoleti. Ideò delendum.

Tertium.

De Tranquillitate lib. I. cap. I.

Placet cibus, quem nec parent familiæ , nec spectent , [non ante multos paratus dies , nec multorum manibus ministratus ,] sed parabilis facilisque nihil habens accersiti pretiosive.

Ea quæ conclusi lineis, nihil ambigo quin interpretamentum sint ad ea verba paullò brevius & concinnius dicta, quem nec parent familiæ, nec spectent.

Quarimum.

Epistola xcvi.

Petis à me ut quod in diem suum dixeram debere differri, præsentem, & scribam tibi

Aaa

Scri-

Quintum. Scribe, quod in diem dixeram debere, representem. Reliqua sunt à malâ manu. In diem debere, & Representare, aduersâ sunt: ea metaphora à re pecuniaria Seneca lufit.

De Benefic. lib. VII. cap. XXI.

Pythagoricus quidam emerat à sutore phæcassia, [rem magnam,] non præsentibus nummis. Post aliquot dies venit ad tabernam redditurus, & cum diu clausam pulsaret fuit qui diceret, Quid perdis operam? Sutor ille quem quæris clausus, combustus est,

Sextum.

Phæcassia, inquit, rem magnam. Quare rem magnam? Nos scimus ita appellari Græcanicos calceos; & pretium eorum non plus tribus denariis, ut statim addit. Dico ego glossēma esse imperiti alicujus Macci, ad Phæcassia vocem. Quam ille non magis intellexit quàm Milphio Pēnulum Plauti. Pleraque ex istis probasse olim mescio M. Antonio Del-rio eum honoris & amoris causa nōmīno clarissimo viro, & non ad hoc sēculum amico: cujus fides certa mihi fuit, rebus incertis.

C A P U T XXVII.

Error communis in historia & Fastis de censu & lustro. Plutarchi peccatum, & ejus causa. Epiuome Liviana corrupta ostensa.

ADVERSUM Plutarchum mihi, optimum aliàs & sanctissimum scriptorem, hoc caput conceptum est: vel potius aduersum vanam opinionem, quæ ab illo capite in libros manavit & in vulgus. Eam tollam, argumentis ita certis:

Ut contra quisquis sentiat, nil sentiat.

Creditur Julius Cæsar, victâ Africâ, censum instituisse, & in eo reperisse civium non plus centum quinquaginta millia. Cùm tamen ante bellum civile, censa essent millia trecenta viginti. Plutarchus claris verbis: *Μετὰ δὲ τὰς Σίρας θηρομῆδαν πηγῆσιαν, ἀντὶ τῶν ἀποτρίαν δυοῖν καὶ τετρακοσίων μυριάδων, ἐξ ἧς ὁδοῦσαν αἱ πᾶσαι πεντακίδιντες: τηλικαύτην ἢ τούτοις ἀπεγράσαντε συμφορὰν, καὶ τοσούτη ἀπονήλωσι τὸ δῆμος μέγεθος* id est: Post spectacula verò, censu actō, pro trecentis viginti millibus civium, quos prius fuerant, censi sunt in uniuersum centum quinquaginta millia. Tantam inulit bellum civile cladem, & tantam absumpsit populi partem. Et Epitome Liviana, Censum egit, quo censa sunt civium capita centum quinquaginta millia. Hos duces sequuntur Fastorum hodie scriptores Sigonius & Onufrius Panuinus Multi,

*Adscriptores
Plutarchi*

Multi, ut video, in partibus : tamen adversum eas omnes copias, veteres & novas, confliam ego solus. Primum an censum ullum legitimum egerit Cæsar, dubito : (non monuit id Suetonius , aut Dio :) non condidit certe lustrum. Si non lustrum , ergo nec numerum universum civium in tabulas rettulit , & in acta. Non enim id solet, nisi condito lustro. Vide omnes Livii libros , integros & decurtatos : solemnis ubique hæc narratio, *Lustrum conditum ; quo censa tot millia civium.* Quod non condiderit lustrum : testis mihi extra suspicionem omnem & calumniam lapis , in quo Breviarium Augusti. Ibi sic de se Augustus : IN. CONSULATU. SEXTO. CENSUM. POPULI. COLLEGA. M. AGRIPPA. EGI. LUSTRUM. POST. ANNUM. ALTERUM. ET. QUADRAGESIMUM. FECI. LEGI. QUO. LUSTRO. CIVIUM. ROMANORUM. CENSITA. SUNT. CAPITA. QUADRAGIENS. CENTUM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA. O thesaurum repertum , non lapidem ! Ecce , ait disertè Augustus XLII. Annos elapsos ante illud suum , sine ullo lustro. Quomodo ergo Cæsar condiderit lustrum , vix sedecim antè annis ? Discite ampliùs vos Fastorum scriptores , nullum lustrum Romæ conditum à L. Gellio & Cn. Lentulo Censoribus , ad hoc Augustæum. Ita corruunt omnia illa vestra imaginaria lustra , quæ ex solis numeris Censorum corruptis , inservistis. Sedeamus enim ad calculos. Augusti ille census incidit in annum urbis DCCXXVI. At Cn. Lentulus & L. Gellius censores fuerunt anno urbis DCLXXXIV. Vide quàm conveniat ratio ; justum intervallum est annorum XL. decorum. Tamen esto. Lustrum & censum condiderit Cæsar : in re & in numero quàm foedus Plutarchi error ! Ait tantum censa CL. millia civium , cum ante bellum civile censerentur trecenta millia xx. Dupliciter peccat , primum in numero , qui ante bellum civile. Trecenta , ait , xx. millia quomodo potest ? Ego reperio jam ab annis viginti quinque ante bellum civile , censa Romæ quadringenta quinquaginta millia civium , Lentulo & Gellio Censoribus. Is numerus qui clade , tam subito imminutus ? Præsertim florentissimi populi R. rebus ? Vide omnia lustra. Adjectum semper aliquid ad numerum reperies , non detractum. Imò vetus codex Epitomes Livianæ , lustro illo quod modò dixi , præfert non *quadringenta millia* L. sed *nongenta* L. Nec ulla hyperbole est , aut error. Auctus enim immaniter numerus civium , populis aliquot Italicis paulò antè civitate donatis. At ante donationem eam , ut anno DCCXXXIX. reperio circiter ad quadringenta millia censa : quid ergo mirum , si nunc

Cæsarem non egisse censum.

Quot anni inter postremum libertæ resp. lustrum, & primum Augustæum.

Vide Omnes fasti impedite dissonantem, in Commém. ad Fastos A. V. D. CIV.

Errat in numero Plutarchus.

Epitome Liviana correctæ.

tantò amplius ? Errat etiam in numero, qui post bellum, & cui sano persuadebit, tantum superfuisset *CL.* millia civium ? Attrivit multos bellum civile, fateor : num plures quàm bellum Punicum secundum ? Atqui post tot clades populi, & tot infeliciter pugnatas pugnas censa sunt tamen *C. XXVI.* millia. Vide Fastos. Denique quid tergiverfor ? Et cur non venio ad decretorium stilum ? Hic, ecce, omnis fons erroris, Julius Cæsar cum publicè & privatim turbata omnia repperisset per bellum civile : non censuram, sed imaginem quandam ejus sumpsit, ad sistendos & vinciendos labentes mores. Præfectus morum dici voluit & fuit. Eo jure non censum instituit. Non, inquam, solemne illud opus : sed recensum. Id est, examen & inquisitionem in eos qui jure aut injuria utebantur publico frumento. Repperit in confusione illa rerum, numerum crevisse ad trecenta *XX.* millia : recedit, & reduxit ad sola centum quinquaginta. Suetonius clarè cap. *XL.* *Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egi : atque ex viginti trecenisque millibus accipientium è publico frumentum, ad centum quinquaginta retraxit.* Similia prorsus istis, Dio lib. *XLIII.* cujus verba posui suprà, & nunc non repeto. Hic omnes ille census, quem egit Cæsar : hic numerus non civium omnium (nihil vanius :) sed tenuis tantum & egenæ plebis, quæ è publico alebatur, & quam ideò hirudinem ærarii Cicero alibi dixit. At scriptori Græco, qui conniventibus oculis ista legerat, objectus error : & nata popularis illa sententia, ad invidiam civilium bellorum. Simile in Epitome factum : inquam confidens quispiam nebulo intrusit illa verba de censu : à Livio quidem, non scripta, non picta. Reipsa quam grandis numerus civium illa ætate fuerit : facillè coniicimus vel ex censibus Augusti ; qui omnes ultra quadragies centena millia, ut ex lapide illo clarum, quem publicavit amicus noster A. Schottus, suggerente Augerio Busbequio legato olim Byzantino.

Cæsar, non Censor, sed Præf. morum.

Recensus ejus ; non legitimus census.

Unde aliter error Plutarchi.

C A P U T XXVIII.

Mos bistrionis in baculis, quos manu tenebant. Suetonio data lux ; Appuleio, & Aufonio. Correctus semel atque iterum Suetonius.

IN Suetonii Nerone videor observare morem veterem, cui, meo animo, interpretes non faciunt claram satis lucem. Faciam ego.

Cap.

Cap. xxiv.

Atque etiam in quodam Tragico actu, cum elapsum baculum citò resumpsisset; pavidus & metuens ne ob delictum certimine amoveretur, non aliter confirmatus est, quàm adjurante hypocrita non animadversum id inter exsultationes succurrere rationesque populi.

Baculum intellegi volunt lauri rami, quem vates & aetiores inter canendum manu tenebant: unde *παρὰ δὲ* & *παρὰ* dicti Græcis. Et quin tale aliquid apud priscos Græcos fuerit, non eo negatum: paullo aliter tamen mos scenæ fuit, quem tangit Romanus scriptor. Eum intellegere videor ex solius Plutarchi verbis, libello *Περὶ παιδων ἀγωγῆς*: quæ sic concepta: *Οἱ δὲ ἀρχαῖοι τῶν παιδῶν καὶ φρονέτες, εἰδὲν ὅτι εἰν ἡρώοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναστον αἰ λαβεῖν εὐθαρῶσαι. Ἔς γε μὴν καὶ πύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπ' ἀφύσεως, αἰμὴ χανον.* Id est, *Rites curruum cum labore curvatas, cum omnia feceris, in pristinam rectitudinem non restitues: & incuruos histrionum baculos, in rectum reducere nulla vis possit.* Clarum enim ex eo, baculos aliquos inflexos fuisse, quos histriones, & præsertim saltatores, manu gestarent: sive ad concinnitatem aliquam motus, sive ad gesticulandum. Qui baculi etiam nunc in usu ejusmodi nugis theatri apud Belgas, non sine vestigio prisce ritus. Nec è ligno solum ii baculi, sed è ferro. Disco ex Appuleii Apologia altera, in Ruffinum quemdam saltatorem fabularum: *Ingens indignatio animo oboritur. Tunc effeminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At quatenus manu? Philomela, an Medea? An Clytemnestra? Quas tamen consultas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri est, sine cludine saltas.* Emendo, *quas tamen cum saltas.* Vox cludinis (incorrupta modò sit) propria fuisse videtur huic mimico ferro. Ad eum morem prorsus capiendus Aufonius:

Deceptæ felix casus se miscuit arti:

Histrion, saltavit qui Capaneus, ruit.

In Canace visus multò felicior, ipsa

Quod non hic gladio viscera dissecuit.

Gladium illum saltatorium intellegit. Lucem hinc do abbreviatori Dionis in Antonino Caracalla: sub quo narrat Theocritum quemdam, olim scenicum, præpotentem fuisse: quem cum dicto aliquo offendisset Titianus procurator Alexandriæ, atque is stricto ferro è sede sua in illum prosilvisset: ridens Titianus, *Ὡς ἀρχαῖος ἐποίησας*, inquit, *Ut saltator fecisti.* In quo nihil dubito allusum ad hoc mimicum ferrum. Addam alia Suetonii, ne ventosum & inane caput.

Baculi in manu histrionum quales.

Plutarchi notendus locus.

Suspectus Appuleii locus, in parte emendatus. Cluden, quid. Aufonius explicatus.

In Tiberio, cap. LII.

Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum patriâ caritate dilexit: alterius vitis infensus. Nam Drusus animi fluxioris, remissionisque vitæ erat.

Correctus
Suetonius

Metuo, ut aliquid desit. Plenior certè, & quæ utrumque membrum complectatur, lectio erit, *alterius virtutibus, alterius vitiis infensus*. Germanicum enim oderat, propter eximias virtutes: Drusum, propter vitia.

Cap. XLVII.

Paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se alius subventurum, nisi Senatui justus necessitas causas probasset. Quo peracto, plerique modesti & pudore deterruit.

Scriptum fuit à Suetonio, *Quo pacto plerisque*. At linea negligenter litteræ p. indita, locum mox corruptit.

C A P U T XXIX.

Conlectanea de imaginibus. Qui nobiles apud Romanos: & e quo magistratu primum imagines. Cicero correctus. Imagines quid fuerint, correctusque Ovidius. In aërio locari solitas, & in thecis. Mos eas aperiendi in die festo. Tituli imaginum: & emendatus Tibullus. Mos eas ferendi in funere.

De imaginibus quidquid dignum legi, conscribam: & *Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea inducitur ratis*: sic ego Electis ejusmodi rerum, ad doctrinam veterem præibo juventuti.

Generis apud Romanos discrimen duplex. Alii Patricii, alii Plebeji. Rursum ex utrisque, alii Nobiles, alii Novi. Nobiles censebantur illi soli, quorum majores magistratum ceperant, quique jus habebant imaginis ponendæ. Novi, quorum majores vitam privatam vixerant, & quibus imagines nullæ. Regum temporibus, & post Refugium aliquot annis, penes solos Patricios magistratus erant: ideo & nobilitas. Postea, per contentiones Tribunicias, communicati cum plebe honores: simulque nobilitas & imagines. Imò non raro ex eo, plebejus quispiam, nobilis ante patricium: ut Claudii Marcelli, ut Decii, Flamini, Lucretii, & quæ aliæ è plebe familiæ plenæ honorum. Non enim ex genere, sed

Romanis
qui nobi-
les.

Qui novi,
Plebei no-
biles quan-
do cape-
runt.

Ex imagi-
nibus
veneris Ro-
mana nobili-
tas.

sed ex imaginum multitudine omnis nobilitas: & imagines ex magistratu. Livius libro primo: *Anus Marcius nobilis unâ imagine Numæ*. Idem libro XII. *Nec finem ante belli habituros, quàm Consulem verè plebejum, id est hominem novum fecissent*. Nam plebejos nobiles jam hisilem initiatos esse sacris, & contemnere plebem cœpisse, postquam contemni desierint à patribus. Suetonius in Vespasiano: *Gens Flavia obscura illa quidem, & sine ullis majorum imaginibus, sed tamen reip. non poenitenda*.

Imagines, dixi, è magistratu. Non tamen quovis, sed curule. Quæstura, Tribunatus, & qui alli inferiores honores, jus imaginis non dabant: dabat inter ordinarios magistratus, prima, curulis Ædilitas. Disco ex Ciceronis verbis, libro quinto in Verram, ubi loquitur de se Ædile: *Ob earum rerum sollicitudinem atque labores, fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus, imagines ad memoriam posteritatemque prodendam*. Scribe potiùs, *jus imaginis*.

Hæ imagines non aliud fuerunt, quàm expressa corporis effigies humerorum tenus, è cerâ. Dico, humerorum tenus. Non enim corporis totius erant, sed capitis atque vultus. Plinius lib. xxxv. *Expressi cerâ vultus singulis disponebantur armariis*. At disertè, vultus. Cicero in Bruto, cui ab hac observatione lux: *Ex quo tamquam ex ore imago, exprimitur*. Addidi item, è cerâ. Idque adeò verum, ut vulgò eas nobilium imagines poëtæ appellant Ceras.

Juvenalis:

Tota licet veteres exornent atria ceræ.
Et Ovidius; in cujus verbis prisca labes, lib. I. Amorum:

Nec te decipiant veteris quinquatria ceræ:

Tolle tuos tecum præsuper amator avos.

quam amoveo, & lego, *veteri cincta atria cerâ*. Nam lemma est, quæ monet puellam ne se pulchris aut nobilibus vulget, sed tantum divitibus & pecuniatis. Imagines autem illæ in atriiis. Seneca: *Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus: animus est qui facit nobilem*. Idem Consolatione ad Polybium: *Vides omnes has imagines, quæ implevere Cæsareum atrium: nullâ non harum aliquo suorum incommodo insignis est*.

Martialis:

Atrique immodicis artat imaginibus.

Valerius libro V. cap. VIII. *Prudentissimoque viro succurrebat, effigies majorum cum suis titulis idcirco in privâ ædium parte poni solere, ut eorum virtutes posteris non solum*

Aaa 4

lege-

Imagines:
ex quo
magistratu.

Ciceronis
emendatio.

Imagines,
non totius
corporis.

È cerâ soli
a fieri.

Ovidius
correcit. ut.

In atriiis
ponebantur.

legerent, verum imitarentur. Prima enim ædium pars, Atrium. Seneca de Benefic. Qui imagines in atrio exponunt, & nomina familie suæ longo ordine & multis stemmatum illigata flexuris in parte primâ ædium colloant. Alii malè, parte summâ.

Aufonius :

Hos ille Serum veste contexi jubet,

Hos calat argento gravi:

Ceris inurens januarum limina,

Et auriorum pegmata.

Imagines igitur istæ ex cera. Ideo bene monui olim in hoc Ovidii versu, lib. vi. Fastorum :

Vidimus ornatos, ærata per atria, pictâ.

Veste triumphales occubuisse senes.

legendum, *cærata per atria*. Atris in atriis nulla mentio, at frequens cerarum. Statius tamen opitulari vulgatæ lectioni videatur 11. Thebaid,

---- læto regalia coetu

Atria complentur. Species est cernere avorum

Communis, & vivis certantia vultibus æra.

Quamquam & sit nulla mihi religio rescribere, *Certantia vultibus ora.*

*Imagines
in thecis.*

Collocabantur autem ordine in ligneis thecis, sive, ut Plinius appellat, armariis. Libro xxxv. *Expressi cerâ vultus singulis disponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilia funera.* Aufonius in versibus quæ supra, pegmata maluit dicere. Eæ thecæ diebus festis aut lætioribus tantum aperiebantur; alias, ut videtur, clausæ. Cicero pro Sullâ: *Domus erit, credo, exornata, aperientur majorum imagines.* Vopiscus in Floriano: *Tantum illud dico, Senatores omnes eâ letitiâ esse elatos, ut domibus suis omnes aibas hostium caderent, imagines frequentes aperirent, albatî sederent, convivîa sumptuosiora præberent.* Apud Senecam patrem Triarius, lib. vii. Controv. vi. *Indicit diem festum, aperiri jubet majorum imagines, cum maxime tegende sunt.* Et hoc est quod Polybius lib. vi. scribit, has imagines publicis sacrificiis proferri, & magnifice ornari. Cui curæ haud dubiè olim præfectus Atrienfis.

*Titulus, si-
ve Index
imaginum,*

His imaginibus subscripti Tituli, sive Indices honorum & rerum in magistratu quoque gestarum. Plinius: *Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarum.*

Tibullus :

Non tua majorum contenta est gloria famâ,

Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat.

Ita

Ita emenda. Nam intellegit hunc Indicem, quem Livius ferè Titulum appellat, & sæpè queritur ab eo corruptam historiæ fidem. Ut lib. iv. *Minutium apud quosdam auctores transisse à patribus ad plebem, andec mumque Tribunum plebis cooptatum, invenio. Sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum paucis antè annis lege cautum, ne Tribunus collegium cooptare liceret. Libro viii. Vitiatam memoriam falsis imaginum titulis reor, dum familia ad se quæque famam rerum gestarum honorumque, fallente mendacio, trahunt. Libro x. Cujus imaginis titulo, Consulatus, Censuraque & triumphus æquo animo legetur: si pontificatum vel auguratum adjeceris, non sustinebunt legentium oculi? Valerius libro iv. cap. iv. Plurimorum ac maximorum operum prætexto titulum imaginum suarum amplificavit. Ad hunc titulum, Taciti locus pertinet, lib. xvi. Objeçta virque Cassio, quod inter imagines majorum, etiam C. Cassii effigiem coluisset, ita inscriptam, DUCI PARTIUM.*

*Emenda-
tus Tribu-
lus.*

Usus præcipuus earum imaginum, ut in funere nobilium ferrentur.

*Imagines.
ad funera.*

Propertius:

Nec mea tunc longa spectietur imagine pompa.

Livii Epitome XLVIII. de Lepido: *Præcepit filiis lecto se Strato sine linteis, sine purpura, efferrent. Imaginum specie, non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere. Et exempla vulgò apud scriptores. Ratio ferendi in oblongis perticis erat sive hastis, ut fercula solent triumphorum. Ideò Feretra ea dixit Silius libro x.*

Non conjunx, native aderant, non juncta propinquo

Sanguine turba virium: aul celsis, de more, feretris

Præcedens prisca exequiis decorabat imago.

Dio Cassius adfirmare videtur, non ferri solere imagines eorum qui relati in Deos: ambigo de eâ sententiâ, & scripsi quædam libro iv. Epistolicarum. Illud mihi certius, si quis turpi & immani crimine damnatus esset, damnari etiam & frangi ejus imaginem solere, nec in exequiis ferri.

*Damnata
Imagines
& fracta.*

Juvenalis:

Frangenda miseram funestat imaginē gentem.

Tacitus lib. ii. *Cotta Messallinus, ne imago Libonis exsequiis posterorum, comicaretur censuit.*

C A P U T. XXX.

Spartianus, Capitolinus, Lampridius, & Vopiscus emendati: item Trebellius Pollio: Iocus hominis mimi illustratus. Coctilia, quid. Adclamatio Senatus solumnis, Omnes. Alia plura.

SCRIPTORIBUS Cæsareæ historiæ, qui redacti in unum corpus, non sine suspitione scalpelli, lucem aliquam à me dabo, forsan & medicinam.

In Capitolini M. Antonino, in extremo,

Crimini ei datum est, quod adulteros uxoris promoveret, Tertullum, & Vistilum, & Orfitum, & Moderatum ad varios honores: cum Tertullum etiam prandentem cum uxore deprehenderit. De quo minus in scenâ, præfente Antonino, dixit, cum Stupidus nomen adulteri uxoris à servo quæreret, & ille diceret, Tertullus. Et adhuc Stupidus quæreret, respondit ille: Jam tibi dixi Tertullus dicitur.

Jocus in pronuntiatione.

Jocus latet hominis mimi. Res autem sic se habet. Quærebatur nomen adulteri: servus ter repetitò dixit, Tullus, Tullus, Tullus. Iterùm quærebat alter: & subdidit allusione ad hunc Tertullum, Jam dixi ter, Tullus dicitur. Ex ambigua pronuntiatione facile collectu, Tertullus. Ita ergo scribe in Capitolino, & ille diceret ter, Tullus. Et post, dixi ter, Tullus dicitur.

In Spartiani Severo:

Uxorem tunc Martiam duxit, de quâ tacuit in historiâ vitæ privatae, cui postea in imperio statuas collocavit.

Tatius Cirtius historicus.

Placeret mihi. De quâ Tatius in historiâ. Tatius Cyrillus eorum temporum scriptor fuit: nominat eum & imitandum sibi proponit Julius Capitolinus, in Maximis, sub initium.

Ibidem:

Jani, quid.

Opera publica præcipua ejus exstant, Septizonium, & theatra Severinæ. Ejus denique etiam januæ in transiberinâ regione, ad portam nominis sui.

Scribo, Ejus denique etiam Jani. Jani dicti transitiones perviæ, quales multas Domitianus exstruxit. Suetonius, Cicerò, & alii.

In Trebellii Pollionis Claudio :

Et hunc tamen quidam historici laudare conati sunt, & ridiculè quidem. Nam Gallus Antipater ancillariorum, & historicorum dehonestamentum principum de Aureolo sic habuit: Venimus ad Imperatorem nominis sui.

Puto eum scripsisse, Gallus, Annii, pater ancillariorum non ignota phrasi, ut Pater elegantiarum, & similia.

Pater ancillariorum.

In Lampridii Alexandro :

Consules quoscumque vel ordinarios vel suffectos creavit, ex Senatus sententiâ nominavit, sumptum eorum contrahens, & nundina vetera ex ordine institui, vel dies vel tempora.

Ego nihil ambigo quin hæc, vel dies vel tempora, glossema sint ad vocem *nundina* : ideo delenda. Sententia autem videtur, Alexandrum restituisse priscum morem comitiorum de Trinundino,

Glossema delendum

Ibidem :

Fecit Romæ Curatores urbis XIV. sed ex Coss. veros, quos audire negotia urbana cum Profecto urbis jussit.

Lego, sed ex consulares viros. Sunt autem hi curatores, qui à Sexto Rufo & Victore ponuntur in quaque regione urbis bini, aucto scilicet postea numero.

Ex consules viros.

In Hadriano Spartiani :

Post Quæsturam acta Senatus curavit, atque ad bellum Dascium Trajanum familiaris profectus est.

Scribendum, Trajanum familiaribus.

Ibidem :

Equitavit ambulavitque plurimum, armisque & pilo se semper exercuit.

melius, *palo*. Nam intellegit exercitium, Palaria, Vegetio dictum. Juvenal. *Quis nescit, aut quis non vidit vulnere palii?*

Pali exercitium.

In M. Antonino Capitolini :

Tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in Larario haberet. Ac sepulchra eorum additis hostiis & floribus semper ornaret.

Fortasse, annuis hostiis

Ibidem :

In Saliatu omen accepit imperii, coronis omnibus in pulvinar ex more jacentibus, aliæ aliis locis hæserunt : ipsius, velut manu, capiti Marti aptata est.

Elucescet hic mos, si leges coronas : &, jacentibus. Marti statua in pulvinari erat, ut solitum : in eam detractas sibi coronas Salii jaciebant.

Mari jacenti coronas.

In Aelio

In Ælio Pertinace :

Nam pater ejus tabernam coactiliariam in Liguria exercuerat.

Coactilia.

Sudant interpretes in coactilibus istiservendis. Ego scribi censeam, *coactiliariam*. Coactilia videntur appellasse carbonem ligneum semustum, aptum ad ignem. Ut in Claudio Pollione: *Lignicottilianum* nonnulli; *sic est coactilia*; *minus, quantum furit*; *ubi fuerit, coactilium cottidianum batillum quatuor*. Quid coactilia sint, scio: & legi in Glossis, *Coactiliarius*, *παραπορεύς*; sed non id munus exercitum patri Pertinacis, verum aliud illud, quod dixi. Ecce Capitolinus, ipse, in principio: *Ælio Pertinaci pater libertinus Ælius Successus fuit*: qui filio cognomen ex continuatione lignarie negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, imposuisse fatetur.

Ibidem:

Cum ad Senatum venisset, & cellam curiae jussisset aperiri, neque inveniretur aditus, in Templo Concordiae recessit.

Melius, neque inveniretur aditus.

In Tacito Vopischi:

Hac oratione & Tacitus ipse vehementer est motus, & totus Senatorius ordo concussus. Statimque acclamatum est: Omnes omnes in Decium ad campum Martium, ibi comitiale tribunal ascendit.

*Turnebus
acumen
abstraxit.*

*Acclamatio
Senatus,
Omnes.*

Locus corruptus; nec mederi potuit peritissimus Turnebus, qui legit: *Omnes illi ad campum*. Et adfert nescio quid de illicio apud Varronem: quod hic, nihil ad Bacchum. Scribo ipse, *Statimque acclamatum est, Omnes, omnes. Inde itum ad campum*. Satis certa ea lectio: etiam mos ille acclamandi in communi consensu Senatus, Omnes. Supra, in Actis Senatus: *Tacite Auguste, di te servent*. Deinde omnes interrogati præterea, qui post Tacitum sedebat Metius Nicomachus in hæc verba disseruit, *Emendo, Deinde, Omnes*. Interrogatus præterea, Trebellius Pollio, in Valerianis: *Quæ cum essent sapius dicta, addiderunt omnes, atque ita discessum est*. Scribe, *addiderunt, Omnes*. Notanda igitur juventuti ea solemnitas & quasi legitima forma acclamandi, quam reperies etiam alibi. Hæc levitas: quis negat? At quàm leviores illi, qui reges sibi videntur, in unâ aut alterâ simili notâ? Capita iis tota explet corrupta una vocula aut littera: & principium cum leges, censebis, munere Deum, venisse novum medicum, qui crus fractum obligare possit Æsculapio ipsi. Iam verba, quàm nitida, quàm composita, quasi

quasi tessellæ omnes in pavimento. Quid Dicam, nisi Cæcilianum illud? O tristes ineptias! Mihi in hoc genere, duo curæ, Brevitas & Veritas: alterum secutum me scio, alterum affecutum. Fave, mi Lector.

FINIS.

APPROBATIO.

Hunc Iusti Lipsii laborem sine tædio ob variam eruditionem perlegi, & sine ullâ Catholicæ fidei offensâ studiosis communicari & evulgari posse judico.

VValtherus vander Streeghen,
S. Theol. Licentiatus.



INDEX

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

REFUTATA vulgi opinio de scriptore *Controversiarum*. Non esse *Aneæum* Senecam philosophum. *Ostensum* id ab ætate, à vita, à stilo. Esse illius patrem. Id quoque clare ostensum. Senecarum stemma. Locus unus correctus.

CAPUT II.

Stipendii militaris initia, & progressus. Quis primò modus. Quæ deinceps accessio. Aliud denarium esse, aliud denos asses. Tacitus explicatus. Livius correctus. Item Suetonius in loco tenebroso.

CAPUT III.

Juvenalis versus correctus & illustratus. Mos antiquus de lucernis ad januas, ad fenestras, ad arbores, ad lupanaria nova. Vates præferebant lucernam. Tertullianus, Xiphilius, Seneca, Persius, & Prudentius explicati.

CAPUT IV.

Aquam calidam antiquitus ad potum fuisse. Imò ad delicias. Thermopolium Plauti quid; Dio explicatus. Calida vino mixta. Plautus illustratus, & Tacitus. Plautus correctus. Senecæ ex Athenæo data lux.

CAPUT V.

Carmen poëte veteris, non antea visum. De scriptore questum. Multa in eo emendata, & illustrata.

CAPUT VI.

Ritus collocandi cadaveris. Suetonii novus & versus intellectus. & Virgilii Conlocatio. Cerimonia in eâ adiuncta Persius illustratus. Seneca etiam emendatus: Amictus in corpore mortuo. Appulejus, Juvenalis Martialis explicati.

CAPUT VII.

In Agellio comp'ura emendata. Rumices. Trifaces. Caupuli. Prisca aliquod verba, Claudere. Imparientia. Secus pro Sexu. Exerrationes. Catonis fragmentum correctum. Conspere, probum verbum: item Despreti. & plura alia.

CAPUT VIII.

*De frumentatione, accurata conlectanea. Ejus origo prima. Indicatum in Livii loco mendum. Appiani in Gracchi lege appa-
rens*

rens error. Sallustii insignis emendatio. Menstruum servorum. Clodii Annonaria lex. Recensus populi, & in eâ voce Suetonius correctus. Dionis error in tempore. Recensus Augusti. Persius explicatus & Plinius. Ambigua Capitolini lectio. Cælius in Epistolis ad Cicer. correctus bis. De origine Præfecti & Curatorum annonæ. Minutia Frumentaria: Appulejus emendatus. Panis gradilis. Provincia frumentariæ. Cleum & caro distributa, & alia compluria.

CAPUT IX.

E Statii Papinii Silvii decermina. Sacerdotes Salii repositi. Statue in honorem Cæsaris ex testamento.

CAPUT X.

Correctiones aliquot in Senecâ. Elogium ejus de Publii versu emendatum. Glossema sublatum. Alia quedam nota melioris.

CAPUT XI.

Ritus in scenam producendi scorta. Livio. Statio, Tertulliano, Plauto, data lux. Cur theatro adiuncta aedes Veneris: & Suetonius explicatus.

CAPUT XII.

E Suetonii Augusto loci aliquot vitiosi. Libertia memoria. De compacto.

CAPUT XIII.

De vestitu Romano conlectanea. Color togæ albus. Obiectiones remotæ duæ. Plautus. Suetonius, Persius, Horatius illustrati. De Lacernis, & Pænullis. Spartianus & Tacitus correcti. Item Seneca, eximio loco. De tunicâ & calceis.

CAPUT XIV.

E Cornelio Nepote vetus mendum sublatum in vitâ Attici. Statuas inscribendi mos.

CAPUT XV.

Veterum legum De Re agrariâ aliquot capita; nisi fallor, publicè nondum visa. Ea, ad priscam scripturam variè correctâ.

CAPUT XVI.

Ex Annæi Senecæ Epistolis complures loci. Ladas cursor. Exsanare. De Turdo, proverbium. Oculifera, & alia plura.

CAPUT XVII.

De lecto adverso, planè & dilucidè dictum. Laberius & Spartianus correctus. Horatius illustratus. Item occultior moste-
rendi in atrio d. l. a.

CAP.

CAPUT XVIII.

Appuleius varie correctus. De clavis: in cruce. Plauti versus emendatus. & Martialis. Mos tangendi oculos. Insitrandi etymon. Principes Africa. Appuleius non servus.

CAPUT XIX.

De Lecticâ & Sellâ prisca ritus. Quando coeperint. Earum forma, discrimen. Catullus & Martialis explicati. Gracchus correctus, & Propertius. Variorum scriptorum loci explicati.

CAPUT XX.

In Suetonio selectiora aliquot loca: Qualis lex Iulii fuerit, concepta de matrimoniis. Eloquentia Cæsaris. De Jano clauso, accurata disceptatio,

CAPUT XXI.

Agelliani complures loci. Cautus, quid. Macrobius correctus. Leges Flaminicæ emendatæ. Item Cato. Priscæ locutiones repositæ. Glossematæ aliquot sublata.

CAPUT XXII

Servi publici apud Romanos. Eorum nomina, A regionibus, & A personis. Brutiani, Cyprii, Clodiani, Cornelianii, Gelliani.

CAPUT XXIII.

De lictoribus eorumque origine, conditione, ministerio, & ritu Conlectanea accurata. Nonius in etymo eorum correctus: item Agellius. Lictores è libertis aut libertinis. Cræses fuerunt, & ideo rogati. Livius correctus. Summotio propriè quid, & quomodo eâ usi. Plinius explicatus, Cicero emendatus. Animadversio quid. Assurgendum magistratui erat, caput aperiendum, equo descendendum & curru: ferrum ponendum. Tacitus explicatus. Præitio, qualis, è Levio glossema ablatum. Quis Primus lictor, quis Proximus. Turnebi in eo error. Fasces lictorum. Mos eos ferendi, submittendi. Virgæ lictorum. Percussio solemnisi januæ. Bacilli. Seneca correctus. Bacilli prælati municipalibus magistratibus. Quod lictores cuique fuerint.

CAPUT XXIV.

Ausonianæ aliquot emendationes. Lumen, de filiis eleganter dictum. Fastus Campanus. Ausonius quando Consul.

CAPUT XXV.

Servorum quæ propriæ olim vestes. Tunicatos primò fuisse. Sicut & rusticos Romanos in coloniis, in municipiis. Plinius emendatus. Postea servipænulati. eorum pænularum color rufus

rusus. Canusfinatus, quid? Cuculli, Bardocuculli: Imperatorum servi aliâ veste. Ii albatî, vel aurati.

CAPUT XXVI.

Glossmata aliquot non parue rei è Senecâ sublata.

CAPUT XXVII.

Error communis in historia & Fastis de censu & lustro. Phartzarchi peccatum, & ejus causa. Epitome Liviâ corrupta ostensa.

CAPUT XXVIII.

Mos histronius in baculis, quos manu tenebant. Suetonio data lux; Appulcio, & Ausonio. Correctus semel atque iterum Suetonius.

CAPUT XXIX.

Conlectanea de imaginibus. Qui nobiles apud Romanos: & è quo magistratu primum imagines. Cicero correctus. Imagines quid fuerint, correctusque Ovidius. In atrio locari solitas, & in thecis. Mos eas aperiendi in die festo. Tituli imaginum: & emendatus Tibullus. Mos eas ferendi in funero.

CAPUT XXX.

Spartianus, Capitolinus, Lampridius, & Vopiscus emendati: item Trebellius Pollio. Iocus hominis mihi illustratus. Coctilia, quid, Adclamatio solennis in Senatu, Omnes, alia plura.

JUSTI LIPSI
ELECTORUM
LIBER SECUNDUS.
IN QUO MIXTIM
RITVS ET CENSURAE.

Bbb a

JUSTI LIPSI ELECTORUM

LIBER SECUNDI CAPUT PRIMUM.

Lampridii obscurioris mendi locus elatus. Qui Trossuli: & de Principe juventutis. E Seneca glossula sublata.

BELLA mihi visa, non nego, emendatio nostra Lampridiani loci: in quo labes altior & occultior quam nec eruat nec eluat mihi quivis. Ait de Commodò, in ejus vita.

Decimoquarto ætatis anno in collegium sacerdotum adscitus est. Cooptatus inter tres solos Principes juventutis, cum regem sumpsit,

*Princeps
juventutis,
gradus ad
Imperium.*

Quæro qui isti tres Principes; quos inter Commodus adscitus quartus? Morem veterem scimus ab ambitione Augusti, designandi & nuncupandi Principes juventutis eos, qui in proxima spe ad imperii successionem. Scilicet ut ipse Imperator veteri exemplo & nomine, Princeps Senatus: sic isti, proximum titulum fruebantur Principum juventutis. At præter Commodum, quis tunc, eâ spe aut gradu? Nemo. Nedum ut tres unâ alii, quod nego factum umquam in Romana re aut cogitatum. Cæjæ quidem & Lucius Cæsares, Principes juventutis sub Augusto: sed nempe fratres. Nec tamen scio planè an, temporibus & annis iisdem. Cetera exempla, quæ varia & multa, convenient dumtaxat in unum. Denique esto. Mos & jus fuerit creandi plures: quæ tamen hæc dictio aut adjectio, *tres solos*? Itane solos? An denos igitur aliquos creari vis aut vicienos? Nugamenta rerum verborumque, quæ correctione tollo, & reduco ad serium verumque sensum. *Cooptatus inter trossulos, sive trossulos.* Rem ipsam dixi. Nam Trossuli, equites: & titulus ille proprius ordinis hujus. Censores enim olim in lustris

Inter Trossulos cooptari sive equites. princeps Senatus &

cerfore le-
Aus : item
Juvenum.

Equites,
idem cum
juvenibus,
vulgaria
quadam
usurpatione.

Anni
equestris
ordinis pro-
prios.

Delata su-
peruacua
vox è Se-
neca.

Trossuli
pro juveni-
bus.

conditione ordinumque recensu , quem primum honoris & virtutis causa in primo ordine legebant : is Princeps Senatus. Quem primum item in ordine secundo, is Equitum : sed recepto tamen nomine , Juventutis Princeps dicebatur. Reverà enim Equites , Juvenes, descriptione Serviana : & quia statim à toga virili , in hoc ordine fas censi. Prius è Livio clarum , libro XLII. in oratione Persei ad Macedonas suos ? *Equitatum Romanum, quo in victos se esse gloriabantur, fudistis. Equites enim illis, Principes juventutis, equites seminarium Senatus.* Alterum è scriptoribus passim , & è Dione definiente etiam annos : *Καταλέγουσιν ἑξ ἑπτακπάρδα ὀκτώκα διέπεις, ἐν δὲ πεντῇ ἡλικίᾳ μάλιστα ἢ τε τῶν σωμάτων εὐεχίας, καὶ ἢ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδείότης διαφαίνεται.* id est : *Legendi autem in Equitem, qui octodecennes.* Nam in hac ætate & corporum habitudo maximè, & animorum promptitudo juxta apparet. Mens igitur Cæsarei scriptoris , Commodum sumpta virili toga, relatum in equites : & quidem Principem ejus ordinis, ut solet , honestè dictum. Atque hæc sine obice. Illud turbet fortasse musteos Criticos , quòd vetustior vox Trossulorum, quàm pro Lampridii ævo. Errabunt. Nam vetus quidem illa vox , & ante Ciceronem, fateor : sed quæ post-ævo refluoruit iterum sub Principibus & velut revixit. Nam & Seneca ecce minimè sectator aut reprensor verborum fugientium , ea bis usus in hac Equitum sive Juvenum notatione. In Epistolis : *O quàm vellem Catoni nunc occurrere aliquem ex his trossulis in viâ divitibus; cursores, & Numidas, & multum ante se pulveris agentem !* Ubi opportunè glossematium amolior , πὶ Divitibus : ad vocem *Trossulis* à benignis illis patribus parum peritè adjectum. Idem Seneca iterum : *Quid ergo? Idem faciam quòd trossuli isti & juvenes? Benè mecum agitur, si hoc unum senectutem meam dedecet.* Quem locum si totum inspicis , opponi eam vocem Senibus clarè videbis. At quòd veteribus Trossuli dicti Equites, è Plinio, Festo, Varrone jam alii monuerunt : & tibi promptum , Lector , cujus memoræ cimbam , ut sic loquar, non decretum mihi onerare obvia ista merce,

CAPUT II.

Quis locus honestior priscis, dexter an sinister? Illum videri. Refutatus vir doctus, qui nuper aliter sensit, & scripsit. Quid sit Latus tegere: quid Exteriorem esse, quid Interiorem. Scriptores aliquot explicati, Sallustius in cursu emendatus.

IMPROBUM hoc caput, in quo bellum mihi cum meo cive. Sed bellum imbelli tamen, sine sanguine aut funere: & qualia utinam hæc Belgarum! Sententiam & morem novum prævit nobis nuper vir doctus in sua Herma-thena, de loco dextro & sinistro. Adservit validè plerisque gentibus sinistrum locum honestiorem habitum: etiam Romanis. Tela quibus id expugnatum ivit, breviter (nam ipse diducit & dilatat) sunt ista. Ait primò: Senibus & ætate grandibus: honestissimum locum adtributum in sessu sive incessu, nemo ambigit: tributis autem illis medius aut sinister: honestissimus post medium iste igitur. Ab Ovidio firmamentum quærit.

*Adversus
Jo Geropie
Becano.*

*Rationes
ejus ordine
positæ.
Prima.*

Et medius juvenum non indignantibus ipsis

Ibat, & interior, si comes unus erat.

Interior enim, inquit, sinisterior, vel Servio interprete in illud Virgilii,

---- ad saxa suburget

Interior.----

Ait secundo: Pallanti apud Virgilium omnes honores habentur, ut hospiti ut auxiliatori, ut regio, nato. Ille autem ipse in medio semper aut ad sinistram collocatur à servantissimo rituum poëta. Confit igitur quod prius.

Secunda.

De loco medio, ecce:

---- ipse agmine Pallas

In medio, chlamyde & pietis conspectus in armis.

De sinistro autem:

---- Pallasque sinistro.

Adfixus lateri.

Ait tertio: Suetonius idem clare exprimit in Teridate: cum in Nerone scribit: *Teridatem perductum in theatrum ac rursus supplicantem, juxta se latere dextro collocavit.* Hoc, inquit contumeliæ fuit, non honoris: deprecando Teridati, non attollendo, & jure. Quis enim regem supplicem collocatum censeat, supra Principem generis humani? Indignior igitur locus dexter. Denique post tela hæc auctoritatum, machinas etiam admovet rationum. Dextra in

Tertia.

*Plures alia
maxime, &
moribus
aut naturæ.*

Bbb 4

nobis.

nobis manus nata defendere. Hanc qui tegit, significat sese tutorem defenforemque nostri esse, & ut custodem. At qui custodit, vilior eo quem protegit. Ideoque meritò locatus ad dextram, ut partem viltorem. Sed & Auspicia quæ bona, sinistra dicuntur, & Græci cum *ἀεστην*, optimum dicant, *ἀεστην* ab eo sive Sinistrum formarunt, præstantiam hanc spectantes & bonitatem. Denique natura ipsa nonne id vociferatur & clamat? Quæ collocavit cor nobis ad sinistram, illum vitæ fomitem, illum fontem sanguinis: quid, nisi ut dignissimum membrum sedem haberet in dignissimâ hominis parte?

*Refutata
est omnis
ordine*

*Ad primâ
responsio:*

*Ad secundam,
Dux ag-
minis in
medio.*

Ad tertiâ.

*Admixta
rationes.
Dextra
promptior
& robu-
stior.*

Hæc illa argumenta, ut ipse aliique putant firma, solida: quæ evertere mihi tamen posse videor non magno nisu. Nasonem in primâ acie ponit qui senem facit esse interiorem, id est sinistriorem ex Servii mente. Mi homo erras. Abnuo tibi interiorem id valere: & quid huius rei sit, clariùs mox dicam cum stabiliam mea. At Servius. Quid ille? Non ego Servii huius servus: quem deliria quædam mage majora scio delirasse. Et Virgilii sanè, alia mens est. Quem ipsum cum advocas in aciem secundam, pugnas seriò an ludis? Pallas, inquis, in medio agmine. Fateor. Sed in suo agmine, idque ut dux & imperator. Quis his honoris istius, ut sic dicam, togati & civilis adspectus: aut quæ comparatio ad alium, sive altiore sive minorem? Nulla. Mos militiæ exprimitur saktum, qui obtinuit plurimùm inter gentes. Sed idem illi Æneæ etiam ad sinistram. Quid ais? Valere hoc à te vis? ego ad me trahebam, & jure. Cessisse enim Pallantem Æneæ cenſeo, ut seni, ut regis magni filio, denique ut deâ noto. Tu quid contra? Flectis vaniter & intorques; & tamen cum omnia feceris, fateri debebis aut adversum tibi esse hunc testem, aut incertum. Hunc igitur mittamus. Ecce tertiæ aciei robur, Tranquillum: qui omnia, credo, nobis tranquillabit. Ille ait Teridatem collocatum Neronis latere dextro. O varum acumen! Quis tibi dixit, depressionis causa id factum à Nerone, non sublationis potius? Tuus sensus, sed sine adsensu nostro. Ego enim probabiliter contrà sentio, & Neronem omnes honores Teridati habuisse autumo, ut peregrino, (& in primis hoc loci & temporis) ut novo & è se facto regi. Et mecum, scio, sentient omnes ii quibus purior sensus. Jam rationes quas adducis, quàm non ratæ? Stipulæ & paleæ sunt: quæque non ferent primum examinis mei ignem. Dextra manus apta defensionis. Bonum factum, bonum dictum. Et ideo igitur præstare eam meritò Sinistræ volumus, ut habilior, ut fortior: & qui ad hanc locatur, locari ad digniorem. Tu nescio quid aliter hinc involvis & perplexaris: quod

quod, vapulem, si satis cepisti ipse. At Grammatici etiam ita sentiunt. Tūne ad hæc castra? Sed te repellunt, & illi ipsi litteratores Græculi *ἀεισέως* cum bono omnino & nomine dicta fatentur, etsi in re mala. Nimirum *κατ' ἐμφύμιον* quemdam, utrique linguæ non ignorum, Non igitur rei dignitatem ex verbo isto adiicies, non ex illorum mente quidem: potius delibabis. Ecce enim tibi ex illa ipsa corte, qui *ἀεισέως, τὰ μάλα* interpretetur, & *δέξ. ἀ. π. στωεῖα*. Quam non ad tuam mentem, vides. Sed Auguria etiam captas, & jam vaticinaris. Sinistra, inquis, censent optima. Scimus pridem ô bone, & ejus rei causam: scimus tamne & hoc, gentes quasdam fuisse, quibus auspicatoria dextra. Sed quid superstitionem hanc mihi ingeris? Quæ si locum habet ubi sessionis civiliter res aut itonis: non religionem tibi regejo, meliori jure? In decorum adoratione ad dextram se vertebant: melior illa igitur. In mensa, in * dextram potum circumferebant: melior illa igitur. Sed bona & Belgica fide, quid hæc firmandæ causæ aut infirmandæ? Quin rem tange potius: & omitte digladiari in umbra, aut cum umbris. Jam tango, inquis, & quidem letaliter in ipso corde. Hoc enim ad sinistram. Non nihil dicis, fateor: sed vide quàm facile protelem hoc telum. Rem nudam in situ hoc adspicis, non ejus veram causam. Dignitatis enim esse vis: conmodi autem est & fructus. Nam ut capias, prudens ille conditor & dispositor Deus cor in pleroque omni animali [medium esse voluit, sine flexu in dextrum aut sinistrum. Scilicet ut scaturigo illa sanguinis, spirituum, vitæ, à parte media pertineret & se diffunderet ad fovendas & irrigandas æquiter omnes partes. In homine tamen paullum id aliter est, & inclinatur vergitque sinistrorsum. Quid ita? Provido id ipsum & magno consilio, quod ex Aristotele non ultra te celabo. Ait Naturæ ille germanus alumnus: *Ἐστὶ δὲ ἡ καρδία τοῖς μὲν ἄλλοις ζωοῖς καὶ ἐν μέσῳ τῶν σπληνικῶν τῶν τε δὲ ἀνθρώποις εἰς τὰ δεξιὰ μικρὸν παρεκλίνουσα, αὐτὸς τὸ ἀνιστῆναι κατὰ ψυχὴν τὴν ἀεισέως, Pulcherrimè, verissimè. Nec aliud hîc, quàm arcanum Providentiæ opus: quæ benigno quodam & miseranti respectu cor proprius Sinistram admovit, ut vitalis ille calor subsidium è propinquo ferre posset, & vegetare malam rigentemque partem. *Μάλιστα γὰρ τῶν ἄλλων ζῴων ὁ ἀνθρώπου ἔχει κατὰ ψυχρὰ καὶ ἀεισέως*, ut idem Sapiens addit. Hæc vides quam sint ad tuum stomachum: quæ tamen si ingeris & dimittis, revomas & refundas necessum est fallacem illum primæ opinionis succum. Sed tua tela quoniam satis evitavi, & quidem solo amictu: præbe te paulum certiori ferro, &*

*De oryza
vossu Gra-
ca*

*Auguria
sinistra bo-
na, a sinen-
do.*

*Contra mi-
nistas has
rationes,
minuta
alia.*

** Licet
addas, re-
ceptas lo-
cutiones
in re fau-
sta: dex-
tro Hercu-
le. Mer-
curio, aye.*

*Cor aut ho-
mini ad si-
nistram.*

*Post reser-
vationem.
argumen-
ta quæ à
me sunt.*

Aspice num magis sit nostrum penetrabile telum.

Bbb 5

Nam

*Auctoritas
Valerii.*

*Et Plutar-
cho.*

*Secunda
Suetonii.*

*Tertia
ejusdem.*

*Quarta
Sallustii.*

*Isque obi-
ter corre-
xit.*

*Quinta
Ovidii.*

Nam pro loco dextro ita pugno. Valerius mihi (bono quidem omine) in principiis. Qui de Tiberio honores omnes Druso fratri exhibente : *Præcepit etiam dextra in parte Prætorium ei statu, & Consulare & Imperatorium nomen obtinere voluit : eodemque tempore & fraternæ majestati cessit* (oro quid his verbis clarius ?) *& vitâ excessit.* Plutarchus in Bruto : *Μετὰ ταῦτα εἶπε τὰς εἰς αὐτοῦ λόγῳ ἐγγόστον, τῶν φίλων παρόντων, καὶ βράτῳ ἢ πῆτο Κασσίον αὐτὸς ἢ γαῖαν τὴν δεξιὰν κέρσῃ, ὃ δὲ ἐμπροσθεν καὶ ἡ λικία μᾶλλον ἄντο Κασσίον ὀσσηκεν.* Satin' ut his quoque verbis clare dextrum cornu præfertur sinistro, idque in aspectu honoris ? Ades & tu Suetoni, ut pugnem verbis è Tiberii cap. VI. *De hinc pubescens, Adiacor triumpho, currum Augusti comitatus est sinisteriore equo, cum Marcellus Octavia filius dexteriore vebberetur.* Nihil certius, quàm prælatum in hac sessione Marcellum : quæ & ætate Tiberio major (anni unius, ut observo) & qui ad imperii spem ab avunculo jam admotus. Idem in eodem Tiberio cap. xxv, narrat eum, Libonem, quem suspectum novitatis habebat, ad colloquium quidem admisse, sed ita ut dextram obambulantis veluti incumbens, quoad perageretur sermo, contineret. Utrum in hac ambulantiōe digniorem censes, Tiberium an Libonem ? Non dubie illum. Atqui is ad dextram Liboni ambulavit, eamque pressit & innixus est sua sinistra. Intorqueo etiam missile Sallustii lacerto. Qui in Jugurthino : *Sed Hiempsal qui minimus ex illis erat, ignobilitatem Jugurthæ, quia maternogenere impar erat, despicens dextra Adherbalem adsedit. Ad medius ex tribus, quod apud* (lego inrita copula, quod & apud. Nam certe scimus de medio loco obtinuisse etiam Romæ, ne apud Numidas tantum censeas) *Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen ut ætati concederet, fatigatus à fratre vix in alteram partem transiit utus est.* Et examinata ea verba vulnustibi imprimunt satis altum. In solenni hoc consessu regum res ita constituta ex more, dextra Adherbal consideret, medius Jugurtha, sinister Hiempsal. Turbavit per ferociam iste, & superbe transit ad dextram. Primus igitur locus medius, proximus dexter. Quin poëta etiam Sulmonensis à me, in hac pugna: ambigue, primo adspectu, certò & fidenter, si intueare.

Libro IV. Metamorph. de Perseo:

*Distribus ille focos totidem de cespite ponit.
Lævum Mercurio, dextrum tibi bellica virgo :
Ara Jovis media est. Mactatur vacca Minerue,
Alipedi vitulus, taurus tibi summe decorum.*

Mine-

Minervam enim apertè supra Mercurium collocat : idque apertum ex ratione victimarum, quam addit. Sicut & Hecaten sive Dianam, supra Juventam, istis versibus, lib. VII.

---- Statuitque aras è tesspite binas,

Dexteriore Hecates, at lævâ parie Juventæ.

Sed quid velitor ? Erce falarica grandis quæ te necat. Nemo ambigit, quin latus claudere, tegere, ejus sit qui vilior quique honorem defert. Exempla clara. Valerius : Alexander, Ephestione sibi latus tegente, ad Darii necessarios venit.

Horatius :

Visne tegam spurco Dama latus ?

Juvenalis :

Divitis hic servi cludit latus.

Atqui latus tegere, est esse ad sinistram : vilior hæc igitur. Hoc disertè doceo è Suetonii & Eutropii compositis locis. Ait ille in Claudio : *Aulo Plautio ovationem decrevit. ingressoque urbem obviam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti, latus texit.* Ait iste in re eadem : *In amicos tam civilis, ut etiam Plautium virum nobilem, qui in expeditione Britannicâ multa egregie fecerat, triumphantem ipse prosequeretur, & Capitolium conscendenti lævus incederet.* Et videlicet quod alter ait latus tegere, hunc appellare & exprimere Incedere lævum ? Quo furo aut fumo obscurè tam claram lucem ? Sed & Oppius De bello Alexandrino : *Eoque ipso die, inquit, meridianâ horâ cum in basilicam iret, quidam Minutius Silo cliens L. Racilii, libellum, quasi aliquid ab eo postularet, tradidit.* Deinde post Racilium (nam & latus Cassii tegerat) quasi responsum ab eo peteret, celeriter dato loco cum se insinuasset, sinistram corripit eum, dextraque bis ferit pugione. Ubi latus Cassio Racillius tegit, non dubiè minor, cum ille alter provinciæ ejus Præses. Hoc ipsum est, quod vocabant Exteriores esse. Horatius non ambiguit :

---- nec tamen illi

Tu comes exter, si jusserit ire recuses.

Exterior enim ibi sinisterior, ut vetus interpret verè notat. Et contrà Interior, is qui dexter : Hæc mens Ovidii est (redeo enim ad majori luce perfundendum primam tuam injectionem) illo versu.

Ibat & interior si comes unus erat.

Sed quare Exterior ille, hic Interior dictus ? quæ causâ huic sermoni ? Herent viri docti, interque eos magnus Turnebus. Putat vel à Circo ductum : quia qui dexter est, interiorè flectit gyro ; qui sinister, exteriorè : vel à natura, quia, inquit, proximior cuique & interior est dextra pars, remo-

Sexta eisdem.

Ratio pro loco dextro firmo.

Quid sit latus tegere.

Quid Exteriores & interiores esse.

Qua causâ ejus distinctionis, Turnebus opinio.

*Neſtra. vo-
go propior.*

*Cyri ad-
verſus hunc
communem
mori ratio.*

*Eiſa apud
Jaceſum.*

*Argumentū
ſa pro no-
bia & Na-
tura.*

** III. De
partib.
animal.
cap. ix.*

** Libro
πρὸς Ζώ-
ων ποτε-
ίας.*

remotior ſiniſtra. Sed mihi expeditior ratio in mente, & fortasse verior : quam pandam. *Interiorem* enim arbitror à poſitura ſenem dici. Quia in deducendo aut comitan- do non æquabiliter juverunt. & pari velut jugo : ſed ho- neſtior præibat leviter, proximè adhærente altero, & la- tus velut claudente. Ideò ille *Interior*, hic *Exterior*, alter al- terius reſpectu. Nec diſſimulo in quibuſdam membranis (G ſelinus me docuit) Ovidianum illud legi, *Ibat & ante- rior* : planè hoc noſtro ſenſu, Atque hic in honore ve- rus vetuſque Romæ moſ : quem non temerè migrarunt item aliæ gentes. Nam quod Xenophon de Cyro tradi- dit, ſolitum eum amicos locare ad ſuam lævam, ut cordi propiores : novum & illi uni proprium eſt : & tamen ſi attendis, non honoris, ſe affectus. Nec id trahendum ideò ad morem totius gentis. In Turciſ tantum aliter eſſe fa- teor. Quos honeſtiores hodieque habere locum lævum, docuit me non lævus arbiter Augerius Buſbequius, ſcien- tiſſimus harum rerum. Cauſſam illi dant, quia eam par- tem gladius honeſtet : & qui ad dextram, obnoxium eum habeat & ſubjectum alterius manu ; ſiniſter contrà, eum expeditum En cauſſas non cauſſas, militares ; imò barba- ras, & dignas eà gente. At pro dextro loco, pugnat no- bis Natura ipſa. Ea meliora omnia & fortiora dextra fe- cit : & Plinius univerſè nec vanè ſcripſit, *Vires dextrà par- te eſſe majores*. * Ariſtoteles item benè : Διὰ τὸ τὴν κίνησιν εἶναι ἐκ τῆς δεξιᾶς, καὶ ἰσχυρότερον διὰ τούτ' εἶναι τὴν φύσιν τῆς δεξιᾶς. Et res viſuſque adprobat. Et in corpore hoc huma- no, hepar ſplene melius : & è renibus, teſticulis, manibus, pedibus, potiora omnia dextra. Cauſſa, quia calidiora. Ariſtoteles : τῶν μέρων θερμότερον τὴν δεξιάν. Et de ſiniſtris ſcri- bit contrà ; Τὴν φύσιν τὴν τῶν ἀριστερῶν ὅλως ὑγροτέραν εἶναι καὶ ψυχροτέραν. Sed & movere atque agere Dextri eſt, mo- veri & pati Siniftri. Idem * Sophus : Κινεῖν πίφουκε τὴν δεξι- ᾶν, καὶ κινεῖται τὴν ἀριστεράν. Poſſem in hanc ſententiam plura (bibimus enim & nos naturæ & Sophiæ illos fontes :) ſed abſtineo. Quia non reverà iſtæ Herculis ſagittæ, quibus expugnemus hanc Trojam. Rituum antiquorum res eſt : qui ab uſu potiùs quàm ratione ſpectandi, & testi- moniis quàm argutiis firmandi. Tu mi popularis, etſi mor- tue, tamen ſalve : & ſcripta hæc à me certò ſcito,

Non tam certandi ſtudio, quàm propter amorem..
Placet enim nobis acre ingenium tuum. Multa & recon- dita lectio : etſi iudicium requirimus interdum.

CAP.

CAPUT III.

Agellii compluria loca emendata. Imitus, Ad-verbium. Canalicola. Fama minuens. Plautus correctus. Sol meridies. Osca compellationes. Erucium Clarus Praef. urbi. Ignaviones. Plura alia non è circulis vulgari-um correctorum.

AGELLII non uno loco tenebrosas Noctes, illustri-ones reddere minati multi : & nuper etiam ego. Adeo serio, ut liber jam apud Typographum esset : & vota concepta pro hoc partu. Cum ecce audio in Gallia & Germania viros doctos esse, qui idem moliti imò jam emoliti conatu magno. Itaque destiti ; librum recepi : & solemne illud meum servavi, ut ne lucis meae causa luminibus obstruerem alienae famae. Non enim ita ego ejus ficiens : & si sim, patent unde hauriam alii fontes. Quia tamen ne nunc quidem clamatum toties Hylam hunc videmus : quid nocuerit proprias quasdam argutias nostras (nam quae è libris sunt credo indubiè observata aliis) referre in hoc caput ? Nam ut maximè etiam illis in mentem & stilum ista venerint ; tamen ut Plato ait, *εἰς γὰρ καὶ τοὺς ὁ παλὸν ῥηθὲν ἐν βλάπτῃ*,

Lib. xvii. cap. x. ubi insignis illa comparatio, Phavorino judice est, Virgilianae Aetnae cum Pindarica : in nostro carpendo haec leguntur :

Virgilius autem dum in strepitu sonituque verborum conquirit laborat, utrumque tempus nulla discretionem f. Et à confundit. Atque ille Græcos quidem fontes imitatus ignes eructare, & fluere amnes sumi & flammarum fulva & tortuosa volumina in plagas maris ferre quasi quosdam igneos amnes luculentè dixit.

Ad quæ insistas jure. Quis enim hic ille qui Græcos fontes imitatus ? Virgilium censeas. Falsò. Nusquam haec enim in ejus versu, quæ subdit. Pindarum igitur ? Ridiculum. Quomodo Græcum convenienter dixeris imitari Græcos ? Quomodo sermo ipse satis lautus & Latinus, imitari Græcos fontes ? Nam eos sanè nemo imitatur, sed sumit ex iis, haurit, delibat. Nec refello pluribus. Tu me duce haec scribito : *Atque ille Græcus quidem, fontes imitus ignis eructare.* Imitus, ut Scirpitus, Radicitus, Medullitus, Et respondet ad verbum illis Græcis Pindari, *ὅς πυρὸς ἀπόσταται ἐν μεχλὶν παρὰ.* Sed & statim corrige, *quasi quosdam igneos angues.* Quod interpretandū illis

Vox eructa nova, sed proba. imitus.

Dircae

Dircæi vatis facit, ἀπαλαιο ἱππεύς : imagine audaci sanè
& verè poëtica, & quæ mihi blanditur.

Libro IV. cap. xx.

*Qui jurabat cavillator quidam & canicula & nimis ridicu-
larius fuit.*

Canalico/a
quis.

Non canis hic, non canina facundia satis apta. Joci epim-
nudi res est, sine ullo morsu. Valde libens & ad inge-
nium Geniumque veterascentem Agellii legam, & *cana-
ticola*. Ita enim dicti olim homines forenses, dicaces
ἀγογῆται; quia ad canalem crebri. Festum vide in eaple
voce, & Plautum Curculione.

Lib. I. cap. II.

*Dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano primum
librum.*

Numerus
corruptus,
& loci pro-
bium ex-
plementum
inducendum.

Imò hæc quæ subjicit, hodieque leguntur in Arriani li-
bro secundo cap. XIX. Sic igitur corrige: nisi si alia tunc
dispositio auctoris illius scripti. Simul exple lacunas ali-
quot hæc hiantes ex eodem Arriano, in verbis Græcis
quæ à capitulis Agelliani sine.

Lib. I. cap. III.

*Minimaque illa labe & quasi lacuna fame imminentis,
partiarum amico utilitatum ratione solidatur.*

Fama mi-
nuens, Pa-
theticos.

Scribo, *fame minuens*. id est, imminutæ. Elegan-
tiâ prisca & huic accepta. Item *Lacinam* malim, quam
lacunam. Sequitur enim solidari eam: quod duriter om-
nino transferas ad lacunam.

Libro III. cap. III. in verbis mei Comici.

Nam me puero vetus hic solarium

Multrò omnium istorum optimum & verissimum.

Plantini
versus cor-
rectio.
Vetus so-
larium vo-
to parafisi.

Parum connexa hæc aut consequa aliis. Corrigo, *me
puero uterus hic erat solarium*. Nisi fallor, perapposita ad
parasitum. Quid opus, inquit, solariis & his observa-
tionum nugis? Me puero unum cuique & non fallax sola-
rium, venter. Ubi is monebat cibum sumere, fame-
batur.

Eodem lib. cap. II.

*Magistratus quando una die et auspiciandum est & id su-
per quo auspiciaverunt agendum, post mediam noctem aus-
piciantur, & post exortum solem agunt: auspiciari esse &
egisse ex eodem die dicuntur.*

Sol meri-
dies, prisca
phrasi.

Libri plerique veteres, post mediam noctem auspiciantur, &
post meridiem solem magno auspiciari esse. Ex quis firmiter le-
go, & post meridiem solem agunt. Eoque exemplo tuta &
defensa hæc prisca dictio, quo Sol occasus. Paullò etiam
antè in hac ipsâ disputatione & capite, *Sacra sunt Roma-
na partim diurna, partim nocturna: sed ea quæ inter noctem
fiunt,*

*fiunt, diebus adjiciuntur, non noctibus: legam libens, quæ in-
ter noctu fiunt, ea forma qua Interdiu.*

Lib. I. cap. *mue* Hortensi cultu & munditia

effra male audiente:

*Qui cum multa ditia & circumspecta compositique in-
dutus & amictus & t, manusque ejus inter agendum argu-
e admodum forent & gustuosa: maledictis appellationi-
busque propositis jactatus est.*

*Quæ sunt proposita maledicta sive compellationes? (ita
enim veteres, melius quam appellationes.) Non explica-
mus. Itaque substituunt probrosis. Ego ex scripturæ tra-
mite, propè oscis. Et valde convenit. Quoniam in Hor-
tensium, ut mollem & parum externis illis indiciis virum,
cavilli quidam & joci obscæni jacti & in modum O-
scum.*

Lib. v. cap. I. in Mufonii seria oratione:

*Animus is, inquit, audientis philosophum quæ dicuntur
Utilia ac salubria sunt.*

*Sententia & verba suspensa. Tu siste, & scribe, quæ di-
cundo utilia.*

Libro v. cap. xiv.

*Tum sole medio rapido & flagrantis specum quamdam nactus
remotam.*

*Priscianus hæc citat, sed in eo scriptum sole arido. Nos, so-
le arido, fuisse vix ambigimus. Qui autem toto hoc capi-
te Androdus est, veriùs Androclus scribetur: atque ita Æ-
liano dicitur in Variæ Histor. lib. vii. cap. xlviii.*

Lib. vi. cap. vi.

*Audiui Apollinarem Sulpicium L. Claro Præfecto urbis
dicere.*

*Scribo, Erucio Claro, è Plinii epistolis, & ipso Agellio
libro xiii. cap. xvi. Nominatur & in Pandectis lib.
II. De offic. Præf. Vigil. sed is alius ab isto (fortasse
ejus proles) qui sub Antonino vixit, nec urbi sed vigiliis
præfuit.*

Libro septimo cap. xiv.

*Et in Senatum quidem introducti, interpretè usi sunt Cæci-
lio Senatore.*

*Hæc ipsa tota res narrata Macrobio, in quo Cælio legitur:
narrata Plutarcho in Catone majore, qui Taisios Αχιλλεύς ap-
pellat. Igitur hic quoque divinis legerim, C. Achilio.*

Libro xv. cap. xii. in Gracchi verbis:

*Sive iusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium
nationum postremissimum nequissimumque existimato.*

*Magna viri integritas, quam jactat. Verbum quoque
sed integremus, omnium natorum. Id est, omnium ho-
minum*

Interno-

tu, unde

vex.

Oscæ com-
pellationes

Verba di-
cundo uti-
lia.

Sol. arido.

Andro-
clus, non
Andro-
dus.

Erucius

Clarus

Præfectus

C. Achilio

Postremis-
simus natq

omni, id est hominum.] minum qui umquam & usquam nati. Nam nationes huc non apte traxeris.

Libro XVI. cap. XIV. in verbis

Verrii Flaccl:

Festinat, inquit, a fando dicitur, quoniam isti ignaviores qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operæ habent.

*Ignavio, nova sive prisca prout vox. * Glossæ Philoxeni, in quibus male Gestio, ἡ γαστήριος, lego, ἡ γαστήριος: à gestiendo.*

Cur vero comparandi casu Ignaviores extulit, nec Ignavos dixisse contentus? Nos de mendo suspicabamur & remotiore verbo; quod puto fuisse, *isti ignaviones*. Formabant ita nomina, Optiones, Volones, Edones, Geriones, * Gestiones: eaque ab ipsis verbis, & terminatione eadem. Ignavire vetus vox, & Ignavit in Pacuvio, si commemini, Nonius observa. Hac facie à Satagando, Satagios Seneca etiam dixit.

Libro ultimo, cap. ultimo:

Neque item desunt, qui libris suis indices fecerunt, aut Epistolarum moralium, aut Epistolicarum Quaestionum, aut Confusarum.

Epistola quaesitorum.

Titulus epistolicarum hinc quidem corruptus & alienus est. Nam præcessit lineis aliquot antè: *Sunt qui de Philosophiâ inscribant, & De naturâ humanâ, & Epistolicarum Quaestionum*. Ne igitur vane iteret, scribe, *aut Epistolarum quaesitorum*. Plura mihi in hoc Attico apello, sed me sem uberem aliorum videbo, & legam fors fuit spicas.

C A P U T IV.

Plinii defensio. Africam urfos non gignere, non certe vulgò. Quid Ursi Numidici antiquus. Sententia nova, & ad lucem plurimum scriptorum.

Plinii de urfis adverte,

FACIAM sedulo, Plini: & pressum per injuriam, imò oppressum te allevabo, ô Naturæ magne mystes. Scripsisti lib. VIII. cap. XXXVI.

Annalibus notatum est, M. Pisone M. Mesalla Coss. a. d. XIV. Kal. Octobres Domitium Aenobarbum Aedilem curulem urfos Numidicos centum, & totidem venatores Aethiopa in Circo dedisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, cum in Africa urfos non gigni constet.

Et iterasti eandem adiectionem in fine ejusdem libri:

Africa autem nec aptos, nec cervos, nec capream, nec urfos gignit.

En,

En altè satis & clarè negas in Africa esse urfos. Hinc car-
 ptores & linguarum multa tela. Passim te insiliunt, insibi
 lant. Et, Festum diem hominis! inquit: quàm fallitur?
 Luce istâ clarius est in Africa esse urfos, & quidem præ-
 stantes, insignes. Herodotus in Melpomene, de Libyâ quæ
 πρὸς τὴν ἡλ., live ad orientem. Καὶ οἱ λέοντες καὶ τὰ τοῖς εἰσὶ καὶ οἱ
 ἐλεφαντές τε καὶ ἄρκτοι. Et Leones apud istos sunt, elephantes,
 & ursi. Solinus cap. xxix. Numidici ursi formâ ceteris præ-
 stant rabie duvnt. καὶ ὅς τις ἰσχυρὸς καὶ ἄριστος, ὅς τις ἰσχυρὸς καὶ ἄριστος.
 libro abell hîc vox forma. Et rectè.

Quam
 multis car-
 puit & in-
 firmant.

Solinus
 correctus.

Juvenalis:

Profuit ergo nihil misero, quod cominus urfos
 Figebat Numidæ.

Martialis:

Quod freno Libyci domantur ursi.

Virgilius:

----occurrit Acestes

Horridus in jaculis & pelle Libystidos urse.

Strabo de Mauris (quem tamen locum ipsi non videre:)

Οἱ δὲ περὶ τὰς τῶν ἐλεφάντων δορυφόροις, ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀφ᾽ ἑαυτῶν. πρὸς δὲ
 τῶν λεόντων καὶ παρὰ δὲ τῶν καὶ ἄρκτων ἀμπεύχοντες καὶ ἐγκοιμῶνται.

At pedites elephantum pellibus pro clypeis utuntur, leontum
 autem pardalium urforum induuntur, & indormiunt. Ecce

testes. Quis verbum pro te mutiat in tam multos, in tam
 probos? Ego, etiamsi plures adveniant, & cum Homero,

μετὰ μέγιστοι. Nego nihilo secius clarè & contentè, errasse
 Plinium: ajo illos, qui errare eum errant. Numidia non

gignit urfos: aut si: raros certè minutosque. Quid tot mi-
 hi testes? Ad usum & ad visum adpello: nec hodie qui-

dem dabunt, quæ terram eam frequentent ursis. Alvareli-
 us locorum eorum inspector, hoc tantum contra veteres

mutat, quòd visos à se in ulteriore Africa ait etiam cer-
 vos. Scilicet cuique animanti, pro ingenio & indole,

suæ sedes. Et frigidior ista ad Septemtriones & Occasum
 plagæ est, qua gaudent & giscunt ursi; non calida illa &

sicca terrarum. Appulejus verè & perite lib. iv. Milesiar.
 Anignitæ: hæc genus bestię (ursum intellegit) lucis confitos,

& specus rosidos, & collis frigidos, & fontes amœnos semper
 inubare? Itaque Martialis Caledonium ursum bene a-

gnominat:
 Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso.

Et Arctoum alibi.
 ----venabula condidit urso

Primus in Arctoi qui fuit arce poli.

Poeta etiam alii Scythicum, Lucanum, &c. Denique boni
 viri quid censetis? Tam fungum, tam bardum Plinium,

qui nescierit unde Romam adveherentur cotidie ursi?
 Ccc Nullus

Confirma-
 tio Plinia-
 na senten-
 tiæ.

In Africa
 citum nunc
 pauci aut
 nulli ursi.

Qui frigo-
 re decla-
 rantur

Et epithe-
 ta in à locis
 frigidis.

Plinium
 non potuisse
 tam stupide
 adsumere.

*Ad testes
responsi. m.*

*Quid nisi
Numidici,
in Anna-
libus Acti.*

*Non esse
verè urfos.
ex ipsa re
dolum.*

Nullus mensis præteribat in Italia, imò panè dicam dies sine venatione & urfis: ecce ille sagax indagator remotissimarum rerum, aures aut oculos non habuit in recitidiana. Nescivit centenos aliquot urfos ex Africa advehi ad unos ludos. Indignor. At enim illi testes, Quid testiculamini? Hoc fortasse Straboni (non enim Herodoto temerè aut Solino) accedam urfos pauculos & paululos in montana aliqua Africæ parte esse; negabo feroces, negabo multos. Latini nostri non me movent. Aliud enim quiddam in hac re latet, quod referabo & aperiam prius. Ecce in Annalibus sive in Actis cùm, Plinio admirante, scribitur, *Centum urfos Numidicos datos*: renuo intellectos ibi urfos. Quomodo? Ita dico, ut iis verbis firmem significari leones. Hem! Ne miremini. Causa opinionis meæ, firma, iusta. Primum, cur ut mirum aut novum notarint Annales de tot urfis, cùm obvia per omnem Europam ea fera, & frequentia suâ vilis? Scio & docuero, centenis ante Domitii editionem annis, urfos Romæ datos non multò pauciores. Sed nec enituisse eam in urso video, video in leone. Nummus vetus planissimè suggerit, qui in memoriam Ædilitatis ejus cusus cum venatore & leone: ecciste.



*Curea ab-
usio vulgo
in-vocibus.*

*Romani
rebusigno-
su nota no-
mia da-
bant.*

Dos luca.

*Passer
marinus.*

SED, inquires, quæ hæc perversa Actorum dictio aut ratio, Ursus pro leone? Imò proba priscis & trita. Jam enim bibe hoc arcanum, quod (libere, & verè dico) latuit & fefellit Plinium ipsum, non aliàs ad hanc Annalium auctoritatem adhærescentem & stupentem. Romanos illos veteres etsi in urbe, stivam tamen adhuc oluisse scies & suum agrum. Parum in factis culti aut an ceni, parum in diis. Itaque peregrina ista cùm ad eos advehebantur, stupebant: & nomen iis dabant non suum (nec cura iis quærere) sed obvium aliquod & è vicino suo rure. Ita Elephantem cum bove compararunt, & vocarunt: tamen cum discrimine aliquo, Bovem Lucam. Ita Struthionem, Passerem (vide quam appositè) dixere; sed quia trans mare advectus, Marinum. Ita Camelopardalim, Ovem feram.

ram. Ita Pantheras, Mures, ut opinor, Africanos. Idemque in pluribus, comparatione semper aliqua ad notas & indigenas animantes. Tale Leonibus est. Cum primum visi; non Leones externo eos nomine insignierunt, sed noto & domestico Urso. Cum adjunctione tamen Numidicos, quia inde importati. Nec aliter, scio, sensere plerique è testibus, quos contra advocarunt. Virgilium quidem, dum Acestem tegit ----- *pelle Libyfidus ursæ*: certum mihi intellexisse Leoninam. Ea enim heroi & viro forti conveniebat, Herculis veterumque exemplo. Nec Servium id planè fugit. Attollit enim hic paullisper oculos, & scribit: *Aut reverà ursæ, aut feræ Africanæ*. Juvenalem etiam nihil ambigo de pugna sensisse cum leone: Et Martialem clarissimè, qui leones subjuges curru facit: nullo sanè miraculo, si de ursis, qui mites & dociles ad magis stupenda. At de leonibus idem factitatum à M. Antonio Plinio tradidit, non sine portento. Numidici quidem aut Africani epitheton adeò Ursis proprie non convenit, ut Livius, Dion, alique scriptores, distinguant eos passim contra Africanas, quæ exempla notata mihi libris De Venatione. Hæc audax & nova sententia nostra est, scio: invidenda tamen fortasse potius, quàm irridenda. Sive enim vera dixi, laudem sagacitas merebitur: sive falsa, veniam pietas.

*Ovis fera.
Mus Africanus.*

Ursa Libyca, & similia apud Latinos poëtas pro Leone.

Africana, distinguuntur ab Ursis.

CAPUT V.

Locus in Floro magis eximius correctus. Veterum fluxus & erratio super religione Judaicâ. Vitis aurea in eorum templo. Quid, quâque forma ea fuerit. Plinius explicatus.

LANNEUS Florus (ita enim indigetare cum priscis libris malim, quàm Julium: quoniam Hispanâ origine fuisse colligo, & nisi fallor ex ipsâ Senecarum gente.) is inquam Florus compendium non tam Livii, a quo sæpe dissentit, quàm rerum Romanarum scripsit, siquid mei iudicii est, compositè, diserte, eleganter. Subtilitas quidem & brevitās in eo sæpe mira: & sententiarum quædam gemmule cum iudicio insertæ & veritate. Is liber & vulgi manibus tritus, & limatus nuper doctorum virorum censuris. Probe & perite, fateor: nisi quòd sordium etiam nunc aliquid superest, purgandum nobis. Inter eas locus de victoriis Pompeji Magni lib. III. cap. V.

De veteri nomine & gente Flori.

Laudabile ejus compendium.

Hierosolyma defendere tentare Judoei: verum hæc quæque intravit, & vidit illud grande impie gentis arcanum patens, sub aureo uti cælo.

*Correctio
in eo.*

*Vitis aurea
Hierosoly-
mi.*

*Iridet Ju-
dæos Flo-
rus, ruden-
dus ipsa
Suspicio-
nes genti-
um de hac
gentie.*

*Bacchum
putarunt
ab in cois,
invenore
sci-icet
tunc.*

*Josephi in
hæc vite le-
vis dissen-
sus.*

Nam quæ istæ comparatio patentis arcani, cum aureo cælo? Inepa, & nulli rei. Quin si attendis, fatebere vere nos & cum historiæ momento emendasse, *sub aureo vitem cælo*. Ita scilicet res est. Vitis aurea magnæ artis & pretii, in Judæorum templo fuit, quam Pompejus ille, sive reppe-rit, ut Florus & Tacitus volunt, sive oblatam ab Aristobulo recepit, ut Josephus & Zonaras narrant. In hanc vitem ludit & dentem stringit nunc Florus: & En, inquit, hoc illud secretum & grande arcanum, quod templi sui adytis Judæi cælant & colunt. Nam Græci plerique & Romani, quoniam sacra illa gens aliena à ritibus receptis & profanis, nec statuas in templo haberent aut simula-cra; mira & prodigiosa de religione eorum & mysteriis suspicati. Alii mundum ab iis coli, alii nubes, alii Bacchum: quidam asinum, & suem. At Florus quasi rem acu tangens, prodit de vite. De qua ipsa Tacitus: *Sed quia sacerdotes Judæorum tibiâ tympanisque concinebant, vi-tisque aurea templo reperta, Liberum patrem coli domitorem Orientis quidam arbitrati sunt.* Ubi hoc amplius discis, vitem hanc tractam in argumentum Liberi culti. Quæ opi-nio item Plutarchi est, diffuse posita & firmata ab eo in libro iv. Symposiac. quæstione v. Josephus de vite ead-
dem, lib. Antiquitat. xiv. Πομπηῖς εἰς Δαμασκὸν ἀφικο-
μένη, ἤκουσεν παρ' αὐτῶν πρῆσβεις ἐξ ὅλης Συρίας, καὶ Ἀλγυπίας,
καὶ ἐκ τῆ Ἰουδαίας. Ἐπεμψεν γὰρ αὐτὰς μείζονα δῶρον Ἀλεξανδρία-
ν, ἀμπελον χειρῶν ἐκ πεντακοσίων τετράκων. Μένειται δὲ
τὸ δῶρον καὶ Στράβων ἐ Καππαδόξῃ λίαν ἄνωγας. Ἡλθε δὲ καὶ
ἐξ Ἀλγυπίας πρῆσβεία καὶ τέσσαρες ἐκ χειρῶν τετρακισχίλιον καὶ
ἀπὸ τῆ Ἰουδαίας εἴτε ἀμπελῶν, εἴτε κηπῶν. Τερπολὺν ἀνέκο-
ξε τὸ συγκριθῆναι. τοῦτο γάρ τι τὸ δῶρον ἰσοτήκατο καὶ ἡμεῖς
ἀνακείρου ἐν Ρώμῃ ἐν τῇ ἱερᾷ τῇ Διὶ τῇ Καπιτωλίῃ, ἐπι-
γραφήν ἔχον Ἀλεξανδρον τῷ τῶν Ἰουδαίων βασιλεῖ. ἐπιμύθη δὲ
εἶναι πεντακοσίαν τετράκων. Id est, Pompejus autem cum Da-
masum venisset, legati ad eum venere ex omni Syria, Egyp-
to, Judea. Misit vero illi insigne donum Aristobulus vitem
auream pretii quingentorum talentorum. Cujus doni Strabo
etiam Cappadox meminit, his verbis: Venit ex Agypto le-
gatio, & corona aureorum quater mille. Et ex Judea sive Vi-
tis, sive Hortus. Terpoletum, id est delectamentum, vocabant
id opus. Quod vidimus etiam nos Romæ dedicatum in templo
Jovis Capitolini, cum inscriptione Alexandri Judæorum
regis: ἀσπίναβaturque quingentis talentis. Et ex eo Zona-
ras: Μετ' αὐτὸν δὲ Πομπηῖς ἀφικνησάμενος εἰς Δαμασκὸν, ἤκουσεν
πρῆσβεις πολλαχόθεν τε καὶ ἐξ Ἰουδαίας, δῶρον ἐξ Ἀλεξανδρίας
μείζονα

μῖζα κομίζοντες, ἀμπέλοι χρυσῶ ἐκ πεντακῶριον τελέωντων, ζω-
τικῶ φρεῖν ὁ Γάσπῳ ἐν Πάμφη θεασαῖτο, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἡ
ναυαρχεύῳ Δι. Id est: Non multò pòst Pompejo Damasum
profecto, cum multis aliis ex locis, tum è Judæa legati vene-
runt vitem auream, munus Aristobuli, ferentes, quingen-
tium talentum. Quam se Josephus Romæ vidisse adseri: in
Capitolio dedicatam. Ad hanc ipsam nobilem vitem tra-
ho Plinii locum, sive Actorum potius, quorum verba
in Plinii xxxvii. cap. ii. ubi inter dona, triumpho
Asiatico, Pompejus intulisse fertur *Montem aureum qua-
dratum, cum cervis & leonibus & pomis omnis generis, cir-
cumdatâ vite aurea.* Quibus verbis appositè observa-
vitem hanc non simplicem fuisse, sed monti aureo im-
plexam, totumque opus in formam horti flexum. Ideò
in Strabonis verbis apud Josephum, ἐπεὶ ἀμπέλοι ἐπὶ
κρήνῃ, ambiguè positum. Ideò in Floro, *Vitis sub au-
reo celo.*

Plinius ex-
plicatus.

CAPUT VI.

*De osculis, & osculandi variâ ratione, Romæ. Quo fine fuerint: qua forma & modo. Divina fuisse, Humana fuisse. Adorare quid propriè sit. Et unde ea vox dicta, & ducta. Scriptores multi explicati. In Ovidio conjectura. Verrere templa criminis. Stati-
tius emendatus. Ad manum accedere, quid in Cæ-
sareis historicis.*

ABI Venus. Fallam ego te, quæ ipsa multos: & de
Osculis Caput scribam & inscribam, in quo tamen ni-
hil tibi loci aut juris. Suavia illa tua insuavia sperno: pu-
ra tantum & officiosa tangam, quæ Romæ olim in vario
discrimine & usu.

ADHIBITA enim in Deorum cultu & Hominum.
Deorum, tripliciter. Aut enim os iis venerabundi oscula-
bantur, aut manus, aut pedes. De ore, Cicero in Ver-
rem libro v. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis,
quo non faciliè dixerim me quidquam vidisse pulchrius. Usque
eò, iudices, ut rictum ejus ac mentum paullo sit attritius:
quod in precibus ac gratulationibus (credo, gratulationibus
eum scripsisse, voce magis convenienti cum diis agerent
grates) non solum id venerari, sed etiam osculari solent. Quod
tamen rariùs factum, ut Cicero ipse indicat, & recepti ma-
gis cultus hi demissi qui sequuntur. Osculabantur enim
Deorum dextras.

Oscula sine
duplici.

Di. os ore
utabant.

Cicero e-
mendat. 19.

Aut ma-
nus.

Lucretius :

-----tum portas propter, aëna

Signa, manus dexteras ostendunt attenuari

Sæpe salutantum tactu præterque meantum.

Aut pedes

*Sæpe etiã
eminus of-
culaban-
tur porre-
ctâ manu.*

Aut denique ipsos pedes. Appulejus : *Exosculatis vestigiis Deæ quæ gradibus hærebat argenio formata, ad suos discendunt Lares.* Atque hæc in divino cultu simplex osculorum ratio. Alia est magis superstitionosa & quæriti cultus. Verebantur enim plerumque Deos ipsos ore profano suo tangere, sed eminus stantes manum porrigebant, eamque statim verenter ad os suum referebant & suaviabantur. Hic habitus receptissimus, & velut solemnis Adorantium fuit : quem mihi ingerunt scriptorum loci multi. Plinius : *In adorando, dextram ad osculum referimus.* Minutius Felix in Octavio : *Cæcilius simulacro Syrapidis denotato, ut vulgus supersticiosus solei, manum ori admoveus osculum labris impressit.* Appulejus Apologiâ priorē : *Nulli Deo ad hoc ævi supplicavit : nullum templum frequentavit : si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ manum labris admovere.* Nec Romanis solum hic ritus, sed Syris olim, Orienti. In sacra historia Iobi cap. xxxi. *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè & osculatus sum manum meam ore meo.* Id est, si lunam aut solem adoravi. Vetus interpretes III. Regum : *Quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod non adoravit eum osculans manum.* Hieronymus in Rufinum : *Qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere.* Et Sæpius in Hebræorum phrasi Deosculatio, est Adoratio. Atque ego Latinis ipsis hinc censeo formatum Adorandi verbum : quia manus ad ora admovebant. Non ab Ador (frumenſi id genus) quod censeat Grammaticorum acumen. Ad eundem adorandi morem, meo monitu, referes scriptorum aliquot locos : quorum aliàs interior & vera te sententia fallat. Taciti illud è lib. xvi. Annalium, de Nerone cantillante : *postremo genu flexus, & cœtum illum manu veneratus.* Nam omnia fecisse eum vult ex præscripto, & ad legitimum histrionem : adeo ut etiam spectatores adorarit. Illud Suetonii, in Claudio : *Eosdem spectacula sedentes surgens & ipse, cum ceterâ turbâ, voce ac manu veneratus est.*

*Idq; ado-
ratio pro-
priè.
Unde &
nomen.*

*Quia ma-
nus scilicet
ad ora.
Manu ad-
orare in
Tacito :*

*In Suetonio :
In Martiale.*

Denique hoc Martialis :

Roma salutavit voce manuque Deum.

Etsi possit hæc quispiam, non nego, de simplici protensiq; ne manus accipere, quæ ipsa in cultu. Ex Tacito i. Historiar. *Nec deerat Ottho protendens manus adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione.* Qui tamen si attendis, à me locus. Adorare enim dicit, & oscula adjungit :

git: quæ non alia esse potuere, quàm ista manuum, quia in aureo & alto suggestu sublimis Otho, & hoc ipsum in ea re Dionis compendium tibi dicet. Addo, quod protensio nuda manuum, precantium propriè non venerantium nota. Appulejus: *Orantium ille habitus est, ut in manibus extensis n. calum precemur.* Ante eum Aristoteles De mundo: Πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατίθουσιν τὰς χεῖρας εἰς τὸ οὐρανόν, ὡς καὶ ποιεῖσθαι. Horatius supinas manus id vocat: *Cælo supinas si tuleris manus.* Sed redeo ad lineam, & amplius noto: manuariam istam adorationem non simplicem aut rudem omnino fuisse, sed certa quadam conformacione & gestu. Appulejus unus eum expressit, lib. v. Milesiar. De Psyche: *Multi denique civium, & advenæ copiosi, inaccessæ formositate ad mirationem stupidi, & admovebant oribus suis dextras, primore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerantur.* Qui gestus quidem nihil ab Hesperiorum ritu hodie, qui ex pollice & indice quasi crucem formantes, eam in adoratione & templis deosculantur. Excipio quoddam isti pollicem indici imponunt Romani contra. Ovidium nescio trahamne istuc, ubi ad amicam:

Protensio sola manuum, in habitu precantium.

Quæ forma adorantis indicatur.

Quidam lux

*Tange manu mensam, tangunt quo more preces,
Optabis meritò cum mala multa viro.*

Nam Formam videtur indicare voluisse hanc, manus adorantis & precantis. Certè ut de simplici tactu mensæ accipias, dilutum & alienum videtur: etsi scio in precibus, aras solere tangi. Fuit cum hinc legerem, *mentum*, non *mensam*. Quia Plinius admovebat, *antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere moris fuisse.* Quod Servius tamen ad Frontem rettulit: *Auris, inquit, memoriæ sacra, frons Genio: unde venerantes Deum, tangimus frontem.* Sanè in Homero, barbam supplicantes tangunt: sed aliud scilicet est in venerando. Porro ad manus Adorationem etiam Capitolini illud referam in M. Antonino Philosopho: *Cum Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulacrum Apollinis vidisset.* Item Ovidii, appositâ suggestionem elegantissimi Mureti:

Et fortasse emendatio.

Capitolino lux: & iterum Quidam.

*Ecce lacu medio, sacrorum nigra favilla
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
Restitit, & pavido, Faveas mihi, murmure dixit.
Dux meus, & simili, Faveas mihi, murmure dixi.*

Etiam hujus sæculi morem, quem serviliter adulatio servat. Ferè enim aulicæ illæ musæ, cum potentiorē salutant, vestem aut partem aliquam corporis manu illi tangunt: eamque statim cum veneratione quadam ad

Aulicæ non solum recta origo.

os reportant. Nec dubitabis, quin super hoc vestigium sit
priscæ illius adorationis.

Oscula in-
nus & pu-
stius tem-
plorum.

Iam alia etiam oscula in hoc divino cultu (superstitionem magis verius dixerim) quæ liminibus templorum data, postibus, aris. Quæ demissio Romæ usurpata in rebus arctis. Tibullus de ea:

*Non ego, si merui, dubitem procumbere templis
Et dare sacras oscula liminibus.*

Statius etli leviter corruptus, v. Silvarum:

--- nunc anxius omnibus aris

*Il lacrimat, signatque fores, & pectore terget
Limina.* ----

Malè enim edunt, *Lumina*. Abjiciebani autem se, & osculis lacrimisque terram complebant, & crines etiam. Iæminæ sparsim effundebant. Statius idem Thebaïde quarta:

Tc sine sat dubium coetu solante timorem

Fallere, & incultos aris advertere crines.

Statius
correctus.
Crinibus
passus tem-
pla ver-
rant in
supplicium.

Ubi scribito, *advertere*, & priore etiam versu fortè, *calato solante*, non *cætu*. Verrendi quidem verbum hic probum, & a re ipsa. Livius libro III. *Stratæ passim matres, crinibus templa verrentes*, veniam irarum celestium expiscunt. Idem libro XXVI. *Matronæ circa Deum delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes*. Polybius: Αἱ ἐργατικαὶ παρὰ πορτοῦν καὶ τὰς ναυὰς, καὶ τὸν αὐτὸν αὐτὸς πλὴν δὲ τῶν καὶ τοῦ πᾶν ἱερῶν ἐ δάφν. τὰ τοῦ γὰρ ἐστὶ ἀνταῖς ἐστὶ ποτὶν, ὅταν τις ὁλοκληρὸς τὴν κατὰ δὴ καταλαβὴν κινῶν. In Mæmerti Panegyrico ad Maximianum: *Matres Italæ pensa manibus abjecerunt parvos liberos abreptos ad templa traxerunt, ibi ædes sacras passo capillo suo quæque verrebant*. Appulejus lib. v. *Tunc Psyche uberi fletu rigans Deæ vestigia, humumque verrens crinibus suis*.

Lucanus lib. I.

*Hæ lacrimis sparsæ e Deos hæ pectora duro
Adfixerè solo, lacerasque in limine sacro
Attonitæ fudere comas.*

Oscula in
Homs. um
cuius.
Ora oscu-
labantur
aliena.

Nec plura addo de osculis in divinis, transeo ad Humana.

Ea variè usurpata vulgò, & in omni ferè corporis parte. Primum in facie. Ibi que os, genas, oculos suavia pântur: initu, reditu, gratulatione, imò in salutatione, & cottidiano occurso. Qui mos invaluit maximè, ut opinor, sub Augusto: ideoque Tiberius ut rogitum conatus pelleret, & *oscula cottidiana*, ait Suetonius, *prohibuit edicto*. Sed hælit nihilominus, & creberrima oscula iterum sub Principibus secutis. Unum Martialem mihi lege, cui benigna materia jocorum, ista. *Quin ipsi Principes, certe*

Tiberius
morem co-
natus tol-
lere.
Frustrâ.

certe qui magis moderati) osculo excipere soliti cives digniores. Plinius Laudatione Traiani; *Gratum erat cunctis, quod Senatum osculo exciperes, sicut dimissus osculo fueras.* Latinus Pacatus de Theodosio: *Ille cohonestatus affatu, ille mensâ beatus, ille osculo consecratus est.* Suetonius in Othone: *Manè Galbam salutavi: utque consueverat, osculo exceptus, etiam sacrificanti interfui.* Et reprehendit idem scriptor Neronem, quod neque *adveniens neque proficiscens, quemquam osculo impertiret.* Et hæc illa oscula, quæ vulgabant vulgo & spargebant in obvios omnes modice saltem notos. Nec enim tam amoris ista, quam

Insti principes per humanitatem in usurpant.

Talia oscula offensa.

SECUNDÒ manus osculabantur, sed non tamen nisi potentiorum. Is mos etiam libera rep. ethi rarus. Plutarchus de Catone: *Ἐπὶ δὲ πάλῳ εἶχε τὴν ἐρώτησιν τῶν Κατωνι, ὡς ἐπιμύθη δὲ ὁ Χαίρις, ὁ καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς ἐπαύροις, ἀλλὰ δὲ αὐτοὺς καὶ τὰς ἐξουσίας ἀπλῶς, ἀποσπέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βασιλεῖς, καὶ καὶ φιλάντων τὰς χεῖρας, ἀ τῶν Ἀποκροτόρων ἐλπίς μάλιστα ἐποιοῦν ὥστε Ρωμαῖοι.* Id est: *Postquam finit Catonis militia, non votis neque laudationibus, quod tralutium est, eum dimisere, sed cum lacrimis multis & complexibus, vestes pedibus ejus substernentes quâ incederet, & manus ejus deosculantes. Quæ paucis omnino Imperatorum ejus ævi Romani triciebant.* Qui in militia quidem eum collocat: sed cui originem tamen ego dem in campo. Natus enim videtur à blanditiis candidatorum, prensantium, rogantium, & alienas manus osculantium. Seneca epistola CXIX. *Alius eorum manus osculis conterit, quibus designatus contingendam manum negaturus est.* Valerius de Scipione Nalica: *Cum ædilitatem curilem adolescens peteret, manumque cuiusdam in rustico opere duratam, more candidatorum, tenacius apprehendisset: joci gratiâ interrogavit eum, Num manibus solitus esset ambulare? Sed sive tamen à lago natus sive ab albenti toga, increvit statim & increbuit in tota urbe, imò orbe.* Idque in petitione, in gratiarum actione, gratulatione, atque omni officii aut demissionis nota. Plinius: *Dextra osculis aversa appetitur, in fide porrigitur.* Ubi & situm formamque nota manus osculandæ. Tacitus I. Historiar. *Ruere cuncti in cistra, laudare militum judicium, exosculari Othonis manum.* Idem xv. Annal. *Agere gratias diis, genua ipsius ad volui, & dextram osculis fatigare.* Suetonius Tiber. cap. LXXII. *Chariclem medicum, quod manum sibi osculandi causâ ap-*

Manus osculabantur alienas. Etiam olim & ante Augustum.

Unde id eorum.

Quâ parte osculum in manu impressum.

prehendisset. Appulejus : Pontianus pedes nostros ad-
volutus, flens, & manus nostras osculabundus. Seneca : Hos ego
deprehendam alienorum servorum osculantes manum.

Martialis:

Basia das aliis, aliis das Postume dextram.

Dicis, iurum marvis elige. Malo manum.

Victores, &
servi pro-
prie manus
osculaban-
tur.

qui jocus in hominum non puri capitis ; & ex inopinato,
poëta præfert manuum osculum , illi honestiori oris.
Atqui propriè istud servorum erat. Arrianus me docet
lib. II. Dissertationum cap. xx. Ἡξιαδὲ δημοχρίας; πάν-
τες οἱ ἀπαρτῶντες σιωπῶντων. ἀλλ' οὐτὸς ἐφ' ὅσας κατὰ φίλιν,
ἀλλ' οὐ τὸ πρῶτον, οἰδῶλοι πρὸς χεῖρας. *Tribunatum adeptus
est ? Ecce obuii omnes gratulantur. Alius oculos oscula-
tur, alius collum, servi manus.* Quinetiam Homerus jam
olim Eumæum osculantem facit Thelemachi heri sui ma-
nus. Odyss. XVI..

Κύστε δὲ μιν κεφαλὴν τε καὶ ἄμφω φάει καλὰ,
Χεῖρας τ' ἀμφοτέρους.

Ad manu
accedere,
quid in Ve-
pisco:
Et Capito-
lino.

Hoc posterioris ævi scriptores, suâ & peculiari phrasi, di-
xerunt Ad manum accedere. Doceo id noviter juven-
tutem , ex Vopisci Aureliano : *Posthac Valeriani dicta
surrexit Aurelianus , atque ad manus accessit, agens gratias
militaribus verbis.* Ex Capitolini Maximino : *Fuit Ma-
ximinus sub homine impurissimo tantum honore præditus Tri-
bunatus : sed numquam ad manum ejus accessit ; numquam
illum salutavit.*

Genus
osculaban-
tur & pe-
des.

TERTIO denique genus osculati , imò & pedes. De
genibus, Ammianus lib. XXVIII. *Ex his quidam cum sa-
lutaripæctoribus oppositis coeperunt , osculanda capita in mo-
dum taurorum minacium obliquantes , adulteribus offerunt
genus suavianda vel manus.* De utroque, Capitolinus in
Maximino: *In salutationibus superbissimus erat, & manum
porrigebat , & genua sibi osculari patiebatur , nonnumquam
etiam pedes.* Plinius in Trajano laudat , quòd hæc non
fecerit : *Non tu civium amplexus ad pedes tuos deprimis,
nec osculum manu reddis.* Atque hoc genus vilissimi oscu-
li natum, nisi fallor, sub Cajo, imò ab Cajo : qui ut Dio
ait, ἐφ' ἃς ἐλπίδας πῶς δὲ πλείους καὶ τὸ συμβεβηκότων ἢ τὸ
χρεὶς ἢ τὸ πῶς αἰσχυρῶς ὄρεται πρὸς τοὺς οὐκ ὀφείλουσιν
πρὸς τοὺς οὐκ ὀφείλουσιν. *plerisque autem etiam Senatorum vel manum vel pedem præ-
buit adorandum. Dico adorandum , & ita Græcum ver-
bum est. Ut videatur ex eo elici non os quidem admo-
tum pedibus , sed dextram ; eamque deinceps ad os re-
latam , ut descripti supra. Quamquam & pedes etiam
reipsâ osculo affecti : & quidem sub eo monstro. Idem
Græcus : Πομπῶν Στρατῶν τότε ὑπὸ τῶν παρὰ τοῖς ποσὶ
αὐτῶν*

Turpi &
plusquam
servilium
quis videtur
a Cajo.

αὐτὸ κατέμειον, ἐπικύπτον συνεχῶς αὐτὰς ἐφίλας. Id est: Pomponius Secundus tunc Consul, pedes Caligulae adficens, identidem se inclinans eos osculabatur. Et tenuere superbum & inhumanum hunc morem Principes aliquot secuti, sed non è bonis. Exempla non accumulo, quæ obvia Finem potius longo huic Capiti impono: longo, sed iratâ Venere, fortasse parum venusto. Quid ad me? Gratiae tantum & Lepos & Jocus comites ejus deæ propitii mihi sint, numquam ipsa.

CAPUT VII.

Commentarios Cæsaris non usquequaque tam puros & laudabiles, quàm videantur. Mos attollendi dexteras. Aliaque emendata & explicata.

FAS sit dicere. In Commentariis Cæsaris sæpè quæro Cæsarem. Multos in illam purpuram pannos insutos video: nec in dictione ipsa spirat ubique naribus meis aura illa, & ut sic dicam, statæ puræ antiquitatis. Lege, relege. Multa otiosa reperies, disjuncta, intricata, interpolata, repetita: ut omnino non absit, quin ad hanc veluti prisca operis statuam novella aliqua accesserit & imperita manus. Ego alia alias: nunc quædam notavero ex his inquinamentis.

Interpolatus variè Cæsar.

Libro VII. De Bello Gallico, ubi prælium ad Gergoviam:

Iti similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt. Actame: si dextris humeris exsertis animadvertebantur, quod insigne pacatis esse consueverat, tamen id ipsum sui fallendi causâ milites ab hostibus factum existimabant.

Quæro diu hunc morem humeros dextros exserendi in pace. Frustrâ quî reperiam? Repugnat natura & res ipsa. Quomodo enim exseri humeri possunt? Attolli fateor leviter aut submitti: sed ut id procul conspici haud facîle possit. Turpe hîc glossema, quod iicio scriboque: *dextris exsertis animadvertebantur*. Ita enim olim mos, ita etiam nunc, ut sublato dextræ socii & amici adventus sit signum. Fides & appositus mihi tellis Xenophon Institutionis Cyri lib. IV. ubi in re simillima cum Hyrcanii advenirent, incertum adhuc socii an hostes, mittit nuncium ad eos Cyrus, & si quidem amici essent, jubet tollere dexteras. Verba hæc: Ἐκ τῆς ταπεινότητος αὐτῶν, ἀποδείξας λέγων, εἰ φίλοι εἰσίν, ὡς ὕψιστον

Glossema insigne, sed occultum.

Socii dexteras tollere facti in adventu subito aut suspecto.

ἕξτε αἰσθητῶν τῆς διζίας ἀνατινάσσης. Nec plereque gentes hodie aliter.

Libro II. in prælio cum Neruiis:

Cæsar ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri videt.

Falsa hæc narratio. Nam supra jam dixerat, Cæsarem ab cohortatione legionis decimæ transisse in partem alteram: idque ante pugnam. Libri quidam *Cohorte* habent. Ex quibus omnino lego, *Cæsar cum decimæ legionis cohorte*. Ita enim mos huius viro, ut plerumque in præliis cohortem unam ex fortissimâ hac & fidissimâ legione ad tutelam suam adsumeret, aut etiam ipsam. Emendo in hac ipia re locum alium.

Cæsar consilius legionis decimæ maximè.

Libro VII.

Cæsar receptiviani iussit. Legionisque decimæ, quâ cum erat concionatus, signa constituere.

Quæso enim, ferri aut tangi à politis hominibus hæc sermonis sordes possunt? *Concionari cum legione*. Pro eo quod *Apud concionem*. Adde quod linguæ aut concionis ibi nulla res, sed fervidæ pugnae. Emendo igitur, *quâ tum erat comitatus*.

Libro IV.

Itaque unâ parte à Suevis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur.

Numerus viratus turpiter.

Ægrè, mi Cæsar, credimus: nisi si vacavit longè maxima Germaniæ pars. Hoc verius, scripsisse te *millia passuum sexagena*. Quod largiter sufficit, sive ad virtutem Suevorum, sive ad aliorum timorem.

Libro VI.

Germanos atque Ariovistum sibi adjunxerant, eosque ad se magnis jacturis pollicitationibusque perduxerant.

Censeam fuisse olim, magis captivum: sententia suadente.

CAPUT VIII.

In Plinio correctâ quædam. Geneta Mana, dea. Decorare aurum, quid sit. Et mos discrimenque in annulis. Qui servis & militibus è ferro: Senatui & equitis ex auro: plebi ex argenteo.

Studium Criticum sterile ad famam.

FATUM hoc esse censeo Criticorum, ut labor eorum fructus majoris in publicum sit, quàm famæ. Vide veteres, vide nostros. Paucos reperies quorum nomen aut latè fufum, aut diu perennarit. Vel in Ferdinando Pinciano

ciano hodie quam indignor ? Qui reverà vir eximius, vix tamen è vulgi tenebris se exemit ; & paucis doctis in occulto laudatus , jacet etiam nunc ignoraturque inter suos. At si acuminis & judicii aliqua laus est : huic eam recte tribues. Si fidei & modestiæ : magis. Non alium ego vidi , qui minùs adfectate hoc egerit ; & qui Criticam istam magis puriter coluerit, sine ambitione , sine fūco. Plinius , Seneca , Mela testes : sed primus ille imprime, per cujus sexcentas salebras & æstuantia vada pervasit felici quodam ingenii & judicii vento. Quamquam abrupta quædam in eo etiam nunc , non nego. Quid miremur ? Aut quis Æsculapius ipse , sanandis tot plagis unus fuerit ? ----- *ἰς δ' ἀνὰ πρὸ πάλῳ ὅρῳ* , ait recte & commiter Euripides. Ego quasdam ex iis salebris vel complanabo, vel transilibo , & in partem laboris velut optio succedam magno illi Triburo. Lego in Plinio , libro

*Pinciani
laus.*

XXIX. cap. IV.

Catulos lactantes adeò puros existimabant ad cibum , ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur iis. Genito mane catulo res divina fit, & in cænis Deum etiamnum ponitur catulina.

Emendabam, *Genita Mane*. Ita enim deæ nomen, cui catulo fiebat. Plutarchus in Quæstionibus ; *Διὰ τί τῇ καλῶς μὲν Γενεῖτῃ Μανῇ κυῶα θυετ, καὶ κατὰ χροὶ μὲν δὲν γενεῖται ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν* ; id est : *Cur dea , quæ vocatur Genetia Mana, canem immolant, videntque nequis dominatorum bonus & fugie vadat ?* Et plura ibi vide. Hoc in Plutar. hoc tam expositum fugisse oculos Pinciani & Hermolai, non miramur; nostros, sæpe clariora.

*Genetia
Mana, in-
ter igno-
les dem.*

Libro XXXIII. cap. XI. ubi de tabulis

& vasis :

Pariterque luxuria nata est , & Carthago sublata; ita congruentibus satis ut liberet amplecti vitia & liceret peccare, & dignatione hinc alicui veterum. C. Marius post victoriam Cimbrum am cantharis potasse Liberi patris exemplo tradiur, ille arator Arpinus & manipularis Imperator.

Pincianus exclamat , *Locus vitiatuſ inter paucos*. Et vere. Medicinam tamen, ut mihi videtur, non adfert. Notat in veteri codice petere legi ; non peccare. Ex uno eo vestigio, locum totum apte sic concinnamus : *ut liberet amplecti vitia & liceret. Petiêre & dignationem hinc aliqui veterum*. Sententia aperta & vera. Carthagine commodum eversa, inquit, vitia & luxuria irrupere, bono quodam facto, sublata videlicet jam illa æmula & ultrice, nec ante libuit peccare Romanis, quàm impune licuit. At quidam etiam è prisca dignitatem sibi aſtruere conati , electione ista & curiosa cura vasorum : inter quos Marius , qui

*De exquisi-
tis poculis
locus cor-
rectus.*

*Pliniana
sententia
reſerata.*

can-

cantharis potare institit velut Bacchi non triumphorum tantum æmulus, sed & morum.

Libro eodem, cap. I. De anulis:

Contrà verò nulli nullas admittunt gemmas, atque ipso signant. Id Claudii Caesaris Principatus reperitur. Nec n. n. & servitia jam ferum auro cingunt, alia per sese mero auro decorant, cuius licentia origo nomine ipso in Samothrace id institutum declarat.

*Corruptio
ostensa:*

*Et à nobis
jubilata.*

*Servorum
fraus, &
occulta
superbia in
anulo.
Servi in
anulo fer-
reo tantum
ex more.
Stattius ex-
plicatus.*

Verba illa, *mero auro decorant*, accuso, imò damno. Quid enim hîc novi, aut ad Samothracas relegandum, si anuli è mero auro? Nónne tales jam olim Senatorum & Equitum? Denique quis permisit hoc servitij, ut palam ex auro gererent anulos, & sine ullo fucò? Nos leviter referibimus, *alii per sese mero auro decolorant*. Id est: cùm servis aurei anuli in propatulo gestandi non fas, non jus; ecce novitio invento alii aurum ferro super inducunt, alii, aurum merum purumque decolorant & deformant in modum ferri. Id enim certè fuit. Aurum gestabant, nec videbantur gestare: cùm colore aliquo atro (hodie etiam usitatum) aut fisco id velarent ac celarent. Nam servis certe anuli ferrei tantum usus. Statius in lacrimis Etrusci:

Mutatque genus lævæque ignobile ferrum

Exui, & celsæ natorum aquavum honore.

Significat enim patrem Etrusci qui servus, à Principe in equites relatum, donatumque aureo anulo, spreto servili ferro: eundem jure trium liberorum auctum. Vel, æquatum honore iis qui nati ingenui. Isidorus: *Anulum aureum neque servus neque libertinus gestabat in publico, sed anulo aureo liberi utebantur, libertini argenteo, servi ferreo*. Anuli autem his servis ad usum potiùs, quàm ad ornatum: nempe ad signandum. Appulejus libro x. *Donec jussu magistratuum ministeria publica contrectatis nequissimi servi manibus, anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt*. Sed Isidori tamen illa verba, in discrimine, ni fallor, fallunt. Liberis enim aureum tribuunt, libertinis argenteum. Falsò. Nam inter liberos ipsos, non nisi Equiti & Senatui anuli aurei liberum jus: non sane plebi. Plinius clarè: *Anuli distinguere alterum ordinem à plebe, sicut tunica ab anulis Senatorum*. Vult enim ita anulis à plebe equitem discerni, ut idem à Senatu tunicâ laticlavi.

*Isidori non
vera pro-
prij distin-
ctio.*

*Senatorum
& Equiti
anuli au-
rei;*

*Plebe iis
ferrei.*

Plebejis igitur, ut opinor, saltem ex argento. Juvat & suggerit idem Plinius hoc libro cap. xii. *Argentum aliquando succedit & auro, luxu feminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat*. Ubi vides aurum remotum à muliebri plebejo sexu: quidni censeam & à virili? Nec servi tamen soli in ferreo anulo:

etiam

etiam milites omnes, qui non insignes. Quod adeò verum, ut etiam equites Romani, cum militarent, jus non habuerint aureorum. Ex Suetonii Galbâ, cap. x. *Dilegit equestri ordinis juvenes, qui manente aureorum anulorum usu, Evocati appellarentur, excubiasque vice militum agerent.* Notat enim de retentione anulorum ut insolens, & præter communem morem. Appianus etiam apertè militibus omnibus eos adimit, præter Tribunis. In Lybico: *Χρισφοφοῖσι τῶν στρατοῦν οἱ χηλάρχοι, τῶν ἐλατόνων σιδεροφοῦντων.* Id est: *Ex auro anulos ferunt inter milites Tribuni, reliquis inferioribus ferreos gestantibus.* Atque hoc copiose satis narrat jam tunc in bello Punico tertio (historiam & occasionem apud eum vide:) ut appareat statim à bello Punico secundo severitatem hanc introductam. Nam tunc nondum: si vera sunt quæ de trimodiis anulorum traduntur ab Annibale Carthaginem missis. Quam disciplinam tamen resolvit, ut in quibusdam alijs, Princeps non at suum nomen Severus. Qui, ut Herodiani verba sunt, *τοῖς στρατιώταις πολλὰ σπουδαίοντες, ἀμὴν πρότερον εἶχον, καὶ δακτυλοῖς χρυσοῖς χηλάρχοι ἐπέκειντο:* militibus multa indulset prius negata, & aureis anulis uti permisit.

Etiam militibus.

Solis Tribunis exceptis. Quando in eos castra introductus,

Quem sustulit Severus.

CAPUT IX.

Seneca plus semel emendatus. Neronis principatus initio optimus. Epicuri sententia Deos extra mundum projicientis.

VOTUM meum non dissimulo. Et ut ex tot hujus ævi Criticis manum aliquis & limam feriò Annæo Senecæ admoveat, calidè jamdiu opto. Quis dignior? in quores & verba magis feria, nec ad scientiam modò sed ad salutem? Sed tamen hoc quoque opto, ut ille ipse Censor sit ferius, ævo & judicio gravis: non ex ista classe fervidæ juvenutis, quæ nata corrumpere omnia & mutare. Posses id tu V.C. Nicolaë Faber. Quem sola modestia, ut scio, abstinet ab hac palmâ. Nam doctrina, judicium, diligentia tibi superant: & infinita utiliter ac sapienter in sapienissimum scriptorem observasse te didici verâ famâ. Posses & ego aliquid. Sed valetudo nunc tardat, & quòd copia te ulum intellego librorum meliorum. Inter eà dum tibi venit hic animus, (& voveo ut brevî:) nos more nostro carptim quædam in eo notabimus; & magis ea, quæ accepta ingenio ferimus, quàm libris.

Seneca's malè adhuc à Criticis negligi.

De Cle-

De Clementia primo, cap. 1.

Neronem alloquitur :

Sed iugens tibi onus imposuisti. Nemo jam Divum Augustum, nec Tiberii Caesaris prima tempora loquitur. Nemo qui te imitari velit exemplar extra te querit. Principatus tuus ad gustum exigitur.

Correxit
Seneca.

Explicata
sententia ea.

verbis & sententia correptis. Quid enim illud in extremo, Exigi ad gustum? Quod libri quoque veteres spernunt, & ingerunt, plerique ad Augustum. Male illi ipsi. Aded enim Seneca principatum Neronis ad Augustum non exigit, ut præponat longe (nec vane prorsus, ut hæc initia erant) negetque quemquam jam de Augusto, aut Tiberii temporibus primis loqui. Sed albris tamen iis adjuti commode legimus, *Principatus tuus ad anni gustum exigitur.* Et paulo ante, *nemo quod te imitari velit.* Verissime. Hæc enim Senecæ mens & scriptio: Age Nero, inquit, perge in hac virtutis & gloriæ via quam insistis: ardua tibi certe quia optima & maxima omnes de te sperant. Nemo jam Augustum tibi proponit, quem imitare nemo Tiberii laudata primordia: omnes te tibi Principatus inquam tuus, ad gustum & exemplar unius anni illius exigitur, quem in imperio laudatissime transegesti. Hæc sensit, hæc scripsit: ad rem vere, & ad tempus. De re, constat tyrocinium illud imperii tam probum fuisse; ut Trajanus idem idem iterare solitus, *Omnes bonos Principes procul abesse à primo quinquennio Neronis.* De tempore, ecce hic liber live libri De Clementia, scripti sub primum statim Neroniani imperii annum. Haurio ex ipsis: & lego lib. 1. c. 1x. *Divus Augustus cum esset id ætatis quod tu nunc es, duodevicesimum egressus annum.* Nero igitur, si compari ætate cum Augusto, tunc expleverit decimum octavum annum. Atque imperium, decimo septimo suscepit. Bene igitur & vere quod ad tempus, emendavi, de anni gustu.

De Vita beata, cap. xxv.

Fac me victorem universarum gentium. Delicatus illi Liberi currus triumphantem usque ad Thebas à Solis ortu rebat. Fura reges Persarum petant. Me hominem maxime cogitabo, cum diis undique consultabo.

Alta vox
Senecæ:
summa.

Turbat egregiam & magnanimam sententiam extrema clausula: quæ in quibusdam manuscriptis meis concepra; cum Deo ubique conscia luctabor. Aperio & diffundo cum Deus undique consulitabor. Aded, inquit, me non attollent efferentque supra hominem ab hominibus honores, ut tum vel maxime mortalem me esse meminerò cum audiam immortalis.

De Be-

De Beneficiis lib. IV. cap. XIX.

Tu denique Epicure deum inermem facis, omnia illa tela, omnem detraxisti potentiam: & ne cuiquam metyendus esset, projecisti ipsum extra metum.

In verbulo pauxillum mendum grande in sententia. Involuitur enim mens Epicuri, & simul reprehensionis acumen. Quod utrumque apparebit si scribas, *extra metum*. Nempe ita sensit senex ille ab horto, (ex Lucretio & Laërtio id clarum) Deum non tangi rebus humanis, non iis curare: atque ut id pronius suavis esset, posuit eum suo quodam & proprio loco, non supra solum, sed extra mundum. Seneca impiam hanc sententiam iterum tangit libro VII. infra: *Alius diis obicit negligentiam nostri, alius iniquitatem, alius illos extra mundum suum proicit.* Ubi eodem etiam Projiciendi verbo usus, quod parum apte hic de metu. At in metæ verbo apposita etiam metaphora, quasi extra linitem omnem hujus stadii & finem.

*Epicuro dii
non in
mundo.*

In Consolatione ad Polybium,

cap. XXXVI.

C. Caesar, amissa sorore, Drusilla, conspectum conversationemque civium suorum profugit, exsequiisque sororis suæ non interfuit, iuxta sorori non præstitit, sed in Albanum suum secessit. Ac foro & advocatis & hujusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris levabat mala. Proh pudor imperii! Principis Romani lugentis sororem alea solatium fuit.

Levi emendatione expedio viros doctos qui obhærent. *In Albanum suum secessit, nec foro & advocatis, & h. a. o. a. f. levabat mala, (proh pudor imperii!) Principis Romani, & c.* Ita enim continuanda periodus tota, & negans particula subdenda saltem in locum agentis.

CAPUT X.

Derituplaudendi & explaudendi in theatris. Item ad surgendi, acclamandi. Quomodo ista habita sub Imperatoribus? Quæ voces in acclamando? Plutarchus & Plinius explicati: iste etiam correctus. Favor & Favere, novâ significatione. Lampridius, Capitolinus, Vopiscus illustrati. Quid Oraria fuerint: & cui in theatris usui.

Mos mihi in lucem revocandus & ambitio, quæ delituit sub velis theatrorum: & simul scriptores aliquot prisca perfundendi novâ luce. Vetus consuetudo Romæ,
 P d d etiam

*Theatralis
honor in
viros con-
spicuos.
In alios
dedecus &
exhibilio.*

etiam viva libertate, ut viros primates & gratia aut dignitate conspicuos, venientes in theatra, composito plausu exciperent; iisdem adsurgerent. Utrumque, honoris habendi causa, & promendi favoris. Contra eos qui infames aut ingrati, sibilo & pastoricia fistula (ludens ita Cicero appellat, velut rejicerent & segregarent. Hoc testimonium universi populi multum valere censebant in utramque partem. Itaque ambitiosè id quærebant, & adepti consecutos se censebant aliquid magnum. Exemplum vel in Cicerone uno crebra, nec occulta. Originem rei Plinius referre ad Livii Drusi Tribunatum videtur, lib. xxv. cap. v. mansitque ad Imperatores: sed ita ut hunc honorem, sicut plerisque alios, sibi ferè seponerent. Nec communicatum vellent cum reliquo Senatu. Non certè vulgo. Nam quin etiam sub Imperatoribus quibusdam applausum & ad resurrectum. Non nego: sed ferè iis qui aut ex domo & gente Principali, aut interiori amicorum cohorte. Ita Mæcenati plausum Horatius iterat, ut magnum:

*Qui mos
etiam sub
Imp.
Scd ita, ut
sibi solis
vident hoc
honoris:
Aut inti-
mis.
Mæcenati
plausum.*

----datus in theatro

Cum tibi plausus, Clare Mæcenæ eques. &:

----tum populus frequens Latum theatris ter crepuit sonum.

*Virgilio ad
surrectum.*

Ita Virgilio ad resurrectum, Fabius seu quis alius in libello erudito De Causis corruptæ eloquentiæ: *Populus*, inquit, *auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit univ. er-
sus; & fortè præsentem spectantemque Virgilium sic venera-
tus est quasi Augustum.* Ex quibus postremis verbis etiam hauris, honorem illum, ut dixi, rarum fuisse & verè augustum. Adè ut ille ipse Princeps, nepotibus suis prætextatis adhuc (Tranquilli verba adfero) *ad resurrectum ab universis in theatro & à stantibus plausum, gravissimè sit questus.* Quasi videlicet in superbiam præcipitarentur & pretium sui, nimio hoc honore. Seneca tamen non excolevisse id prorsus etiam suo ævo in ambitiosis illis & gratiosis ostendit, epist. xxix. Ceterum si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor, plausus, & Pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota civitate te femina puerique laudaverint: quidni ego tui miserear, cum sciam quæ via ad istum favorem ferat?

*In nepoti-
bus suis
Augustus
veluit.*

*Adcla-
matio in
ludu.*

SED præter Plausum hunc & Ad resurrectionem, etiam Adclamatio fuit: & quidem antiquitus, in re subita, nova, tristi, læta. Florus expressit sciendè lib. iii. cap. iv. De bello Cimbrico, Eodem die, inquit, *quo gesta res est, visi pro ade Castoris juvenes laureati prætori litteras dare, sic*

frequentique in spectaculo rumor, Victoria Cimbrica Feliciter, Accommodata ad Principis laudes.
 dixit. Quæ tamen postea transacta tota ad laudes sive
 adulationes Principum, in eosque effusè exercita; nec
 vocibus solum singulis, sed contextu quodam ad modu-
 lum & ad cantum. Cujus generis (operæ enim mihi
 formulas colligere & subijcere) illud in Suetonii Domi-
 tiano: *Acclamari in Amphitheatro, epulari die libenter au-
 diunt, Domino & Dominae Feliciter.* Item in Claudii cap.
 VII. *Præfedit nonnumquam spectaculis in Caji vicem, ac-
 clamante populo, Feliciter partim patrio Imperatoris, partim
 Germanici fratri.* Illa in Vopisci Tacito: *Acclamatum
 est à Populo, Felicissime.* Tacite Auguste di te servant: &
 reliqua quæ dici solent ex more. In Martiale De Titulu-
 dis, ista:

----populorum vox tamen una est:

Cum verus patriæ diceris esse pater.

In Dione, Neroniana laus: Ο Καλὸς Καίσαρ, ὁ Ἀπόλλων, ὁ
 Αἰὶς &c. Et: Εἰς αἰὲν αἰὲν Αἰὲς, ἵσπερ Φαῖν' &c. Item
 solempne hoc, εἰς αἰὲν, sive, in ævum: quod Tertullianus
 solus subijcit libello De Spectaculis: *Quale est, inquit, εἰς
 αἰὲν, alii omnino dicere, nisi Deo Christo?* Item versus sæpe
 integri, ex eodem scriptore in Apologetico: *Cum inscrip-
 ta præcordia non appararent ac non Caesaris scenam, etiam
 illa hora quâ acclamant:*

De nostris annis tibi Jupiter augeat annos?

Denique inter Adclamationses etiam illud referam, *Vita
 & Victoria*: ex Reginone. Leo Papa, inquit, coronam
 capiti ejus imposuit, & à cuncto Romanorum populo ter ac-
 clamatum est: CAROLO AUGUSTO MAGNO ET PA-
 CIFICO IMP. ROMANORUM VITA ET VICTO-
 RIA. Et post laudes, more antiquorum Principum, ado-
 ratus est. Quod non enorasssem, nisi ipse Regino fasti-
 datum id ostenderet ex ritu prisco. De favorabili hac
 adclamatione Plutarchi insignis locus in Galba: Καί πο-
 τε θεὰς εἰσὶς, καὶ πᾶν χεῖραρχον καὶ λοχαγὸν τὸ Πρωτοῦς
 συνήες ὁπλοχίτων ἐπ' ἐκ χειρὶ τὰ Γάλαρ. Plutarchus
explicatus.
 Et spectaculo fortè quodam, cum Tribuni & Centuriones, so-
 lemne illud Romanis. Feliciter, Galbæ appreciati essent. Et
 de eadem ista Plinium in parte loqui sentiam, in Pa-
 negyrico: *Cum laudes Imperatorum ludis etiam & com-
 missionibus (ita verò emendamus, & Commissionibus
 spernimus, quod habent libri) celebrarentur saltaren-
 turque, atque in omne ludibrium effeminatis vocibus, modis,
 gestibus frangerentur.* Quamquam includat & Principi-
 pis laudes versibus compositas, ac litatasque à Pantomimis.

Item Plin-
nius.

Idemque
enenda-
tur.

Ddd 2

Magis-

Quanti
fuerit hac
adclama-
tio.

Favere,
idem quod
Acclama-
re.
Lampridii
novus in-
tellectus.
Et Capito-
lini.

Item Vo-
pisci.

Oraria ad
favorem,
quid?

Modulus
iste accla-
mationes
fuerit.

Oraria
paulò alio
sensu.

Magisque proprie & certe Procopium traham istuc, li-
bro 1. De Bello Goth. Ubi pax à Justiniano Principe
regi Theodahato concessa in hanc legem: ut populus pro-
more, in plausu & acclamationibus, Imperatoris imprimis no-
men pronuntiaret, Theodahati deinceps: idque sive in thea-
tris, sive in viciis, sive alibi locorum. Quibus in verbis
nora mihi Adclamationem hanc inprimis inter seria habi-
tam, & velut propria insignia imperii: ideoque Iustinia-
num caute cavisse, cum Romam Theodahato relinqueret,
ne tamen nomen ejus in his Adclamationibus pronuntia-
retur primum: sed suum potius, velut legitimi Principis
& veri. Atque hæc satis, opinor, ad firmandum hunc ri-
tum sive illustrandum: adjungo & doceo amplius. Quo-
niam fausta & faventia. Acclamationis hujus verba, rem
ipsam, tamquam suo & peculiari verbo, dixerunt Fave-
re, & Favorem. Observavi pluries (parum adhuc ob-
servatum) in scriptoribus præsertim ævi paulò magis no-
vi. Ut in Lampridii Commodò: Cum illi sæpe pugnanti, ut
deo populus favisset. Id est, Deum, eum acclamasset. In
Capitolini Pertinace: Fuit in curiâ honorificentissimus: ita
ut Senatum faventem adoraret. Valet Senatum fausta ac-
clamantem. In ejusdem Gallienis: Hac pompâ homo in-
eptus eludere se putavit populum: sed ut sint Romanorum
faciæ, alius Posthumò favebat, alius Regilliano, alius Sa-
turnio. Cave de occulto animi favore acceperis nimis-
quam frigide, sed de aperto isto linguæ. Etiam Favo-
rem, ut posui, appellitarunt. Ecce Vopisci in Aureliano
densa caligine, absque notæ hujus face, pressum locum:
Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse etiam po-
pulo Romano tunicas albas manicatas, lineas Afras atque
Ægyptias, ipsumque primum donasse oraria populo Romano,
quibus uteretur ad favorem. Quæ enim hæc Oraria? Quis
Favor? Favor quidem, acclamatio ista solemnitas: at Ora-
ria, quidpiam quod ori adjungerent sive inducerent, ad
augendam aut dirigendam vocem, ut histrioniam perso-
nam. Tegmen inquam aliquod aut velamentum reso-
nans, ad magis concinnandas modulatas istas voces. Ve-
rè enim modulis suis & concentibus constabant, certâ
quadam arte, ut docui satis ad Taciti Annales XVI: ver-
ba ea illustrans, Plebs personabat certis modis, plaususque
composito. Lego in Glossis veteribus, Oraria, quibus os
obrelabatur. Et vocem ipsam in Trebellii Pollionis Clau-
dio reperias: Bardocucillum unum, oraria Sarabadena qua-
tuor. Quin in ipso Lucilio: cujus versus apud nescio quem
Grammaticum,
Ricini aurati, rica, atque oraria, mitre.
qui collocat inter tegmina, ut vides, sive vestes. Etiam in
Chri-

Christianis scriptoribus, sed pro velamento Episcopali: ut in vita Fulgentii doctâ & vetere. *Unâ tantum vilissimâ tunicâ, sive per æstatem sive per hiemem patienter indutus, Orario quidem, sicut omnes Episcopi, numquam utebatur.* Ex quâ eadem, sine culpa non omiserim locum, tellem firmum meæ notæ in voce Favoris. Ait cap. XIII. recensens quæ Fulgentio Romæ evenere: *Contigit ut beatus Fulgentius in loco, qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico rege concionem faciente, Romanæ curiæ nobilitatem, decus ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret: & favores liberi populi castis auribus audiens, qualis esset hujus sæculi gloriosa pompa cognosceret.* Et cap. XVI. iterum: *Nimis autem gratissimus viri sapientis adpectus & favores populi suffragantis augebat, &c.* De celebri enim productione Fulgentii agit, & clamoribus populi nimium læti. Hæc eò libentius notabam & eligebam: quia vestigium firmum interpretis nondum videram per hunc obscuriorem callem.

*Vita beati
Fulgentii
vetus illu-
strata.*

CAPUT XI.

E. Valerio Maximo detergæ labecula. Livio suus numerus bis restitutus. Corruptio frequens in nota millenaria. Admovere lineas. Glossematium, aliaque.

VALERIUM Maximum. St. Pighius nobis dedit peritè & religiose censum: & illo modestiæ exemplo, quod imitari velim eos, qui hoc Criticum stadium currunt. Et validè valet fanè per eum Valerius. Quis neget? Nec nos ut medici nunc accedimus: sed tantum locis aliquot habitudinem quamdam, & colorem addituri ut aliptæ.

*St. Pighii
proba &
religiosa
censura.*

Velut libro VII. cap. VI.

Senatus auctore Tib. Graccho consule des. Censuit, uti publice servi adversus propulsandorum hostium impetum emerentur. Eaque de re per Tribunos plebis ad populum lata rogatione, tres creati sunt viri, qui quatuor & viginti milia servorum comparaverunt.

Exorbitat numerus. Nam Livius, & qui alii hæc Punica bella tradiderunt, auctores tantum de octo millibus sunt. Et mihi certum, fraudem factam in millenariâ notâ: quam corruerunt non semel: Plerumque enim illud 80. (quod x. circumscriptum Prisciano est) interpretati sunt per Decem aut Viginti. Id hic factum, & aptandus numerus ad Livianum. Factum in ipso Livio libro XXIII. Itaque ingenti consensu fit, Senatusconsultum, ut Annibali xl.

*Corruptio
in Valerio
numerum.*

*Item in Li-
vio, ab eâ-
dem roge-
tione.*

Ddd 3

Nnmi-

Numidarum millia mitterentur in supplementum. Itaque quadraginta millia equitum tantum in supplementum? Atqui non omnes Annibalis copiae ad hanc summam. Bene liber vetus (cujus excerpta ad me misit Amplissimus Aug. Busbequius: ∞ ∞ ∞ ∞. id est, quattuor millia praefert. Peccatum eodem iterum libro: Is adolescentis ferrox, proliotemerè inito, fusus fugatusque. Ad triginta millia Sanno. un eo prolio cesa, mille trecenti ferme adri capti. Atque hic eodem codex, ∞ ∞ ∞. Id est, tria millia vere scribit: si timque, trecenti capti, ommissis mille. Adde ejusdem erroris exempla, si lubet, quae in Sturnalibus mihi notata. At h. idem Valerii primis verbis niendum etiam odoramur, adversus propulsandum hostium impetum. Quae rescribam, & publice servi, propuls. ndorum hostium, emerentur, inductis quae ab imperita manu: aut si id confidentius est, ad propulsandum hostium impetum. Vulgata quidem scriptio non sana.

Valerius
iterum
correctus.

Libro I. cap. VII.

Propioribus tamen, ut uia dicam, lineis Aterii Ruffi equitis Ro somnium certo eventu admonuum est.

Intricata locutio, Admoneri lineis: nec satis sciam à qua imagine aut exemplo. Legam, *admetum est.* Et metaphoram ductam putem à lineis Circensibus, quas in Spectaculis nostris, Deo volente, explicabo. Nunc correctioni non vulgaris firmandae satis sit hic Senecae locus, epistola I. *Nunc inc. edibilibs cursus apparet. Sive quia ad-moveri lineae sentio, siue quia attendere coepi & computare dampnum metum.*

Egregia
nec ista
metapho-
ra, ad-
movere li-
neas: pro
Urgere,
accedere.
Seneca o-
biter ali-
qua lux.

Libro II. cap. III. De C. Mario:

Circas alioqui significus, sed novitatis suae conscientia, vetustati non sane propius. Memorque si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret, se à maligno virtutum interprete velut capite censum Imperatorem compellari posse.

Conjectura
in Valerio.

Militaris ignavia hic, qui convenit? Scribe me auctore, militaris signa: & perseverarent.

In Prologo operis:

Nam si p. isci oratores ab Jove apt. max. bene orsi sunt. si ex ill. missimi vates à numine aliquo principia traxerunt: mea parvitas eo justius ad favorem tuum decurrerit.

Glossema
in eodem,
à barbaris
pauum.

Cellam olet hic sermo, imò sellam. Nos scimus Valerium scripsisse, traxerunt; ego justius ad favorem tuum decurrer. Inconspicui tamen fraterculi cur huic parvitati non alterum emblemata inseruerunt, favorem tuae majestatis? Ita enim undique constabat hic Atticismus.

Libro III. c.v. De Socrate :

Nam cum eruditissimorum virorum ingenia in disputatione cæci vagarentur, mensuramque Solis & Lunæ & ceterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur: prius ab his indoctis erroribus abductum animum minima conditionis humanæ scrutari cœgit.

Omnino legend. *Ab his doctis erroribus.* Et reverà ita est quid firmi etiam hunc in subtilibus illis alucinationibus aut certi? Et tamen superbiunt, & clamant in scientiis scientiam hanc unam. Cujus limen libandi ego auctor, numquam penetrandi.

De sideribus, inscripta & incerta scientia.

Lib. VII. cap. VIII. De infano quodam

Tuditano :

Testamento & filium instituit heredem. Quod T. Longus sanguine proximæ hæstæ judicio subvertere frustra conatus est.

Obsecro, à quantumvis infano si filius institutus heres, quid non pro sano? Aut quis sanguine propior, quam suis cuique filius? Hærebunt jurisconsulti, nisi correctione mecum se expediant: *Testamento & Osilium instituit.* Ut externum aliquem capiamus, eo nomine.

Turpe à Valerio mendum purgatum.

Libro primo cap. I.

Decem principum filii Senatusconsulto singulis Etruriæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ [gratia] traderentur. Etruriæ populòs XII. fuisse didici, quomodo decem ergo discipuli singulis attribui potuerunt? Rescribam, duodecim Principum filii. Et si in Cicerone, teros tantum legas I. De Divinat. Fortasse cum errore. At illud, *gratia*, ingratum auribus glossema est.

In numero etiam error.

CAPUT XII.

De prodigio quodam Livii, quæ ejus mens sit. Satin' sit mihi vulgata scriptio? Non videri: & nostra divinitio adscripta. Sortes sacras involvit laud & tantis solare. Plutarchus sic explicatus.

QUID in Livii ternis locis Extenuatæ sortes sint, mente & oculis jamdiu vestigo. Adeo intente quidem, ut vix magis amissam filiam suam manimola olim mater. Est enim & hoc quoque curiosi & Critici ingenii nostri proprium (cur diffitear meum morbum?) apertis, ut ita loquar, per libros carceribus velle decurrere; nec repagulum usquam ferre aut obstaculum. Utinam tantam facies

Criticorum nimia nostra curiositas.

*Quaestio de
Livii exte-
nnari sor-
tibus.*

mihi quoque ad quærendum præluceant : sed quas accen-
derim non in Vulcani Aetna, magis in Appollinis Parnas-
so. Loci, quos dico, duo, lib. XXI. leguntur, ubi de prodigiis
sub Annibalis adventum :

In Piceno lapidibus pluisse, & Cere sortes extenuatas.

Iterumque :

*Lectisernium Cere, ubi sortes extenuatae erant, impetra-
tum.*

Tertius autem lib. XXII. ab ipso initio statim :

*Faleriis caelum findi visum, velut magno hiatu, quaque pa-
tuerit ingens lumen effuluisse. Sortes sua sponte attenuatae,
unamque excidisse ita scriptam, MAJORS TELUM
SUUM CONCUTIT.*

*Spresa
vulgata
lectio.*

Quæ autem vis (attendè modò, Lector) aut quæ mens hîc
verbo Extenuandi? Præsertim in sortium istare, quas
maiores aut minores in prodigiis factas nusquam legi.
Nec si legam, capiam satis. Cui enim significationi id
aut notæ? Vide omnino ne remotius, ut solet in his
talibus, vetustiusque verbum fuerit, quod per imperitiam
exscribentium mutarit. Ego non improbe id suspicor,
& ausim ubique rescribere, *Extenuatas sortes*. Quod in-
terpretor, tæniisque solutas & liberatas. Nam rem
ita habuisse puto. Sortes, taleolæ aut surculi è ligno
fuere non grandes : quibus literæ ad divinandum incul-
ptæ, sive notæ. Eæ privatim habitæ, eæ publice. Sed quæ
in publico, imprimis religiosæ censebantur & cana qua-
dam veritate sacræ. Itaque sancte & religiose in tem-
plis ipsis habebantur, in arca reconditæ : &, nisi fallor,
tæniis vittisque laneis seorsum involutæ. De arca, sugge-
rit Suetonius in Tiberio cap. LXIII. *Vicina verò urbi ora-
cula etiam disjicere conatus est : sed majestate Prænestina-
rum sortium territus destitit. Cum obsignatis de vestasque Ro-
mam non repperisset in arcâ, nisi relata rursus ad templum.* Et
Cicero in Divinatione : qui arcam eam ipsam ex oleâ fu-
isse pluribus verbis narrat. At de vittis, quidni suspicer,
cùm hunc cultum & velamen adpositum sciam omnibus
sacris? Quibus tamen puris manibus evolvi solent, cùm
promerentur ad consulentium usum. Hoc nunc igitur
Livius narrat jure ut prodigium : sortes eas sponte avo-
lutas, & (uno proprioque verbo) extenuatas esse : tam-
quam si Fortunæ ipsius manu sparsæ & jactæ, ad grande
aliquid prædicendum. Plutarchus non modicè me ju-
vat, qui Marcello hoc alterum Faleriis prodigium è Li-
vio ipso ita vertit : Τὰ δὲ ὑπερὸ Φαλέραις ὄρνυσι γαυλῶν
δοξάντων, ἐμπόνησεν καὶ ἀγαπήσεια πολλὰ βραχυμετρία, καὶ
τῶν ἐν μαρμαρυγῇ Φαυλῶν καὶ λεῖον, Ἄρης πὶ ἰαυτῇ ὄπλα
σπλάγ. En, excidisse ait sortes & variè dispersas. Non è
cælo

*Nova sup-
posita,
haud scio
an rectè.
Sortium
usus.
Earum-
que publico
religio.
In arcis
habitæ cū
vittis.*

*Cum Ex-
tenuata
sortes pro-
digium
fecerunt.
Plutarchus
huc tra-
xit.*

caelo ipso, quod quispiam censuerit (pagner enim in palam cum Livii mente) sed ex involucrio & arca. Extantiatas igitur ille clare vertit, *κατὰ τὴν αἰσθητικὴν ἀπορίαν*. Haec tunc mihi meus Apollo subicit. Tibi siquid melius in mente aut certius: age age, *καὶ οὐκ ἐστὶν ἡ ἀπορία τοῦ ἀπορίᾳ, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἡ ἀπορία τοῦ ἀπορίᾳ*.

C A P U T XIII.

Noviter erutus veteris in creatione Tribunorum. Eos sub Principibus & paullo ante, tantum ē Senatu fuisse. Suetonii loci illustrati, & lectio in eis firmata. Plinio & Appiano lumen immissum.

Ego verò libens ē situ & oblivionis carcere eruiam insignem & notabilem ritum: qui nimis diu juventutem nostram latuit, in Tribunis creandis. Juventutem autem? Imò & vetè viros, verè doctos: quibus nebulae hic & caligo. Tribuni creati olim non solum pro plebe, sed etiam ē plebe: ita ut patriciis aut patribus aditus ad eum honorem rursus esset, aut nullus. Diu ita mansit. Donec visum adeò id immutare, ut cautos severè fuerit, nequis Tribunus fieret, nisi Senator: id est, ne jus quidem haberet petendi Tribunatus, nisi jam ante ē patribus. Suetonius hoc adfirmat clare usitatum: etiam in libera rep. & extremo ævo Ciceronis. Nam in Aug. cap. x. ita scribit: *Et quòd constantius cetera exsequeretur, in locum Tribuni pl. demortui candidatum se ostendit: quamquam patricius, nec dum Senator.* Ubi diserte & extra cavillum, impedimenta duo Cæsari ad Tribunatum ponit, quòd gente patricius, & quòd honore nondum Senator. Nam maximo Langio nostro qui adsentiar: voces eas duas prædenter hic tollenti? Nolle te hoc conatum, vir alia modestissime. Nam iterat hoc eode idem Suetonius in eodem Aug. cap. xl. *Comitia Tribunicia, si deessent candidati Senatores, ex equibus Romanis creavit.* Quod qui ad Tribunos transferunt militares: quam errant? Refutat eos palam Dio libro. xlv. qui hanc ipsam rem denarrans, *τίς τῶν δούλων, τῶν δούλων* *καὶ τῶν δούλων*. Id est: Equitibus Romanis tribunatum plebis petere concessit. Ex quo amplius discis, nec equitibus quidem tunc fuisse petendi jus, adeò non imē plebi. Plinium ego apto istuc lib. 11. Epist. 1x. *Ego inquit, Sexto latum clavum à Cæsare ego. Quæsturam impetravi. Meo suffragio pervenit ad jus Tribunatus petendi.* Jus

Tribuni plebis, olim tantum ē plebe lecti. Postea tantum ē patribus,

Suetonii notabilis locus.

Quomodo male capimus ammutant. Alter ejusdem sententia.

Nec equites quidem admissi ad Tribunatum. Plinii locus in hanc rem.

Quando
hac inno-
vatio fa-
cta?

Appiani
hæsitatio.

Capitoni
ambigua
verba, quia
paucæ.

enim petendi Tribunatus, non hic aliud quam dignitas
Senatoria & latus clavus. Hoc utiliter institutum, & ad
arcendos à turbido magistratu turbidos adollescentes: sed
quando, hærentius. Appianus adscribit Sullæ videtur,
qui multa in hoc magistratu, ad vim ejus & ferociam con-
tundendam, innovavit. Nam ait Civilium primo: Τῶν
δὲ τῶν δὲ ἀρχῶν ἀρχῶν ἵσται καὶ ἀντίστοιχον, αὐτοῖς ἐνταῦθα δὲ
φύσας, καὶ νόμους καὶ νόμους, μὴ δὲ ἀρχῶν ἀρχῶν ἀρχῶν
ἐν ἀρχῶν, καὶ ὅτι ἐχὼν σφαῖρας καὶ τῶν, ἢ Σουλῶν αὐτοῖς,
καὶ τῶν τῶν ἱσται, εἰς τὴν βελτίω δὲ τῶν δὲ ἀρχῶν μετῴνουν. Id
est, Tribunitiam potestatem tantum non suffulcra, eneruam
eam prorsus relinquens, lege lata, nequis, qui Tribunus fuisset
alium ullum caperet magistratum. Nec liquido possum dicere,
an Sulla hunc magistratum, uti nunc est, à plebe transfulerit
ad Senatum. Quem locum valde mihi nota, unicam Sæ-
tonio & huic ritui lumen. Et Appiano sane adsentiar
ego: quamquam Attejus Capito apud Agellum Atinio
plebiscito adsignet, si tamen transferre verba ea fas ad
meam hanc mentem. Ait: *Tribunus stabit Senatus habendi
potestas, quamquam Senatores non essent ante Atinium ple-
biscitum.* Dicere enim videtur, plebiscito eo cautum, ut
nemo Tribunus nisi Senator esset. Et si aliorum, nec
inconmode, trahi verba ea posse, nihil nego: Illud qui-
dem miror, non Ciceronem, non historicos, rem tam no-
vam, tam memorandam, posteris prodidisse: nisi for-
te, quia tunc notissima, & in oculis omnium, auri-
busque.

C A P U T XIV.

*In Statio Papinio locorum aliquot correctio. Atticus
señtor. Arēla Purpura. Mene adflata. Crinas
in sepulcro.*

PER festivos hos dies ito mihi crebro ad suburbanum
meum hortum fuit. Quia parum illic umbræ, à Sta-
tio quaesivi, & requisivi in ejus Silva. In quibus retorti-
dos aliquot aut male flexos versuum ramos incidi etiam
obiter, & velut sublevari. Ur libro I. in Equo Domi-
tiani:

*Apellæ cuperent te scribere cere,
Optassetque novo similem te ponere templo.*

Atticus Elai senior Jovis.

Qui sermo quæstæ adulationis ad Domitianum ipsum
est: cujus eam dignitatem vult esse formæ, ut exprimere
eum possit omnis pictor, omnis sculptor, atque etiam illi

ipſi

ipsi prisci. Sed quis hic senior Atticus Elai Iovis? Non
sincera ea verba, imò nec Latina: quæ depurgo: *Atticus*
Elai fector Iovis. Plidiam illum Athenis nobilem intello-
git, qui Iovem Olympium ex ebore fecit. At ebur politur
fingiturque secando: idè Sektorem rectè dixit.

Plidias,
Atticus se-
ktor Statius
dixit.

Eodè carmine, supra:

--- quòd site nostra tulissent

Sacula, tentasset, me nòn audente profundos

Ire lacus. Sed Roma tuas tenuisset habenas.

Curtii verba sunt laeu suo emergentis, ad illum ipsum Do-
mitianum. Qui ut sese timoris arguat, non convenit. Scri-
bit, *me non gaudente*. Tu, inquit, si prisco illo meo ævo vi-
vissem, cum terra delinavit, primus fuisses qui caritate pa-
træ succensus, dedisses te in huiusmodi quidè non gau-
dente, cui gloria ea præcepta.

Curtius in
hæc tum
abist.

In Tiburtino Manlij:

Litus utrumque domi. Nec te mirissimus amnis

Dividit, æternas feruam Prætoria ripas.

Legimus, *Litus utrumque domus. Nec si mirissimus amnis Di-*
vidit. Loco litoris, ait, utrumque domus spectantur: nec
tamen amnis ipse se dividit, sed ripam duplicem exornant
Prætoria bina.

It Soterjis pro Gallico:

Siqua salutarifero gemini Chironis in antro
Herba tholo quocumque tibi Trojana recondit
Pergamus.

Probabam magis: --- *gemini Chironis in antro*

Herba, Tholus quocumque,

Libro IV, in Lynco ad Septimium:

Hic parvus inter pignora Curia

Contentus alto lumine purpure

Crescis, sed immensos labores

Indole pauciâ secutus.

Quod sit altum hic lumen purpuræ, velim nimis a Scho-
liastis me doceri. Silebunt, scio: at ego illos, legendum esse,
arcto lumine. Morem enim & vestitum priscum tangit
Statius: Et tu quidem, inquit, tenui origine in Africana
Lepti natus Roman venisti puer & educatus inter lati-
clavios Senatorioque es, contentus ipse angusto & arcto
clavo. Discrimen enim hoc in clavis, quod utrumque or-
dinem secrevit, jam diu alijs notatum.

Arcta
purpura,
sive an-
gusta.

Libro V, Epicedio in patrem:

Exere semirutos subito de pulvere vultus

Barthenope, crinemque afflato monte sepulti

Pone super tumulum.

Quis hic afflatus mons? An vesperi jugum? Torqueri sane
huc posset, sed magis verius est, scripsisse Statium, *afflato*
monte.

mento. Quod attonito dolori bene convenit, sicut & crinium illa positio in sepulchro. De quo lugubri ritu Ovidius item in Fastis :

*Mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillæ,
Vertice libatæ accipiuntque comas.*

C A P U T X V.

De ergastulus diffusa & libera conlectanea. Origo vocis, & rei. Isidori confusio, sive error. Quando ceperint, & qua sine? Agricultura causso ea maxime instutia, sed & lapidum, & pistrini. (Plautus in eis correctus & interpretatus) fortasse & aquæ haurienda. Suetonii lectio stabilita, & explicata. Quæ & qualis ergastulorum locus. Plauto iterum lux. Quod genus hominum in ea conjectum. Forma modusque, quo miseri illis habiti. Nempe Vinciti. Inscripti, (Seneca correctus) Semirasi, Semijuni. Postremo copia ergastulorum. Passimque scriptores Græci & Latini explicati: Florus etiam correctus, & Appulejus fortæcum Plauto.

*Varia ser-
vorum ge-
nera &
munia
olim.
Tristissi-
mum Er-
gastulorū.
Unde vox
facta?*

SERVORUM apud veteres varia conditio, multus usus: sed illa miserrima, quæ Ergastulorum carcere inclusa. In quo quid pœnæ erant, quid sævitia fuerit, plane pleneque hoc Capite edisseram: cum gratia Lectoris, ut spero, & cum fructu. Quia & delectant hæc talia, & mire illustant certe scriptores præcos.

ERGASTULI vox Græca origine est, etsi non flexu. Rectius enim ἀργαστήριον Ergasterium fuisset. Quæ voce jurisconsulti quidem usi, sed alio sensu: uti notat dignitate & doctrina eximius Barnabas Brissonius, Gallicæ imò Europæ magnū lumen. Sed Romani veteres sic formarunt: & Glossæ Philoxeni simul rem apeririunt, & etymon tangunt apte: *Ergastulum*, ἀργαστήριον. *Locus in quo vinciti operantur.* Ubertius idem, sed non verius, Isidorus; *Ergastula*, inquit, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores & exsules qui marmora secant, & tamen vinculorum custodiis alligati sunt. Nam de noxiis primum, haud usquequaque verum: quia empti servi innoxii sæpè, solum ad hoc munus. De gladiatoribus, plane falsum: qui in laedis sots bene & commode habiti, in ergastulis num-

*Quid fuerit, confusio
& breviter.
Isidori in
desinendo
peccata.*

numquam. Sed nec de exsilibus adfentior: & de maioribus secandis, pars minima fuit ergastularii laboris. Præcipuus enim finis Agricultura, ut mox dicam, apud Romanos quidem. De vinculorum custodiis quæ dicit, vera. Non sic tamen, ut duo, tres, servi vincti Ergastulum confecerint: sed certo numero, quem acceptum referes soli Appulejo. *Quindecim, inquit, liberi homines, populus est: totidem servi, familia: totidem vincti, ergastulum.* Quod tamen de pleno legitimoque ergastulo dictum capio: quia alias scio poenalem illum carcerem fletisse numero minore.

Quis numerus requisitus ad legitimum Ergastulum.

HABES lineamenta ruditer: colores addam, & Originem, Causam, Finem, Locum, Homines, Modum edisseram distincte. De origine, vetera ea esse video, & apud alias etiam gentes usurpata. Certe Ægyptii habuerunt, & cum ad alia opera, tum ad metalla damnarunt: quod libro 1. atque alibi notat Diodorus. Imò & Medi habuerunt, ex 1. item Justin. At Romani, si Livio fides, jam à regibus exactis. Libro enim secundo quispiam e Nexis apud eum queritur: *Ductum se ab creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam esse.* Quod tamen aptius veriusque ex persona & temporibus Livii scribi censeam, quàm illius nexi. Vera enim & propria Ergastulorum poena tunc ignota, uti & nomen ipsum. Hoc sane concesserim, jam tunc sævitum in servos, & velut relegatione quadam missos in pristinum, in lapicidinam, in agrum: sed nec perpetuum, nec ea forma quæ postea increvit. Itaque apud Plautum comminationes herorum sæpe tales: ipsa Ergastuli vox tamen irreperita. Quæ proprie nata & ad hujus Capitis mei sensum, ut censeo, vix ante Gracchorum ævum.

Quando ceperunt

Livii ambigua & parum cautè forsitan dictio.

Servi quidam in agros antiquitus missi, non ad proprium Ergastula

NATA autem ab hac causa. Romani devicta Italia ceperant jure belli haud parum suburbani & longinqui agri. Eum universum partim sub hasta vendidere; partim tenuioribus civibus utendum fruendum locavere, exiguo aliquo tributo imposito sive pensione. Hoc velut præmium iis militiæ & sanguinis. Placuitque res omnibus, præter divites, qui paulatim egenos pelere, & ad se trahere cœperunt finitimos quisque agros. Donec Stolonis lex paullisper eos coercuit, definito quingentum jugerum modo supra quem haud fas possidere. Sed coercuit certe paullisper rupiti enim mox hoc frænum cupiditas, & suppressa avaritia non oppressa caput extulit altius, agroque omnes pretio, fraude, vi, à pluribus traxit ad paucos. Hinc illa divitum latifundia: hinc pauperum ab agris exsilia: hinc inductio Ergastu-

Vera origo & tempus.

A multitudine agrorum, quos divites tenere Lex de quingentis jugeribus irrita facta, vi & peruvacia

Ergastulorum. Unde enim pauci illi, tot agris oblectandis? Plutarchus egregie in Gracchiis : Ὑπερὸν αἱ τῶν ἡγεμόνων πλεονεξία ὑποβλήσκει τοῖς ἀποσώτοις μεταφερόντων τοῖς μὲν ὡς εἰς ἑαυτοὺς, πλεονεξία δὲ φανερώς ἡδὴ δὲ ἑαυτῶν τὰ πλείεστα κατεργάζοντων, ἐξωθῶντες οἱ πτωχότες, ὥστε τοῖς εὐχετέσις ἐν ἀποσώτοις παρῆεν ἑαυτοὺς, ἡμέλων τε παιδῶν ἀνατροφῆς. Σὺς περὶ τῶν Ἰταλίων ἀπασαν ἐλγανδρίαν ἐλευθέρων ἔσχεον, διαμαρτυροῦν δὲ Παρβαρικῶν ἐμπληρῶν, δι' ὧν ἐλευθέρων οἱ πλεονεξοὶ ἐν χάριτι τοῖς πολίταις ἐξελασσάντες. Id est: *Paulò Ceterò post, cum vicini illi divites per suppositas personas transferrent conditiones agrorum in sese. & denique palam jam etiam & suo nomine plerisque detinerent: expulsi pauperes, neque ad militiae munus alacres se praebebant, neque ad educandos liberos. Ita ut mox Italiani universam insequentem & vacuam liberorum capitum esse contigerit, & ergastulis compleri servorum barbarorum: per quos divites agras suos colebant, civibus exactis.* Et eadem ac plura magis diffuse Appianus, in Civilium primo: qui ab infelici hoc Ergastulorum fomite ignem deducit Gracchanarum seditionum & belli civilis. Cujus verba uberiora, quam ut hoc transcribam: tu, me indicante, vide omnino & lege. Hæc igitur causa, hæc origo. Nam antè Romani ipsi colebant, & honestissimos quosque cives scimus habuisse in agris. Columella mutationem eam conqueritur initio operis: *Rem rusticam, inquit, pessimo cuique servorum velut carnifici, noxæ dedimus: quam majorum nostrorum optimus quisque optimè tractavit.* Nec Lucanus veritus eam ponere inter causas intimas imperii ruentis, lib. 1.

Servi barbari empti ad colendū agrum.

Appiani prudens & digna lectu differtio.

Ingeni pulsi agris & cultu eorum.

Hæc inter causas lapsi imperii verè posita à Lucano.

*Paupertas fugitur, totoque arcessitur orbe
Quo gens quæque perit. Tunc longos jungere fines
Agrorum, & quondam duro sulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curiorum passa ligones
Longa sub ignotis extendere rura colonis.*

Nam ignotos hos colonos non alios poeta (poeta enim certe mihi, & quidem bonus) intellegit, quam hos in ergastulo servos, alienigenas plerumque & à longinquo cælo. Ideò Seneca De Tranquillitate: *Sub alieno colono rura pretiosa.* Atque hæc causa ex qua non ignotus Finis. Agri enim cultio præcipue fuit, ut vides.

Finis erga servorum, agriculito maxime.

Ideò Lucanus:

----- *vincto fossore columitur*

Hesperia segetes. -----

Ideò Tertullianus allusione doctâ: *Adam in ergastulum terræ laboranda relegatus.* Et testimonia plura: quæ varie aspersi infra. Præcipuus, dixi, finis. Nam ergastula non raro etiam ad aliud opus. Ad molendum, ad lapidem cædendum, aquam hauriendam: & quidquid tale. De molis aut

Etiam molitura.

lis aut pistrino, in comcedijs creberrimum; & exemplum disertum in Appuleii lib. I. x. quæ verba opportunè item reddo infra. De lapidarijs, ecce etiam veteri ævo Plautus, in Captivis :

Etiam lapidum captiva.

---- ducite

Ubi ponderosæ, crassæ, capiat compedes.

Inde ibi porò in latomias lapidariæ.

Et eadem fabula, paulo posterius:

Fubete huic crassæ compedes impingiet:

Inde extra portam ad meum libertum Cordalum

In lapidina facite deductus fiet.

Et de aqua haurienda, velut in pœnam, tangit aliquid idem Comicus in minis Olympionis villici adversus Chalinum, in fabulâ Cassinâ:

Enâ aqua haustio, fortasse.

Post id locorum, quando ad villam veneris,

Dabitur tibi amphora una & una semita,

Fons unus, unum abentum, & octo delia:

Quæ nisi erunt semper pleaa, ego te implebo flagris.

Ita te aggerundâ cerum aquâ faciam probè,

Ut postuena possit ex te fieri.

In quo penultimo versu alii curvum, pro cervo substituunt: nos cerum magis rectum censemus. Credam autem

Plautus obiter correctum.

aggestionis & egestionis hujus aquariæ magnum usum imò necessitatem fuisse, sive in lapidum live in metallorum fodinis: ideoque huic etiam muneri damnatos

servos. Id Suetonius appellasse videtur, In Anliam damnare: loco qui jamdiu a Criticis vexatur, & invicem eos vexat. Tiberii cap. L. I. Testamentum matris pro irritò habuit,

In Anliâ damnari, quid? Suetonii locus expensum.

omnesque familiaritates & amicitias, etiam quibus ea moriens curam funeris demandarat, intra breve tempus adflixit:

uno ex hys equestri ordinis viro & in Anliam condemnato. Proba enim & recta mihi verba: quique Anticyram, An-

Recta Criticorum expenditio.

diam, aut nomen insulæ substituunt, quis audiam? Cùm Suetonius ut novum & inusitatum in viris splendidis aut

ingenuis narret, ad vile hoc & servile munus equitem damnatum. At de insulis, receptum sanè in Senatoribus

ipsis scimus, & jamdiu tritum. Anliam igitur teneo, & successione virorum doctorum vacillantem firmo novo &

robusto fulcro: quod petitum mihi ex Artemidori Somniorum filia. Scribit lib. I. cap. L. Οἶδα δὲ πῶς ὁς

Petita ab Artemidoro lux.

ἰδοῖς, τὰ πάντων σύμματα ἀπέρχονται μόνον, τὰς πέντας αὐτὰς μοῖρας βασιλεύει. καὶ συμβαίνει μὴ μὲν ἑκατὸν, ὅμως δὲ κινεῖται. σωβὴν αὐτὰς εἰς Ἀντλίαν καταδικάζουσιν. Καὶ γὰρ πῶς ἀντλῆσι συμβέσκει, ἀφελείν μὴ ὡς καθίσταται, ἀλλὰ μὲν ἐν τῇ αὐτῇ τῷ. Ἐπεὶ καὶ ἰδοῖς ἀπὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν μέν ὕδαρ, καὶ σωβὴν αὐτὰς εἰς Ἀντλίαν καταδικάζουσιν ὅτι πᾶσι.

Id est: Novi quemdam, qui visus sibi relique

corpo-

corpore omni immoto, pedibus tantum laborare : nec progredi-
bulum, moderi tamen. Evēnit, ut in Antliam damnaretur.
Nam exhaustientibus hoc usu venit, divaricare quidem ut in-
redientes solent, manere tamen in eodem loco. Item alius, vi-
sus videre à pedibus suis defluentem aquam, is quoque in Ant-
liam damnatus est, facinorosi causâ. Quæ verba firmant
prorsus hanc lectionem & damnandi morem : etli ea in-
terpretati vel de sententia navis exhaustierda (id enim
Græca vox quoque sonat) apte possis : vel de Antliâ,
quæ non tam vas, quàm instrumentum ad hauriendum:
sive aquaria quædam machina, quæ pedum usu & agitatu,
aqua attolleret per modiolos atque haultra. Cujus ge-
neris etiam hodie in vario usu.

Duplex
sententia ad
Antliam
damnatio-
nis esse po-
test.

Martialis :

Curta laboratas antlia tollit aquas.

Sed abstinere ab excursu, & finio hic de Fine.

Ergastula
rura.
Et instar
carceris.
fada.

Locus videndus est, etli ad spectu non suavis. Is non
in opidis, sed in villis, & quidem subterraneus fuit depres-
sus, sedibus & angustis fenestris distinctus: prorsus ad car-
ceris formam. Itaque jure Juvenalis sic appellat :

----- *Insupta ergastula; carcer.*

Rusticus.

Et Livius eidem æquiparat: vere non oratore, de T. Man-
lii filio : *Quem pater in opus servile, prope in carcerem atque
in ergastulum dederit.* Et libro vi. eodem sensu : *Ubi-
cumque patricius habet ibi carcerem privatum esse.* Colum-
mella eum exædificat & describit, ut rem cum primis vil-
læ necessariam, lib. I. cap. v. *Solutis servis,* inquit, (nota
autem discrimen servorum in villis duplex, Salutorum
& Vincitorum : quorum hi in ergastulis) *cellæ meridiem
æquinoctialem spectantes fient : vinctis, quàm saluberrimum
subterraneum ergastulum, plurimis atque iis angustis illustra-
tum fenestris, atque à terrâ sic editis ne manu contingi possint.*
Et probe eum munitum fuisse contra rupturam aut elap-
sum, idem ostendit cap. VIII. ubi officia domini de-
scribens : *Ille solemnitas sunt, inquit, ut domini, ergastuli man-
cipia recognoscant. Ut explorent num diligenter vincta sint,
an sedes ipsæ custodiæ satis tute muniteque sint.* Sed quod
in priore loco clare tradit de Ergastuli fenestris : mirum
ni clarorem aliquem Plauti umbroso loco adferat. Apud
quem Cassina Olympio ille ferox dira multa intermina-
tur rivali suo, mox scilicet in villam, cui ipse præfectus, re-
legando. Atque inter alia addit,

Parva at-
que alia
fenestra in
hoc pulcro.
Idem cōtra
sugam
mon. itat.

Plautus for-
tasse lux si
non ambi-
tiosè nimis
quæsit.

Nocturne ut condigne te cubes curabitur.

CH. *Quid facies? OL. cludere in fenestram firmiter,
Unde auscultare possis càm ego illanc osculer.*

Nam

Nam ut de cubiculari aliqua fenestra accipiam , in quam ille compingendus , prohibet me sententiæ nescio quod frigus. Magis de ergastulari ista: quia de die mittebantur carcere illo ad opus scilicet, pedibus tamen vincti: noctu huc immittebantur iterum , arctius astricti. Sed argutor fortasse nimis : illud certius addo. Præfectum fuisse suum huic carceri , qui Ergastularius Columellæ dictus. Et recte , atque ad normam. Nam quod Nonius suadet ex Lucilio , Ergastulum dictum fuisse istunc custodem pœnalis loci : straba illi mens, ut sæpe. Nec enim aliud ibi Ergastulus , quàm ipse qui in pœna & in noxa : servus inquam , non custos. Colligas facile ex verbis, quæ tamen apud Nonium corrupta : *Ergastulum* , ait, & *Ergastulus*, ut genere ita & intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus est : masculino, custos pœnalis locis. Lucilius lib. xv. Non Ergastulus unus. Et alius : (ita hæc corrigo, sive dirigo, aberrantia aliter & confusa. Nam alium aliquem scriptorem citat, etsi innominatum : nisi mavis, Et alibi :) *Judicem opposuit, ut nemo sententiæ liberè quasi ergastulus possit dicere.* Quæ postrema verba evincunt de mea mente : quia nihil certe magis obnoxium quàm servus; & inter servos, ab ergastulo isti.

*Præfectus
Ergastuli.*

*Nonii al-
cinatio.*

*Ergastulus
priscus, ipse
servus Er-
gastuli in-
sula.*

*Nonius
correctus.*

SED transeo ad Homines ipsos, qui è servis quidem, sed duum generum. Aut enim Noxii in hæc ergastula detrusi aut Innoxii. Noxii; puta siqui è servis contumaci ingenio, fugitivi, mali & malitiosi, crebri in delicto, hos dominus ex more damnabat in hanc pœnam. Damnabat ipse dico. Quoniam judice aut sententia alia , præter herilem, non hic opus. Atque, ut solet, temere sæpe & per iram. Seneca indicat libro III. De Ira : *Magnam rem sine dubio fecerimus, si servulum infelicem in ergastulum miserimus.* Horatius item ad suum illum monitorem :

*Servus bige-
neri ad Er-
gastula.
Mali pri-
mum, pœna
causa &
alioquin.*

---- ocus hinc te

*Horatius
explicitus.*

Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.
Ad quem locum interpret vetus bene & vere : *quasi octo servos herus miserit in ergastulum agri Sabini.* Prorsus enim illa mens poëtæ minantis. Juvenalis etiam ad hunc morem de perdita illa nobilitate :

Quid facias talem sortitus Pontice servum?

Nempe in Lucanos aut Thuscæ ergastula mittas.

Et tangit Lactantius libro v. Institutionum, cap. xix. Quod si servorum nequissimus habetur , qui dominum suum fugâ deserit, & que verberibus, vinclis, ergastulo , cruce , & omni malo dignissimus judicatur. Ubi ergastulum inter serviles pœnas recenset , ex prisci tamen potius ævi quàm sui ritu. Nam Lactantii temporibus id abolitum , ut post dicam. At innoxii etiam huc immitti. Puta, siqui viles servi,

*Etiam in-
nocentes
reboru
causâ.*

E e c

capri-

Aliquando
& ingenui,
per fraudē
& plagium.

Repurga-
tio erga-
stulorum
per vin-
gulum.

Mirum &
miserum
exemplum

captivi, barbari, corpore tantum boni : & quibus cere-
brum omne in manu. Hos emebant vulgò in hunc tan-
tū finem. Dedicisti supra ex Plutarcho & Appiano.
Et ex hac quidem duplici fece, ergastula plerumque
facta. Nisi quoddam ingenui etiam interdum & liberi con-
jecti in ea, per vim sive fraudem. Suetonius indicat in
Augusto, capite xxxii. *Rapti per agros viatores, sine
discrimine, liberi servique, ergastulorum possessorum supprime-
bantur.* Iterumque in Tiberio, cap. viii. *Curam susti-
nuit repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini
in indidm venerant, quasi exceptos supprimerent non so-
lum viatores, sed & quos sacramenti metus ad hujusmodi
latebras compulisset.* Videsque quam seria ista res, &
quale ejus pondus, quod principis etiam humeris sub-
eundum fuit. Miserabile autem hujus violentæ fraudis
exemplum in Appiani Civilium quarto. Ubi puer quif-
piam narratur relatus inter proscriptos, & matrem ag-
gressus ut adiutum se vellet & celatum : à qua repulsi-
(vide impiam serpentem) Οὐκ ἀξιώσας ἐν, inquit, εἰς
ἐλθὲν ἐπὶ τῇ μητρὶ, ἐς ὅπου ἴφρων, ὅθεν κατὰ λιμὸν εἰς
τὴν πεδὴν κατελθὼν, ἐλθὼν ὥσθι ἀνδρὸς λευκὸν τὰς παρ-
εδοχὰς καὶ ἐπὶ ἔργῳ καταδεῖν εἰδομένης, οἷα δὲ πᾶς ἐν τε-
φῆς τὸ πόνον δὲ εὐνοκᾶν, ἐς τὸν ἀμάξιον αὐταῖς χιρὶνίστι δι-
έειπε, καὶ παροῦσάσιν λοχισταῖς ἰατὴν ἐμήνυσεν τε καὶ ἐνέειπεν.
Non ausus post matrem cuiquam se committere, fugit ad mon-
tana. Unde fame deperisus venit iterum ad plana, captus-
que ab improbo quopiam est qui viatores prætercuntes rapere
solitus & in ergastulum, conficere vinctos. Ipse autem puer,
in deliciis scilicet semper habitus, laborem insolitum hunc non
tolerans, in viam publicam cum ipsis compedibus se dedit : præ-
tercuntes usque ferre centurionibus sese indicavit & ab eis inter-
fectus. Qui notabilis locus, & infamem hanc grassaturam
ante oculos ponit clarè. Quod ipsum Socrates Eccles.
Hist. lib. v. cap. xvi. ostendit : & Achilles Statius suam
Leucippen rapi & in ergastulum conjici facit, compedi-
tam, rasam, terram fodientem.

Ergastuli
servi
vincti.

SED ad formam Modumque quo hic habiti, series,
me vocat : qui reverà per exempla omnia iit miseræ
& depressionis. Inferos suos somniabant? In ergastulis
veri illi. Nam primum perpetim vincti habebantur (cu-
stodiæ scilicet causa) & in ferro. Columellæ serium præ-
ceptum est, ut Dominus villæ exploret, num villicus aut
alligatus erit quempiam ipso nesciente, aut revinxerit. Nam
utrumque maxime servari debet, ut & quem paterfamilias
talipana mihi lauderit, & illius nisi ejusdem permisso, compe-
dibus non exinat. & quem ipse sua sponte vinxerit, ante quam
sciat dominus, non resolvat. Et ipsi servi ergastularii,

ἀπλῶς

ἀπλῶς Vincī appellatur, ab hac causa. Seneca de Beneficiis: *Omiserum, si quem deletat sui patrimonii liber magnus, & sparia terrarum colenda per vincētus.* Idem De Breuitate vitæ: *Qui in ceromate spectator puerorum iuxantium sedet, qui in dētorum suorum greges meratur, & colorum paria deducit.* Quæ postrema tamen verba in mendo, si quid fidis & prisca libris fidei, qui referunt: *& in colorum paria diducit.* Quos equidem audio, & interpretor dividi greges illos & cohortes Vincitorum (incredibilis enim multitudo, utique apud illos locupletes) secernique per nationes ac colores solere. Puta qui Orientales & fusci, in tali villa & agro: qui à frigidiore axe & albi, in illa habeantur, & illo. Ut valetudo, ut loca suadere videbantur, ut domini libido & voluntas. Hoc in aliis quoque & quidem domesticis servis factum, idem meus Seneca me docet Epistola xcvi. *Transco, inquit, exoletorum agmina, per nationes coloresque descripta.* Ubi à coloribus clarum vides discrimen. Sed rem meam premo. Et vincētos hos moneo, tamen pedibus tantum. Nam manibus aut brachiis si fuissent, quomodo processisset iis opus? Fodere, arare, sarrire: & quæ alia rei rusticis. Ita enim vincēti, ut nec inter opus solverentur, metu scilicet fugæ.

Idem; eā voce vulgò notatis.

Seneca emendatus. Atque explicatus.

Servi per nationes & colores divisi.

Vincēti pedibus tantum. Etiam inter ipsum opus.

Juvenalis:

Squalidus in magnâ fastidit compede fessor:
De ergastulario accipiendum est, ex S. holiaste.

Et Ovidius:

Spes etiam dura solatur compede vincētum,
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

Nostros enim istos intellegit, quibus crura adstricta semper: idque compedibus. Cicero pro Rabirio perduellionis reo: *Ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus.* Idem *Cathēntos cultores*, Florus eos appellat: & Appulejus *pēdes* iis tribuit *Anulatos*. Uterque rectè; quia compedes illæ laxæ ad motum aliquem & ingressum, & orbes cathenæ à ferro, instar anulorum. Itaque Martialis has ipsas compedes Anulos appellavit, & quæsit in eo causam ioci:

Compedes huius rei.

Quas & Anulos appellant.

Anulus iste tuis fuerat modò cruribus aptus.

Et iterum:

Has cum gemina compede dedicat cathenæ Saturne tibi
Zoilus, anulos priores.

Ait, cum geminâ compede? Ergo ligatum iis crus utrumque, quod res ipsa suadet me silente. Sicut & illud, quod à ferro. Plautus eo adspectu, ergastulos genus ferratile appellavit, Mostellaria:

Ea; à ferro. Plautus illustratus.

Augebis rure numero genus ferratile.

Eccè a

Inter-

Interminatur enim servo, illuc eum se missurum. Et ab eodem fonte jocus in Persa:

Negotium edepol fuit. Tox. ferreum fortasse. SAC. plusculum annum

Fui præferratus apud molas Tribunus vapularis. cum allusione item, quasi si Tribunus militaris apud Nolum. At Tertullianus tamen alibi etiam fuisse ostendit ex auro. Libello De Habitu mulierum: *Apud barbaros quosdam, inquit, quia vernaculum est aurum & copiosum, auro vinctos in ergastulis habent.*

Inscripti ergastulis, siue notis compuncti.

VINCTI igitur. Adde etiam, Inscripti. Id est, stigmatizæ, siue litteris notisque in facie puncti, ut essent notisibiles.

Martialis:

Quattuor inscripti portabant vile cadauer.

Ausonius:

Ergo notas scripto tolerasti Pergame vultu.

Mos compunctendi vetus, & per gentes sparsus.

Vetus ea poena, & alijs quoque gentibus non ignota. Plutarchus auctor, Samios captivis Atheniensium Noctuum inuisse: & hos vicissim illis Samænam. Navis id genus est. Idem in Nicia de Syracusanis scribit: *Καὶ τῆς (Athenienses) ὡς οἰκέτας ἐπώλεν, εἰσόντες ἵππευσι τὸ μέτωπον.* Plauto libro VIII. De Legibus, sacrilegos fronte & manibus inurit, *ὅς δ' αὖν ἐργαστῶν*, inquit, *ληφθῆ, ἐὰν μὲν ἢ δ' ἄλ' ἢ ξιν', ἐν τῷ πρὸς ὧν καὶ τὸ χερσὶ γραφεὶς τὸ συμφερόν, καὶ μεταγραφὴς ἐκτὸς τὸ ἄλλ' ἢ χάρας ἐμβληθήτω.* Id est: *Siquis sacrilegium commiserit, si quidem servus aut hospes fuerit, in facie manibusque crimen inscriptus & flagellatus, extra fines patrios projicitur.* Plutarchus etiam Thracibus adtribuit, libello De Tarditate divinæ vindictæ: *Ὁὐδὲ γὰρ Θράκες*, inquit, *ἐπανέμην, ὅτι εἰδεσκὶν ἀχρὶ τῶν, προεργῶντες τὰ ὠφέλι, πῶς αὐτῶν γυναικας.* Et quod Græci passim in servos usi, indicat Phocillidis admonitio eos à crudelitate hac revocantis:

Græci & Siculi usqueparant.

Thracibus imo.

Σπύργματα μὴ γράψης, ἐκονδίζαν γράφοντες.

Sapientissimè Romani. In liberos, Servosq;.

Creberrime tamen ante omnes & liberrime Romani: etiam in liberos homines, qui calumniæ damnati. Eorum enim fronti κ littera inusta: quoniam prisca videlicet Calumniam scribebant. Idque alijs jam notatum. At in servos nihili & nequam multò magis: & maxime in istos ab ergastulis, velut solemnī quodam ritu. Idèd Juvenalis inscripta ergastula agnominat:

Quem mirè adficiunt inscripta ergastula.

Scribonius Largus commendatus.

Et Plinius clare: *At nunc eadem illa (rura) vincti pedes, damnati manus, inscripti vultus exercent.* Scribonius Largus opportuna quadam narratiuncula cap. cc. xxxi. *Quatenus atrium & exulceratorum medicamentorum habita est mentio,*

mentio, ponemus quo Stigmata tolluntur indignis. Etenim multis hæc calamitas ex transverso accidit, ut dispensatori Sabini Calui (lego, Caluifi. Siquidem ille est, qui Senecæ & Plutarcho nominatus, dives & potens sub Claudio: quo ævo Scribonius quoque vixit) naufragio in ergastulo deprehensus: quem Tryphon multis delusum, & ne casu quidem notas confusas habentem, uno medicamento liberavit. Ita totum eum locum vetusti medici legimus & distinguimus, in nostro quidem libro valde confusum. Et hæc quoque Inscriptio usurpata in pistrinensibus servis. Appuleus prorsus graphice descripsit libro IX. *Dū boni, quales illi homunculi, vibicibus livedinis totam cutem depicti, dorsum quo plagosum scissilicentunculo magis inumbrati quàm obtecti, nonnulli exiguo tegili pubem tantummodò intecti* (commo- dius liber scriptus qui apud me à Victore Gisefino, injecti) *cuncti tamen sic tunicati ut essent per pannulos manifesti: frontes litterati, & capillum semirasi, & pedes anulati.* Nam frontes litterati, inscripti nostri sunt: idque eum scripsisse ad- severem imitatione Plauti. Apud quem in Cassinā servus conservo convicium facit, *Si hic litteratus me sinat*: nec aliter quàm Stigmatiam & litteris in vultu notatum inter- preter, et si contrà nitente Lambino: qui accipi eum vult, *cujus tergum velut litteris, virgis concisum sit atque con- scriptum.* Non dissimulo tamen in manuscripto nostro hic esse, *fronti liturati.* Quod ipsum haud displiceat, quasi scripti & rescripti. Et fortasse an ita scripserit & Plau- tus. Quamquam cur ambigimus? Veræ litteræ? Fronti inscribi solitæ, imò vultui sæpe toti. Litteræ, dico aut plura verba quæ crimen continerent caussamque notæ. Puta *Cave à fure: A fugitivo, &c.* Bene explicat Petronius. *Implevit Eumolpus frontem utriusque ingenibus litteris, & notum Fugitivorum epigramma per totam faciem liberali ma- nu duxit.* Juvat & Seneca De Beneficiis libro IV. *Im- probissimo militi, ingratisimo hospiti, avidissimo naufrago sti- gmata inscriberet ingratum hospitem testantia.* Sed optime Petronius: qui faciem etiam totam complet, nec falso. Joannes Zonaras Tomo III. Annalium duos quospiam monachos quia Imp. Theophilum liberius monuissent, inter alias ignominias, inscriptos ait: & quidem ita, ut duodecim versuum epigramma exciperent illā vultus, ut sic dicam, tabula. *Εἰς, inquit, ἡ γὰρ τῆς ἀψίδος αὐτῶν κατὰ τῆς κατὰ τῆς στήθους μέλαν ἐπὶ χεῖ. χαρμυατὰ δ' ἐν ὤμων αὐτῶν στήματα. τὰ δ' ἔσονται ἰάμβοι ἔτοι.* Id est: *Deinde facies eorum compunxit, & notis illis hos Iambicos versus atramento infuso expressit.* Additq; ipsos versus probos, plenos. Vide & nota, quæso, locum: etiam illud, quod de infuso atramento. Nam ratio inscribendi ita habuit, ut primitus litteræ sive notæ inurerentur can- denti ferro.

Pristina etiam in- scripta.

Leviter Appulejus emendatus.

Litterati servi, qui Appulejo & Plauto.

Nova in Appulejo, lectio: for- tasse & ad Plantum propagan- da.

Qualis illa vultus in- scripto.

Multorum verborum sap. d.

Imò & versuum.

Quomodo inusito fa- cta.

Juvenalis :

Tum felix, quoties aliquis tortore vocato

Uritur ardenti duo proprie lintea ferro.

Navius
poeta ex-
plicatus.

Servum intellegit, qui ob furtum duum linteorum, fron-tem inustus. Nævium de hac re ego capio apud Priscia-num libro VII.

Signare oportet frontem calida forcipe.

Et Columella.

Et ab hac caussa justè, Focorum signa appellavit ipsa Scigmata, Columella :

* Alu, fu-
garum: ut
ad Ergastulos
notas refe-
ratur.

*Deletura quoque est fronti data signa * focorum.*

Artemi-
dus stig-
matis in-
sum.

Bene ergo Valerius : *Servus inexpressibili literarum nota per summam oris contumeliam inustus.* Post inustionem au-tem, atramentum infunderetur, quò eminere magis lit-teræ & præberent se lectui. Ex Zonara & Petronio su-
prà, vides.

Ergastuli
semirasi.
Sicut vilio-
res omnes
servi.

JAM tertia Ergastulorum nota, ut Semirasi. Compe-
tiit id in omnes sanè viliores servos, ut capitis altera
pars iis capillata esset, altera nuda, per ignominiam
perque risum. Catullus de Bustuvario servo, qui vilis ut
omnes Libitinarii :

A semiraso tunderetur ustore.

Itemque in
opus dam-
natis.

Sed proprie in eos, qui ad Ergastula damnati, aut etiam in
publicum opus. Appulejus suprà de Pistrinarijs : *capillum
semirasi.* Artemidorus lib. I. cap. XXII. *ὁ πόρεον δὲ ἐν τῇ
κεφαλῇ ψιλὸν ἔχει πρὸς τὰ ἐν δόσω δίδηται, καὶ περὶ αὐτὸ τὸ εἰς
ἐργὴν δήμεστον καὶ δίκην. τὸ πρὸς καὶ ἐν δόσω μὲν ἐν τοῖς
δικαστηρίοις.* Id est : *Utram autem partem capitis nudam sibi
habere visus : si parum meminit : damnabitur ad opus publicum.*
Nam & hoc is sic damnatis infigne est.

Tenuis &
asper erga-
stulorum
visus.

AD formam habendi, aliquid etiam facit Victus. Qui
pertenuis sane illis, & asper. Dimensum enim quoddam
exiguum habebant in diem, & tenuis omnino quàm urba-
ni servi. Qua caussa Paulus Ictus argute colligit, ex ciba-
rijs quoque deprehendi posse, quos servos paterfamilias
adnumerare sit solitus inter hos, aut illos. I. Servis urba-
nis. De legat. III. Hunc diurnum cibum, Diaria appo-
sita appellarunt.

Diaria.

Martialis :

Sed Lupus usuram, puerique diaria poscunt.

Justa.

Seneca pater lib. IX. Controvers. IV. *Cum introductus esset
è carcere in Senatum, postulaturus ut diaria (male in li-
bris, diariam : nam & in carcerarijs hoc servatum) acci-
peret.* Justa, Columella dixit, in hisipsis ergastulis : *Dili-
genter dominus, inquit, cum & ab ipsis (vincitis :) tum &
absolutis, quibus major est fides, quærat, an suâ constitutio-
ne justa percipiant : atque ipse panis potionisque bonitatem gu-
stu exploret.* Canonem Salvianus vocat, De Providentiâ li-
bro

Canon.

bro IV. *Servi si fures sunt, ad furandum forsit in egestate coguntur. Qui etiam si eis stipendia usitata præstentur, consuetudini hæc magis quam sufficientiæ satisfaciunt: Sed implent canonem, quod non explent satietatem. Hunc omnem victum, constitisse pane tantum, aqua, sale, & si fortè aceto, auguror ex aliis locis: quibus non hic locus. Pleraque dixi de modo.*

Creditas ergastulorum mira.

At multitudo & frequentia ergastulorum mira. Totam Italiam obtinebant, nec liberis capitibus jam in ea sedes aut locus. Livius jure queritur, libro VI. *Olin multitudinem innumerabilem liberorum capitum in his locis fuisse; quæ nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servituti Romana ab solitudine vindicant.* Et adpositè Seneca, in verbis suprâ, *Greges victorum metari, dixit: copiam hanc adspiciens, & quod iis tantum non per cohortes & legiones metanda velut castra. Sparsa etiam per provincias. Florus de Sicilia: Terra fugum ferax, & quod in modo suburbana provincia, latifundis civium Latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentibus ergastula catenarumque cultores, materiem bello præbuere.* Quo loco parum mihi grati aut rati cives illi Latini. Quis veterum ita loquitur: Socios Latinos dicunt, non cives. Res ipsa non vera, certè enim Romani ipsi agros eos habuerunt, non Latini. Corrigo, nisi fallor, aptè *civium Latiorum.* Divites scilicet intellegit & lautos, qui per illam aliasque provincias latè possidebant. In terra etiam Gallia ita crebra, ut M. Antonius ad Mutinam victus & fugiens, exercitum suum ex iis supplerè conatus sit. D. Brutus ita scribit ad Ciceronem: *Quicumque vit, ergastula solvit, homines abripuit.* Nec aliam magis intimam causam scio solitudinis & vastitatis indutæ per Romanas provincias: qua Barbaris deinde expositæ in direptionem & prædam. Atque hæc de ergastulorum carcere. Quem in pœnam generis humani, non in bonum ullum publicum inventum esse; fatebuntur mecum omnes qui sunt suæ mentis. Diu tamen manere, & quidem ad Principatum usque Hadriani: qui salubriter sustulit. Spartianus paucis verbis, sed clavis: *Ergastula servorum & libertorum tulit.* Ita enim sæpè ii scriptores. Cæsarei Ferendi verbum usi, pro Auferendi. Et si parum plenè fortasse aut firmiter: & iterum sustulisse videtur Theodosius Imp. ex Cedreno & Hist. Ecclesiastica. Quod autem in Ambrosio est: *Plerique divitum amandare consueverunt mancipia sua, & in agellulos relegere: atque hæc pœna gravior existimatur.* Omnino non de istis, nec damnatione in opus accipiendum, sed de temporanea ablegatione quadam extra oculos domini offensi. Ulpianus aperit, l. xxxv. De hered. instit. *Proinde si servus missus fuerit*

Florus bene correxit.

Etque intima causa solitudinis per provincias.

Ergastula provis sublatæ. Ileo silentium de iis apud Iuris consultos. Ambrosii locus, & mens. Regelas quadam servorum

*Levis con-
iectura in
Senecâ.*

in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus: responsum est eum ad villæ legatum non pertinere. Similis relegatio illa clementis Principis apud Suetonium, Augusti c. xxiv. Equitem Romanum hæc subjecit. Quem tamen, quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sinert. Et Manliana illa vetus: de qua Seneca libro III. De Beneficiis: Vixit patrem imperiosum quidem Manlius. Qui cum ad tempus relegatus esset à patre ob adolescentiam brutam ac hebetem. Ubi nihil temere mutem, ambigam tamen an non, ad campos relegatus. Sicut in Suetonio, in agros: quia libri veteres vacillant, & quidam, ante tempus. Dixi de Ergastulis quæ legi, quæ scivi. Siquid omisi, aut commisi: tu scilicet exple, aut ignosce. Justissima venia nobis: qui scripsimus hæc corpore & animo parum firmi.

C A P U T XVI.

*Jani Gulielmi præceps obitus. Ejus deflectio, & laus.
Carmen sub iter Gallicum, ad me scriptum: doctum
& elegans.*

*I. Gulielmi
mors; quo
Avaritiæ
Biturigas
acerbo fato
perit.
Ejus lau-
datio.*

ITA vivam ipse & valeam, at peracerba nuper mihi accidit Jani Gulielmi mors, sive potius raptus. Subita enim fuit: & vix Biturigas venerat, cum febris eum occupavit, & in paucis diebus extremus ille dies. Sane amabam adolescentem insigni indole, magna spe: nec facile ingenium videram (juvenile quidem) magis mihi ad gustum. Libelli judicio meo testes. Quos in Critico isto genere paucos edidit; sed probos doctosque, & quos haud temere invidiæ dens atteret aut lima labentis ævi. Sed peracerba mihi tamen hæc mors, non nova. Quæ enim alia vitæ lex? Ut lignum uri natum est, arista secari: sic homines mori. Ite mei juvenes, & animis fidite aut annis. Una nempe morbi aura est quæ adurit & exstinguit hunc omnem vitæ florem. Quin ut venti cum vehementissime perflant, ponunt fere & desinunt: sic mortales, cum grandia maxime spirant & sperant. Ego ipse, qui ista loquor, quamdiu hic sum? Fallor: aut strictum jam in me quoque fatale hoc ferrum, & sequor te mi Gulielmi, in dæ calcem premo calce. Ita lentus difficilisque morbus hic suadet: qui ut hederæ quædam serpens, implicat & enecat me longo tractu. Sed hoc quidem fiet cum Deo meo visum: intercæ judicii

judicii mei de te & amoris monumentum hoc positum
est. Non æternum, scio, (stulti qui ab his scriptis id
sperant,) sed longævum fortasse: si tamen, ut cum Pin-
daro dicam,

---*Σὺν πνὶ μοιελδίῳ παλάμῳ
Ἐΰχαιρετον Χαρίτων νέμομεν
Κᾶπον.

*Cum sa-
rali quodā
auxilio
Eximium
Gratiam
decoro
Hortum.

Cui monumento carmen etiam tuum insculpo. Certum
& elegantissimi ingenii symbolum, & in me puri adte-
ctus.

JANUS GULIELMIUS

JUSTO LIPSIO S.D.

VELLEM, dividerent non tot nos millia, LIPSI,
Disperunt Ubiis millia quot Batavos:
Non ego commisssem mutis mea Verba tabellis,
Hei desiderii conscia verba mei;
Coram mihi esset sermones cadere tecum,
Et bibere attentis mutuum amorem oculis.
Nunc quid agam? Prohibentque via, prohibentque pe-
ricula,
Plurima ab hostili quæ metuenda dolo:
At nil certè animos umquam distraxit amicū,
Quos germana pio vinxit amore fides.
His certè unà erimus. Non nolis tu modò, LIPSI,
Meque tuum puro si modò amore coles.
Quod facies. Nec enim te, JUSTE, serenior alter
Dicitur, aut canæ cavior esse fide,
Nec cui post Sophiam sit amicior aurea virtus
Nec cui post Musas plus Charites fauveant.
De me, mihi certe penitus penetrare medullas
Et potuisti imò te illatebrare animo,
Unde dies nulli, nulli te extrudere amores,
Non mors occasu possit avara meo.
Vivit enim semper post ultima funera virtus,
Et sibi cognatis pendet ab usque bonis,
Nec cum mortali studia immortalia vita
Parcarum rapidam fas temerare manum est.
Sed quibus aut Musis cessare ætate in agunda
Aut illibatæ cura fuit Sophiæ,
Meus eadem post fata manet: semperque beatīs
Otia pacata dantur in Elysio.
Heic me si ve Sophi slipabunt agmine caesi,
Sive pius medius vatibus ingrediar:

Ecc 5

Narrabo

Narrabo superis unum te vivere, LIPSI,

Qui vatum princeps sit Sophiæque locis.

Et dicam, Cicero licet audiat, ipseque Varro,

In te Varronem cum Cicerone loqui.

Interea autem hic dum vegeta perduxero vita,

Ardebo in nostros semper amore recens:

Nec me deficiet de te meminisse, tuumque

Promeritum in vates historiaeque loqui.

Ut per te rigua restinguat ab Hippocreno

Uberius sacram Musa Latina sitim;

Ut veterum mores, te producente, virosque

Pater oculus sit contingere, poenè manu.

Ut non jam tacitus Tacitæ pater historiae

Germanos uerùm vociferetur avos,

Et tibi Cæsaribus voluenda in sacula mista

E quercu porgat civica dona sacra.

Nam tu IUSTE, salus illi, tu vita fuisti,

Semianimi longo depositoque situ:

Membra senescenti cum putiscentia tabo

Felici Chirones medicatus ope,

Inductumque novis renovato in corpore succis

Doctorum misti rursus in ora virum:

Custodes juvenes ponens doctoique catosque,

In caro vigilas assiduos laetere;

Ne fera barbaries mulierum extorsque lubido

Mordicibus sacrum scinderet historicum;

Aui barbatorum gens horrida Grammaticorum

Impeteret versis postmodò, ut antè, stylis,

Non secus, ut fama est, felicibus Aesona plantis

Phasias in pueros transdidit ante senem;

Illi etiam tenero fertur Medææ magistros,

Ille etiam comites adtribuisse suos.

Felix! vitalem cui bis decurrere campum,

Et reditum à metâ fata dedere novum.

At tuus hic, LIPSI, Tacitus felicior. Illi

Circumjicit nihilo mors minùs atra caput;

Huic æterna dehinc, te procurante, juvenata,

Non defectura locis & usus adest.

Hæc ego, quæque tibi debemus cetera deti,

Quo potero semper commemorabo sono.

Quod si etiam inter nos, video ut non nolle, meabunt

Scripta per alternas misculata vices:

Efficiam certè, ne te constantius ulli

Nève fide videas candidiore coli,

Neu tibi quid rerum possit latuisse mearum,

Neu pars officii claudicet ullæ mei.

Non

Non ita sopitos infusa resuscitat ignes.
 Pallas, & in vivâ calce refervit aquas;
 Quam laxatos protelo intendit amores
 Nuncia d. si uncti lâtera colloqui.
 Quare, quod tua non offendat commoda, LIPSI,
 Hanc operam caræ surripi amicitiae.
 Meque, satini' salvo & scitare frequenter, & isthis
 Vos etiam rectè vivere significa.
 Quaeque modo elânes Musis affecta secundis,
 Quaeque parata foras scripta operosa feras:
 Et quibus auspiciis Ledæi abdita lucis
 Belgica Pieris tesqua rigenter aquis,
 Et si quid docti vis incinat cautea Duze
 Quod memoret sero tempore posteritas,
 Duze, cujus amor tantum mihi crescit in ævum,
 Et Phœbi quantum crescit & Aonidum.
 Omnia quæ mihi mox rectè ut perscribere possis,
 Et validè nobis & tibi, JUSTE, vale.

CAPUT XVII.

*Pluria in Suetonio emendata aut illustrata. Nepos Julius
 Caesaris. Salationes. Quis Senatorum Censuræ legis-
 timus sub Augusto? Quoties ludos dederit? No: are.
 Copriæ, qui dicti? Dejectus rex Armenia.*

SUETONIUM Tranquillum non injuriæ commendo sæ-
 pe juventuti. Verba vides? Pura, tersa, propria. Fi-
 lum totum orationis? Breve, nervosum. Rem ipsam?
 Utilis pariter & jucunda historia est: &, quod mihi ca-
 put, plena moris & doctrinæ antiquæ. Quia obsecro, ri-
 tus publicus olim privatusque fuit, quem velut de indu-
 stria non tangat? Quod munus, quis magistratus, quem
 non libet? Tangat & libet, dico. Non enim explicet
 quod institutum ejus vetuit & ratio scribendi. At viam
 tamen latam sternit ad indagandum: & aures atque ani-
 mum imbuit auditione aliqua, imò cognitione. Ad quam
 qui curam deinde adjungit subtilius perquirendi, (& id
 lectorem serium decet:) quid est quod occultum aut
 ignarum ei esse possit, in omni genere scriptorum? Ita-
 que operam nihil ludam, si eam ponam breviter in scri-
 ptoris tam utilis locis, aliquot emendandis aut illustrandis.
 Qui isti.

*Tranquilli
 commen-
 datio.*

*Qui dicitur
 de admo-
 nis veteris.*

In Ju-

In Julio cap. xxvi.

*Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam, nec mul-
tò post neptem amisit.*

*Disson-
nopeus an
nopeus na-
tus Julio.*

Dio Cassius ab hac lectione est, fateor : qui extremo li-
bro xxxix. scribit : Εἰ αὐτὸς τὸν χρόνον καὶ τὴν Πομπηί-
αν θύλατον πικρῶς, ἀπέθανε. *Sub idem tempus Pom-
peji conjux filiolam quampiam enixa, obiit.* Sed repugnat
optimus ille Vatic. codex, qui *nepotem* hîc præfert,
non *neptem*. Quem ego audio prorsus, suus à Lucano
libro v.

*Dilectus tibi, Magne, socer, post pignora tanta
Sanguinis infausi sobolem, mortemque nepotis,
Te, nisi Nilivæ, propius non vidit, arenâ.*

Quid enim vitii hic, esse potuit in versu? Addo & Velle-
jum : *Julia uxor Magni decessit : atque omnia inter destina-
tos tanto discrimini duces dirimente fortunâ, filius quoque par-
vus Pompeji, Juliâ natus, intra breve spatium obiit. Quos
valere pluris apud nos par est, quàm illum Græcum.*

Cap. LIX.

*Despectissimum quemdam ex Corneliorum genere, cui ad op-
probrium vitæ Salvutani cognomentum erat, secum in castris
habuit.*

Obscuri sanè opprobrii cognomen, lectionisque & veri-
tatis incertæ. Alii libri, *Salutioni*, quidam *Salutationi*. Dio-
ni Σαλάτιον est, libro XLII. Προσπαρίλασι τῶν, inquit, ἐκ τῶν
ἡγεμόνων τῶν τῶν Σικιπίωνων ὄντων, καὶ τῶν ὡς σιγγερίαν ταύτης φέ-
ροντων, ἐπικράλειτο δὲ Σαλάτιον. Meminit & Plinius lib. VII.
cap. VIII. in quo legas item *Salutioni*. Omitto interpre-
tum somnia : ego veram vocem & aptam opprobrio cen-
seam, *Salacioni*. Libidinosum scilicet illum homuncionem
fuisse, & vitæ spurcæ atque impuræ. Ita autem à Salax
Salacio, ut à Senex Senecio, & talia.

*Salacio à
salacitate.*

Cap. LXXVI.

*Comitia nulla habuit, Præfectorque pro Prætoribus consti-
tuit, qui præsentem se res urbanas administrarent.*

*Præfector
urbis per
absentiam
Cæsaris.*

Hæc quidem de præfectis urbanis à Dionis XLIV. clara.
Sed rectene, *præsentem*? Imò absente Cæsare & vicem ejus
substituti sunt : quod ex illo item Græco clarum, & rei-
psa. Scribimus igitur, *qui pro se res urbanas.*

In Augusto, cap. xli.

*Senatorum censum ampliavit, ac pro Octingentorum mili-
um summâ Duodecies HS. taxavit, supplevisque non ha-
bentibus.*

*De summa
Senatorii
censu am-
bigua scri-
ptura.*

Locus insignis & notandus de Senatorio censu qui sub
Augusto : quem tamen habemus nos pro parum firmo.
Nam Duodecim HS. ait. At Dio Cassius duobus locis di-
sertè & expressè, Decies tantum. Verba non pigebit me
exscri-

exscribere in re tantâ. Libro LIV. hoc ipsum Augusti factum narrans, inquit: Τὰς π' ἀρχαίς ἅπασι πέντε δέκα μυριάδων δόσιον ἔχουσι, καὶ ἄρχον ἐκ τῶν νόμων δυναμῶσις, ἐπαγγέλλειν ἐπέτρεψε. Τοῦτοι γὰρ τὸ βυλδοτικὸν τίμημα τῶν πρώτων εἶναι ἔταξεν, ἔπειτα καὶ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας αὐτοὶ ὠθένεον, καὶ ποι τῶν εὐδαίμων ἐλάττω, τότε μὲν τῶν δέκα, αὐτοὶ δὲ τῶν πέντε καὶ εἴκοσι κεκτημένον, ἐχρεώοντο ὅσοι εἶδεν. Id est: Magistratum capere iis omnibus qui Quadringenta in censu haberent, quique aliâs per leges possent, permisit. Hunc enim primò censum Senatorum (parum attentè Xylander, patricium) constituerat, quem postea ad Decies sestertium produxit: Et quibusdam probè vitæ (qui initio vel minus Quadringentis, vel postea Denis haberent) addidit quod ad censum deerat. Iterumque eodem libro perfeverat in eâ summâ: Εἰς δὲ τὰς, inquit, ἐξέτους αὐτοὶ τῶν βυλδοτικῶν ἰσχύοντο. Εἰπεινὸν γὰρ τὸ μὲν πρῶτον δέκα μυριάδων τὸ τίμημα αὐτοῖς ὥρισεν, ὅθεν τὸ συγχρὺς τῶν κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν πολέμων ἐστέρησιν, καὶ οἱ δὲ τῶν χρόνων, καὶ τῶν ἀνδράων ἀφαιστίας κεκτημένον, ἐς πέντε καὶ εἴκοσι ὠθένεον, καὶ π' ὧδε ἐδίδου βυλδοτικὴν εὐδαίμονα. Id est: Exin recensensus de novo Senatorum factus. Quoniam enim primò Quadringentorum iis census definitus, idque respectu ad bella quibus paternis bonis evoluti multi: postea tamen auctis opibus, is quoque auctus Et ad Decies HS. productus: egrè jam reperiebatur, qui sponte Senatoriret. En, utrobique clarè adfirmat de Myriadibus viginti quinque. (Ita computatio Græca est.) atque eæ sanè Latinis legitimæ illud Decies efficiunt, non Duodecies quod in Tranquilli libris. Plutarchum audi in M. Antonio, pro te summas has æquantem: Τὰς, inquit, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας οἱ Ῥωμαῖοι Δέκιες καλεῖσι. Viginti quinque myriadas Romani Decies appellant Et efferunt. Igitur aut Dio in hac totâ re turpiter falsus, aut scriptura in Suetonio: quod magis censeam, scribamque Decies. Nam quod idem Dio dissentit etiam de Quadringentis (in Suetonio enim duplo numero legis, Octingenta antea fuisse:) non moveor. Quia Tranquillus mentem habuit in Senatorio censu qui receptus ante Augustam, quique vetus: Dio adspexit mutationem post bella civilia ab eodem Augusto factam, sed noviter nec in longum. Itaque subterhabuit eam Suetonius, quasi nec fuisset. Haud aliter concilio.

CAP. XLIII.

Pecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent aut non sufficerent, ter Et vicies.

Ain tu? Ludos tantum quater dederit Augustus? Atqui ter decies consul fuit, (omitto alias occasiones:) quo magistratu coactus dare more & lege. Sane augustus is numerus pro liberalitate hujus Principis, quam Suetonius

Dio dissentis palam à Tranquillo.

Xylanderi commensura.

Myriades viginti quinque drachmarum quid Latinis.

Rescriptus Suetonius. Conciliatus cum Dione.

Cerber & largus in ludis Augustus. Numerus in Suetonio plenissimè falsus.

tonius magnificat & omnibus prioris ævi præponit. Scribo, *quater & vicies*, repetitâ eâ voce ex lineâ sequenti. Imò ambigo, ne etiam pluriens: ut ambitio & effusio fuit ejus ævi. Nec spernam siquis mavolet, *quadrages*.

Cap. XLVI.

Italiam operibus ac vœtigaliis publicis plurifariam instruxit: etiam jure ac dignatione urbi quodammodò pro parte aliquâ adæquavit.

Glossema
sublatum.

Non est dubium quin illud, *quodammodò*, glossematium sit, à stricto & Attico scriptore nostro repudandum.

Cap. LXIV.

Nepotes & litteras, & natare, aliaque rudimenta per se p' eorumque docuit: ac nihil æquè laboravit quam ut imitarentur chirographum suum.

Natatio
crebra Ro-
manis &
Græcis.

Scio & Romanos & Athenienses inter gymnasia natationem habuisse: scio proverbium, Neque nare neque litteras. Tamen ægre persuadeor huic rei aut voci hic esse locum. De gymnasiis enim aut exercitiis non agitur: de institutione tantum & disciplinâ. Et credimusne Augustum tam aliarum rerum fuisse, ut vacare potuerit ad nepotum natationes? Cuique sua lectio & electio: ego scribam, & *notare*. De scriptura enim & puerilibus rudimentis sermo est. Itaque & litteras eos docuit, inquit, & notas. Probat quod sequitur, de chirographo: qui nihil ad natationem. Notandi autem verbum capere etiam potes de scriptione per notas crebra Romanis.

Pueri litte-
ras & notas
docentur.

Cap. LXXV.

Solebat & inæqualissimarum rerum sortes, & adversas tabularum picturas in convivio venditare, incertoque casu ssem mercantium vel frustrari vel explere: ita ut per singulos lectos licitatio fieret, & seu jactura seu lucrum communicaretur.

Facile capimus. Nec incitum aut improbum aliquid in hac scriptura. Nisi quod de ea ut ambigam me facit admonitio Cl. V. Lævini Torrentii: viri non in omni re litteraria solum, sed in poësi (quod mihi quidem eximium est: qui scio poëtam præstantem neminem fuisse sine parte quadam uberiore divinæ auræ) magni, vel potiùs summi. Qui notat in probò libro esse, *per singulos lotros*, non *lectos*: itemque paulò pòst, *comitaretur*, pro *communicaretur*. Et mirum ni id rectum sit: Lotri, inquam semi-græca voce, pro lotionibus: cujus generis voces plures in usu vulgi. Nec Suetonio alibi spretæ. Aut si emendatio adhibenda, legam *per singulos lotus*. Hac mente, ut quoties

Lævini
Torrentii
laus.

Divinatio
ex scriptu-
rà veteri
mihi orta.
Lotio in cō-

muta-

mutarentur fercula & manus lavarent (usitatum id do- viciis repe-
rita persin-
gula fer-
cula.
cui 11. Saturnaliū) licitatio ista ex intervallo fieret, & quemque bona sua aut mala fors cum fide comitaretur.

In Tiberio, cap. t.x.

In quodam itinere, lecticâ, quâ vehabatur, vepribus impeditâ, exploratorem viæ primarum cohortium centurionem stratum humi penè ad necem verberavit.

Ordinem numerumque in cohortibus fuisse, non nego: convenire id huic loco nego. Scriboque, *prætoriarum cohortium centurionem*. Nam Prætoriani scilicet comitabantur usquequaque Principem: ortusque error ex epitome scriptionis.

*Prætorie
coheres.*

Cap. LXI.

Interrogatum eum subito & clarè à quodam nano adstante inter capreas, cur Paconius majestatis reus tamdiu viveret?

Alii *inter capreas*, interpretantur secessum Caprearum: imperite. Vir doctus, Capreas capit scurras, a lascivia ejus animalis & adsuétude carpendi rodendique. Acutè. At mihi *Coprias* restitui placeat, veram germanamque vocem. Ita enim Scurras vocitabant: quod primus nos docuit litteratorum rex Scaliger. Exempla in iis ad Festum promit. Quibus hoc ipsum Suetonii à me nunc adde, & alterum Lactantii lib. v. Instit. cap. 11. ubi de Cypriano nostro: *Audivi quemdam disertum sanè hominem, qui eum immutatâ unâ litterâ Coprianum vocaret, quasi quod elegans ingenium & melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset.* Ita quidam libri, non *Caprianum*. Et rectè. Vult enim impius ille derisor & ipse verus *Coprias*, inter ridicularios scurrasque Doctorem nostrum ponere, quasi. Qui ad fabellas Christianorum relicta Romana religione avertisset.

*Copria, pro
scurris: for-
dâ origine
voels.*

*Lactantius
explicitus.*

In Caligula, cap. 1.

*Consul deinde iterum creatus, ac priusquam honorem iniret, ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armeniæ regem devicisset, Cappadociam in provinciæ formam rede-
gisset.*

De Germanico Cæsare hæc narrat. Quomodo vere? Il-
lène Armeniæ regem devicit? Historiam vide. Ne
potuit quidem: quia nusquam tunc bellum cum Ar-
menjis, aut suspicio belli. Verissime & ad rem cor-
rigo: *Armeniæ regem dejecisset.* Ita enim fuit. Vo-
nonem Germanicus regno amovit dejecitque: & im-
posuit ejus vicem, Zenonem Polemonis Pontici fi-
lium. Sed sine ulla vi aut armis, auctoritate Romana
saltem, & Armenjis ipsis volentibus. Præter alios, Ta-
citurum

*Falsa res
lectio.*

*Et revo-
ca ad veri-
tatem.*

citum nostrum vide distinctè & diffuse libro II. Annal.
hæc narrantem.

C A P U T XVIII.

*Senecæ Fragmentum insignis in superstitionem veterem.
Adulsi in eo nec vulgaris. Igitur percursum id à
capite, & emendatum, atque illustratum. Dii vete-
rum, mixta forma. Lumina iis accensa. Nomencla-
tores habuere. Horæ in templis nuntiatae. Apulejus cor-
rectus in templorum velus. Salutationes Deorum. Fi-
ctores, & Unctores, & Vestitores. Specula tenebant
dum, strigiles, & lintea. Aliaq; ineptiarum veterum.*

*Conatus
meus &
cepit in
Fragmen-
tis collig-
endis.*

*Qui furto
interrom-
pit.*

*I. Doufa
lans.*

FRAGMENTA scriptorum veterum, adoleseens olim
(ut ferebat illa ætas) cum impetu & labore collegi.
Quæ distinxeram classe quadruplici. Oratorum, Histori-
corum, Poëtarum, Miscellorum. Inter Miscellos præci-
puum Varronem posueram. Atque hæc non in meum so-
lum usum, sed publicum : nisi visum aliter *ἀδύλα* cuidam
φίλῳ fuisset, qui coeptum hoc omne meum turbavit. Non
fraude, ne erres; sed (dicam vere & fortiter, etsi parum
comiter) turpi furto. Heu inventus! quàm falli facilis
ab iis, qui scelera sua valent, & tegunt veste aliqua doctri-
næ! Parit enim hæc admirationem; illa amorem; iste fidem.
Mihi id factum, non diffiteor : & amicus audiui iis, quo-
rum ingenium longe à meo divertebat, quique seorsim
ibant à probò more isto & ore. Inter eos Autolycus ille
(latere enim eum patior, etsi me non latet) qui, præter
alias fraudes, partem Fragmentorum eorum è domo mea
abstulit, mala & tagace manu. Abstulit etiam unà ani-
mum in coepto opere pergendi : quia & difficilis instau-
ratio jacturæ ejus mihi visa ; & postea intellexi Ianum
nostrum Doufam eundem laborem seriò elaborasse. Cui
non una causa cedo. Amorem adspicio ? Ipsi & famæ
ejus ante meam faveo, Ingenium, doctrinam, judicium?
Hæc quoq; meis præpono, aut certe compono. Et libens,
non hîc solum ; sed in omni litterario isto cursu, vegeto
huic & valenti athletæ, fessus ipse ac languens, lampa-
dem meam tradô. Sed, quod institui, in congerie ea mul-
ta Fragmentorum, memoria teneo Senecæ unum inuis-
se, quod jamtum valde mihi placitum acumine, pruden-
tia, libertate. Addo, & granditate : quia longum & dif-
fusum, & sententiarum ac rituum plenum. Placet aded
etiam-

etiā nunc , ut Electa nostra hac velut gemma ornatum iri censeam : sic tamen, si polimen aliquod à me accipiat & candidiorem velut lucem. Exstat in Augustini sexto De Civitate : cujus verba una cum ipsis Senecæ paulò diffusius adscribam , vel ad continuanda fragmenta ea, vel etiā interpretanda. Sic igitur antistitum ille antistes :

ANNEUS Seneca, quem nonnullis indicis (quibus, ô Augustine ? Illisne Epistolarum ad Paulum ? Susplicamur id te suspicatum. sed frustra : quia vanæ illæ , & ab infesto impostore : & bonis sane humeris Hieronymus qui admisit , & habuit fidem. Tamen quid indicis opus ? Aqua & aëre isto liquidius est, comparem ætate Senecam Apostolis fuisse, & vixisse Claudii ac Neronis ævo) invenimus Apostolorum claruisse temporibus , in eolibro quem contra superstitiones condidit , multo copiosius atque vehementius reprehendit ipse civilem istam & urbanam Theologiam, quam Varro Theatricam atque fabulosam. Cum enim de simulacris ageret,

Falsa Epistola Pauli ad Senecā.

„ Sacros , inquit , immortales inviolabilesque deos in materiā vilissimā atque immobili dedicant. Habitus illis hominum , ferarumque, & piscium; quidem verò mixto sensu diversis corporibus induunt. Numina vocant , quæ si spiritu accepto subito occurrent , monstra habentur.

I. Fragmentum.

Deinde aliquando post, opposuit sibi questionem, & ait:

„ Hoc loco dicet aliquis , Credam ergo cælum & terram deos esse ? Et supra Lunam alios, infra alios ? Ego feram aut Platonem , aut Peripateticum Stratonem, quorum alter fecit Deum sine corpore, alter sine animo?

II.

Et ad hoc respondens,

„ Quid ergo tandem ? Veriora tibi videntur T. Tatii , aut Romuli, aut Tulli Hostilii somnia ? Chuscinam T. Tatius dedicavit deam ; Picum Tiberinumque Romulus ; Hostilius Pavorem atque Pallorem , terribilissimos hominem adfectus. Quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis , nec morbus quidem sed color. Hæc numina potius credes, & cælo recipies ?

III.

De ipsis Verò ritibus crudeliter turpibus , quā liberè scripsit ?

„ Ille, inquit , viriles sibi partes amputat : ille lacertos secat. Ubi iratos deos timent , qui sic propitios moreremur ? Di autem nullo debent coli genere , si hoc volunt. Tanta est perturbata mentis & sedibus suis pulsa furor, ut sic dii placemur , quemadmodum ne homines quidem se viunt. Terribili & in fabulas traditæ crudelitatis

IV.

FFF

tyran-

„tyranni, laceraverunt aliquorum membra: neminem
 „sua lacerare jusserunt. In regia libidinis voluptatem
 „castrati sunt quidam, sed nemo sibi ne vir esset jubente
 „domino manus intulit. Scipsi in templis contrucidant,
 „vulneribus suis ac sanguine supplicant. Sicuti intueri
 „vacet, quæ faciunt quæque patiuntur, inveniet tam
 „indecora honestis, tam indigna liberis, tam dissimilia sa-
 „nis; ut nemo fuerit dubitaturus fuisse eos, si cum pau-
 „cioribus furerent. Nunc sanitatis patrocinium, insa-
 „nientium turba est.

Fam illa quæ in Capitolio ipso fieri solere commemorat & in-
 trepidè omnino coarguit, quis credat nisi ab irridendis aut
 furentibus fieri? Nam cum in sacris Ægyptiis Osirim lugeri
 perditum, mox autem de invento magnum fuisse gaudium
 derisisset,

- v. „Hinc tamen, inquit, furori certum tempus est. tolera-
 „bile est semel in anno insanire. In Capitolium pervenit.
 „Pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor ad-
 „tribuit, officii. Alius numina Deo subjicit, alius horæ.
 „Fovinunciat, alius licitor est, alius unde tor, qui vano
 „motu brachiorum imitatur ungentem. Sunt quæ Ju-
 „noni ac Mineræ capillos disponant; longè à templo non
 „tantum à simulacro stantes, digitos movent ornantium
 „modo. Sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad va-
 „dmonia sua deos advocent, sunt qui libellos offerant,
 „& illos causam suam doceant. Doctus archimimus se-
 „nex jam decrepitus, cotidie in Capitolio mimum age-
 „bat; quasi dii libenter spectarent, quem homines desie-
 „rant. Omne illic artificum genus operantium dis immor-
 „tabilibus desidet.

Et paulò post:

- vi. „Hitamen, inquit, etiam si supervacuum usum, non
 „turpem nec infamem deo promittunt. Sedent quædam
 „in Capitolio, quæ se à Jove amari putant: nec Juna-
 „nis quidem, si credere poetis voles, iracundissimæ respectu
 „terrentur.

Hanc libertatem Varro non habuit; tantummodò poëticam
 Theologiam reprehendere ausus est, civilem non ausus est,
 quam iste concidit. Sed si verum attendamus, deteriora sunt
 templa ubi hæc aguntur, quàm theatra ubi finguntur. Unde
 in his sacris civilis Theologiæ hæc partes potius elegit Seneca
 sapiens, ut eas in animi religione non habeat, sed in actibus
 fingat. Aut enim:

- vii. „Quæ omnia sapiens servabit tamquam legibus jussa, non
 „tamquam dis grata.

Et paulò post:

„Quid

„ Quid quòd & matrimonia deorum jungimus ? Et ne piè
 „ quidem , fratrum scilicet & sororum. Bellonam Marti
 „ collocamus, Vulcano Venerem, Neptuno Salaciam : quos-
 „ dam tamen cælibes relinquimus , quasi conditio defeca-
 „ rit. Præsertim cum quedam viduæ sint ; ut Populo-
 „ mia vel Fulgora , & diua Ruminæ : quibus non miror
 „ petiorem defuisse. Omnem istam ignobilem deorum tur-
 „ bam quam longo ævo longa superstitio congeffit , sic , in-
 „ quit, adorabimus , ut meminerimus cultum ejus magis ad
 „ morem quàm ad rem pertinere.

VIII.

IX.

En fragmenta , & quidem tota. Juvenalis enim describere:
 atque utinam plura ! Nam quid non solùm liberius , sed
 melius , acutius , prudentius potuit , in impiam illam pie-
 tatem ? Et si non vagus aut vanus tibi sensus ; habebis,
 Lector , quod huic etiam ævo serviat : quo religionum,
 ut sic dicam , thyrsos percussæ , bacchantur ac gallantur
 multorum mentes. Sed ut maneam in meo circo : pro-
 mit hæc Augustinus è libro Senecæ quem contra Super-
 stitiones scripsit. Qui, ut optima pleraque , periit : sed
 memoria tamen ejus apud Tertullianum etiam , in Apo-
 logetico hoc velut auctoritatis firmæ telum intorquen-
 tem contra Gentes. Infrendite , inquit, inspumate, idem
 tamen estis qui Senecam aliquem pluribus & majoribus de
 Superstitione vestrà perorantem reprehendistis. Ubi scri-
 psisse Doctorem magnum censeo , aliquam pluribus ; qua
 forma & conjunctione in Appulejo , imò & in Cicero-
 nis Verrinis lego , aliquam multos. Et alludere quidem
 Tertullianus ad hunc titulum videatur. Non tamen ne-
 go , quin pluribus locis imò libris hoc argumenti genus
 tractarit Annæus , præsertim in Exhortationibus : quas
 Lactantius aliquotiens nominat , & adducit senten-
 tias haud dispares istis. At Fragmenta ipsa ordine vi-
 deamus.

Seneca li-
 ber de Su-
 perstitione.

Tertullia-
 nus perui-
 am emen-
 datus.

Fragm. I.

Quidam verò mixto sensu, diversis corporibus induunt.

Libri veteres , mixto sexu. Quod haud improbo , quasi
 è mare & fœmina compositi quidam divi : ut Hermathe-
 nœ , Hermeracles. Mixto sensu tamen præferam , ut velit
 deos componi & misceri ex hominibus simul ferisque , &
 animantibus quibus diversi sensus. Quod in * pictura &
 fectura stultissime receptum illis scimus.

Frag. III.

*Quorum alter mentis territæ motus est, alter corporis : nec
 morbus quidem, sed color.*

Si attendis , omnino ex subjecta sententia , utrobique aut
 motus, scribendum, aut morbus. Atque illud potiùs.

De mixti
 sexu, aut
 sensu
 *Adi Epi-
 stolicas
 nostras,
 lib. I.
 epist. xx.

Fragm. IV.

Ubi iratos Deos timent, qui sic propitios merentur?

*Ridicula
picias sese
adentium.*

Acute, nec alius Quinctiliani prisci illius & Attici (ita me iudice audiet) declamatoris sensus, in Fanatico: *Isud si Deus cogit, iratus est.*

Ibidem:

Sed nemo sibi ne vir esset, jubente domino, manus intulit.

Mallet, lubente animo. Nam ut à dominis quidam ad id adaecti, cur pernegemus?

Fragm. V.

Alius numina  *subjicit.*

*Cerei in
templis ac-
censi.*

Legebam, lumina. Et carpi consebam eos, qui cereos lychnosque passim clara luce accendebant in templis. Laetantius libro VI. *Maestant hostias Deo, tamquam esuri-entibus; profundunt vina, tamquam siti-entibus; accendunt lumina, velut in tenebris agenti.* At liber vetus & bonus, quem nactus sum ex dissipata bibliotheca Batava Egmondana, refert; nomina Et vide num occultior ritus sit, tamquam diis adstiterint sui nomenclatores, qui salutantium sive adorantium numina velut nesciis ingererent: ambitione videlicet & ritu qui inter proceres Romanos. Mihi hoc adfingere ineptiis is videatur, quæ sequuntur.

*Diis nomi-
natores
sui.*

Ibidem:

Alius horas Forti nunciat.

*Hora iis
acclama-
ta.*

Ita enim mos passive apud alios etiam Deos. Martialis de Iside: *Nunciat octavam Paria sua turba juvence.* Appulejus libro XI. de eadem: *Ac dum valvis candentibus reductis in diversum, Deæ venerabilem conspectum apprecamur, & per dispositas aras circumiens sacerdos rem divinam procurat, supplicamentis solemnibus de penetrali fonte peti- tum spondeon libat: rebus ritè consummat, inchoata lucis salutatio- nibus, religiosi primam nunciantes horam perstrepunt.* Quo loco obiter legendum moneo, dum velis candentibus, fide scripti mei libri. Et sane vela fuisse scimus ante sanctiores aras statuasque (etiam apud Iudæos) quæ adduci solitum & reduci. Idem Milesius scriptor, de se initiator: *Sic ad instar Solis exornato, & in vicem simulacri constituto, repente velis reductis, in aspectum populi errabam.* Quin & Christianorum templis similis ornatus. Paulinus Nolanus:

*Appulejus
correctus.*

*Vela op-
pana aris
ant statum.*

Aurea nunc ni velis ornantur limina velis.

*Salutatio-
nes matu-
tina deorum.*

& alibi in VI. Natali Felicis. Ita enim & hæc ex eodem meo codice emendo. Ceterum solemnes salutationes has deorum, ut multa, è tenebris eruit Ios. Scaliger notis in Tibullum: quibus apposite hunc è Seneca locum addes, & aliterum ex Epistola xcvi. *Vetemus salutatio- nibus matutinis fungi, & foribus assidere templorum. Humana ambi-*

ambitio istis officiis capitur: Deum colit, qui novit. Sed pergo in Fragm. eod.

Alius liſtor eſt, alius unſtor.

Diſplicet hîc liſtor: ſcribo, *fiſtor*. Id enim nomen inter officia divina. In lapidibus legi: **DISCIPULUS. FI-CTORUM. PONTIFICUM.** Item: **FICTOR.** v. v. id eſt, Virgînum Veſtahum. Alibi: **FICTORES. PONTIFICUM.** Quid fuerint, Iſidorus explicat aperte ſimul & ad noſtram mentem aptè: *Fiſtor*, inquit, à componendo & fingendo, velut qui capillos mulierum linis & pertractat, ungit & nitidat. Nam alias *Fiſtor* Latinis, qui Græcis *Plaſtes*: notione magis vulgari. Agnoſcit autem has eaſdem vanitates in deorum cultu etiam Artemidorus libro II. cap. XXXIV Περὶ θεῶν πμης. Ait: Εὐμάσεν δὲ θεῶν ἀγάλματα, ἢ χρυδαίρειν, ἢ αἰλείπειν, ἢ σαρκεν πρὸς τοῦ τῶν νείων καὶ τοῦ τῶν ἀγαλμάτων, ἢ χρυδαίρειν, ἢ αἰλείπειν, ἢ σαρκεν πρὸς τοῦ τῶν νείων καὶ τοῦ τῶν ἀγαλμάτων, ἢ χρυδαίρειν, ἢ αἰλείπειν, ἢ σαρκεν πρὸς τοῦ τῶν νείων καὶ τοῦ τῶν ἀγαλμάτων. Sed & Veſtitores ſuos diis fuiſſe, Iulius Firmicus me docet libro III. *Mercurius*, inquit, cum *Venere* in tertio ab horoſcopo loco, faciet *veſtitores* deorum

*Fiſtores
deorum.*

*Quid fue-
runt.*

*Veſtitores
deorum.*

Ibidem:

Sunt quæ ſpeculum teneant.

Inſignis nec vulgò nobilis hic ritus. Speculum autem diis præſertim fæminis tenebant ostendebantque, quaſi ad iſpiciendum explorandumque ſatîſne cultæ. Seneca ipſe in Epistoſis: *Vetimus lintea & ſtrigiles Jovi ferre, & ſpeculum tenere Junoni.* Ubi lintea & ſtrigiles ad balnea ſciſcet referes, quaſi lotionè quoque Jovi uſus. Appulejus de hiſdem ſpeculis benè illuſtrat, Mileſiar. XI. De pompâ Iſidis: *Mulieres*, inquit, *candido ſplendentes amicimine, ver-
no flores coronamine, quæ de gremio per viam, quæ ſacri in-
cedebant comitatus, ſolum ſternebant ſtoſculis. Aliæ, quæ ni-
tentibus ſpeculis pone tergum reſerſis, Venienti deæ obvium
commonſtrarent obſequium.*

*Speculariis
oſtenſa, ad
cultum.*

*Strigiles
a tributa
ad frictu:
lintea ad
extorſum.*

Ibidem:

Sunt quæ ad vadimonia ſua Deos advocent.

Imò, qui. Nec viros ab hiſ nugis excernamus: quorum vadari certè eſt, & hæc forenſia obire, non fæminarum.

Ibidem:

Doctus Archimimus ſenex jam decrepitus.

Itâne Docti adjectio conveniens Mîmo? Non meo ſenſu: putemque nomen certi hominis fuiſſe, & ſcribendum *Docimus Archimimus*, aut *Docio*. Memoria non ſemper mihi prompta: tamen lectum ſimile aliquod mîmi nomen confuſè mihi eſt in mente. In iſdem etiam verbis lego, *ſenex, imò decrepitus.*

*Archimi-
mi nomen
latens.*

Fff 3

Fragm.

Fragm. VI.

Etiamsi supervacuum usum, non tamen turpem nec infamem Deo promittunt.

Haud mutem : &, deo promunt. Tamen verius censeo.

Fragm. VIII.

Quibus non miror petitorum defuisse.

Erige sententiam jacentem interrogandi notâ, & scribe, mirer. Nec plura ad hos ritus : in quibus perclara imago vanitatis & erroris prisca ; à quo quantum beneficium est, quod eripuit nos melior ille deus ?

CAPUT XIX.

In Floro complura ab ingenio aut à libro emendata. Subrecti vel surrecti vox. Lucilius correctus & explicatus. Umbri veteres Italiae incolae. Remos detergere, nauticum verbum. Postpositio copulae notata, & Agellii firmatae scripturae veteres. Perseus rex è templo receptus. Plebs hereditatis jure poscebat agros. Et notae plures.

ANNÆUS Florus, etsi acutum aliquot Criticorum manus subiit, non effugiet tamen meas. Medicinam à me aliquot locis accipiet, aut quis scit si novas plagas ? Vere enim anceps nostrum auxilium, imò sæpe præceps : & convenit illud Homeri in ista :

Φάρμακα πολλά μὲρ ἰσθλὰ μεμυρμένα, πολλά δὲ λυγρό.

Libro I. cap. XIII. De Gallis:

Hi quondam ab ultimis terrarum oris, cum cingerentur omnia Oceano, ingenti agmine profecti.

Oceanus magnus, terras circumfluus.

Liber scriptus qui apud me, hic melior; ab ultimis terrarum oris & cingente omnia Oceano. Magnum enim hoc nostrum mare intellegit, orbique circumfluum.

Cap. XVI. De Caudinæ cladis detersâ ignominia.

Et ultionem flagitans miles, Papirio duce, (horribile dictu) subjectis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit.

Subrecti enses.

Lege, subrectis : & acrem ardorem hinc militis pugnaturientis percipies. Livius in eâdem re scripserat : Strictis ante pugnam gladiis. Eadem vox restituenda Lucilio, in hisce versibus :

Subjectum malinum, sive Phalaris.

**Non quid moestino subrectoque huic opus signo?
Ut lucraretur lardum & carnaria patrum
Furtim conficeret.**

non,

non ut viri docti etiam edunt, *subiectaque*. Nam subre-
 etum illud signum, res turpicula est; quæ appendi contra
 fascinum solita. Plinius: *Contra fascinationes in remedia*
sunt Satyrica signa. Satyri nimirum picti & ficti semper,
 rebus iis surrectis: sicut & Hermæ illi viales aut horten-
 ses. Macrobius lib. I. *Plerumque etiam simulacra Mer-*
curii quadrato statu figurantur, solo capite insigniti, & virili-
bus erectis. Hoc diduxi: quia doctissimo * Turnebo hæc
 nubecula: qui Mutinum etiam interpretatur in illisce ver-
 sibus, silentii deum. At nos ex Festo & Arnobio longe
 alium cum scimus.

*Id contra
fascinum.*

*Lib. xvii
Advers.
cap. xliii

Cap. xvii.

Hactenus populus Romanus bellum cum singulis gentium:
mox acervatim, tamen sic quoque par omnibus. Etrusco-
rum duodecim populi in id tempus incitati, antiquissimus Ita-
liæ populus Samnitium, reliqui in excidium Romani nominis
repente conjurant.

Hæc consula, mutila, partim falsa. Corrigo & expleo à
 meo libro, *Etruscorum xii. populi, Umbri in id tempus in-*
taeti antiquissimus Italiæ populus, Samnitium reliqui in exci-
dium, &c. Omnino enim inferendum id de Umbris, qui
 intacti, & ut Livius in hac ipsa re ait, *integri à cladibus belli:*
 non autem Etrusci aut Samnites. Sed & iidem Umbri
 rectè antiquissimus Italiæ populus: quod & Dionysius non
 abnuir, libro primo.

*Expletus
Florus.*

Eod. cap. de Fabio Maximo in Etruscos
 pugnante:

Nam subito inconditos atque palantes aggressus est, captis-
que superioribus jugis in subiectos suo more detonuit.
 Quid illud, *suo more*? An sæpius id à Fabio factum? Pa-
 rum aptum, & vanum est: scripserimque, *Jovis more*.
 Spectavit enim ad Detonandi verbum: & certe sequi-
 tur, *Ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas è caelo*
ac nubibus tela mitterentur. Itaque omnino cum Jove eum
 comparare voluit, & quidem gigantes ex alto atto-
 nante.

*Subtilior
in eodem
divinatio,
Fabii cum
Jove com-
paratio.*

Cap. xxii.

Cum Senatu quoque de æquo bonoque certatum est: adeo
ut relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ mi-
narentur.
 Certamina inter Senatum & plebem, at non de æquo &
 bono. Scribe cum meo libro, *Cum Senatu quoque vehe-*
mentius æquo bonoque certatum est. Id est, acrius quàm æ-
 quum bonumque esset.

*Vchemen-
tius æquo
certatum.*

Libro II. cap. II. De pugnâ Divilii navali:
Prælii verò fama mirabilis, cum illas celeres volucresque ho-
stium naves, hæc graves tardæque comprehenderent. Longè

illis plus nauticæ artis, detorquere remos, & ludificari fugâ rostra. Injæta enim ferreæ manus, machinæque aliæ, ante certamen multum ab hoste derisæ.

Longè illis artes.

Cæsar corruptus.

Detergere remos.

Locus non semel vitiosus. Primum lego, *prælii verò forma mirabilis. non fama.* De ipsa enim imagine habitusque pugna loquitur, non de rumore. Deinde ex prisco libro, *longè illis nauticæ artes.* Omnino eleganter. Procul, inquit, Pœnis maritimæ suæ artes & sine usu, contra vim fortunamque Romanam. Genus dicendi elegans, huic nostro infra iteratum, & in Cæsare etiam corruptum, lib. I. *Longè is fraternal nomen populi R. abfuturum.* Scribendumque, *futurum.* Postremò iterum è conjectura, *detergere remos.* Quid enim artis in detorquendis remis? nec sanè legi. At detergere, nautica & maritima phrasi, nimis erebro. Quod non aliud, quàm transversæ navis hostilis cum impetu & transcurfu remos perfringere, auferre, & velut puram ab iis reddere. Qua forma Detergere palmites, scriptum Columellæ: Detergere pinnas muri, Livio. Cæsar de Massiliensibus: *Pluribus navibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si posset, contenderant.* Livius xxxvi. *Duæ regiæ unam circumstunt, & ab utroque latere remos detergent.* Et Exempla obvia.

Ibidem:

Metello igitur Consule, spirantibus aliis Pœnis & reverso in Siciliam bello, apud Panormum sic hostes cecidit, ut ne amplius ea insula concitaretur.

Vetus, ut nec amplius eam insulam concitarent. Ego, cogitarent, rectum censeo.

Cap. vi. De Fabii legati animosa voce & facto in curia Carthaginensium:

Quæ, inquit, mora est? Fabius. In hoc ego sinu bellum affero & pacem. Utrum eligitis, utrum placet, sumite. Cumque succlamatum esset, &c.

Circumies in Flur.

Multo brevius & concinnius noster; in hoc ego sinu bellum pacemque porto. Utrum eligitis? Cumque succl.

Ibid. De liberali studio Romanorum

in patriam:

Opes suas libens Senatus in medium protulit, nec præter quod in bullis, cingulis, atque anulis erat, quidquam sibi auri reliquere.

Non aurum in Senatus cum cingulis.

Apagè aurum cingulare. Non hoc Romanum. Scribe, singulis atque anulis. Augustinus I II. De Civitate Dei, hac ipsa in re: *Præter singulos anulos aureos singulasque bullas, miserabilia dignitatis insignia nihil sibi auri Senatus ipse reliquit.* Corrumpendo loco transpositio illa copulæ fuit, prisca tamen usitata, & per me nunc revocanda. In Agellio libro I, cap. II. *Totiusque villæ venustate, aquis undique,*

Copula, Atque transposita

*emulique, canoris atque adibus personante. In eodem, libro
xix. cap. 1. Nihil de periculo, de servitiâ atque remissum. Et
cap. ix. Puerulus mox, sermonibus atque temporibus fuit. Quæ
tamen omnia mutant contra libros & corrumpunt. At-
qui in vetere etiam lege Mamilia clarè: Municipibus, eis
atque in quorum agro id factum erit. Notet, atque imite-
tur juvenus.*

*aut postpo-
sita. Agol-
li lectiones
firmata,
quas some-
re solliciti.*

Ibidem:

*O populum dignum urbis imperio, dignum omnium favore
& administratione hominum ac Deorum!*

Vetus, admiratione hominum.

Cap. viii. De bello Antiochico:

*Hoc velut sidere Asiatici belli mota tempestas, & maximus
regum conventus fortiter indicto bello, cum ingenti strepitu
ac tumultu movisset ex Asia, ocia & luxus tamquam vi-
ctor agitabat.*

*Vetus, indixisse bellum. Ex quo scribo, maximus regum con-
ventus fortiter indixisse bellum. Sententia plana & vera. Non
enim tam gessit bellum, quam movit.*

Cap. x.

*Gallogræciam quoque Syriaci belli ruina convolvit. Fue-
rant inter auxilia regis Antiochi. An fuisset cupidus tri-
umphus Manlius, an eos visos simulaverit, dubium. Certe
negatus est victori triumphus, quia causam belli non ap-
probavit Senatus.*

*Distinctione & correctione sententiam totam expedio:
Fuerint inter auxilia regis Antiochi, an fuisset cupidus triumphus
Manlius ac eos visos simulaverit, dubium. Rêne ipsâ auxi-
liatores Antiocho fuerint, inquit, an fama tantum & ser-
mone Manlii, ambigitur.*

Cap. xii.

*Multò vehementius sub hoc Macedones, quam sub patre
consurgunt. Quippe Thracus in vires suas traxerant. At-
que ita industriâ Macedonum, viribus Thracum, disciplinam
Macedonicam temperare.*

*Pleniùs veriusque ista meus codex: Atque ita industriam
Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum disciplinâ
Macedonum temperare.*

*Anticus
Florinus.*

Ibidem, de Capto Perse:

*Sed ne reverentior capte majestatis alius Paulo fuit. Cum
in conspectum venisset hostis, in templum recepit, & in convi-
vis adhibuit, liberosque admonuit suos ut fortunam cui tan-
tum lieret revererentur.*

*Aliquantisper anxium me habuit locus. Quomodo enim in
templam receptus Perses? Quod nemo tradidit: imò
omnes contra, in tabernaculum Paulli deductum & in
castra. Vetus liber, receperat, non recepit. Ex quo occa-*

*Falsa rei
lectio.*

*Submitta
per conje-*

Fff 5

sio mi-

*Antam
probam.
Persens
temple Sa-
mothracū
eductus.*

sio mihi bellæ conjecturæ : *cum in conspectum venisset ho-
stis (nam templo receperat) & in convivio, &c.* Atque hæc
ipsa res est. Perses in templum confugerat. Inde ab
Octavio eductus, & ad Paullum in prætorium perductus,
eodem die convivio comiter adhibitus, & ceteri honores
habiti. Livium ac Plutarchum vide.

Cap. xv. De Carthaginis incendio:

*Quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant, ut
quatenus urbs eripi Romanis non poterat triumphis, ar-
deret.*

*Acuta
sententia
posita.*

Acumen & lucem sententiæ reddo : *quatenus urbs eripi
Romanis non poterat, triumphus adderet.* Carthaginenses,
inquit, sua ipsi templa ædesque incenderunt : ut quoniam
urbs eripi jam Romanis non poterat, saltem instrumenta
triumphi & prædam ne haberent.

Lib. III. cap. v. De Bellis Mithridatæis.

*Idem cum Ponticis foedus. Recepit [Sulla] Bithyniam a
rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam. Ac sic erat
Asia rursus nostra, ut coeperat.*

*Florus ex
historia e-
mendatus.*

Hæc manifestè *ἡ δὲ ἀλλήλων καὶ ἰστέλων*. Scribe verò,
*recepit Bithyniam a rege Nicomedes, Ariobarzanes Cappado-
ciam.* Non enim Sulla aut Romani, fociis regibus & eo
bello benè meritis, avita regna extorserunt; sed contrà,
Mithridati erepta reddiderunt. Appianus, Plutarchus, &
alii, clare in hoc ipso fœdere Sullan.

Ibidem, De Pompejo:

*At in Septemtrionem Scyticum iter tamquam in mari, stel-
las secutus, Colchos cecidit.*

*Sequitur
stellu.*

Optimè liber scriptus, *tamquam in mari, secutus stellas.* Quasi
vagum illud & ignotum Romanis iter ad stellas direxerit,
ut cursum nautæ. Et statim, *excidit, pro cecidit.* Vulgata
lectio obscura & cum fluctu.

Cap. vi.

*Ipsas Propontidis fauces Porcius Cato, sic obditis navibus,
quasi portam observavit.*

*Similitudo
pulchrè si-
gnificans.*

Lego illustri imagine, *obditis navibus quasi portâ, obse-
ravit.*

Cap. xiv. De seditionibus agrariis:

*Reduci plebs in agros unde poterat, sine possidentium ever-
sione? Qui ipsi pars populi erant. Et tamen relictis
sibi à majoribus sedes ætate quasi jure hereditario pos-
sdebant.*

*Plebs in a-
gris heredi-
tarium jui.*

Non ea mens Flori defensum euntis possessores. Attende.
Sed contrà quid pro ejecta plebe dici posset, adjecit. Ita-
que veteri libro rectè abest *in ætate*. Quo duce conjicio
deinceps, *hereditario jure poscebant.* Plebs scilicet fraude, vi,
pecunia potentium ejecta agris, &, ut ipse Capite sequen-
ti lo-

ei loquitur, laribus focisque exsul : sedes veteres à majoribus relictas, ut hereditatem, repetebat.

Cap. XVII.

Ipse Julius Cæsar exercitu amisso, cùm in urbem cruentus referretur, miserabili funere mediam etiam urbem perviam fecit.

Sive de Julio hæc vere, sive potius de Rutilio (nam alii Annales aliter :) tamen de pervia urbe facta haud convenit. Omnino lego, *urbem permalescit*, compulsis vocibus quæ male diductæ.

*Voces duæ
in unam
contractæ.*

Lib. IV. cap. I. De conjuratione Catilinæ:

Tanti sceleris indicium per Fulviam emerfit, vilissimum scortum sed parricidii innocens. Tum Consul, &c.

Vetus, sed patricius innocens. Lego, patricius innocentius. Consul, &c.

Cap. II

Numquam imminētis ruina manifestiora prodigia. Fuga victimarum, examina, insignes interdiu tenebræ.

Auctore libro, examina insignis, verissimè.

Ibidem :

Photinus atque Ganymedes, diversi per mare, & transfugio, & morte consumpti.

Egregiè idem liber, divisa per mare, & terras fugâ, morte consumpti.

Ibidem :

Quinam ille horror, cùm eodem tempore fluctus, procellæ, armamenta confingerent?

Noster codex, procellæ, viri, naves, scementa, confingerent? optime. Sic tamen ut, elementa, restituam, pro spurca ea Scementorum voce.

*Expletus
Florus.*

Ibid. de nece Juliana.

Nec diutius dilatio donata est. Sed Brutus, Cassius, alique patricii consenserunt in cædem Principis.

Patriciine? Atque Cassius ipse quem nominas, & plerique conjurati alii, è plebejis. Emendo, alique patrum. E Senatu enim dumtaxat fuisse eos significat, non è patricijs.

*Falsa ad-
fertio re-
motæ.*

Cap. ult.

Astures per idem tempus ingenti agmine à montibus suis descenderant. Nec temere suos, ut barbari impares : sed positis castris apud Asturum flumen, trifariam diviso agmine, tria simul Romanorum agmina invadere parabant.

Longe diversa libri mei lectio, & palàm probior : nec temere sumpti, ut barbari, spes : sed positis castris. Non hæc descensio temeritatis fuit, inquit, quæ agnata barbaris : sed consilii & astutiæ. Cum effectu quidem, nisi proditio intervenisset. Sed facio finem, cùm plura sane ha-

*Proba è li-
bro eman-
datæ.*

ne habeam in hunc scriptorem ; verùm hæc ipsa nõnne nimia ? Quibusdam scio, qui ad Capita ista paulò pleniora nauscant & fastidiunt, ipsi rerum vacui. Quibus Criticæ hæc in speciem est, non in usum : qui in multas atreas pedesque dividant unicũ hunc Agellum. At me distindere & partiri hæc talia jam piget tædetque : admettar ea potius perticis, imò jugeribus totis. Tibi autem, Lector, quantum est, adnotare hæc ad oras tui libri ? Laborem certe quærendi, cogitandi, nonnihil minuit tibi labor noster.

C A P U T XX.

M. Ciceronis obscuro loco fax prælata. Quis Fenicularius campus ? Et Strabo stricim emendatus.

AMBULABAM otiose domi sub meridiem. Occupavit me Andreas Schottus insignis juvenis, & Da operam magister, inquit : nubes mihi ænigmatis est in Ciceronis hisce verbis, quam sol ille Galliæ Turnebus pelle-re conatus non pellit. Verba ecce è lib. xxi. ad Attic. Epist. ix.

Scribe quæso quid referat Celer egisse Cæsarem cum candidatis. Utrum ipse in Fenicularium, an in Campum Martium cogitet ?

Turnebi
non rectè
interpre-
tatio.

Quæ Turnebus nimis profectò frigide & errabunde interpretatur, quasi allusio hîc ad fœnus usuraeque. Sententiam autem esse, Scribe quæso utrũ Celerius profitendi nomen suum inter candidatos impetrarit, an potius deposita ambitionis omni cura redire cogitet ad suum fœnus. Symeonem etiam Bosium consului, magnum virum & Epistolarum istarum lucidam plerumque facientem : at hîc filet. Tu quid juvas ? Quid censes ? Ego ad eum subridens. Ita me captas ? Inquam. An censes, ut cum Platonem dicam me esse λόγον σύλακον ? Tamen hîc non capies, & è tenebroso loco me emergam bono & fido duce. Is Strabo est, qui solus, ut opinor, evolvit tibi hoc involutum. Scribit lib. iv. in Hispaniæ designatione, de via quadam : Φέρεται δὲ ἐπὶ Ταρρακᾶνα, ἀπὸ τε τῶν ἀναθημάτων τῆς Πομπηΐδος, ἀπὸ τῆς Ἰσχυρίας πεδίου, καὶ Βετεράων, καὶ τῆς Μαροθῆαιος καλῶς πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φέροντες πολὺ τὸ μέγεθος. Id est : *Fert autem hæc via Tarraconem versus à Pompeii Tropæis, per campum Fugarium, & Vetera, & qui Latinâ linguâ Fenicularius campus dicitur, à copiâ Feniculi quem gignit.* Pulsa tibi omnis nubes, si legis hæc oculo non connivente.

Fenicula-
rius cam-
pus in Hi-
spaniâ.

Nam

Nam loca aliquot nota & nobilia nominat, in quibus er-
brò exercitus Romani, ideoque Romana iis etiam nomi-
na: interque alios Fœnicularium hunc campum. Clara
igitur Ciceronis mens. Scribe quid Celer de Cæsaris
consilijis dixerit. Utrùmne in Campum Martium eogi-
tet ad comitia, an in Fœnicularium (id est, in Hispaniam)
& ad reliquias belli? Turnebum autem *ῥομαιοὶ ἄνδρες*,
ut Homericum epithetum est, sine contumelia dimitta-
mus: mirati potius, quomodo à Fœnore Fœnicularium
derivarit, quàm irati. In Strabone etiam, *ῥομαιοὶ ἄνδρες* le-
ges scilicet, non quod vulgatum.

CAPUT XXI.

*Pro Appulejo aliquid dictum contra aures & mentes ni-
mis teneras. Occultos in eo versus agnoscere. Emenda-
tus ipse plurifariam. Repigrandi verbum erutum, &
Antelucio: Medicifigi, & Fæminal. Dea Syria. De-
trux, nova vox. Circumsecus. Voti compotire. Histri-
cus decor. Degere, pro minuire.*

DE Appulejo non sum nescius quid vulgus hodie sen-
tiat, & quid melior doctorum ordo. Jacet apud il-
lum, stat vigetque apud istos, hoc saltem talo, quòd nu-
garum illum ludum temperet ac misceat crebro velut sa-
le priscae ac reconditæ doctrinæ. Doctrinæ, in moribus
dico & in verbis. Nam stilum ejus quòd ineptum esse
volunt: fatebor in parte, (nec enim asperitatem illam
& horrorem quæsitæ dictionis usquequaque excuso) sed
tamen doctè ineptum, & è quo multa bona selectaque
hauriat, bonæ selectæque mentis Lector. Verba non
pleraque omnia proba? Propria? Phrasis non sæpe flo-
rida? Metaphoris & imaginibus amœna? Mihi sic videtur:
etsi in universo orationis filo, scabrum illud & ex adfesta-
ta nimis antiquitate horridum, radit sæpe & lædit meas
aures. Sed hîc quoque duo ei patrocinantur, Patria &
Argumentum. Ortu enim Afer fuit: quibus velut in-
situm in sententjis inventionibusque, acutis esse: aspe-
ris durisque, in sermone. Jam argumentum miscellum
ei est, & satyricum. Quod amat hunc cultum, quæsi-
tum, pinguem, & squallenti quodam auro. Varronis
Fragmenta è Satyris vident? Etiam examinent. Repe-
rient ea haud longe esse à Milesiis istis Punicis, & inculti
cultus stilo. At non defendendi scriptoris ejus, sed levi-
ter

*In Appu-
lejo occul-
tior sæpe
doctrina.*

*Verba sele-
cta, fortas-
se nimis.*

*Afri vul-
go in scri-
bendo acuti
& asperi.
Satyri sua
quadam
dictione.*

ter & breviter emendandi institutum est : atque hoc jam igitur ago.

Ait libro I. De Asino :

Eadem amatoris sui uxorem, quòd in eam dicaculè probrum dixerat, jam in sarcinam prægnationis obsepto utero & repugnato fætu, perpetuâ prægnatione damnavit.

*Fætu repi-
grato.*

Hæc narrat de Meroë anu, & vi ejus in magica arte. Sed quid est, *repugnato fætu*? An coërcito vinctoque, ut ait Beoraldus? Miror quî id expresserit ab eo verbo. Liber noster scriptus, *repigto fætu*. Ex quo, *repigrato fætu*, verum censeo. Lego etiam *in sarcinâ*, non *sarcinam*: & distinguo, *jâ in sarcinâ prægnationis*, *obsepto utero & repigrato fætu*. Hac mente: Cùm uxor amâsii ejus jam prægnas grâvidaque esset; ecce illa clauso vi verborum ejus utero tardatoque fætu, æternum jussit esse prægnatam.

Hoc eodem libro, infra.

Somno levatâ lassitudine noctis ante lucem aufugiamus, quàm putas longissimè.

*Antelucio
adverbiû.*

Idem liber, *antelucio*, veteri probaque voce, & quam ipse Appulejus postea iterat. Est autem ex Adverbiorum (cum litteraroribus loquor) illo genere & facie, qua Hesternò, Annò, Cottidianò, &c. At quod ibidem sequitur, *quàm putas longissimè*: verum scibis, *quàm potest*: vel etiam, *pote*: quoniam in scripto, *puta*, repperi.

Haud longe post:

Ne meritò inquam, medici fidi cibo & crapulâ distentos sæva & gravia somnare autumant.

*Medicifisci
composita
vox.*

In fidis hisce medicis scriptura non fida. Ego longinquior rem voculam odoror & accerso, *medicifisci* vel *medicifices*. Pro ipsis medicis, quique artem eam faciunt, Eo exemplo Significes, & alia multa.

Lib. II. in turpiculo lusu cum sua Fotide:

Paulisper etiam glabella femina vel rosea, palmulâ obumbrans de industria quàm tegens verecundiâ.

*Fæminal,
pro naturâ
fæmineâ.*

Claude hîc oculos juventus: tu qui vir es lege, *glabellum fæminæ*. Ita enim suadet scriptus codex, qui, *glabellum fæmineæ*, præfert. Et sane in habitu hoc Veneris emergentis, non tam femina testâ scimus, quàm partem eam quæ fæminas facit. Ea Fæminal dicta iterum huic scriptori in Apologia priore: *Sed enim fæminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta configit: quia & è quodam meo libro legit, Interfæminum tegat*. Fæminal igitur & interfæminium, eadem. Sed & Virginal, partem eam alibi appellat, verbo sanè quàm honesto.

Virginal.

Libro VI. in Psyche precibus ad Junonem:

Quam cunctis Oriens Zygiam veneratur, & omnis Occidens Lucinam appellat.

Cogno-

Cognomina ejus deæ magis trita & vulgata recenset, quibusque in duplici orbis parte proprie adiciebatur. Sed in Zygia offendo. Non quia nesciam id quoque inter Junonia agnomenta : sed itane vulgò & passim indigeta-ta ? Ita Oriens universus Græca ea voce usus ? Vereor ut verius sit, *Syriam veneratur*. Nam eo nomine passim *Syria, pro Junone.* in Oriente culta Iuno. Vel Lucianus unus te docuerit, in Sermone De dea Syria. Itemque lapides prisca : inter quos hic Romæ :

JOVI. O. M.

ET. DEÆ. SYRIÆ

ET. GENIO. VENALICI.

Libro IX. ubi ad pistrinum datus asinus:

Talis familiæ funestum mihi etiam metuens exemplum, veterisque Lucii fortunam recordatus, & ad ultima salutis me tandem detrusum, summisso capite mœrebam.

Germanam ego censeo lectionem mei libri : & ad ultima *Detru-x.* fortunæ meæ jam detrux, summisso, &c. Quæ verbi novantiquitas plane Appulejana.

Libro XI. de nave Isidis :

Navem faberrimè factam, picturis miris Aegyptiorum circumseptus variegatam, summus sacerdos tedâ lucidâ & ovo & sulphure purificatam, deæ nuncupavit.

Cui hîc rei vox, *circumseptus* ? Sane, si attendis, & sententiam turbat, & leges Latinæ linguæ. Vetus noster, *circumspēctus*. Male pariter. Ego veram veteremque vocem eruo, *circumsecus*. Id est, in ambitum & in orbem. Ita enim componebant hæc Adverbia, *Altrinsēcus, utrinsecus, Circumsecus*. Ususque iis noster Comicus (Plautum dico,) qui Appulejo sermonis velut exemplar.

Circumsecus, Ad-verbium.

Eodem libro, ubi initiandus Appulejus:

Sed noctis obscuræ non obscuris imperiis evidenter monuit, advenisse diem mihi semper optabilem, quo me maximo voti competeret.

Plautinam verò phrasim libens hîc restituo, *maximi voti* *Voti com-* *potire,* *compotiret*. Id valet, compotem faceret. Comicus ille in Amphitruone : *Qui fuerim liber, cum nunc potivit pater servitutis.* In Rudente : *Quæ in mari fluctuoso, piscatu ubere* *Plauti phrasis.* *me compotivit.*

Libro XII. Floridorum :

Eique prorsus citharædicus status, deam conspiciens canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes dejectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamyda (ita liber vetus) velat utrumque brachium adusque articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara balitheo cælata, apta structim sustinetur, &c.

Gra-

Graphicè planè depingit Bathylli statuam, & in ea habitum citharæodorum. Ac priora quidem leges & distinguēs, ut jam prævi. Nam vulgò turbant. At illud, *cetera decoris instrumentis dependent*, damnabis cum libro meo, qui scribit, *decoris hystris*. ex quo nos verace conjecturâ, *decoris hystrici*. Æmulatus scilicet etiam hic est Plautum, & Hystricum decorem, Hystrionium appellavit. Notum illud è Pænuli Prologo: *Audire jubet vos Imperator hystricus*. Et illud: *Hæc imperata quæ sunt pro imperio hystrico*. Quæ allusiones eò magis lepidæ, quòd Hystriones ex Hystrîâ primum venisse dicantur (ait Festus) atque inde nominati.

Hystricum,
pro Hystrionium.

Lib. IV. Florid. ubi Asclepiadem narrat,
hominem jam pro mortuo servasse:

* Lego,
omnibus.

*Postremò propinquis etiam * hominibus invitis, quod ne jam ipsi hereditatem habebant, an quod adhuc illi fidem non habebant, ægrè tamen ac difficulter Asclepiades impetravit brevem mortuo dilationem.*

Havere &
Habere
appositè
juncta.

Acutiùs haud paullo legerim, quòdne jam ipsi hereditatem habebant. Ambigit, cur reluctati medico propinqui. Et ideòne, inquit, quod habebant inhiabantque hereditatem; an quod parum fidei haberent ejus verbis? Allusio autem pulchra in Havendi Habendique vocibus.

In libello de Deo Socratis, qui pars
& ipse Floridorum:

*Næ ego inscitra, quæ cum alite Apollinis frustra certa verim. Quippe * cum pridem tam concinnum est. neque oppidò parvum neque nimis grande sit. sed quantum satis ad usum decorisque: pluma mollis, caput argutum, rostrum validum.*

Restitutio,
proba lapsantium
vocum.

Scribit ista in Apologo de Coruo & Vulpe. Et hæc quidem vulpeculæ vulpinantia vere verba, subdoleque corvum laudantis: quibus corruptelæ notam videmur posse demere: quippe corpus eidem tam concinnum, & neque oppidò parvum, &c. Imò nec ambigo hæc ita scripta olim.

Eodem libro: 

Hinc Ulla Virgiliana matrona, quæ in mediis milibus auxiliabunda fratri conversatur

----- miscetque viris, nec cernitur ulli.

Protinusque Plautinus miles super clypeo suo gloriatur, præstringens oculorum aciem hostibus.

Obscurior
locus restituimus.

Vide, si vacat. Haud facile sine correctione sententiam ejus loci ullam expedies. Scribe mecum, Potius quàm Plautinus miles. Mensista: Illa Iuturna apud Virgilium Turno auxiliatur inter medios hostes, nec conspecta tamen iis: quæ magis jure gloriatur, quàm ille miles

miles Plautinus, de seque jactet, *Præstringens oculum a-*
ciem in a. ie hostibus. Ita enim & versum hic explendum

In Apologiâ priore:
Sustineo enim non modò meam, sed etiam Philosophiæ de-
fensionem, cujus magnitudo vel minimam reprehensionem
proximam crimini assernatur.

Liber vetus, proximo crimine assernatur. Verùm non ab-
nuet, pro summo crimine.

Eâdem:

Ego nunquam studui malefacta cujusquam cognoscere, sed
semper potius dixi mea peccata tegere, quàm aliena inda-
zare.

Hocne de se fatetur Appulejus? Ut studiose celatum ie-
rit peccata sua, potius quàm imminutum? At hoc non
sapientis, non boni viri est: sed plani cujusdam & im-
postoris. Legò verò, *peccata degere.* Vulgatam scilicet
vocem, sed significatione remotâ & veteri, inseruit
aptè & argutè. Nam degere antiquis, minuere, detra-
here. Nonius Marcellus: *Degere, etiam est minuere.* Plau-
tus *Aululariâ*: *Nunc ego istum soror Laborem degam & de-*
minuam tibi. *Degere, est detrahere.* Plautus *Epidico*: *De-*
getur corium de tergo meo. Festus hoc idem notatum vo-
luit, sed corruptit Paulus: *Degere antiqui posuerunt pro ex-*
spectare. Degere, exspectare? Falsum planissimè. Nec
tamen habeo quî corrigam, nisi si *expectere*: quod esset
velut detrahere, depectere.

Peccata
degere.

Mendum
in Festo in-
dica ñ, vix
sublatum.

CAPUT XXII.

E Commentario De Bello Africo maculæ aliquot deletæ.
Gallorum equitum Olim virtus. Fautores, castrensi
quodam agnomento.

INTER libellos qui adjuncti Commentariis Julianis,
unus est De Bello Africo: qui, me judice, non inter
illos tantùm eminet sed inter pleraque Romana scripta.
Ita tersa in eo & ad Comicum morem pura dictio; sim-
plex, cohærens, & candida narratio; nihil quæsit coloris
aut fuci: omnia denique illo ipso Cæsare digniora (non te-
nebo veram vocem) quàm Commentarii illi qui ferun-
tur. At neglectus tamen jacuit, imò vix lectus is libellus
(adeò hic quoque præjudicia valent, & traditæ à magi-
stellis opiniones:) quem si seriò inspicis, fatebere non
alium magis esse ad Genium prisce ævi. Pueris inter primos

Laus Com-
mentarij.
De Afr-
cane bello.

Ggg

* Certe
nec Hi-
spanienſis
cum
Alexan-
drino
conveni-
tiſque il-
le totus
militari
quodam
& horri-
do mto.

auctores formandæ linguæ ſiquis proponat, nihil erret. Hirtium tamen ſive Oppium auctorem ejus ſcripti Tranquillus facit. Qui poteſt, ſi ab iſdem Bellum Hiſpanienſe eſt & Alexandrinum? Nam hoc quoque Suetonius idem tradidit. Atqui tam* diverſi hi inter ſe abeunt, toto narrationis ſermonisque contextu: ut nulla vis mihi umquam inprimat eſſe ab eodem patre. Aut ſi ſunt: (jamdiu id ſuſpicor: atque Hirtium ſive Oppium non negem hæc potuiſſe. Aut meliora.) Alia quædam ſcilicet & Cirezæ manus acceſſit, quæ malis venenis duos illos immutavit. Sanè hic unus Commentarius inter omnes, neſcio quo facto purus nec interpolatus manſit, & in ſuo vultu. Excipio quòd in partibus quædam labeculæ: è quibus paucas hinc etſuam levi manu.

Fulviæ apud Plautinum editionis
pagina 381.

Unde, inquit, iſta? Tum captivus, Venio à Cæſare. Tunc Conſulius, Unus eſt, inquit, Scipio Imperator hoc tempore populi Romani. Deinde in conſpectu ſuo captivum juſſit interfici.

Expletus
lucus.

Clarum ex reſponſo factoque Conſidii, vocem è captivi dicto excidiſſe; quam repono, *Venio à Cæſare Imperatore.* Omnis enim honoris tituliſque ea adjectio Conſidii offendit, & miſero illi cauſa necis fuit. Breviter autem, aut ſolet, rotata ea vox, facile elapſa aut neglecta exſcribenti.

Pag. eadem:

Accidit res incredibilis, ut equites minùs xxx. Galli, Maurorum equitum duo millia loco pellerent tingerentque in opidum.

Mira
Galorum
virtus, an
ſortitæ.

Sanè res incredibilis. Ut pauculi illi tantos? Scilum aliquando ſumpſi ad mutandum. Fruſtrà. Quia ecce eodem iſto libro non minùs, inò magis prodigioſum factum lego de quattuor veteranis militibus: quibus ait *plus duo millia Numidarum terga vertiſe.* Exempla hæc inſignia ſunt vel Punicæ ignaviæ, vel priſcæ Gallicæ virtutis: quam in nullâ Hiſtoriâ celebrari magis reperies, quàm hinc & De Bello Alexandrino.

Pag. 387.

Deinde legiones conſcriptæ ex cujuſcemodi generis ampliùs xii. millibus.

Circumci-
ſus lucus.

Ineptè intruſa vox. Dele, contentus clauſulâ, *ampliùs duodecim.* Nec enim aliud vult, quàm legiones non è ſolis civibus, ut ſolitus Romanis, ſed è miſcello genere hominum conſcriptas ab iſis duodecim.

Pagi-

Paginâ 394.

*Sed mirabili peritus scientiâ bellandi, in Prætorio sedens, &c.*In Cæsaris hæc laudem. Sed malo, *mirabili peritus.*

Paginâ 406.

Itemque equites Curiani, diffisi Scipionie jusque copiis, complures se eodem conferebant.

Emendamus, *equites Curioniani*. Eos enim intellegit, qui antè sub Curione in Africâ meruerant, & a Scipione occupati erant. Ipse hic auctor, suprà meminit, & ostendit eos è gente fuisse Gallorum. Nonnulli, inquit, *qui ex Curionis p.elio capti conservati, &que, parem gratiam in fide partiendâ præstare voluerant.*

Curioniani equites.

Paginâ 416.

*Namque elephantos in Italiam transportari jusserat, quod & miles noster speciemque & virtutem bestię cognosceret, &c.*Ipsam locum vide: scribes audacter mecum, *elephantos ex Italiâ.*

Pagina 417.

Per id tempus [de eorum voluntate studioque erga Cæsarem] transfuga suos cives facit certiores. Jubam regem celeriter cum copiis suis ad opidum accurrisse.

Confusus &, ut nunc est, in explicabilis locus, quem pervades si glossema illud tolles, quod hamatis lineis inclusi. Verè enim glossema; & ad oram scriptum fuerat, index rei quę hîc narratur. Nec enim aliud quàm de studio & inclinatione Afrorum in Cæsarem.

Glossema tu: de jub- latoris.

Pag. 418.

Cæsar opidinaturâ perspectâ, atque inopiâ ab ejus oppugnatione deteritus.

Qua inopia cedit? Nimis id enim communiter scriptum. Corrigo, *naturâ perspectâ, itque inopiâ*. Ipse hic scriptor jubet infra: *Adversarios non eorum virtute cōsidere, sed a-*

*Qua in-**quarum inopiâ fretos despicere se.*

Ibidem:

Legatos ad Cæsarem mittunt. Rem malè gestam docent. Itane malè? Imò optinè: ex sua quidem Cæsarisque sententia. Scribo, rem à se gestam.

Pag. 423.

Ex suo exercitu illustres urbanos, quos Auctores appellabant complures aut vulnerant aut interfecerunt.

Cui rei Auctores? Quin potius, *Fautores*. Et ita res fuit. *Fautores.* Milites scilicet turbidi & victoria feroces, quosdam etiam è suis interfecere, quos favere (solum in civilibus bellis) & pronos esse dicebant in hostem. Iis *Fautorum* nomen inditum, per lasciviam militarem.

G g g 2

CAP.

C A P U T XXIII.

Cum viro magno amica velitatio. Et adversus calumniatores dicta quædam.

SED jam abjungo, Lector; etsi in spatio adhuc, non in smetâ. Cœpta enim aliquot supererant quæ expolire non vires mihi, non voluntas. Valetudo adversa: adversus hic animus. Nec miraberis, si judicia certa aut homines intuebere hujus ævi. De te & paucis, omnia bona faventia jure mihi spondeo, (expertus sæpè antea pretium à te poni his nugis:) sed cum ad vulgus me convertò & ad plures, quod illicium nobis aut calcar ad scribendum? Rident, calumniantur, invident. Nec plebs hæc tantum, sed non nemo è patribus & è litterario isto Senatu. Criticam & hæc levia tango? Spernunt. Mores & magis ferria? Carpunt. Et in illisipis tamen levibus (quod rideas) Furta, Plagia reperta, & nomina criminum graviorum. Ille præventum se queritur, alius circumventum: & omnino si qua Nota honestior est, ecce qui ducere & abducere eam velit non unus sponsus. Si juvenes hæc tantum: ferremus. At senes & viri serii etiam in ludicrà istâ cymbâ. Modestia mihi constat, & constabit quamdiu hæc vita: sed ægrè linguam aut calamum teneo in eruditissimi viri latè sparsis jam querelis. Ait inscriptore aliquo præventum se à me: & id valere vult in crimen. Quæ autem hæc accusatio? Dic quæso clarius. Præripui tibi aliquid, an eripui? Præripuisti, inquit, scriptorem mihi destinatum jam & additum. Itane? Parum comiter id factum sed per errorem tamen, non per fraudem. Publicum enim ego scriptorem eum censui: tu si librâ alibi & ære emisti, cur nos celasti? Nam Augustum ego illum Historicum diu satè amaveram, conditionem ejus palàm ambiveram, libros veteres composueram: omnia feceram, quæ conciliando illi essent. De te, peream si vocula mihi ulla audita ante hanc querelam. Quod si fuisset: ne ego cessissem tibi libens, & in tuum caput transfulissem omnem istam laurum. Nunc quid, præter inscientiam, in me accuses? Quin silentium in te justius: qui, cum istic essem, expertem me consilii tui habueris & conatus. Interea quidem in diffitis locis & terris egi; in quibus, ignosce, si occursum tuum videre mihi non tuerit, nec fasces istos Quæstorios submittere Prætori tibi magno. At enim quædam ex istis olim apud te legi, & sublegi. Non dicis id palàm, fateor: (pudor te ligat & vis veri.) Sed suspicionem facis, & ritu Parthorum jacies aver-
sa ser-

sa sermonum telâ. Obsecro autem te, serîo hæc proferis? Numquam in os mihi, si os tuum novi. Palam ego & serîo nego. Tu quî probas? Ecce notata eadem, inquis, ad oram mei libri. Heu vir amice, (talîs enim mihi es erisque, ut ille ait, *ἔχων καὶ ἄκων*: nec res istæ futiles solverint umquam amoris prisci vinclum:) tunc huc ineptiarum? & fragile hoc telum ad expugnandum fidem valere vis? Erras. Ne livorem quidem infert, adeo non vulnus. Age enim. Tu visa aut lecta hæc apud te constanter adnues: ego abnuam. Quis finis? Quò adlensum suum, nullâ aliâ probatione, auditor inclinabit aut iudex? Cùm multa verba fecerimus, illud verè pronuntiabitur, Te hircum mulsisse, me supposuisse cribrum. Nam quòd ad illum aut illum amicum confugas: nugæ. Jamdiu novimus patricias istas artes. Quin tu ostium calumniarum hoc semel aperi: in paucis diebus avertero, & in ædes meas deduxero, Criticorum omnium Notas. Scena hæc tota criminum, ut tu quoque vides, ludicra est: & in qua iram facilius teneamus, quàm risum. Olim M. Scaurus cùm accusaretur corruptelæ, in concionem progressus hoc tantum effatus dicitur: *Varius Suetonensis Æmilium Scaurum mercede regiâ corruptum ait; Ænilius Scaurus negat. Utri creditis?* Simile aulim hîc dicere, pari animo & fiducia, at si non pari dignitate. Vita mea meruit, & alia nostra (liberè hoc non superbè dixerim) scripta: ut fides nobis apud bonos sit, nec impares habeamur talibus Notis. Quæ profectò non laboriosè nobis nascuntur. Sed ut gramina aut herbæ ad nocturnum rorem; sic istæ, inter legendum, ad ingenii moti auram. Quispiam eas, ut filiolas suas, amat? Nos ridemus. Nec si quis Paris abduxerit, bello ardebit Asia & Europa. Provocare ad pugnam hanc aliquis me potest, nemo pertrahere. Hæc ad te, non in te, mihi dicta Vir magne: quem amo, quem æstimo. A quò hoc saltem peto, ne extinguî famæ tuæ solem censeas, si terrarum alibi lumen spargere incipiat nova stella. Nam cum minutis illis meis calumniatoribus, nihil equidem altercor. Latrant me? Taceo: & ut ille ex Albania * canis, vindico me ab istis solo contemptu. Diogenes olim Cynicus, cùm irrisui esset turbis, & ingereret quispiam. Non vides ut hi te rident? Ego verò non rideor, inquit: magnanima & pulchra voce, quam imiter, & lacescentes pungentesque istos non sentiri à me clamo, non cerni. Dignos eos non habeo, non dicam quos remordeam, sed in quos restringam seu el istos dentes. Scio nec flammam ullam magnam sine fumo solere surgere: nec sine calumnia famam. Tu tantum bone Lector, fave mihi, ut soles, currenti rectum.

G g 3

cur-

* Quîd
natus Ale-
xandro.

cursum: neu iniquiorem te, concinnent ineptæ pariter
 & iniquæ voces. Scaligero illi ipsi nuper silentium im-
 positum videmus & dolemus per has pestes: quid mirum
 fietiam mihi? Nec tamen feciam: sed alacer & erectus
 per medium hoc calumniantium agmen incedam, ad-
 versus linguarum omnium tela scuto tectus Veritatis &
 Candoris. Illi ringantur & liveant: nos Epinicia læti
 canemus, & avertentia sacra faciemus INVIDIA ET
 PALLORI,



INDEX

INDEX CAPITUM.

LIBRI SECUNDI.

CAPUT I.

LAMPRIDII obscurioris mendii locus elatus. Qui Trossuli : & de Principe iuventutis. E Senecâ glossula sublata.

CAPUT II.

Quis locus honestior priscis, dexter an sinister ? Illum videri. Refutatur vir doctus, qui nuper aliter sensit, & scripsit. Quid sit Latustegere : quid Exteriorem esse, quid Interiorem. Scriptores aliquot explicati, Sallustius in cursu emendatus.

CAPUT III.

Agellii complurium loca emendata. Initis, Adverbiū. Canalicolæ. Fama minuens. Plautus correctus. Sol meridies. Osciæ compellationes. Erucius Clarus Præf. ubi Ignationes. Plura alia non è circulo vulgariū correctorum.

CAPUT IV.

Plinii defensio. Africam ursos non gignere, non certe vulgò. Quid Ursi Numidici antiquis. Semenita nova, & ad lucem plurimum scriptorum.

CAPUT V.

Locus in Floro magis eximius correctus. Veterum fluctus & erratio super religione Iudicâ. Vitæ aureæ in eorum templo. Quid, quaque formâ ea fuerit. Plinius explicatus.

CAPUT VI.

De osculis, & osculandi variâ ratione. Romæ. Quo fine fuerint : quâ formâ & modo. Divinæ fuisse, Humana fuisse. Adorare quid propriè sit, & unde ea vox dicta & dièta. Scriptores multi explicati. In Ovidio conjectura. Verrere templum criminibus. Statius emendatus. Ad manum accedere, quid in Cæsareis historicis.

CAPUT VII.

Commentarios Cæsaris non usquequaque tam puros & laudabiles, quàm videantur. Mos auellendi dextras. Aliaque emendata & explicata.

Ggg 4

CAP.

CAPUT VII.

In Plinio correctâ quædam. Geneta Mana, Dea. Decorare aurum, quid sit. Et mos discrimenque in anulis. Qui servis & militibus è ferro: Senatui & equiti ex auro: plebi ex argenteo.

CAPUT IX.

Seneca plus semel emendatus. Neronis principatus initio optimus. Epicuri sententia deus extra mundum projicientis.

CAPUT X.

De ritu plaudendi & explaudendi in theatris. Item ad surgendi, acclamandi. Quomodo ista habitâ sub Imperatoribus? Quæ voces in acclamando? Plutarchus & Plinius explicati. Isse etiam correctus. Favor & Favere, nova si nificatione. Lampridius, Cæpulinus, Vopiscus illustrati. Quid Orantia fuerint: & cui in theatris usui.

CAPUT XI.

Ev Valerio Maximo detese libecula. Livio suis numerus bis restitutus. Corruptio frequens in notâ millenariâ. Admonere lineas. Glossematium, alizque.

CAPUT XII.

De prodigio quodam Livii, quæ ejus mens sit. Satin' firma vulgata scriptio? Non videri: & nostra divinatio adscripta. Sortes sacras involui lanæ & tenuis solere. Plutarchus ita explicatus.

CAPUT XIII.

Noviter erutus vetus mos in creatione Tribunorum. Eos sub Principibus & paullo ante tantum è Senatu fuisse. Suetonii loci illustrati, & lectio in iis firmata. Plinio & Appiano lumen immissum.

CAPUT XIV.

In Statio Papinio locorum aliquot correctio. Atticus sector, Arctia purpura. Mens adflata. Crines in sepulcro.

CAPUT XV.

De ergastulis diffusa & libera conlectanea. Origo vocis, & c. Isidori confusio, sive error. Quando coeperint, & quâ fine? Agricultura causâ eam maxime insignita, sed & lapidum,

pidum, & pistrini, (Plautus in iis correctus & interpretatus) fortasse & aquæ hauriendæ. Suetoni lectio stabilis, & explicata. Quis & qualis egæstulorum locus. Plaurorum lux. Quod genus hominum in eâ conjectum. Forma modusque, quo miser illis habuit. Nempe Vindicti Inscripti, (Seneca correctus) Semirasi, Semi jesi ni. Postremo copia ergæstulorum. Passimque scriptores Græci & Latini explicati: Florus etiam correctus, & Appulejus fortè cum Plauto.

CAPUT XVI.

Jani Gulielmi præceptis obitus. Ejus deflexio, & latus. Carmen sub iter Gallicum, ad me scriptum: dictum & elegans.

CAPUT XVII.

Plura in Suetonio emendata aut illustrata. Nepos Julii Caesaris. Salutationes. Quis Senatorum census legitimus sub Augusto? Quoties ludos dederit? Notare. Copia, qui dicti? Dejectus rex Armenia.

CAPUT XVIII.

Senecæ Fragmentum insigne in superstitionem veterem. Multi in eo nec vulgati ritus. Igitur percussum id à capite, & emendatum, atque illustratum. Dii veterum, mixtâ formâ. Luminaria accensa. Dii veterum, mixtâ formâ. Luminaria accensa. Nomenclatores habuere. Horæ in templis nuntiata. Appulejus correctus in templorum velis. Salutationes deorum. Fictores, & Undtores, & Vestitores Specula tenebant diis, strigiles & limea. Aliaque ineptiarum veterum.

CAPUT XIX.

In Floro complura ab ingenio aut à libro emendata. Subrepti vel surrepti vox. Lucilius correctus & explicatus. Unabri veteres Italiae incolæ. Remos detergere nauticum verbum. Postpositio copulæ n. tata, & Agelli firmata scripturæ veteres. Perses rex è templo receptus. Plauti hereditatis jure poscebat agros. Et notæ plures.

CAPUT XX.

M. Ciceronis obsuro loco fax prælata. Quis Fenicularius campus? Et Strabo strictum emendatus.

CAPUT XXI.

Pro Appuleio aliquid dictum contra aures & mentes nimis teneræ. Emendatus ipse plurifariam. Repigrandi verbum


*erutum, & Antelucio : Medifici, & Feminal. Dea Syria.
Detruux, nova vox. Circumsecus. Voti compotire. Histricus
decor. Degere, pro minuire.*

CAPUT XXII.

*E Commentario De Bello Africo macule aliquot deletæ. Gal-
lorum equitum olim virtus. Fautores, castrensi quodam agno-
mento.*

CAPUT XXIII.

*Cum viro magno amica velitatio. Et adversus calumia-
tores dicta quadam.*



JUSTI

JUSTI LIPSII
AD
VALERIUM
MAXIMUM
BREVES NOTÆ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

1000 UNIVERSITY AVENUE

CHICAGO, ILL.

1900

JUSTUS LIPSIUS STEPHANO PIGHIO

S. D. ●

IN his Notis, Vir amice Pighi, scire te & alios volo quibus auxilijs sim usus. Ab ingenio nostro pleraq; esse fateor : quod tamen sæpè in viam veri duxerunt libri. Ii mihi bini manuscripti : quos Ultrajecto benignè curarunt Viri Clarissimi Lambertus & Hadrianus Vanderburchii, eximium par fratrum, docti ipsi & in doctos valde proni. Prætereà veteres editiones inspeximus : quas hîc & in aliis scriptoribus nihilo deteriores invenimus manuscriptis. Tu aljque è re ipsâ judicabis,

Opera nobis hæc inanis, an in usum impensa sit.
Ad illam enim ego transeo.

P R O L O G O.

AB illustribus electa auctoribus deligere constitui] Displicet geminatio, *Electa deligere*. Scribam omisso verbo altero, *Ab illustribus auctoribus deligere*.

Meæ parvitas, eò justius ad favorem tuum decurrerit] Servilis sermo & cellarius. Ego sanè parvitatem eam ablegem è Valerio, scribamque expunctis duabus vocibus : *ego justius a. f. t. decurrero*.

L I B I. C A P I.

Decem principum filii] Constat Etruriæ populos duodecim fuisse. Itaque cùm pro numero eorum, singulis populis singulos principum filios attributos velit : vide
num,

num, *Duodecim principum* corrigi, magis è re & veritate sit. Cicero tamen De Divinatione, in hoc facto denarium dumtaxat numerum (si & ipse correctus) agnoscit.

Gracchanorum tumultu] Veteres editiones, *Gracchana tumultu*. Placet, motu, Ut & tu Pighi alibi repperisti. Non enim Gracchana illa seditio, propriè Tumultus.

Obtruitur tot etiam illustribus consularibus L. Furius] Distinctius optiusque scribo, *tot & tam*. Item, *Consulatibus*. Nam de Marcello rettulerat quintum consule. Itaque rectè consulatus multos: non pariter, Consulares legeris. Nec enim plures præcessere.

Quare agreste illud & sordidum plaustrum capax] Libri veteres, *Quorum* referunt. Lego, *Quorum*. Et ad facta refero. In iisdem, *sordidius plaustrum*. Puto, *sordidans*, fuisse.

Ut ex uno & sene complures Pœnorum juvenes pensirentur] Rejectâ particulâ lego, *Ut se uno*. Impurus mihi alter ille sermo.

Merito isti infestis Deos revertèretur] De diis parum apta hîc mentio: nec ii sanè Regulo infesti. Alii, *hostes*, substitunt: ego, *eos*, verum censeo, ut ad Carthaginienfes referas.

Factum Masanissæ plus animo, quàm Punico sanguine conveniens] Ita tu è Campensi. Alii libri, *Masanissæ animo, magis quàm*. Ego utrumque adjectamentum arbitror, & verum esse, *Masanissæ animo, quàm Punico*. Quomodo & libri mei scribunt. Sileri & intellegi illud, *Magis*, crebrum & pulchrum in oratione Latinis. Exempla mihi ad Tacitam cumolata.

C A P. V.

In omnibus præliis uti ducem constituerunt] Præoptem ut in prisco: *du. e. ui. insinuerunt*.

C A P. VI.

Vejos in potestatem populi R. venturos] Liber vetus, *futuros*. Et quis ambiget? Vetus & selectum sermonis genus, de quo jam pridem A. Gellius Noctibus.

Augures duo ex occulto prolapsi] Veteres, *Augures duæ, & prolapsæ*. Quod genus magis in hac voce amant.

In quod metus augurii tristi finè vitæ incidit] Prisca lectio, *in quem metus augurii*.

Invieta leges necessitatis] Eadem, *necessitudinis*. Probe.

Sonum

Sonum abditi delubri editum] An potius, *abditæ delubri*? Sic Remota templi, in Cæsare lego: & adyta significari ac penetralia templi scimus.

Non consentaneus usus transfulisse videar] Parum exposita aut apposita sententia in voce, *usus*. Legam, *visus*. Hoc acuminis: (id enim scriptor iste mirum quantum amat.) Cum de Divo Julio dixerim, inquit, claudam Romana exempla, nec oculos parum decore transferam à calo iterum ad terram.

C A P. VII.

Divino munere effectum] Vetus, *divi numine*. Ego *divino numine*, omnino malim.

Utiris autem dux copiarum hostium aggredederetur, superque eam sese ipsum devovisset] Quod in præfata editione verbum, *aggredederetur*, abest: valde probo. Et sane additiciū est. Nam hoc è Livio clarum devotionem hanc ita concipi solitam, ut sese unaque hostes diis manibus sacrarent.

Priusquam pompa induceretur] Verbum & sententia ad rem Circensem apta. Tamen nescio quid me sistit & illicat vetus lectio, *priusquam croma induceretur*; neque nunc expedio.

Capillo demisso] Rectius vetus, *capillo immisso*.

Proprioribus lineis, ut ita dicam, somnium certo eventui admonitum est] Dixi vere in II. Electorum nuper, legendum, *admotum est*. Metaphorà à Circo, ut alibi clare dicam.

In desertis arenis struxerat] Auctior præfata scriptura, *deserti & ignotis arenis*.

Deos prænuntios somnii] In vet. diis prænuntios. Ego vellem, *Deos prænuntios somniis*.

C A P. VIII.

Bis locutum consiliis, his præne verbis] Ita tu Pighi (ignosce) me abnuente. Quorsum enim, aut cui sententiæ illud, *præne*? Nam sane iisipis verbis locutam vult, non ambigue talibus aut ad eum sensum. Abis etiam ab omnibus libris præfatis tuis alienisque, qui referunt, *prius his verbis*. Ibari in conjecturas: sed veritatem, nisi fallor, Sambuci nobis codex ingerit, cujus misit ad nos Excerpta. In eo apte hæc lacuna expleta: *his prius verbis*, RITE ME MATRONÆ VIDISTIS. Deinde, RITE DICASTIS. Vult enim omnino Valerius, bis id signum vocem edidisse, ejusdem mentis, verbi tamen unius immutantis. Scio Dionysium, Plutarchum, Augustinum etiam IV. De Civitate scri-

scribere, iterasse Junonem his eadem ipsa verba: sed Valerium ab his abire (ut scire) testari verbum *Vidisti* potest, quod aliis illis omisistim. Si improbas: possit non ineptè legi, *privis his verbis*. Id esset, singulis articulatissimèque verbis. Sive etiam, *constitit patribus his verbis*. Ut vocem *patribus*, truncate scriptam fuisse censeamus.

Non audientibus Romanis proelio congressi]

Veteres proelium ingredi. Eleganter.

Cujus salus ab imminente exitio defensa ruinae quoque subtracta est.] In vet. officio, pro, *exitio*. Male. Sequentia connexim lego, *defensa, ruinaeque subtracta est*. Nec enim aliud aliquod exitium Simonidi imminuit, quàm hoc ipsum ruiſe.

Parricidii etiam possidendi adeundaeque scholae communionem conjuncti.] Vet. *alendaeque scholae*. Malim, *habendaeque*. Ut unà eos docuisse significet.

Ne ipsa quid in artifex Natura rationem rerum reddideris.] Compositus hæc prisca editio, *artifex rationem rerum, Natura. Illud rerum*, sane jungendum cum Natura est.

Cum sciamus rectè ab eâ.] Prisca lectio, *ratione ab eâ*. Quasi dicat jure ab ea vindicari.

Dicit belluæ etiam corium cxx. pedes longum in urbem missum.] Brevius antiqui: *belluæ corium. c. & xx, pedum in urbem missum*.

L I B. II. C A P. I.

Injici mi stilium tam nostræ urbis, quàm ceterarum gentium prisca ac memorabilibus insuavis.] Sambuci codex, *in iusto stilium*. Quod esset, quasi iustum auspiciūque stili capiam. Sed probo lente.

Disciplina contineri.] Ex sensu, *disciplinam*.

Multo tum matrimoniorum experientiam, quasi illegitimæ cujusdam intemperantiæ signum esserentes.] Imò vero, *legitimæ intemperantiæ*. Vult tales virosas fæminas ad pudorem rationemque peccare, ad legem tamen nubere. Itaque velut legitimas quasdam adulteras esse. Similis rei in Martiale locus:

Quæ toties nubit, non nubit, adultera lege est:

Offendat mœchâ simpliciore minus.

Reducendi etiam officio funderemur.] Vetus, *officium*. Probè.

Brevique progressu morarum in lucem virtutum verecundiæ & laboris mediatione ipsi detiores eunt.] Contaminatus plane & depositus, te judice Pighi, locus: quem vide an attollam. In meis libris est, *brevique processu. item, verecundâ,*

cundâ , pro verecundiâ. A tenui hoc auxilio , commode tamen expeditus : brevique processurarum in lucem virtutum verecundâ & laboriosa meditatione , ipsi doctiores erant. Sententiam totam lege , vide : probabilis valde.

Defuncta virium cursu ætas] Prisca scriptura, *viru cursu.* Numquid, *viridi ?*

C A P. II.

Imperii pondus & auctoritatem domari] Lego, donari.

Credo ne alienigenâ ingenii exercitatione, patrii ritus servus transfuga existeres] Cur, servus transfuga ? An non transfugiunt & liberi ? Bene emendo, *servus transfuga.* Senex, inquit, tu Mari , & post duplices triumphos Græcâ linguam discere sprevisisti : ne sero velut transfugio te canosque tuos dehonestares. Sed & liber vetus auctior, *patrii ritus & linguæ.*

Hosiarum exta ad Quæstores ætarii delata veniebant] Lege, *veniebant.* Pecuniam scilicet ex iis venditis in publicum redigebant.

Sub magnis auctoribus celebrabat] Displicet lectio : nec tamen quod præponderet nunc reperio. An *duetoribus ?*

C A P. III.

Memorque si militaris ignavia humilitatem spernere perseveraret] Ignaviæ vox hæud convenit. Legam commodius, *si militaria signa. & , perseverarent.*

Q. Nævius centurio, è peditibus lectos expediti corporis, brevibus & incurvis septenis armatos hastis , parvo tegmine munitos] Insignis hic de institutione velutum locus : sed quem menda obsidet, non una. Primum legimus, *brevibus & incurvis hastis.* An recte ? Aut censésne hastas illas adjectum incurvas fuisse ? Ego scio rectissimas, nisi si capis de ferro. *Vetus lectio, brevibus & infirmis.* Eleganter & utiliter emendo, *infirmis.* Describit videlicet velutares illas hastas, & primum ait breves fuisse (quaternum enim tantum pedum, ut Livius vult : sive ducum cubitorum , ut Polybius :) deinde addit & infirmas, id est ligno tenui & minime crasso. Adfirmat Polybius , qui lignum hoc τὸ μὲν μέναι ὡς ἐπίπαν διπλόν , τὸ δὲ πάχει δακτυλίσσιον facit : id est, longitudine quidem omnino bicubitali, crassitie saltem digitali. Jure igitur, noster, *infirmum.* Sed amplius hic scriptum : *parvo tegmine munitos.* Quod autem hoc tegmen parvum ? Indefinita scriptio, imò inepta. Lego, *parmæ tegmine.* Livius enim diserte libro xxvi. & xxxviii. parmas tribuit

H h h

veli-

velitibus, Polybius item, & Frontinus lib. IV. Sed & Varonis fragmentum est : *cum rotundis velites leves parnis.* Denique in clausula exempli : *Ideoque auctori ejus Nævio adhuc honos est habitus.* Quid illud, adhuc ? An manebat aut representabatur honos Nævii ad Valerianum ævum ? Nugæ. Scribo, à duce. Expressere & imitari, ut sæpe, Livium voluit, qui de hoc facto : *Auctorem peditum equiti miscendorum centurionem Q. Nævium ferunt : honorique id ei apud Imperatorem fuisse.* Quod ab Imperatore igitur honorem ei habitum Livius scripsit, id à Duce Valerius.

C A P. IV.

Cujus generis minus certa notitia est] Imò verò sæcularium ludorum, (de iis loquitur) origo certa. Meliusque omnino libri prisca, *minus trita.* Satis firma quidem certa-que traditio, at non adæquè vulgata.

Habitabat enim in villa sua] Illud *sua*, additiciū videtur.

Vidisse se in somnis, quos nescio deorum] Libri duo è meis : *in somnis à nescio quo deorum.* Statimque prætergi, & præcipi. Rectè, ut opinor ; certe ad Zosimi mentem, qui lib. II. *unum aliquem magnum virum & divinam formam præferentem*, apparuisse vult : non, ut vulgata Valeriana lectio suadet, plures.

Ad xx. pedum altitudinem] alta hæc fossio : verius fuerit, denum pedum.

Translatum antea Poeniceis indutum tunicis] Credo verum, *Translaticium*, id est, crebrum, receptum.

C A P. V.

Cum inter publicas privatasque ferias, actiones, personis tecto capite, &c.] Quid hinc, *Actiones* ? Quæ, aut quales in ludicra re tibicinum ? Hunc quoque locum feliciore spongia eluimus, rescribimusque : *publicas privatasque feriaciones*, compulsis in unam vocibus, quæ perperam diductæ : statimque, auctore etiam vetere libro, *contentus edit* : compula ejecta, quæ ad sustentandas Actiones saltem immissa.

Ideo in sacrificiis mola quæ vocabatur] Quasi mola exolevisset Valerii ævo. Scribe, *vocatur.*

C A P. VI.

Omnia antiquæ consuetudinis momenta servanda] Servat vetus editio antiqui sermonis normam : *monumenta servandum.* Nec jus pervertere.

Sine

Sine planctu luctus, funeris die] Confusa leviter & leniter ordino : *sine planctu, luctus, funeris die, domestico sacrif. a. n. convivio finiur.* Hæc mens, luctum non produci, sed finire ipso illo funebri die.

C A P. VII.

Quod ejus culpa agger incensus, & pænè castra fuerant capta] E terra plurimum agger : potuitne accendi ? Tu sedulo velas mi Pighi : sed velim (puto te non nolente) *agger incensus.* Incendi & conscendi aggerem, vallum, crebra & trita dictio.

Lictorum verberibus lacerandus] Ita tu è Campensi libro. At plerique libri uberius : *Lictorum se verberibus lacerandum præbuit.* Rejicis ideò, quia non se præbuit Rulianus, inquis, sed priusquam verberaretur effûgit. Vulgatæ tamen ego verba servem, sed immutem : & è *præbuit, faciam præbeat.* Sententia ita acrior, fortiorque videatur.

C A P. IX.

Ite igitur & nodosam exsoluite stipem, utilem posteritati numerosæ] Nodus aliquis in nodosa hac stipe : nec video qui adjectio hæc conveniat. Legerim, *numerosam.* Censores videlicet, multiplicatio censu, ærarios fecerunt exilibes : sive, ut ipse Valerius hac ipsa in re ante dixit, æra pœnæ nomine pendere jusserunt. Id more suo Valerius alludens, Ite, ait, pendite numerosam stipem in usum numerosæ posteritatis.

Nec pensi duxerat, iisdem imaginibus adscribi] Vox in plorisque libris interjecta, *nec indignum pensi duxerat,* me arbitro, non emovenda, sed velut exclamatio seorsim capienda, cum vulgata, si placet, parentheses nota. *Nec (indignum!) pensi duxerat.* Valerius & Annæus Florus hæc talia usurpant, imò adfectant sæpe.

Eaque adjecisse satis erit] Vetus, *injecisse* : quasi, strinxisse, delibasse. Rectè.

C A P. X.

Integritatem tanti viri paucis litteris perpendi] Libri aliquot vett. *litteris perdi.* Ex quo ego, prodi.

L I B. III. C A P. I.

Expressa est itaque illa vox hominum, Gratulamur nobis Latini, &c.] Scribo, *illa vox homini.* De Poppedio enim
Hhh 2 ipso

ipso capiendum. Qui, ut ex narratione Valeriana & clariùs è Plutarcho apparet, auctor unus honorificæ hujus in Catonem vocis.

Ipsum Marium siquis eò loci statuisset] Abeſt vett. vox *siquis*. Lego igitur concinnius : *ipsum Marium eò loci statuisses*.

C A P. II.

Nam neque altitudine dejectus, quassatusve, neque pondere armorum pressus] De Goclite sermo est, qui è ponte in Tiberim præcipitavit, audaci & felici saltu. Sed aptius omnino legeris : *altitudine dejectus quassatus, neque &* : Dejectus altitudinem, sive dejectionis cape.

Eadem enim tempestate] Ætiologica illa particula enim, non habet hîc plane locum. Mutem, & scribam, *Eadem ea tempestate*. Ea, videlicet Clœlia.

Quo spectaculo attoniti hostes, postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt] Hæc clausula tota rei falsæ & absurdæ est. A Catonene tum admodum juvene, nullum imperium, nullum munus publicum fungente, pacem publicitus petitam ? Numquam factum, nusquam scriptum. Audacior medicina huic loco facienda, ne tam latæ culpæ exemplum sit exemplaris scriptor. Lego igitur, *ad Paulum supplices*. Quod ad historiam est : quia universi Macedones illo biduo (Plutarchus auctor) in fidem Paulli Æmilii se permisierunt.

Tib. Gracchus, profusis largitionibus, favore populi occupato] Malim, *aucupato*. Patiendi significatu, ut aliàs notavi.

Ego certè aut speciosam optavi mortem, aut felicem audacia exitum] Scribo omnino : *aut speciosam oppetam mortem*. Ealectio ex mente viri fortis.

Capitali supplicio adficiendos judicaret] Imò, cum id evenit, jam maxime supplicio eos adficiebat. Bene igitur verus, *adficiendo vindicaret*.

C A P. III

Edito gemitu regis aures adspargeret] Lego, *asperaret*.

Non ergo fastidioso aditu virtus excitata, ingenia virida ad se penetrare patitur] Commodius hæc legas & distinguas : *Non ergo fastidioso aditu virtus excitata ingenia ac virida ad se, &c.* Non habet, inquit, fastidiosum aditum virtus. Quælibet ingenia, modò acria & viva, admittit.

C A P.

C A P. IV.

Vernam hunc urbinatum, regem dando] Verba trajecta recolligo & repono; *Vernam natum, huic urbi regem dando.* Viliores videlicet nati servi, quàm facti. Plautus ad correctionem nostram appositè, de Mercurio & Sostiâ:

Satius est me queri illo modo servitutem, hodie

Qui fuerim liber: hic, qui verna natus est, queritur.

Ab his indoctis erroribus abductum animum] Legendum videri ab his doctis erroribus, monui secundo Electorum.

C A P. V.

Qui in maximo & ingenuorum civium, & amplissimorum provenitu] Emendo, & ingeniorum, & civium amplissimorum: ipsâ ex re.

C A P. VI.

In cultu, ceteroque ritu] Auctiores voce antiqui, *et- roque vite ritu.*

C A P. VII.

Quoniam ne ille quidem in consimili genere virtutis edendo fatigatus est] Parùm sapiebat phralis, Edere genus virtutis. Adjuvit & duxit ad veram lectionem scriptura prisca, genere virtutis sudando. Ex quo ego: *se dando,* veraciter corrigam.

Non patiuntur me tenuioribus exemplis insistere fortissimi duces] Veteres, tenerioribus exemplis, magis rectius. Quæsitus enim sermoni decor ex antithetis Teneriorum & Fortissimorum.

C A P. VIII.

Quasi debitum supere est opus constantiæ. Natura enim comparatum est, &c.] Libri mei, & plerique è tuis Pighi, *constantia representatione. Cura enim, &c.* Verùm ego censeo, *constantia representatio. Natura enim.*

Dictatori ei Magistrum equitum Minutium jure imperii Senatus æquaverat] Hoc de Senatu planè & perspicuè falsum. Non sciverunt non approbarunt id temerarium & novum patres: plebis unius & Tribunorum hæc sanctio, hic error. Itaque Livius diserte Plebiscitum appellat.

Nec aliter Plutarchus. Quin iste ipse Valerius lib. v. cap. 11. *Dictatori ei inquit Magister equitum Minutius, scito plebis equatus.* Nescivit Valerius? Corruptores isti librorum potius, à quibus infarsa vox *Senatus*. Ego censeo illum scripsisse, *jure imperii equaverant.* Satis enim pronum intellectu, quos intellegat.

Sapè etiam specie benè gerendæ rei oblata] Malo, *spe benè gerendæ rei.* Atque ita priscus liber.

Depulsis prostratisque inimicorum partibus, Sulla] Vetus, *dispulsis*, id est, disjectis dissipatisque. Quod probò. Sed & voculam, *Inimicorum*, libens hic expunxerim, immissam ab iis qui partium nomen quid valeret parum capiebant.

Sine ullis imaginibus nobilem animum & idem constantia propositum secutus C. Mævius] Placet magis lectio antiqua cum voce inserta, *nobilem animum ostendit, idem constantia.* &c.

Ut Cæsaris miles esse desinam, & tuus esse incipiam] Concinnius concepta in prisco viri fortis verba: *ut aut Cæsaris miles desinam, aut tuus esse incipiam.*

Quem Syracusanus Dion divinitate exempli prægravat] Benè omnino, liber vetus, *severitate exempli.* Nam prius exemplum amatorium est & tenerum: hoc serium, severum.

Qui cum ad unam portionem sententias direxissent] Vetus, *Quorum cum ad unam.* Lege igitur & sequentia, *sententia direxissent.* Non tritum hodie, sed priscae elegantiae dicendi genus. Et sane frequens illis, verba hæc agentia, ad neutrorum quasi ordinem signationemque transferre.

LIB. IV. CAP. I.

Censor cum lustrum conderet, inque solito fieri sacrificio, scribe ex publicis tabulis, &c.] Damno verba, *solito fieri:* & jure. Sordent enim, imò & fallunt. An solet olim fieri id sacrum, non Valerii ævo? Imò etiam tunc in usu, quotiens conditum lustrum. Vetus prævit mihi ad notabilem emendationem, in quo lego, *solita viri.* Non ambiges tu optime Censor, quin * *Solitaurili*, scribendum sit: quod sacrificium proprium omnium lustrationem: & imprimis Censoriæ hujus. Lapis Romæ pulchrè, in quo apparatus omnis istius sacrificii, cum triplici hostia, sue, ove, tauro, Censore faciente. Vide, si lubet, quæ notamus ad Historias Taciti.

Ita sibi credi oportere, si & alii idem asseverasset] Priscæ editiones negationem inserunt, *si non & alii.* Falsò. at tu muta, *si modo & alii:* & rem habes.

* Hoc à magno Censorio notatum jam esse, per epistolam mihi index Th. Cantarus.

Unius testimonio aliquem credere, pessimi esset exempli] Eedem cum altero è manus. meis, *aliquem cedere*. Et vorum censeo, aut certè, *cedere*: id est perdere aliquem & adfligere.

Quam angusto ambitu orationis amplectar] Vetus, *quàm brevissimo*.

Sed cum magna & multa breviter dicenda sint] Placet prisca lectio, *cùm magna strictim, & multa breviter*.

Sermo infinitis personis rebusque circumfusus, utrumque præstare non potest. Itaque propositi quoque nostri ratio, &c.] Abest antiquis plerisque vox, *Sermo*: & sequentia illa sic concipiuntur, *utrumque præstare propositi nequeo quoque nostri ratio*. Corrigo & dirigo: *utrumque præstare nequeo. Propositi quoque nostri ratio*. Sermonis illa voce ejectâ.

Ubi maximorum ducum & civium tantorum togata prælia] Vetus, *tantum non togata*. Bene ad meum sensum.

Plebis scitum enim interposuit] Vetus & vera scriptio, *plebei enim scitum*.

A piscatoribus in Milesiâ regione verriculum trahentibus] Prisca editio, *reticulum trahentibus*. An & *retelaculum*?

Hoc fortunam tractus se emisisse dicente] Alii libri, *ductus*, non *tractus*: duo è meis, *tractus*. Quot æque placet.

Quâ conditione propter novitatem rei ad universum populum delatâ] Omnino scribendum, *quâ cognitione*.

Atque ut Theopompo] Vetus, *atque in*. Lego, *Atquin Theopompo*. Et statim voce insita, *qui cùm primus*. Ex eodem libro.

C A P. III.

Deinceps ex iis vocemus, quorum animus, &c.] Præpono veterem lectionem, *Deinceps & iis vacemus*.

Cn. Martius, cui Corioli Volscorum opidum captum cognomen adjecit] Vetus, *captivum cognomen*. Et, *adjecerunt*. Lego igitur: *Corioli, Volscorum opidum, capti, suum cognomen adjecerunt*.

Atque ligneo catillo cenantem] Prisci, *èque ligneo*.

Poti senis animum illecebris pellicere non potuisset] *Sam-buci codex, postî senis a. i. polluere*.

C A P. IV.

Cùm Campana matrona apud illam hospita, ornamenta sua illo sæculo pulcherrima ostenderet] De mendo suspicio hæc mihi injecta primitus, quia cùm verba hæc sint è Collectorum libris Pomponij Rufi, antiqui scriptoris, nec procul

H h h †

cul

cul adeò à Gracchano ævo : vix conveniebat illum ut de remotissimo ævo loqui, *illo sæculo pulcherrima*. Auxit trium librorum veterum lectio, quæ *illius sæculi*, præfert. Ex quâ bella mihi nata correctio, *illius oculis*. Nec ego quidem de veritate ambigo. Certe, ut Campanos luxur tunc fuit, omni sæculo pulcherrimus videri potuit muliebris ille mundus.

Quia dominium rerum collabi solet, bonæ mentis usurpatio, &c.] Sambuci codex voces aliquot ingerit, istas : *dominium rerum collabi solet, bona mens præfertur divitiis, cuius usurpatio, &c.* Purior mihi vulgata est.

Tres consulatus acceptissimos populo Ro. gessit] Vetus, *acceptissime*. accipio.

Solidæ laudis cupidini] Magis placet prior lectio, *cupido*.

Primi belli Punici gloria cladesque maxima] Acutius videatur & verius, quod in priscis : *gloria, quia clades maxima*.

Minus multò cultores] Sententia vult, *multos*.

Ideò Senatus] Vetus, *Idem Senatus* Et recte.

C A P. VI.

*Quorum ibi factum sepulchrum, Tarenti etiamnum conspici-
tur*] Vox *Tarenti*, à glossula est, dele. Nam de urbe ea ante statim sermo : & nunc addit, *ibi*.

Sunt & alienigeni amores iusti, obscuritate ignorantie non obruti] Veteres mei uberius & verius : *alienigeni amoris cineres, iusti obscuritate, &c.* Duriuscule, fateor. Sed Valerium ne nosce, aut hæc agnosce.

C A P. VII.

Itaque celerius est sine reprehensione propinquum avertere, quàm anicum : quia altera diremptio iniquitatis, altera utique levitatis crimini subjecta est] Primum, lego, *celerius & sine reprehensione propinquum avertère*. Deinde cum in veteri sit *quia altera dilectioni iniquitatis*, malim scribere, *quia altera defectio iniquitatis*. Tamen in Ultrajectino altero, *desertio*. Quod æque probum.

Tu exilium inditeres : adeò blando uteris imperio, quòd is supplicium honori prætulit] Parùm latior aut pura hæc junctura. Veteribus abest vocula, *is* : item, *prætulit*, in iisdem, non *prætulit*. Ego concinno, *tu exilium indiceres* : (*adeò blando uteris in perio*) *supplicium honori prætulit*.

Iusta pœnæ debium spiritum tenebris furari conabatur] Quis spiritum furatur? Me arbitro, parùm apte dictum aut scri-

scriptum. In veteri, *funerari*. Ex quo bellâ metaphorâ erui-
mus, *funerari*. Lucrari videlicet & producere ad tem-
pus latibulo illo spiritum Brutus volebat.

Testatorem benivolentiam] Priscus liber, *testationem*,
recte, si *benivolentiæ* rescribas.

Atque ut illarum aedes, sacra domicilia] Melius, *aedes sa-
cræ, domicilia*.

*At quo secessu quosdam fugeris, aut quibus infidis miseri-
cordiæ permulseris; non cohibebis ne alienis malis perinde ac bo-
nu suis latentur*] Veteribus nullæ sunt duæ illæ voces, *non
cohibebis*. Et spernendæ omnino, sic tamen ut totam clau-
sulam interrogatione deinde alleves.

C A P. VIII.

Si animo erogantis] Scribes, *animum*, si tu *animum* ad
priora rettuleris, à quibus hæc pendent.

Alter enim quod præstat, potest] Fallor, aut argutior
prisca lectio, *quod potest, præstat*.

Fam qui hæc præcipue negotiatione delectantur] Vetus,
negatione. De re usuraria loquitur, eaque inhonesta: cui ni-
mis honestum Negotiationis verbum. Credam facile fuisse,
nummatione.

Sed etiam quæ alius ipso tribuente sensit, commemorari]
Labem & nubem huic loco veteres adimunt, in quibus sic:
quæ alio tribuente sensit. Transitum enim & velut viam sibi
faciat (solutum id Valerio) ad exempla externa sequen-
tia; in quibus non Romanorum in alios, sed aliorum in
Romanos liberalitas expressa. Eam autem, inquit, com-
memorari quoque interest Romanæ laudis, quia meruit.

Quod nollent accipere] Glossulam hoc totum sapit. dele,
aut rescribe, *ne nollent*: sed dele magis.

L I B. V. C A P. I.

*Cum & viribus corporis, & animi virtute aliquando esset su-
perior*] Puto vocem excidisse, scribendumque, *viribus cor-
poris par, & animi*, &c. Nam animo saltem excelluisse Ro-
manum vult, cum cetera pares essent.

Proinde in eo prælio Badius obtruncatus est] Quo præ-
lio: Non certe singulari illo occubuit. Itaque voculam, *eo*,
delendam censeo. Postea scilicet pugna aliqua ceciderit.

Si quis ignarus vir affexisset] Lege, *vir*.

Amicitia regis fidissimi populo Rom.] De Masanissa lo-
quitur. Atqui ille, cum id contigit, infensissimus Ro-

mano nomini hostis. Itaque parùm attenta Valerii mens hæc scribentis.

Eam ex tyranni ore manasse] Plerisque libris additum, *ore de humanitate manasse*, Rejicis ea verba, Pighi, è libris aliquot scriptis; & recte. Nec malè aut imperitè tamen si quis legat, *ex tyranni ore* & *immanitate*.

Sermonem habuisse] Vetus, *habutum*. Si rectè: tum paulò ante rescribe, *quondam*, ubi, *quosdam*, legis.

Ad patrem propugnatione laborantem] Veteres duo, *propugnatiorem laborans*. Suspectus locus, eò magis, quòd duæ eæ voces alteri manuscripto absint. An tamen, *propignore laborum*?

C A P. II.

Coriolantum patriam oppugnare conantem] Vetus, *Patriæ interitu perficere conantem*. Quid si, *interitum*? Vulgatam si intueare, displiceat: quia non oppugnare conatus saltem Marcius: sed reverà oppugnavit. Si retines, malim *expugnare*.

Senatus matronarum ordinem] Addunt veteres, *Senatus gratitudine motus matronar. ord.*

Uti fæminis semitâ viri cederent] Idem, *de semitâ*. Plautus: *cedam ego illi de viâ, de semitâ*.

Vacasse in tanto gaudio Patribus Conscriptis duabus humilibus fæminis referre gratiam, nedum tam præ se tulisse, mirandum] Sententiam haud malam ex his elicias. Cùm tamen in veteribus duobus legam, *nedum tam propter se tulisse*: ambigo an non scribend. *nedum tam propter se tulisse*: ambigo an non scribend. *nedum tam propter se tulisse*. Celeritas enim beneficii, beneficium auget.

Quidquam decerpfit] Priscus codex, *arcessit*. Possis legere, *abscessit*.

Quorum laudem adjuncta lege conditio auget magis, quàm extenuat] Quæ hæc conditio adjuncta lege? Frustrâ quæras. Scribe *abjecta*. Hæc est mens Valeriana: Libitinarii, inquit, etsi lege & more abjectum ac vile id genus, tamen, &c. Sane in vilibus habiti semper: ideoque mox etiam appellat, *Contemptum gregem*.

Sed dum honesti actus etiam ab infimis editi memoriâ non intercidant] Abest veteri, *actus*: & post, *infimis*, inserit, *estis*. Ego legam: *dum honesti etiam ab infimæ sortis editi memoria non intercidat*. Dummodò res honestæ, inquit, etiam si à vilibus editæ memoria duret, &c. Statim etiam malim, *ut nec illis adjuncti, non his prælati*: ordine mutato. Et cur malim, vides.

Quo-

Quorum quoniam religiosum cultum instituimus] Imò vero, institutus. Jam enim dixit de Gratitude, & locum cum velut peragravit.

C A P. III.

At, inquit, erario] *Lege, inquit.*

Quo enim Jambo, quâ procella verborum] Haud displicet de Jambo: nec item quod in veteribus, nimbo.

Ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit] In veterib. est, ille locatim. Neutra vox ad verum, & facile ex hac inconstantia odoror suppositas illas pro germana ista, pagatim. Athenienses enim ante Thesea in pagis habitaverunt. Plutarchus, & clarissimè Livius libro xxxi. Delubra sibi fuisse (Athenienses loquuntur) quæ quondam pagatim habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrarint. Idem de iisdem: *Templa deum quæ pagatim sacrata habebant.* Adde, quæ mox addam.

Abundè non duxerunt] Negatio abest veteri: & tollenda.

Hanc hereditatem paternam solam se sortitum] Optimè vetus & ex veteri formula, *solam se crevisse.* Hereditatem cernere, pernota jam & notata aliis dictio.

His dotibus, quæ ad pacandum hominem potentissimæ indicantur] Displicet jure, *pacandum*, certius, *peirendum.* Tentem ex eo, *Parcendum homini.* Et si malim *perlegendum*, aut ejus sententiæ verbum propinquius.

Discordes focitui, paucis dividua tuguria, ô Græcia, facta sunt. Columen lucet Marathon, &c.] Curvus locus. Quem tentasti. Pighi, dirigere: sed tentasti. Nos, nisi fallor, propitio Phœbi filio sanamus. Verus unus habet, & *paucis.* alii aliquot, & *pacis.* Lego, & *pagis.* Hoc primum. Sane quin referenda hæc sint ad Theseum, qui pagatim habitantes Athenienses (supra doctum satis: & hic locus priori illi firmando item valeat) in urbem conduxit, nemo ambiget ex cathenata hoc priorum repetitione. Jam sequentia ex prisco libro sic concinno: & *pagis dividua tuguria tua, Græciæ facta sunt columen. Lucet Marathon, &c.* Athenienses ipsos adfantur & increpant. Per nos, inquit, tua tuguria & pagi exculci, in caput Græciæ verterunt.

Honore aræ decorata, quasi sacrosancta colis] Vetus unus, *sacrosanctiores colis:* alii, *sacrosanctiora.* Et omittunt *quasi.* An legendum, *decorata, sacrâ sanctione colis?* Quod esset, sacra quadam lege & decreto colis.

C A P. IV.

Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patria, precibus hujus, &c.] Confuſa hæc, mala. Scribo: *viciſti iram meam patria, precibus hujus admotis, cujus utero te, &c.* O patria, ait, jam animum meum viciſti telo hoc maternarum precum.

Quod neceſſe eſt animo quoque evenire, aliquantò efficaciore piẽturã litterarum: vetera pro recentibus admonitos recordari] Locum habes. Pighi, inter mutilos: ego inter malos. Emendari poſſe cenſeo nonnulla admonitiuncula libri, qui habet *vetera prodentibus*, unde ego, *vetera à prudentibus admonito recordari*. Diſpice, nec fugiet te ſententia. Involuta autem hujusmodi multa in Valerio: nec miror ſæpe in tam tenebroſis ſententiis offendiſſe exſcriptores.

C A P. VI.

Quia eversã domo, intemptatus reip. ſtatus manere poteſt] Placuit ita tibi Pighi, è Cauchiano. At in duobus meis eſt, *interdum proprius reip. ſtatus*. Non male certe. Quòd ſi Cauchiana ſcriptura præferenda eſt: malim ex ea tamen, *intemeratus*.

Namque in capite ejus ſubitò veluti cornua emerſerunt] Vacillant valde libri. Alii, *cornua eruperunt*: alii, *erexerunt*: meus palàm, *erexerunt*. Nove, ſed vere. Eraxerunt, abſolute ea forma dictum, qua ante notavi direxerunt. Sic minuerunt, auxerunt, ſedarunt, poſuerunt: id eſt minuta, aucta, ſedata, poſita ſunt, veteres paſſim dixere.

Cuius dicenti, cùm in capite picus conſediſſet] Bona item priſca lectio, *Cuius dicentis*.

Domus, ipſius ſtatum feliciffimum] Veteri, *factum fideliffimum*. Probem, *fatum feliciffimum*.

Unicum talis Imp. ſpecimen eſſet] Sambuci codex, *ſectamen eſſet*. Anne ſpectamen?

Ac pabulantium hoſtium globo] Ejuſdem codex, *palantium*.

C A P. VII.

Stratonices infinito amore correptus] An inſinito amore? Certe deſtolido, improbo & imprudenti adſectũ loquitur privigni in novercam.

Excitatioſem anhelitum] Falsò. Languidior enim anhelitus, & velut abiens cum illa abeunte fuit. Quod ipſe
Val-

Valerius aperit, qui increbuisse anhelitum ait illā intrante. Veteribus est, *exercitationem*. Vox accommoda haud mihi nunc accurrit.

CAP. IX.

Se nil tale debere suspicari persuasus] Non est in veteri vox, *debere*. Ego verò illud, *se*, etiam deleo, & lego, *nil tale suspicari persuasus*.

LIB. VI. CAP. I.

Unde te virorum pariter ac feminarum præcipuum firmamentum Pudicitia invocem? Scribendum est, *et vocem*. Varia enim ejus domicilia recenset: & velut ambigit, ubi potissimum habitat. Vocem etiam *Firmamenti* (nescio an non calide) mutem in *Ornamenti*.

Sanctissimumque Juliae gentis genialem thorum assiduâ statione celebras] Insignis plane restitutio, quam tamen libris debemus; quibus fere vox, *gentis*, abest. Et quid expedias alioqui hanc sententiam? Quæso te, an gentis Juliae genialis aliquis thorus? Imò singulorum is est, nec nisi matronarum. Itaque de Julia hoc capiendum sive Livia Augusta: cui serviliter, ut & Tiberio alias, adulatur: tantamque pudicitiam ejus facit, ut numen ipsum inhabitare velit Genialem ejus thorum. Porro Julium nomen post adoptionem vulgò datum Liviae, docui in Commentario ad Tacitum. Cujus rei inobservantia locum hunc foedavit.

Atque hanc illatam injuriam non tulit Virginius plebei vir generis, &c.] Scribe & distingue: *Atque hæc illatam injuriam non tulit. Virginius, &c.* Claudat exemplum præcedens, & transit ad alterum: Atque hæc Lucretia, inquit, illatam injuriam ulta est ferro: Virginius etiam inferendam.

Deductam in foro puellam occidit] Imò jam in foro erat puella ad Appii tribunal. Lego, *seductam in foro*. Ita res, è Livio, aliisque: qui seductam paullum à patre puellam, & tunc interfectam clare scribunt.

In qualicumque enim statu positam Romano sanguini pudicitiam] Melius, *posito*.

Nequè similis foedus exitus sequitur] Illud, *similis*, infartum est.

L. Octavius deprehensum nervis contudit] Sambuci codex, *perrnix contudit*. Unus è meis, *protinus contudit*; alii, *pugnīs*. Ego hæreo.

CAP.

C A P. II.

Multi metus urbis atque Italiae finiti erant, plebs Romanae libertatis Scipionis libera non fuit] Nihil hæc postrema ad eam clausulam. Itaque amove, & copula cum sequenti exemplo, hoc modo: *Plebs Romana libertati Scipionis libera non fuit. Quapropter minus mirari, &c.*

Idem cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur] Veteri deest vox, *Caesaris*: & pro temporibus, legit, *patribus*. Tu non ambiges quin, *partibus*, vera scriptio sit, voce etiam illâ rejectâ. Partes, eo sensu quem suprâ notavi.

Itaque timens ne si tu fueris absumptus] Dele illud, *timens*, fidelibri.

C A P. III.

Pollie que proxima exierat] Mallem, *que prima*. Atque in his vocibus sæpe commutatum.

C A P. VI.

Falsum legationis nomen amplecti] Vetus, *vocabulum amplecti*. Ausimne, *velabulum*?

C A P. VII.

Ne domitorem orbis Africani femina impudicitiae rerum ageret] Impudicitiae vox non in virum convenit, cumque qui libidinosè agit; sed qui quæve patitur. Latini quidem ita. Exemplum hæc contrâ, si locus rectus. In veteri uno est, *incontinentiae*. In altero, *impatientiae*. Ex quo ego rescribam, *impotentiae*. Ne is, inquit, qui potens tot hostium, parùm potuisse in se coercendo videretur. Proba omnino correctio.

C A P. VIII.

Custodita rei salute subvertit. Argui fortuna, &c.] Codex meus voces aliquot inserit bonas & germanas, *subvertit*, & *dominum suâ fide & constantia libera vit*. Argui, &c. Malim tamen, *summâ fide*. Paullò item antè legerim, *Plurimis etenim laceratus verberibus*.

In cubiculum ac lectulum recepit] Prisca editio, *as lectulum*. Lego, *lecticulam*. Is ritus, ut lecticulas haberent non

non ad somnum sed ad decubitum, in quibz lucubrarentur, scriberent, quiescerent. Suetonium in Augusto vide.

Contentus essem hujus generis exemplis] Prisci libri inserunt, *essem ex hiis hujus generis*. Fuisse censeas, *eximius hujus generis*.

Nec solum hætenus benivolentia processit] Jugula vocem solum, auctore libro. Proprietatem verbi hætenus non cepere, qui addidit.

C A P. IX.

Nam cum aliorum fortunas spectando] Vetus, *fortunas & spectora*. Ego verissimum censeo, *fortunas & decora*. Statimque, *quid aberit, non oberit, ex veteri*.

Sed operas publicanis dedit : idem ultimam inopiam suam, &c.] Scribe, *id est, ultimam*. Vicio in libris crebro. Sententia hic postulat. Non enim aliud aliquod munus obisse narrat, sed hoc idem interpretando vilis facit & abjicit.

Victor Capitolium felicitate celebravit] De triumphante loquitur. *Anne felici dape* ? Ut de solemniori triumphantium convivio in Capitolio capias.

Turpem decoctoris superlationem injunxit] Puto fuisse, *appellationem*. Et depravasse vocem adhæsu litteræ sigma è sine alterius.

Ejusdem stultitiæ imperia salutaria] Stulte interposita vox Stultitiæ : quam tolle, natam è linea priore. Nam illud Ejusdem, ad Cimonem planè referendum fuit.

Improviso decursu destitutos] Veteres duo, *recessu*. Quod approbo.

L I B. VII. C A P. I.

Adjecit animi rarissimas dotes] Recte. Quia tamen in veteri lego, *animi non rarissimas dotes*, ambigo an *numerossimas* non fuerit.

Nam Q. Metellum] Duas voces istas, *Q. Metellum*, clarum à glossographo esse. De illo ipso enim omnis hic continenter sermo.

C A P. II.

Is ubi consul cognovit] Vetus, *Id sic consul*. Lege, *Id sicut consul*.

Tam

Insequentibusque sæculis sint habitaturi] Germanior scriptura libri, inque sequentibus sæculis.

Qua fortuito patimur] Malo. *sortitò*: & sententiam magis explicat.

C A P. III.

Sordidà magorum dominatione oppressà, Darius rex adjutoribus ejusdem dignitatis assumptis] Mire involutus locus: mihi quidem. Darium ecce regem vocat. Atqui candidatus regni saltem erat, & de eo agitur, quomodo & qua fraude regnum adeptus. Sed & adjutores ejusdem dignitatis appellat. Adjutoresne regni? Imò contrà, adversarii ejus, & quisque sibi spondebat eam dignitatem. Aut nihil video, aut grandis & andax depravatio: quæ nescio an sic levanda. (nam ut tollam prorsus, sine libris vix sperem.) *Darius rei adjutoribus ejusdem assumptis*. Historia fane talis: & ii qui conjurant in magos, convenère simul in hæc conditionem de regno.

C A P. IV.

Omnes pugnantium globos præcurrit] Vetus rectè, *percurrit*. Misit se globis, non præcurrit.

C A P. V.

Ut propositis ante oculos clarissimorum, &c.] Tota hæc circumductio melius & compositius concepta in veteri: *Qui à propositis ante oculos clarissimorum virorum repulsis, ut non minore cum spe honores, ita prudentiore cum animi judicio perent.*

C A P. VI.

Quattuor & viginti millia servorum comparaverunt] Legendum videri, *quattuor millia servorum*, & causam erroris docui in II. Elector.

Eàmne umquam aliquis in acie hortaretur] Vetus optime, *En, quem aliquis*. Itrisorio illo & dissimulanti genere sermonis.

C A P. VII.

Summà cum iniquitate paternum nomen abrogaverat] Prisca lectio, *nomen jurgaverat*. Fuit omnino, *nomen juraverat*.

C. Cal-

C. Calpurnii Pisonis Prætoris urb. constitutio] Libri plerique omnes, *præfæcti urbis*. Referre ad Pisonem præfectum sub Tiberio conabar, cui dare se Valerius voluerit arcessito hoc exemplo: sed illi Lucium prænomen fuit..

Terentius ex octo filiis] Mentis meę oculus hîc, nisi legas, *Terentius cum octo*, cæcutit.

C A P. VIII.

Testamento is filium instituit heredem] Si filium instituit : quomodo Ti. Longius id subvertit ? Et quomodo is sanguine ei proximus ? Clara perversio. Emendavimus nuper, *Testamento Ofilium*. Et probat nunc vetus, cui *vocula is*, nulla est.

Quid hoc loco inhonestius?] Scribe, *joco*, non, *loco*.

Vitæ fructibus continuo cariturus] Sambuci liber, *vitæ lufibus*. An, *usibus* ? Puto.

LIB. VIII. C A P. I.

Forti punitione liberata fratris dextra] Verum est, *Librata*.

C A P. II.

Aequitas quærentium delectare] Vetus, *quæstionum*, Fortè, *quæstorum*, sive, *quæstorum*.

Tam minuti à pudore excessus] Vetus, *tam minimo*. Leggò, *tam minimi* : sicut aliàs hîc loeutus.

C A P. XI.

Athenæ solitudine agerentur] Melius, *angerentur*.

Desiderium pictoris coëgit explere] Margines tui præferunt, *coëgit exemplare*. Quod & in meo est libro. Verbum ignotius fuit, in quo turbant. Et me judice, *eximplere* : quomodo & Adimplere dicimus, aliaque compositione geminâ.

C A P. XIII.

Conspecta est] Lege, *esto*.

Ei nostra ornata mentio defuisse existimetur] Ambigebam pridem de loco : quia superbè illud de se scriptum, *ornata nostra mentio*. Sumbuci codex subuênit pulchrè : *ei oratione nostra mentio defuisse*.

Et simul ꝑe diuturnioris vitæ] Lege, ꝑpei.

C A P. XIV.

Dulcedinem gloriæ penè adjecit gloriosam] Ita tu Pighi, ex omnibus manuscriptis. Nam antea legebatur, Dulcedini gloriæ, p. a. gloriam. At ego lectionem tuam ipsam jacentem erigo, Dulcedinem gloriæ, penè adjeci, gloriosam ! Velut exclamat. Et ô dulcedinem, inquit, gloriæ, tantum non dixerim gloriosam ! Acumina & sententias Valerii nostri.

LIB. IX. CAP. I.

Inde infusæ culinis ostrea. Arte censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta est] Abest ꝑ, ostrea, à plerisque omnibus libris. Et tollo sanè ego ac rescribo : inde infusæ culinis artes, censibusque, &c. Sententiam egregiam elicio : & hinc, inquit, repertæ culinariæ illæ artes, & patrimoniorum pretiis empti coqui.

C A P. II.

In publicâ villâ (quæ in campo Martio erat] Vide ne totum hoc glossematium sit. Nisi forte docendus aliquis Valerii ævo, ubi Publica villa esset.

Inclusus moenibus Attinguensium] Veteres, Abteguensium. Scribam, Atteguensium. Attegua notum Hispaniæ opidum est.

C A P. III.

In Fabio pulcherrimam partem omittendam] Lego, pulcherrimè partem. Et ad victoriam refero.

C A P. IV.

Ejus denique confirmandi gratiâ] Præfero scriptam lectionem : ejusdemque.

C A P. V.

In Hostiliam propinquam rostris ad me venit] Vocem libri interserunt, rostris idem ad me. Lego, id est ad me. Quomodo vocis ejus superbæ indignitas magis eluceat.

Vestem & instituta Persica assumpsit, ꝑreto, mortali habitu divinum æmulatus est] Verbi aliquid occultioris hinc deliterere docent libri, qui valde titubant. Quidam, divinum aucupatus est. Alii, divinum caput æmulatus. Et qui proprius ad verum, caput latus est. Credam fuisse divinum captatus est ; pro captavit. Crebrum valdè hoc genus antiquis : & infra, cap.

ap. VIII. ubi vulgò , *Itaque exiguo momento maximæ rei casus fluctuavit*: libri mei tres, *fluctuatus est*.

Fam Xerxes , in cujus nomine superbia & impotentia habitat, suo jure quàm insolenter abusus est , cum Græciæ , &c.] Absunt à meo libro illa, abusus est. Me judice, meritò. Scribo & distinguo: superbia & impotentia habitat suo jure, quàm insolenter ? Quod Græciæ, &c. Ita enim vetus, non, cum Græciæ. Tu vide.

C A P. VI.

Cum binis vestimentis urbem egressos] At in Livio hæc ipsa narrante, singulis vestimentis egressos eos leges. An igitur hîc, *cum privis vestimentis* ? Quæ corruptio eadem & correctio alibi in Livio mihi notata. Nisi si Livius singula vestimenta capit, unam Togam , uam Tunicam. Quo respectu rectè & Bina & Singula dixeris.

C A P. XII.

Imbris causâ petitam latebram] Scriptis meis abest, *caussa* : nec *caussa* retinendæ est.

C A P. XIII.

Ita ut vivam, dabo] Scribe, *Ita vivam*. Jurandi formula, quam insita vocula peruertit.

A D D I T I O.

Theodorus Canterus amicus meus, & harum artium diligentissimus, per epistolam me monuit, libro VIII. cap. VII. ubi legimus : *À Timæo, & Ariene, & Cæto Locris præcepta Pythagoræ acciperet*: repperisse se in veteri libro, *Ariene & Echecrate*. ex quo appositè facit, *Echecrate*. Nam Cæti Pythagoræi mentio nusquam, nec in Jamblichi quidem Catalogo. At Echecratis etiam Cicero meminit v. De Finibus, ubi pænè hæc ipsa Valeriana : *Cur ad reliquos Pythagoræos, Echecratem, Timæum, Arionem, Locros, &c.*

Handwritten text, possibly a list or index, starting with "Handwritten text" and "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a date or reference number, starting with "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a list or index, starting with "Handwritten text" and "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a date or reference number, starting with "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a list or index, starting with "Handwritten text" and "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a date or reference number, starting with "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a list or index, starting with "Handwritten text" and "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a date or reference number, starting with "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a list or index, starting with "Handwritten text" and "Handwritten text".

Handwritten text, possibly a date or reference number, starting with "Handwritten text".

JUSTI LIPSI
 ANIMADVERSIONES
 I N
 TRAGOEDIAS
 Q U Æ
 L. ANNÆO SE-
 NEC Æ
 TRIBUUNTUR.

IN TRAGOEDIAS SENECAE

I. LIPSI V. C. OPERA EMENDATA S.

Q*Væ tibi rependent, doctæ LIPSI, præmia
Doctæ Camænæ, quas jurare sedulo
Nulloque cessas demerere tempore?
In lucis oras doctus en SENECA redit
Quatiens cothurnos Euripidis ardui:
Heroës unâ, parte sui superstites
Meliore, redeunt, non, ut antè, debiles,
Non lancinati. Dulcis usum luminis
Sibi restitutum gratulatur OEDIPUS:
Nec nomine uno debet HERCVLES tibi;
Vel quodd scelestâ cæde manantes manus
Vivo abluisi rore fluminis tui;
Vel alta scandens astra ab Oetæo rogo,
Consumptus igne profuisse quodd sibi
Te plus vel ipso sensit. Aesculapio:
Laudat renatus VIRBIUS tuam manum,
Reductus ipsis jam secundum ab inferis.
Quid plura referam? Romulus debet tibi
Cothurnus omnis, invidens antè Helladi,
Plus quàm Poëtæ; nam illi in hoc unus fuit,
Quiritium unis ut placeret auribus;
Tu non, in urbe tantum ut unica populi
Teneret aures usque, fecisti, vagas;
Sed orbe toto reddidisti nobilem.*

Janus Doufa Filius.

JUSTUS

JUSTUS LIPSIUS
FRANC. RAPHE-
LENGIO

FR. F. PLANTINIANO

S. D.

QUOD serid tandem manum & mentem
admooveris Senecæ Tragædiis, valde
id nobis, mi Francisce, gratum. Et
nonne diu tale aliquid oportuit, in hoc
ingenio, in hoc otio? Illud adest, istud superest: nec
culpa hîc esse potest, nisi à deside voluntate. Atqui
ingenium ut ferrum esse scito. Splendescet, si uta-
re: rubiginem contrahet, si recondas. Vtere igitur.
Et inprimis ad hæc ista: quæ gratiam tibi apud
me apud arum, famam gignent apud omnes. Sed
auxiliûmne etiam à me poscis? Ego consilio defun-
ctum me putabam. Tamen & illud accipe: simul
in his talibus veram vocem,

Ἀνδρᾶ ὅ, π φερνέας. Τελίονι δέ με δοµὸς αἰώνου.

Nam amicissimi Plantini mei causâ quid non ve-
lim? Quid non & pro istâ Plantinianâ stirpe?
Quam Deus mihi sinat crescere rectam, & in re-
ctâ virtutis viâ.

TRIA petis. Quid de scriptore Tragediarum senti-
am? Quid de ordine? Quid habeam ad ipsas? De pri-
mo, sic respondeo. Scriptorem iis dari à me non u-
num: nec Criticos nostros audio, qui aliter pertendunt. Sti-
lum & elocutionem quisquis seriôsè paullò magis exami-
nat, non à me sentit? Sentit, aut profectò nihil sentit. Dis-

Tragædia
hæc, non
senius viri
opus.

Videntur
quatuor
sexisse.
Septem ju-
nioris Se-
neca sunt.

crimen nimis clarum. Octavum & Medæam unius men-
tis & manus esse quis dixerit ? Quis Thebaida & Troa-
da? peritus nemo iudex, & cui purgatio paullo auris. Ego
tres scriptores odoror, fortasse & quartum. Audi. Pleras-
que ex istis Annæi Senecæ esse fateor (sive Lucium ei
prænomen sive Marcum. Nam liber sanè meus uno loco
utrumque ambigüe congerit) sed Senecæ novioris. Filii-
ne illius, qui Philosophus ? Vix arbitror : nec scripta mihi
suadeant tam bonum ævum. Trajani imperio, imò infrà,
si vixisse quemcumque hunc Senecam dicam, à vero non
abibo. Certè à veteri illo alius est, vel Sidonio teste, cujus
versus innotuere :

Qui valde
remotus à
Philosopho.

Quorum unus colit hispidum Platona :

Orchestra quatit alter Euripidis.

Etiam Terentiano:

In Tragicis junxere choris hunc sæpè disert

Annæus Seneca & Pomponius ante Secundus.

Nam Tragicum hunc, ecce, posteriorem facit Pompo-
nio: quem clarum est vixisse eodem cum grandiori Sene-
câ, id est, Claudiano ævo. Quod autem de hisce Tragicæ-
dis sentiant, liquet ex eodem Terentiano; apud quem
versus cum Senecæ nomine, quos hodieque in Hercule
Furente legas:

Exemplum & Senecæ dabo.

Thebæ læta dies adest,

Aras tangite supplices:

Pingues cadite victimas.

At una,
Seneca
majoris:
Fabu fide:

Is ergo unus scriptor. Quis alter ? Etiam Seneca: sed ille
bonus, ille meus. Nam Medæa cur non auctorem hunc
audacter tribuam? Fabius impellit, qui semi-versum ex eâ
hunc citat:

---- *quæ petit terras jubes?*

& quidem Seneca auctore. Quis ergo alius Seneca us-
piam ei nominatus, præter nostrum? Et certè si non hunc
voluit, notâ aliquâ aut verbulo (quæ ejus accuratio est)
indicasset. Addo argumentum ab ævo, quo colligo eam
scriptam ex hisce versibus:

Et ratio-
nis tempo-
ris.

Parcite ô divi, veniam precamur,

Vivat ut tutus mare qui subegit:

Sed furis, vinci dominus profundi

Regna secunda.

Denique
ex suo, qui
præfulget.
Una, etiam
ignis Poe-
ta.

Quos omnino infitos decorè & ingeniose in laudem Clau-
dii, qui Britanniam tunc apperiebat, plane mihi sedet. At
Seneca tunc vixit. Etiam stilus & tota scriptio hoc per-
suadent: quæ optima, & digna optimo illo scriptore. Sane
qui Medæam attentâ & substrictâ, ut sic dicam, aure le-
get: illustris ingenii factum fatebitur, & plane melioris
viri,

viri, melioris ævi. En, duos scriptores habes ubi tertius? Latet; nec facile totum eum educam. Video, nec video: esse scio. Sed quo colere & nomine, nondum Hunc ego tribuo Thebaïdi. Quidni? Ex stilo & totâ conformatione ejus Tragoediæ tam mihi certum est, alium auctorem ei esse, quàm me spirare. Confer, sodes, cum ceteris: quid simile? Oeconomia diversa, sine choris, sine interruptione, continua quasi ad Comicam. Scriptio tota uniformis, simplex, sine carminum ullâ varietate. Sed scriptio, ita me Deus amet, alta, docta, grandis: & quæ suo jure ambulet in cothurnis. Nihil usquam juvenile, arcessitum, fucatum. Phrasis & verba lecta: sententiarum mira & inopinata acumina; & acumina virilia, fortia: quæ me quidem ita feriunt, ut non exciter solum ad ea, sed subsultem. Quid tale in alijs? Audebo rem dicere. Scripti gemmula hæc est, & quam lubens retulerim vel ad Augusti ævum. Per bellum quidem Civile eam scriptam, & ex argumenti electione suspicor, & ex versibus qui quasi datâ operâ huic rei inserti. Quidquid hujus est, tollenda sane ea, nec ultra calcanda pedibus ignari vulgi. Vos Critici, ponite & habete audacter inter prima Romana scripta. Quartus scriptor producendus est: sed ambigue. Nam nec nôvi, nec nimis adfirmate de eo adfirmem. Sentisco tamen cum in Octaviâ quæ nimis mutare & abire videtur ab alijs Tragoedijs, imò verbere eruditorum excipienda non plausu. Considera, nec vide tantum sed lustra. Quid non in eâ protritum, vulgare? Imò & vile! Quàm multa rebus verbisque inepta? Quæ piget excerpere & obijcere tibi singillatim. Puer ego sum, nisi à puero ea scripta; certe pueri modo. Habes de Tragoediarum scriptoribus meum sensum: addam & de ipsis. Duas duorum, eximias censeo: quibus laudator ego, non censor. In aliis virtutes video, sed non sine mixtura vitiorum: Magnus Scaliger quòd tam laudatum de his testimonium tulerit, ut etiam Græcis anteposuerit, an ex vero? Non dixeris, nisi ad primas illas aspectu. Nam ceteræ profectò non ascendunt culmen istud laudis. Sonus in iis & granditas quædam Tragica, fateor: sed nōne adfectatio læpe & tumor? Verba & dictio an usquequaque electa? Jam sententiæ probæ, acutæ, interdum ad miraculum. Sed nōne sepe & sententiole? Id est, fracta, minuta quædam dicta, obscura aut vana: quæ ad spectu blandiantur, excussa moveant risum. Nec enim lumina, sed scintille sunt: nec veri fortesque ictus, sed ut in somnio, parvi & vani conatus. Quas tamen ipsas crebrò nimis & ad fastidium ineulcat, nec invenit sed arripit: non tam sua fortasse quàm ævi culpâ, cui Scholasticum & Declamatorium hoc genus ita placuit, ut operum

*A facie
scriptoris
totius certo
argumen-
to.*

*Quam nimis
bona.*

*Digna
Augusti
ævo.*

*Legenda
& admi-
randa
doctus.
Sed una
item quar-
ti & ignoti
scriptoris:
Nec sanè
boni.
Octavia
jacet.*

*Iudicium
de his Tra-
gædijs
meum.
Nam
Scaligeri
haud regi-
dè verum.
Innotuit
Seneca,
media
sunt.
Sapè in
vitis.
Præsertim
affectatio-
ne senten-
tiarum.*

*Qua com-
munis tunc
culpa.*

omnium (Fabii verba sunt) *solam Virtutem Sententias putarent.* Hæc noto, non ut notâ poetam illum afficiam, sed ut te formem : discasque iudicio non præiudicio uti, nec signare statim omnia lineâ albâ.

*Ordo in his
fabulis
nullus.*

Alterum Quæsitum de Ordine est, frustra. Quid enim hæres ? Nec unus in libris est (omnes fere variant) nec sane refert. In Plauto ad litteram Comœdiæ disponuntur. Tu istas, ut voles. Nam in tempora cuiusque fabulæ quid inquiras ? Supervacuum est. Sequere, si omnino aliquid à me vis, ordinem hunc bonitatis, & præeat vel Thebais, vel Medæa.

*Quo no-
stra hæc
opera.*

Tertium erat. Si quid ad ipsas ? Ege verò, etsi jam antè satis emendatas (hæc enim strictis versibus scripta, arcent ferè & cohibent malas manus) postremum etiam seriò & industrie correxerit V. Cl. Antonius Del-rio, æternum nobis amicus. Tamen accipe & à me ista. Quorum partem ab ingenio esse scies & subita inventionem, cum tua causa paullo intentius legerem: partem à libro scripto veteri sanè bono, quem habemus dono Pauli Milissi magni vatis. Illud te moneo, interpunctiones & discrimina valde vitiata esse. Quorum cum in ejusmodi subtilioribus scriptoribus grande momentum sit, tu vide ut concinnes. Numeri quos adnoto, versuum sunt Fabulæ cuiusque. Ordior à

*Et auxi-
lia.*

M E D Æ A.

vers. 29.

----- *Spectat hoc nostri sator*

Sol generis & spectator, & curru insidens

Per solita puri spatia decurrit poli.

Languet sententia. Litterulâ eam erigo: & *spectatur* ? Nam acri indignatione Medæa quærit, Hæcne scelera, inquit, Sol ille videt auctor mei generis: & idem videtur ? Quasi hoc indicans, refugere eum debuisse ut in Thyestæo aliquo scelere, & vultus suos tegere. Tale illud divinitus dictum in Thebaïde : *Non video noxæ conscium nostræ diem, Sed videor.* Quæ acumina ex re nata & subjecta, mirificè delectant acres acutasque mentes. Sequenti etiam versu Codex noster, *per solita curui.* probè.

* Ita habent manuscriptori, Ortelii scilicet & meus.

31. *Num redit in ortus, & remetiatur diem ?*

Ver. *Nunc.* scribendum * *Non,* aut, *Nec.*

33. *Da, da, per auras curribus patris vehi.*

Minimesis, patris. Acetæ in aëre nulli currus. Lego, *patris.* Nam Sol Medææ avus.

35. *Gemino Corinthus litori opponens moras
Cremata flammis maria committat duo.*

Levi-

Leviculum est, sed ad sententiæ lucem, scribe *committer*. Nec enim vovet, sed minatur. Et si ego, inquit, in solari semel curru; peribit cum solo Corinthus in qua hæc perfidia.

55. *Quæ scelere parta est, scelere linquetur domus.*

Cod. nolter, *pacta est*. Et *rumpetur fides*. *Pacta*, juncta. Quis mutet?

92. *Vincat femina conjuges,*

Vir longè superet viros.

Præfero & hic scriptum: *Vir longè ut superat viros*. Nam formam Iasonis ita laudat, ut hac parem ei comparem optet.

132.. ---- *funus incestum patri,*

Sparsumque ponto corpus.

An non *incertum*? Nam vere illud funus ambiguum, & corpore sparso, quærendum non uno loco.

151. ---- *gravia quisquis vulnera*

Patiente & æquo motus animo pertulit.

Verius, *immotus*.

170. *Morere*. ME. cupio. NV. *profuge*.

ME. *pœnituit fugæ*.

Medæa fugiam? NV. *mater es*. ME. *cui sim, vides*.

Acuta & proba. Tamen impuritatis aut defectus suspiciunculam Vetus injicit, in quo est: *pœnituit fugæ*. NV. *te ipsam vide*. ME. *Fugiam?* Quæ verba non concinno.

198. *Vox constituto sera decreto venit.*

Intelligo. Serotina tua verba, & post decretum quod non mutò. Tamen veteri est: *nox*: sua quoque & bona sententia.

264. ---- *quamque regale hoc putet.*

Quid sibi vult scripta lectio? *Hoc caput*.

214. *Armata pellis quidquid exterreret cohors.*

Eadem, *exercet*. Et sane videtur dicere ipsas Amazonas subfuisse Aetææ, solumque quod exercebant.

236. *Incesse nunc & cuncta flagitiaingere.*

Sanè benè. Tamen in vet. est, *cuncta flagmina*. Quid si, *fulmina*? Haud improbè de regiis istis minis.

Sic etiam
liber Or-
telianus.

248. *Petiique supplex præsidis dextræ fidem.*

Codex, * *Fidemque supplex p. d. petii*. Et cur mutarunt?

* Ort.

Ita Hercul. Fur. *Et fata vici, morte contemptâ redii*. Et Oeteo: *Votis peperci, nil ego à superis petii*. Efferebant hæc enim vulgò ut dissillaba, & verò scribebant: I scilicet eo longiusculo, *Pet I, Red I*. Poëta princeps, *ignobilis et I*.

265. *Præsusque vestro purus à cœtu stetit.*

Vet. * *Proculque vestro*.

* Ort.

314. *Non quæ sequitur flectitque senex:*

Rectum

* Ott.

Rectum est de Boote. At vetus, * *defletque senex*. Ideòne quia matrem conatus interficere, ad adspèctum ejus memorià rei lacrimat?

342.

----- *cùm duo montes*

*Subito impulsu, velut ætherio
Gemerent sonitu, spargeret astra
Nubesque ipsas mare depressum.*

Imago bona. Quà & alter Seneca usus Herc. Fur. de iisdem Cyaneis:

*In se coibunt, saxaque in cælum expriment
Actus utrimque rupibus, medium mare.*

Dic tamen fodes, quomodo astra spargi possunt à mari depresso? Imò elato. Si sensus hic placet, omnino emenda, *mare deprensus*. Interceptum videlicet & quasi deprehensum subito inter duas rupes, exprimitur in cælum. At veteri meo diserte est, *Pergeret astra, non Spargeret*. Ex quo alia mihi & proba imago obnata, hæc. Mare, inquit, coitu illo rupium elatum nimis, & subito abjectum, videbatur secum nubes detrahare & ipsa astra. Omnino oculis ita videtur, qui in commoto mari. *Pergo autem depressum*, eà forma scriptum qua, *Eo depressum, & talia*.

354. *Toties imo latrante malo.*

* MSS.

Bellius quod in veteri, * *uno*. Scilla, inquit, illa toties latrabat, variis vocibus & animalibus in monstro uno.

372. *Pervius orbis**Indus gelidum**Potat Araxem:**Albin Persæ.*

Hæc divide, & fac quattuor minutos versos: aut contra legem hîc Trochæi medii. Quod semel monitum sæpiùs observabis, & corriges.

388. *Proclamat ô superi, oculos fletu rigat.**Egregiè liber: Proclamat, oculos uberi fletu rigat.*393. *Non facile secum versat aut medium scelus.*

Medium scelus capere possis, non è turbâ nec mediocre quoddam. Recte. Tamen veteri vox longe alia, mentem præit aliam: *induit scelus*. Fecerim, *aut ludit scelus*. Quid si, *rude scelus*? Nam produci eæ sillabæ solent, etiam cùm in voce alterâ binæ litteræ: quod te scire scio.

410. ----- *tantis Aetna fervabit minis.**Scribes, fervescit.*477. *Alienaque sequens regna, deserui mea.*

Fortiùs multo scripseris, & interrogando extuleris:

Aliena sequeris regna? deserui mea.

Idque probe probum est. Tunc ô Jason, inquit, alieno regno immines, ideoque me deseris? At ego tua causa, proprium deserui.

508. *Meis Creusa liberis fratres dabit?*

Regi-

Regina gnatis exsulum, afflictis potens ?

Non veniat umquam tam malus miseris dies.

Personis hæc distinguenda & illuminanda: * *fratres da-* * Ort.
bit ? IAS. *Regina g. e. a. potens.* Lugd.

MED. *Non veniat, &c. Sententia docet.*

516. IAS. *Hinc rex & illinc.* MED. *est & his major metus,*

*Medea. Nos * consfigere certemus, sine,*

Sit pretium Jason.

* Ald.
Consfige.

Vitium in phrasi, versu, sensu. Quid est, *certemus consfigere?*

Lex versus quarta sede pedem illum quî tolerat ? Rescribo, *neu consfige. Certemus, sine : Sit pretium Jason.* Nec te, inquit, voco ad periculum. Nullus te opposueris : mihi posco hanc pugnam, in quâ victoris sit Jason.

552. ----- *liceat ultimum amplexum dare.*

Gratum est & illud voce jam extremâ peto.

Refrigerant hæc legentem. Quò enim illud, *Gratum est* referas ? Ausim scribere : *Ratum est ?* Cum interrogatoria nota. Liberos in primis apud se tenere cupienter cupiebat Medæa, materiem futuro sceleri. Et cùm blandè id peteret, jamque ille annueret, ergòne hoc ratum est ? Inquit : esto. Etiam hoc ampliùs peto, &c.

631. *At caput tractu fluvialis Hebri*

Contigit notam Sryga, Tartarumque

Non rediturus.

De Orphei morte. Sed sermonis solacium hoc quis non videt ? Lege, *Ad caput tractus.*

668. *Fam satis divi mare vindicastis,*

Parcite jussu.

* Ort.
Lugd.

Explicant : *Parcite Jasoni*, qui à Pelia jussus nec sponte aquas violavit. Non refuto. Sed enim cùm in veteri sit, *Parcite vivo*, acris mihi libido legere, *divo*. Et oblique ad Claudium aspectum censeam : qui & ipse cùm ignotum Oceanum intrasset, tamen parci à divis æquum censet divo. Testa & ingeniosa adulatio.

950. *Flentes, gementes : sed oculis pereant patris,*

Periere matris.

Vetus, *gementes. Osculis pereant. Quidni recte ?*

1014. IAS. *Fam perage coeptum facinus, haud ultra precor.*

Moramque saltè supplicis dona meis.

ME. *Perfruere lento scelere, ne propera dolor.*

Hæc confusa, nec sanè mentis. Jason cupit statim interimî liberos, non tractum mori & per singulos artus. Ea enim sententia primi versus. At pugnat ecce alter, & querit supplicii moram. Denique Medæa respondet quasi ex voto, & exorata. Omnia contrà sunt. Suspicio præpòstere locatos versus, & digerendos sic.

----- *haud ultra precor.*

MED.

MED. *Perfruere lento scelere. Ne propera dolor,
Moramque saltem supplicibus dona meis.*

Ita enim malo, quam supplicis. Ista mens. Optas, inquit Medæa, citò defungi hoc spectaculo? Haud fiet. Et cum irrisione: Ne propera mi dolor, & moram saltem indulge his qui tibi supplices.

IO26 *Per alta vade spatia sublimi æthere.*

*Orr. Ald.
Lugd.

Codici meo, * *ætheris*. Verè. Clausula autem hæc divina, *Testare nullos esse quàm veheris deos*: ut multa in toto opere, cujus caussa te Seneca magis magisque jure miramur. Transeo

AD THEBAIDA.

Verf. 2. *Patris levamen gnata, quam tanti est mihi
Genuisse, vel sic desere infauftum patrem.*

*Ald.

Distingue & sententiam acutam effice. * *Genuisse vel sic*. Pronuncianda enim ea *ἐμφανώτερον* & expressius, notando scilicet sceleri in hac genitura. O nata, ait Oedipus, cujus tanta pietas, ut vel cum incestu genuisse eam mihi pretium sit.

4. *In tecta quid desectis errantem gradum?*

An in tecta & aulam reducebat patrem Antigona? Minime tota narratio & rei series refellunt. Occultum mendum: quod odoramur è veteri, in quo est * *In rectum*.

* Orr.
b Ald.
Lugd.

Omnino scribendum, *b In recta*. Id est, Quid me dirigis? recta & tutò ire jubes? Melius cadam. Itaque statim subjungit, *Permute labi*.

38. ----- *quid me gnata pestifero tenes*

Amore vinctum?

Non placet, *vinctum*. Nec enim id queritur, amari se à gnata, sed teneri in vita. Vellem, *vivum*.

44. ----- *gnata genitorem vides?*

ANT. *Ego video. Tandem spiritum inimicum exue.*

OED. *Desertor anime, fortis in partem tui.*

Mirum responsi frigus in tam calido Antigones amore. Alit ecce furorem patris, & fatetur se quoque videre, quod nec ille quidem videbat. Denique quid est, Inimicum spiritum exuere? Turbasse personas video, & Antigona frustra insertam. Continenter legenda, *genitorem vides? Ego video. Tandem spiritum inimicum exue Desertor anime*. Non tu, inquit, o filia patrem meum vides? Certè ego. Age anime, vita & spiritu tandem te priva quem pater repetit.

47. *Mortemque totam recipe. Quid segnis traho?*

Arenæ verbum, & allusum ad gladiatores. Tamen veteri est, *Totam admite*.

62. *Regam abnuentem, dirigam invitum gradum.*

Veteri, *invitum patrem.*

64. *Non obsto, sed præcedo. Quovis utere*

Duce è duobus, omnis eligitur via.

Tun' hæc capis? Haud ego, fateor. Meo libro est, *quovis* *vertere.* Legam & distinguam, --- *quovis* *vertere Duce me,* *duobus omnis eligitur via.* Age te & verte quò voles : sed non solus. In te uno, duo peribunt aut vivent.

78. *Sed fleste mentem, pectus antiquum aduoca,*

Victasque magno pectore æumnas doma.

Displicet inamoena verbi repetitio, *Pectore, & Pectus.* In meo manifeste alia vox fuit; sed ea crasa, *Pectore* impositum. An *robore*?

118. *Ubi torua rapidus devehat Ismenos vada,*

Veteri est, * *ducat Ismenos.* Malim etiam *torta*, quàm *torua.* * Ald.

178. ----- *audias verum Oedipum.*

Scribe cum vet. *Oedipe.* sese enim alloquitur : & sequentia flagitant.

181. *Hac parte mortem perage, quâ coepit mori.*

Vet. *Coepi mori, probe.*

182. *Paucæ ò parens miserande magnanimæ precor*

Ut verba natæ mente placata audias.

Magis ex decoro & vero scripta lectio, *miserandæ magnanimæ.*

193. *Qui fata proculcavit, ac vitæ bona*

*Projecit, atque * abcessit, & casus suos*

Oneravit: ipsi, ceu video, nullo est opus

Quare ipse mortem cupiat aut quare petat.

Utrumque timidi est velle. Contempsit mori

Qui concupiscit.

* M SS.
Lugd.
Baf.
abs'idit.

Utinam hîc mihi tua mens Oedipe! dico, illa saga & divina. Nam mirifice hæc turbata & implexa sententiam utcumque video, verba pro sententia non video. Quid est *onerare casus suos*? Quid illud, *ceu video, nullo est opus*? Aut tenebræ, aut sordes. Sed & illic vitium, *mortem cupiat aut petat.* Nónne enim hæc eadem? Et tamen sequentia divellunt : aditurque, *Utrumque timidi est velle.* Ubi ego illud *Utrumque*? In toto non juvo, in parte sic. Primum lego, *atque abcidit.* Ex meo veteri. Deinde pro, *cupiat, velim fugiat:* sententiæ impulsu. Postremum quæ est, *Qui concupiscit,* scribendum affirmo, *Qui non cupiscit:* plane ex Antigones * mente. Nónne hoc illa argutatur & persuasum it patri, neutrum viro forti faciendum, ut vo-
veat mori vel ut fugiat? Itaque addit : ille vere con-
temnit mortem, qui nec cupit. Sententia, quam sapi-
entum manus firmat, & noster Seneca : *Non vult mô-
ri qui optat. Deos vitam rogæ & salutem, si mori placuit.*

* Etiam
ex libri
veteris: in
quo est,
* non con-
cupiscit.
* Orr,

Hic

Hic mortis est fructus, optare desinere. Et reverà, nonne vides mollissimum atque impatientissimum quémque mortem optare? Sed optare.

208.

----- *quid te ad infernas agit**Sedes? Quid ex his pellit, ut careas die?**Cares, ut altis nobilem muris domum**Patriamque fugias, patria tibi vivo perit.*

Pulcherrimas sententias divide & ordina. ----- quid ex his pellit? Ut careas die? Cares. Ut altis nobilem muris domum Patriamque fugias? Patria tibi vivo perit. Divisione utitur, & membratim rogat ac concludit. Cur vis mori? Quid te à superis locis pellit ad inferos? An ut diem non videas? Non vides, sponte tuâ cæcus. Uti patriam fugias? Jam es in eâ nec es, vivum cadaver.

218. *Et dira fugio scelera, quæ feci nocens.*

Rescribe, feci innocens. Res ita est. Fato, non culpa, peccavit Oedipus: & suprâ scriptum, dis quoque invitis esse eum innocentem.

230. *Quæ pars meorum criminum es, infelix pater.*

Versus labascit: fulcio transjecta voce, meorum es criminum.

254. *Calidoque teneros transtulit ferro pedes.*

Ita sane & meus liber. Sed transferrendi verbum hand satis validum notandæ rei. An transtulit? An potius, transiit? Nam prisca editionibus est, transiit. Quod ipsum non nemo defendat.

257. *Cruore sæpè regio attractas alit.** Mss.]. *Vetus, * tinctas alit.*

262.

----- *proh, loqui hymenæum pudet.*

* Ott.

*Uno verbo, * proloqui.*313. *Hic Oedipus Ægea tranabit freta.*

Excusari scio posse, à Græcanica terminatione. Tamen tutius versui consulam repetita voce, Hic Oedipus. hic Ægea.

318. *Fubente te præbebit alitibus jecur,**Fubente videt.*

* Ott.

*Veterem librum cur non audiam? Cui est, * Fubente te vel videt. Egregia emphasi, & quasi extremum malorum illi, vita. At versus negat, nec continuari cum sequenti potest. Quid mali? Præsertim cum actus novus sequatur. Sane etiam in Troade versum abruptum & intercisum legeris, medio quidem Actu.*

----- *sponte desluit suâ in media Priami regna. Novus enim versus excipit: Quis Colchus, aut quis sedis incertæ Scythæ. Hoc hîc cense. Et proximum versum alterius Actus initio.*

----- *Regiâ stirpe edite.*

auda-

audacter è libro nostro exple, *Exemplum in ingens, regia stirpe edite*. Ita enim adjuvamus, cum in eo sit * *Exemplum ingens*. Hæc glossematia non esse nec adtextus, nobis satis certum.

318 *Ego ille sum, qui * scelera committi vetem?* * Bas. Probè & vere. Tamen veteri, *sceptra committi suo* & probò item sensu. Par. bell.

331. ---- *meorum facinorum exempla appetunt*. Liber & versus volunt: *exempla facinorum appetunt*: statimque laudo & agnosco libens.

336. Ioc. *Felix Agave, facinus horrendum manu*. In his verbis initium est Actus tertij, libro veteri: tu sequere, & continuatim lege ad Actum qui vulgò quartus.

366. ---- *misera non ultra suum*
Scelus hoc cucurrit. Hoc leve est, quod sum nocens,
Feci nocentes. Hoc quoque etiamnum leve est,
Peperi nocentes.

Ingeniosa & mira miseriarum exaggeratio. Sed lego versus altero, *hæc cucurrit*. Deinde, *Feci nocentem*. Sententiæ valde consulo. Quos enim alioquin locata nocentes fecerit? At singulari numero si leges, ad Oedipum apposite referes: quem illa *nocentem* fecit, sacrâ mixtione. Causa corruptioni, quod litteram elidi sentiebant non elidendam,

393. *Cursu citato miles hinc illinc ruit*.
Vetus, * *hinc atque hinc ruit*.

* Ort.
Lugd.:

417. *Ecce ecce motos fletibus credas meis*.
Malo ex scripto, *Et ecce*.

456. *Donato matrem pace. Si placuit scelus,*
Majus peractum est: media se opponit parens.
Omnino audiendus liber vetus, * *Majus peractum est*. Non postulat, sed flagitat hoc sententia. Si pergitis, inquit Jocasta, & frater in fratrem ruit, non ea meta sceleri: majus superest, quia patrem interficienda ego mater. Pertinenter vestrum nisi per me potest, que objicio mediam.

* Ort.
Lugd.

463. *Nunc aliter aberit. Ergo jam nunquam duos*
Nisi sic videbo?

Scripto abest *et jam*. Mihi placeat, ergo non unquam.

482. *Dum frater est armatus, armatus mane*.
Censores cur mutastis? Fuit antea, *frater exarmatur*: nimis bene. Interea dum frater ponit arma, inquit, tu retine. Ita non scriptus solum liber, sed etiam editio vetus, cujus mihi copia fuit è divite bibliotheca Cl. V. Francisci Nansii.

* Ort.

493. ---- *his ferrum abdidit*
Reclinis hastæ, & arma defixa incubant.

Scrbe, *incubat*. At habitum Eteoclis, qui condito gladio & velut in pacem compositus incumbabat hastæ.

K k k

632. --

638.

----- *præmium incertum petit.**Certum scelus.*

Legendum *petis*. affatur ipsum Polynicen. Et priora vâldè laborant ab interpunctis, quæ dispone optimæ sententiæ bono. His mihi salve Thebai, haud paullo melior illâ quæ vigilata per bisseños annos. Prodi tu,

HERCULES FURENS.

Cui à me quoque pars sanitatis.

Verf. 12. *Ferâ comâ hinc exterret Orion deos.*

Comâne tam formidolosa, ut eam dii timeant? Vetus, *Ferâ minax hinc terret*. Cui valdè adhæreo, & capio canem qui venatori isti adjunctus. An & *ferro minax*? Nam certè gladium etiam ei attribuunt qui imagines nobis imaginati in cælo.

19. *Sed vetera serò querimur, una me fera
Thebana, nurbus sparsa tellus impiis.*

* MSS.
Ald.
Lugd.

Addit liber meus vocem, * *una me dira ac fera*. Malè & præter verfum, nisi alteram deleas. Quod mihi videtur, & inducam *serò*. Additiciu est.

33. ----- *superat & crescit malis.*
Veteri, *increscit malis*.

44. ----- *nempe pro telis gerit*
*Quæ timuit & quæ fudit. Armatus venit
Leone & hydrâ.*

Timórne in Herculem cadat? Non ipsa Juno dixerit, et si hîc dicit. Reponam, *Quæ domuit*; sententiâ & heroë quidem illo volente.

68. ----- *robore expenso tumet.*

Placet hoc præ veteri lectione, *robore experto*.

71. *Nec flexit humeros molis immensæ labor.*
Meo libro, *molis innisæ*. veriùs.

76. *Congredere, manibus ipsa jam lacera tuis.*
Quid tanta mandas odia?

Verba Junonis sese in Dium illum exstimulantis. In quibus displicent *tanta odia*. An non meliùs, *tacita*? Quid opus, Inquit, clàm & per alios nocere, laceßere? Quin palàm armor & odium aperio jam ipsa.

94. *Quâ mugit ingens montis oppositi specus.*

* Ort. Bal.

Corrige è libro, * *Quam munit*.

116. ----- *stabo, & ut certo exeant*
Emissa neruo tela, librabo manum.

Vult

Vult dicere Juno, se suapte manu directurum tela Herculis in corpora liberorum. Itaque cum scripto scribo, *librabo manu.*

122. *Admittat illas genitor in calum manus.*

Binos versus hic adtexit noster liber, & germanissimos quidem Senecæ:

* *Movenda jam sunt bella, clarescit dies:*

* Orr.

Ortuque Titan lucidus croceo subit.

Ita enim claudit Juno. Verborum & minarum satis est: arma expedit. Quia vocat me ecce dies. Posterior ex hisce versibus in vulgatis nullibi legitur, alter non suo loco, supra versu nonagesimo insertus. Tu illinc pelle, & huc compelle.

159. *Quibus est vitæ tranquilla quies;*

Et læta suo parvoque domus

Spes & in agris.

Turbine magno spes sollicitæ

Urbibus errant, trepidique metus.

Præclara gnome, nec temerè mihi mutanda, cui vitæ hæc in agris unice placet & ex agris. At vetus tamen aliorum trahit, qui scribit, *Spes jam magnis.* Puto verè, sicum sequentibus adnectas: atque adeò versuum ordine moto. *Spes jam magnis urbibus errant, trepidique metus: Turbine magno spes sollicitæ.* Quæ repetitio sanè decora facit ille ipse vetus, cui versus quem postposui totus abest, initio Chori malè adtextus. Sed erronem huc revoco,

171. *Aurâ tumidum voluit inani.*

Scriptus, * tollit rectissime.

* Orr. Ald.

188. *Certo veniunt ordine Parcæ,*

Lugd,
Baf.

Idem, tempore Parcæ,

213. ----- *sequitur apprimè statim*

Infesta Juno.

Ego legam, *sequitur à primo statim.* Id est Juno ab vitæ primordiis & ipsis carceribus insecuta Herculem. Itaque addit, ----- *numquid immunis fuit Infantis ætas?*

219. ----- *igneos serpentium*

Oculos remisso pectore ac placido intuitus.

Ehò, an pectore quispiam intuetur? Audi librum, *remisso lumine.*

237. ----- *abrupto obice.*

Etiam ruentifecit Oceano viam.

De Hercule, mare ad Gades aperiente. Sed probò veterem scripturam, *Latam ruenti.*

277. *adsis sospes & remees tuæ.*

Meus codex, *remees precor.* & statim, *dispulsis manu.*

290. *Et rumpe rerum terminos tecum afferens.*

Meliùs, *effereus* : ex libro. Suprà: *Et quidquid atrâ nocte pos-*
seffum latet, Emite tecum.

300. ----- *tibi fugum parens*

Secreta reddam sacra.

* MSS. Ad Cererem, rectè. Non male item vetus: *frugem * potens.*

309. *O socia nostri sanguinis.*

Male hic initium Colloquii. Superioribus uno textu jun-
ge, auctore libro.

316. ME. *Prona est timori semper in pejus fides.*

Sententia hæc Megaræ non convenit. Ablega ad Amphi-
truonem, inductâ ejus persona. Illa autem sequentia dicat,
Dimerfus ac defossus. Alioqui turbela.

355. *Namque ipsa tristis vestis oblectu caput Velata.*

Vetus, vestis obtentu. Utrumvis elige.

362. *Si æterna semper odia mortales agant.*

Idem. *mortales gerant.* magis Latine.

406. *Sed ille regno pro suo, vos improbâ*

Cupidine acti.

* Ald. Imò, * *nos improbâ.* Nam de se palàm id facetur Lycus,
& ut decuit tyrannum.

420. ----- *non vincet fidem*

*Vix ulla nostra * moriar Alcide tua.*

* MSS. Par.
nostram

Vetus, *Vix ulla, namque moriar.*

* MSS. pe-
netret.

438. *Quo patre genitus, cælum * penetrat domos?*

Longè meliùs in vet. *cælum * sperat domos?*

* Ort.

471. *Mitrâ ferocem barbarâ frontem premens?*

Hoc ad Herculem vulgati libri referunt. (nec male, nam
& Mitrâ pressus Omphalæ serviit) & Lyco tribuunt. At
meus ad Bacchum, & Amphitruonis personæ adjungit,
hoc modo: AMP. *Mitrâ fer. b. f. premens, Non erubescit Bac-*
chus. &c. Et quis nescit mitram hujus dei velut propriam,
& mitratos ejus cœtus.

528. *Monstris exagitet cæli feram manum.*

Non mutarem, nisi libri monitu, qui diserte, *teliferam.* Et
sane non manus Herculis propriæ cælum tulit, sed dedit
id ejus humeris. At benè de Telis.

576. *Et surdis resonat clarius in locis.*

Post hunc versum iste inferitur libro veteri. *Descent Eury-*
dicen Threiciæ nurus : plane apposite. Qui alienissimo loco
nobis legitur, versu post quarto. Tu ergo dispone.

623. *Verumne cerno corpus? an fallor tuâ*

Deceptus umbrâ?

Vetus & hunc versum suggerit, *Teneone in aurâ editum, an*
vana fruor. Uter germanior, mihi non liquet.

676. *Ut sæpe puppes æstus invias rapit,*

Sic pronus æger urget atque avidum chaos,

Eieganter, de prona ista ad inferos via. Sed malène vetus,

* pro-

* *promus aër ? Ut velit ab aëre & occulto vento quodam* *Mss. Par.
rapi nos ad atram sedem. Bas.

742. *Animoque parcit.*

Vetus, *animæque*, id est, vitæ civium.

769. *Hiconere vacuum litori puppim applicans,*

Repetebat undas.

De Charonte, quasi retrorsum ierit viso Hercule. At meo libro, *Repetebat umbras*, quod verissimum censeo. Narrat eum vacuasse cymbam, narrat reperisse novum onus.

777. *Utrimque Leten latere titubato bibis.*

Noster, *Latere titubanti.*

779. *Lapithæque multo bella succensi mero.*

Vocula addenda è veteri, *multo in bella*. Res clamat.

789. *Attollit hirtas angue vibrato comas,*

Missumque captat aure subjectâ sonum.

De Cerbero scribit, ad surgente ad Herculis adventum. Sed emendand. *aure subiectâ*. Nonne canum id proprium, & arripi aures videmus cum sonum captant?

792. ----- *antro cedit incertus canis,*

Et uterque timuit.

Et meus, & olim editus, *antro sedit*. recte. Non enim fugit, nec decuit Cerberum: sed assedit, ambiguus quietis an pugnæ.

813. ----- *U nitor*

Percussit oculos lucis ignotæ, bonos

Resumit animos vincetus.

Ego malim, *lucis ignotæ bono*, *Resumit animos*. Hac mente. Postquam Cerberus supera attigit, & lucis dulcedo ac bonum objecta oculis: luctatur & negat vinci.

911. ----- *pinguis exsudet vapor.*

Vetus, *exundet.*

917. *Laremque regis qui advenæ Tyrium colis.*

Idem, *Laremque regis advenæ Tyrium colens.*

948. ----- *U ignes efflat U rutilat, jubam*

Cervice jactans.

Leonem, ejusque motus describit. Lego, *U rutilâ jubam Cervice jactat.*

991. ----- *quò se cæcus indergit furor?*

Veteri, *cæcus impedit*. Sed apparet antè fuisse, *impègit*. erasum est.

1018. *Renuo novercam, sequere, da poenas mihi.*

Fuit in meo, * *Teneo novercam*. Sed altera illa vox supposita. Omnino furibundus Hercules imaginat novercam se tenere in uxore: eamque interficit.

1032. *Quò te ipse, genitor, obvium morti ingeris?*

Ferri potest, ex more quo senes omnes patres dicimus.

K k k 3

Tamen

Tamen cùm Thesei hæc verba , cur à veteri & veritate non item, teipse senior ?

1221. *In seipse servit.* HERC. *Dira Furiarum loca.*

Scriptus, In seipse furit. Versus labat? Fulci, immissa littera, ô dira.

2156. *A me timetur. Sempet absentis pater.*

Quid vetus lectio sibi vult, *Nox timenturi* Credo, *Nobis.*

1265. *Memoranda potius omnibus facta intuens,*

Unius à te criminis veniam peto.

Minimè sis, & frigide hoc petat senex. Lego, *veniam pete:* ad ipsum scilicet Herculem. Quem Amphitruo vult aspectu aliarum gloriarum , delere & deluere unam hanc noxam. Herculem hunc, quàm potui, adjuvi: sequitur.

OETÆUS.

14. ----- omne cùm cesset malum

Quod terra genuit, pontus, ær, inferi.

Concinnius vetus , omne concessit.

28. *Quodcunque tellus genuit infestum, occidit,*

Meaque fuscum dexterâ, iratis deis

Non licuit esse : sic negat mundus feras,

Animum noverca: redde nunc gnato patrem,

Vel astra forti.

Agnosco scholam, & sententias ibi natas. Tamen quia subtiliora paullum, distinctione juvemus. occidit, *Meaque fuscum* * est (vocula hæc à libro nostro) *dexterâ, iratis deis* Non licuit esse. * si (non sic) negat mundus feras, *Animum noverca: redde nunc,* &c. Quidquid monstrorum (gloriatur Hercules) ubique fuit, nos sustulimus. Deorum ira ad hæc tollenda nihil opus , & præstiti eos quietos. Si mundus non ultra feras mihi dat , si animum suum & benevolentiam abnuit Juno: quid exspecto ? Da filio adesse patri: natura jubet. Da forti cælum: meritum jubet.

35. *Properet malum quodcunque, dum terra Herculem*

Habet , videtque nam quis invadet mala?

Betâ languidius hoc postremum. Addo robur, & lego, *invadet.* Quis, inquit, ille qui labores & pugnas mihi invidet? Atqui has depono.

40. *Me sensit Urse frigidum* * *Scythicæ genus;*

Indusque Phæbo subditus, Cancro Libys.

* Ort. Scythia.

Offendor. Nec rectè Septentrionales mihi dixerit, genus esse Scythicæ Ursæ. Crede mihi emendenti, *Me sensu Ursæ, frigidum* Scythes genus , *Indusque Phæbo subditus.* Hoc verborum ordine & mentè. Me sensit Scythia, Ursæ subditus: me Indus, Phæbo: Afer, Cancro.

80. ----- Siculus Hesperium latus

*Tangai Pelorus , * ut una jam tellus erat.*

* ms. & una sic tel-

• Intri-

Intricata inepta, Vetus, *Pelorus*, una jam tellus erit. recte. *lus erit.*
 Legebam ego, una jam tellus eat. *Par. &*

103. *Astro* timendum spectat Euboicum mare.

Idem, *Auſtro*.

140. ----- quā fugit

Ismenos tenui flumine languidus.

Qui convenit rapidum & fugæ verbum huic languenti?
 Scriptus, * *fluit.*

151. Nullis vulneribus pervia monstra sunt,
Ferrum sensit hebes.

Nullus ingenti sol hæc illustret sine libro. An monstra non
 pervia vulneribus? Aliter iste ipse Hercules docuit. Bene
 meus, *pervia membra*. De ipso heroë illo sermo. Quem
 tam rigidum & durum ait, ut membra ejus respuant lædi.
 Scribe & eodem auctore, *ferrum sensit.*

164. ----- quota pars vulnere concidit?

Pro fato patuit vultus iniquior,

Et vicisse sat est Hercules minis.

Non ceperunt hæc acumina, & corruerunt. Scribe cum
 meo libro * *potuit, non patuit.* deinde: *Et vidisse sat est Hercu-*
leas minas. Hoc ait. Ea vis & virtus Herculis, ut vultus ejus
 iration, sit pro fato: & vidisse ejus minas, sufficiat in mor-
 tem. Oculi & verba ejus, telum. Hæc subtilia: sed quò tam
 subtilia? Profectò. Si inspicis, tota hæc fabula præter cete-
 ras argutatur, imò tumet, & cum Poëtâ

----- *nubes & inania captat.*

167. Quo vastus Briareus, quo tumidus Gyges
Supra Thessalicos constituit aggeres;
Hoc vultu rigit.

Quasi velit eundem vultum fuisse Gygis illius & Briarei.
 Non id mihi bonum. Veteri est, *Qui vastus*, itemque *qui*
tumidus. Quod retineo, & mox lego, *Hoc vultu rigeat*, in
 hunc sensum. Illi ipsi Briareus & Gyges, qui cælum impu-
 gnarunt feroces rigeant & pereant ab hoc vultu.

184. ----- *me vel Sipyli*

Flebile saxum figat, superi

Vel in Eridani ponite ripis.

Verus hic vetus: *saxum fingite*. Superos Jole compellat. &
 me, inquit, vel Sipylæum saxum facite ut Nioben, vel po-
 pulum defigite ad Padum.

204. ----- *referam querulo*

Murmure questus, volucremque Jolem

Turba loquetur.

In meo, *Murmure casus*. &: * *Fama loquetur.*

219. ----- *proh sæpè dolor,*

Formaque mortem paritura mihi.

An dolor mortis causa Jolæ? Nullus. Ego jam ex sententiâ
 cmen-

* Orr: Ald.
 Lugd.
 Bas.

* Ms.

emendaveram, *ſæve decet*, vel, *ſtæve*. & repperi ita in libro.

239. *Purumve claris noctibus ſidus micat.*
Noſter, *Puriſve clarum*.

241. ----- *ſœta ut armento, jácens*
Subrupe Tigris.

Perverſe mutatum, eam in libris eſſet, *ſœta ut Armenia*.
Tu repone.

290. ----- *ſamne proteſtor deum*
Et clare Titan.

Scribo diviſum, probè reſtor deſum. Et ſtatim, * *Herculis con-*
ſax timētis. Non, *tumentis*.

320. † [----- *ſiæva, jamdudum faces*
In te feretur,] vindicem tellus ſuum
Defendet omni.

Verba nutricis dehortantis Dejaniram à ſcélere, quod omnes hominum gentes vindicabunt. Sed noſter liber illuſtriùs ea & veriùs profert: *saxa jamdudum & faces*. Ea dubiè tela in populi ſeditione & aggreſſu. Virgilius: *Fan-*
que faces & saxa volam. Iſte ipſe Poëta, infra: *Coſte gentes,*
saxa & incenſas faces Faculetur orbis: in hac ipſa mortè Herculis vindicanda.

336. ----- *antè ab occaſu dies*
Nāſcitur indur: ante glaciale polum
Scythæſve tepidà Phœbus afficiet rotā.

Nihil hærebam: ſed vetus me ſtitit, in quò *glacialis polus* ſcriptum. Ego verò lego & diſpongo: *antè ab occaſu dies*
Nāſcetur: Indos antè glacialis polus, Scythæſve, &c. Priùs, inquit, ab occaſu ortus erit: priùs Indos glacialis polus tanget, aut Scythas Phœbi rota calidior.

345. *Ire, ire, ad umbras Herculis nuptam licet.*
Probiſſime. At vetus, * *Herculi* b *junctam* c *libet*.

353. ----- *quid caſum times?*
Nubiloſum dictum, & quaſi hac mente, quid times eam quæ jam cecidit? Tamen ambigo, ne *caſum* ſcripſerit: id eſſet quid fruſtrà & in vanum times?

360. *Amat vel ipſam, quod caret patrio lare.*
Vetus, *vel ipſum*. Optime. Hoc ipſum, inquit, amat in Jole quod tu pellendo amori eſſe vis: nempe ejus miſerias.

363. Nv r. *Hoc uſitatum eſt Herculi, captas amat.*
Delo perſonam Nutricis & ſermonem continuò.

379. DEI. *Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent.*
Nv. *Famulâmnè & hoſtis præferet gnâtam tibi?*

Iterum male inſita perſona. Tu Deianiram tolle, & Nutricem ſubſtitue: cuius duo ii verſus ſunt.

385. *Deforme ſoliis aſpicis trunci nemus.*

* Ort.
Ald.
Lugd.
† Ignorant iſta verba omnes quotquot vidi, excepta Fabriciana editione.

* Mss. A.
B. L. P.
b Lugd.
Par. Sed
Ald Baſ.
victam,
c Lugd.

Apagc,

Apage, inepte nunquid trunca folia? Vetus scriptus, & e- + Ort.
ditus, † *Deforme solis*. Nihil in nemore, præter nudos
truncos.

391. *Ætas citato senior eripuit gradu.*

Ut fluat sententia, scribe, & rapuit.

400. † ---- quo nimis quisque deos

Orabat ullos: numbras Argolicis fui

Mensura voti.

+ Mss. Par.
qua
Del-Rio
quod

Meus comparet, verba quæro. Meus, quæve mens quicquam
deos. Nec hoc placat aures.

405. *Facibus suis me jungas Eurystheus licet.*

Minus est, toros meruisse regnantis leve est.

In veteri, toris caruisse regnamem leve est. Quod verissimum
credo. Tanti mihi Hercules conjux, inquit, ut contemnati
regum præ eo nuptias: & leve mihi sit regnare, sed carere
his toris.

441. *Quem nec noverca peremit, hunc perimes virum?*

Meus, noverca potuit. bene. In sequentibus persone tur-
bant: quas sic digero: *Perimes virum? Cælestis ira q. p. m.*
facit, Humana nullos. Nv. Parce m. & time. Del. contempst
o. i. q. m. prius. Libet ire in enses.

447. *Cur sæva modicè statui? Ut passa es, dole.*

Legebam, sæva immodicè. Ex sententiâ: quam eandem ve-
rius fortasse præfert liber, † *sæva modicè*. Id est: cur de- + Mss. Pat.
lictis modicis tam sævam poenam statuis? Ira & vindicta
tua, sint pro culpa. Idem etiam liber. *Ut læsa es.* Lugd.

470. ---- *& cantu fugas*

Sit deprehensum fulmen.

Optime vetus, *Stet depreh.* teneatur & ligetur cantu, in
ipso illo cursu.

472. *Medius coactis fugerit stellis dies.*

Ille idem, *ferveat stellis.*

481. *Est in remoto sedis egregiæ loco.*

Restitue eleganter ex meo, *remoto regiæ sedis loco.*

491. ---- *ambris pignus Herculei manet.*

Vet. † *latet.*

494. *Quà celsus astris inserit Pindus caput,*

Idem, *Quà trepidus.*

+ Ort.
Ald.
Lugd.

499. *Unoque turpis subdidit cornu caput.*

Idem, *turpe*. Quod melius. Et dicit eum caput subdidisse,
turpe uno cornu.

502. *Evensus altum gurgitem in Pontum ferens.*

Nemo damnèt. Sed verior tamen sententia subtiliorque
elicitur è veteri, *gurgitem & pontum*. Causa nimirum du-
plex Eveni aucti & alti. Quod & suas undas ferebat, &
pontum jam acceperat. Scilicet per ælsum.

504. *Transire Nefus voricem solius vagum,*

Pretium poposcit.

Audi veterem, *solitus vadis*. Planè id germanum est.

522. *Traditque nobis ungulâ insertam suâ.*

Meliùs, *ungulæ insertam suæ*, atque ita liber.

526. *Hæc docta Mycale Theſſalæ monuit nurus.*

Vetus, *docuit nurus*.

538. *Mentem per artus adeat, & tactus sinus*

Intret medullas.

Non convenit *Sinus*. Veteri est; *tactus imos*. legam, *tactu intimas*.

558. ----- *perhibat flammæ mei.*

Liber, *formamæ mei*.

566. *Nunc congregetur virtus, ut vestis bibat.*

Emenda ex eodem, *Nunc congeratur*.

685. *Tenuit Latias Dædalus oras.*

In *Latiône* fuit Dædalus? Non nunc succurrit: etsi præfra-
ctè haud negem. Veteri meo clarè alia vox fuit, sed indu-
cta: An, *Italas*? Nam fuit in Italiâ sanè, id est, Magnâ Græ-
ciâ. Cumis, & eo tractu.

703. *Fertur rapido regina gradu.*

Vetus, *Fertur medio*. Quid verbi fuit? Cogita.

706. *Vultus loquitur quodcumque negas.*

Idem, *quodcumque regis*.

718. *Thalamisque demens intuli gressum meis.*

Et hîc nescio quid aliud liber reponi suadet, *Thalamisque ingerens*. Sanè Dementis vox incongrua.

720. ----- *solibus virus ferum*

Flammisque Nessus sanguinem offendi arguit.

* Ott.

Non negabis quin conjectura nostra magis ad verum, *
sanguinem offendi arcuit. Nam Nessus moriens præceperat,
ne in lucem daret hoc virus.

Suprà: *Hoc nulla lux aspiciat, hoc tenebræ tegant Tantum remotæ.*

736. *Sic languet omne virus & perdit cornam.*

Vetus, *comas*. sed neutrum placat, & vulnere pluram in
extremo hoc colloquio vestigia.

739. *Et quidquid illa tæbe contactum est, labat,*

Tumenisque tacita sequitur, & quatit caput.

Quis *αὐτοζία* non videat? An ad Tellurem hæc aptè referas?
Numquam. Nec illa sanè tacita sequi virus potuit & caput
quassare. Nugè. Tu scito plagam hîc esse, vel potius hia-
tum. Deest versus aut alter, & hæc de Nutrice, opinor, di-
cuntur, quæ cum filio superveniebat mœsto, mœsta. Itaque
αὐτοζία est, ut solet ad sequentia.

746. *DE. Nescio quod animus grande præſagit malum.*

Post hunc versum liber meus duos istos inserit: * *Regina
triumphi templa Junonis pete, Hæc tibi patent delubra præ-
clusa*

* Mss.
Lugd.

clusa omnia. Quos meæ fidei crede germanissimos esse, & ab Hyllo pronunciari facito, cum levi emendatione: *Regna triumphæ.* Jam, inquit, licet exultes. vicisti, i, pete templa, sacrificia, sed Junoni tantum; cujus odiis gratum tu ministerium & instrumentum. Simile infra in Choro: *Solaque obductis foribus deorum Tempa securæ paiceant novercæ.* Sequens autem versus, *Effare qui:* iterum scilicet Dejaniræ dandus.

776. *Euboica tellus vertice immenso tumens
Pulsatur omni parte. Phryxæum mare
Scindit Caphareus: servit hoc Austro latus.
At quæ nivosi patitur Aquilonis minas
Euripus undas flectit instabiles vagus.*

Fubcæ descriptio est, haud scio an exactè vera. Ait Capharei promontorium ad Austrum esse. Mallem ad ortum dixisset, & Geographi mecum. Item, Euripum ad Aquilonem, ille autem certissimè ad Occasum est. Quod legitur, *omni parte:* in veteri est, *omni latere.* Inque eodem, *instabilis vagus.* Et statim proximo versu, *Septemque cursus voluit.*

810. *Sic ille gemitu sidera & pontum ferit.
Et vasta Calpe sonuit, & voces Cyclas
Excepit omnis.*

Scio, quod ad veritatem attinet, *ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔνθα ποταμός*, & tollere iis rem supra fidem licere: sed tamen cum modo, & decoro. Quod autem hoc tam insolens mendacium, Herculis gemitum è Græciâ producere ad extremam Calpen? Numquam ille scripsit, sed quod liber suggerit, *Chalcis*. appositè. Nam in eo tractu ad Euripum opidum Chalcis est. Hanc resonuisse vult, & vicinas Cycladas, itemque Capharidas petras, quas mox addit. In Hispaniam quidem mente aut manu numquam iit.

813. ----- *dumque tremebundum manu
Tenuit cadaver, Hac manu, inquit, te feram.
Ofata! victus Herculem perimit Lycas.
Ecce alia clades, Hercules perimit Lycam.*

Valdè placet scriptura vetus, distinctione adjuncta, hæc: *Hac manu, inquit, hac ferar, Ofata victus? Herculem perimit Lycas.*

819. ----- *talis in cælum exsilit
Hartundo, Geticâ visa dimitti manu,
Aut quam Cydon excussit: inferius tamen
Fugiente tunc corpus in Pontum cadit,
In saxa cervix.*

Lycam describit violentâ & verè Herculeâ manu interfectum. Missum eum in altum vult eo impetu, quo sagitta Getica solet aut Cretensis. Sed in hanc sententiam nimis quàm melius præit Vetus: *inferius tamen Et tela fugient.*
trun-

iruncus in Pontum cadit. Comparat cum teli emissionem. Tamen, inquit, minus dixi, & illa ipsa tela non sic in altum ierint expressa.

837. *Et nota quærit litora.*

Liber, *Fluctifona quærit.* quod verum.

842. *Destituit animus membra, nox oculos premit.*

DE. *Quid anime cessus? Quid stupes factum scelus?*

Prior versus Hyllō tribuitur, male, tu Dejaniræ, & scribe: DEI. *Destituit animus* Continentur cum sequenti. Nam illa ad hanc miseriarum narrationem animo linquitur, mox sese exstimulat & armat in suam necem. Sed malim & altero versu legi: *quid stupes? Factum? Et scelus.*

847. ----- *tam levis poenas manus*

Tantis reposcit:

Præter Dejaniræ mentem ista: quæ vult poenam hanc levem videri tanto admissio. Melius, *Leves poenas manus Tantis reposcit:* sive, *reponit.* Tantis, intellege criminibus.

855. ----- *Perdidi crepto Hercule*

Et ipsa populos.

Ferre possem, nisi liber præluceret ad subtilius dictum: *Perdidi sola Herculem.* Quod rectum, si tamen legis in sequenti Hemistichio. *Et ipse:* non, *ipsa.* Acute ad augendum facinus suum dicit misera: Ego Herculem perdidit, ille terrarum orbem. Qui scilicet morte ejus, præda jam feris & tyrannis.

857. ----- *Conjugem Alcide necem*

Optare pudeat: hoc erit votum, manus

A me petatur. Occupa ferrum oculis.

Cur? Deme ferrum. Quidquid in mortem trahit,

Telum est abunde.

Hic quoque argutiolæ pereunt, à me imò à libro sublevandæ. Ille scribit, *hæc erit voto manus.* optime. Cur necem aliunde, inquit, petam? Dabit hæc manus, & expleverit votum. à me eam capiam. Scribe etiam, † *Cur deinde ferrum? Quidquid,* &c. Cur autem ferrum peto? Inquit. Rupes, saxum, & quidquid mortem dare potest, mihi pro ferro.

895. *Vinci Hercules non potuit, hinc cæpit mori.*

Sane acutior, quidquid rejiciant, & Poëta nostro dignior lectio vetus, † *cum potuit.* Dixerat nutrix, Vivit etiam & Dejanira tuus Hercules. Subjicit ista, At cum invicta illa virtus vinci potuit (quod veneno meo factum: cui ille non resistit) potuit, imò cæpit jam mori. Quasi velit, vivum illum vinci non posse: & hoc argumentum mortui aut certe morituri, quod victus.

899. *Si te ipsa damnas, scelere te misera arguis.*

Librum audi: *sceleris te miseram.*

906. *Lernæa flectens tela faribundâ manu.*

* On.

* Mss.
Ald. Pat.
Lugd. Bal.

Sagit-

Sagittas Herculeas intellegit, quas misit in natos, tinctas Lernæa peste. Huic rei non convenit flectendi verbum. Quod damnat Codex, & reponit, *figens*. Sane figi & defigi sagittas in corporibus scimus.

912. *Fraudem placet punire.*

Vetus *Placet scelus punire*. Et invidiosis his verbis factum suum semper exauget Dejanira.

916. *Immensa pectus conjugis membra abstulit.*

Potius, *Immersa*.

930. DE. *Quicumque misero forte dissuadet mori,*

Cruclis ille est. Interim poena est mori.

NVT. *Sed sæpe domum in pluribus venia fuit,*

Defende saltem dexteram infelix tuam,

Fraudisque facinus esse, non nuptæ scias.

Tenebras tibi has illuminio, face distinctionum. Vide. *Cruclis ille est*. NVT. *interim poena est mori*. DEI. *Sed sæpe domum*. NVT. *in pluribus venia fuit*. Extremæ etiam versu lego cum libro, sciat: ut ad Herculem referas.

945. *Meamque fallax unde decipiat sitim.*

Vetus, *deludat sitim*.

950. ----- *recipe me comitem tui*

Phasiaca conjux, pejor hæc, pejor tuâ

Utrâque dextra es, scelere seu mater nocens,

Seu dira soror est, adde me comitem tuis.

Litterula mihi dux ad veri latebras. Nam veteri est, *tuo*, non *tuâ*. Totum locum lego & interpungo: *pejor tuo utroque dextra est scelere, seu*. Optima ista mente: O Medea, cape me tibi comitem. Nam & ego manus inquinavi: atque adeo turpius, quam tu utroque illo parricidio, vel cum fratrem interfecisti, vel cum natos.

974. *Virtusne superest aliqua? Sarmatica & manus*

Intendere arcum tela missurum vates

Non arma cessent, teque languenti manu

Non audit arcus, si potest telum dare

Animosa conjux, dexteram exspecto tuam.

Legi hæc scio: non intellegi, hoc quoque scio. Quæ hæc Sarmatica manus? Cur Herculi adtributa? Quæne usus ea inter Sarmatas? *Somnia*. Veteri est, *Sarmata manus*. Tu scribe, *armata*: & statim, *valent*. Eodem auctore corrige, *An arma cessant t. l. m.* *Non audit arcus*: Jam illa indubie sic legenda: *si potes letum dare Animose conjux*. Nam hoc clamat imposui mulier: Tua manu o marite mori juvat, si vires tibi ad dandam mortem. Dextera mea uti differo, dum tuam exspecto.

998. *Ita nulla peragas iussa, nec peragens mala*
Erres per orbem.

Hyllum

Hyllum alloquitur, & deprecatur ab eo labores ac miseriae patris. Commodius ergo veteri, *nec frangens mala.*

1016. ---- *sed quid hoc? Tellus labat,*

Et aula tectis crepuit. Excessit minax

Unde iste coetus?

Liber, excussis minax. Placet, si puncta sic mutes: *tectis crepuit excussis. minax Unde iste coetus?*

1026. *Peraeta jam pars matris est, statuit mori,*

Nunc nostra superest, mortis auferre impetum.

O misera pietas, si mori matrem velas,

Patries scelestus.

Melius fuerit, certe clarius; *Nunc nostra superest: Mortis aufero impetum?* Hyllus enim animi inconstans hæc dicit, & quid ago? Inquit. Prohibeo matrem mori? In patrem pecco, quem illa interfecit; ideoque mori meruit.

1034. *Tangens Threiciam Chelym.*

Vetus, Pieriam probe.

1039. *Oblivusque sequi fugas*

Amisit liquor impetum,

Credo, fugax. Distinctiunculâ juva.

1049. *Abrupit scopulos Athos*

Et juxta Rhodope stetit.

Imò, *Rhodopæ.* Nam sub ipsâ Rhodope cecinisse Orpheæ vult: ad quam scilicet Athos accesserit. Atque ita liber.

1063. *Manes commonitos adi.*

Idem, *Manes cum tacitos.* Nec aliter sententiam ullam feceris: *Adit autem accipe quasi Adjit, ut supra monui.*

* Ott ne-
jast Fati.

1125. *Quis tantum capiet * nefas*

Fati? Quis superis locus?

Adsentior libens meo Codici, *Fratrum* scribenti, non *Fati.* Hoc ait. Quis trium fratrum, inter quos divisus orbis. Unus capiet omnia, cum unum erunt omnia? Scis de Jove Neptuno, Dite. Quibus trinum imperium, trino elemento.

1134. ---- *atrâ nube inhorrescat polus.*

Obsta noverca, nunc pater cæcum chaos

Reddi decebat.

* Mss. Par.

Scribo, * *novercæ.* Precatur Hereules lucem & solem eripi, & nubium velum intendi, ne Juno videat & triumphet in Hercule moriente.

1164. *Cum penè trepidis excidit Titan equis.*

Bonum hoc, bonum: sed an germanum? Negat liber, qui præfert, *Cum penè lassiss* Scribam, *lassiss.* metu videlicet visî Cerberi vult succidisse Solares equos.

1173. *Nullum malum prosternit: impendo malè.*

In nulla vitam facta.

Elegantius liber: *impendo, heimihi, In nulla v. f.* Quam eandem ejulationem repono versu isto.

1182. ---- *cadere potuissem mihi*

Junonis odio.

Lego inquam, hei mihi.

1191. *Adhuc ferebas esse te Alcidae parem.*

Cum nexum sententiæ confidero, suadeor legere, *Adhuc fremebas.*

1201. *Ubique me mors fugit, ut leto incluo*

Fortis carerem.

Audio te, quisquis es, bone boni libri scriptor : *telo inclitæ*
Mortis carerem.

1219. *Eheu quis intus scorpius, quis fervida*

Plagâ reversus cancer infixus meus

Urit medullas?

Quanto ille idem melius? *Heu qualis intus s. q. fervida Plagâ*
revulsus. Vult scilicet vi ablatum & dereptum è cælo in
suam pestem.

1226. ---- *absulit costis jecur.*

Aliquoties jam ante jecur nominatum. Verissime liber,
latus. In costis ipsis, inquit, adestum, nec jam compâret
latus.

1239. *Astris ab ipsis detulit Stryphalidas.*

Scriptum, depulit.

1249. ---- *ô vires prius*

In me sepultæ.

Vetus, *ubi vires.* Distingua, *ubi vires prius*

In me ? sepultæ.

1261. *Quæcumque pestis sive, quæcumque effera es,*

Palam times.

In libro, *pestis sive.* Concipio ex hoc reliqua, *sive quæ-*
cumque es fera. Ambigit an pestem hanc dicat, an feram
aliquam intra se latentem.

1276. *Flentem, gementem, summe protector poli,*

Me terra vidit.

Rectum est, *prohrector.* Atque ita liber.

1286. *Fletum * virtus sapè resolvit.*

Valde fallor, aut ex reipsâ & sequenti imagine legen-
dum: *resorbet.* Comprimit virtus lacrimas, & jam labentes
tantum non devorat & absorbet.

1303. *Giganta, crede, non minùs verum mihi*

Afferere potui: dum patrem verum puto,

Cælo peperci.

Reformo in alium & pulchriorem sententiæ habitum ex
Codice nostro, in quo *calum*, pro *verum*. Optimè. Distinguo,
Giganta crede. Non minùs *calum mihi* *Afferere potui.*
Nempe Hercules doloris impotens Jovem invocat ut
se fulminet. Quidni? Inquit. Olim gigantibus fecisti:
crede & me unum ex illis. Viribus certè non inferior,
potui

* Mss. Baf.
lustrare

potui & cælum perfringere : nisi pepercissem, ob te patrem. Hęc præ alta & tumida : quis neget? Sed nimirum ejusmodi complura in hac Tragœdia *φρονήματα καὶ μολογαί*.

1334. *Adhuc malis ferisque suppositus fores,
Si me tulisses. Vindicem vestrum malis
Excipite.*

Scribe, Ni me tulisses. Et statim, Eripite.

1347. ---- sed umbræ simile nescio quid mei
Agnosce mater.

Nec damnes scriptum, umbram & vile nescio quid.

1363. ---- quæ plaga inferni poli
Vetans flagrantem currere in Zonâ diem.

Dici de polo possit nobis depresso & minùs sublimi, stulte. Assentiamur libro, *plaga ignifera poli.*

1384. ---- qui Thracios fluctus Athos
Frangit, Tonantis fulmen excipiens Jovis.

Spurium hoc & spurcum deputat liber, *Frangit, Jovisque fulmen excipiens minas.* Si tamen juves & corrigas, *Mimas.* Qui mons inter eximios & sepe huic nostro aliisque dictus.

1404. ---- ille nimius impulsus dolor.

Vetus, *impulsans dolor.* Credo, *impulsans.*

1429. *Miseræque nato similis Alcmenæ nepos.*

* Ort.

Imò, * *fato similis.* Quod & vetus editio habet : quam (ignoscere & tamen agnoscite Critici) milles depravastis.

1438. *Videò nitentem regiam clari ætheris.*

Herculis alucinantis verba, & propinqua morte, cælum somniantis. Sed vetus, *Videò intentam.* Ex quo lego : *Videone tentam.*

1443. ---- ora Phœbeus modo

Afflabat axis, tam propè à letho fui.

In eodem suo delirio hæc enunciat, & eidem rei. Itaque optime liber. *Tam propè à cœlo fui.* Hæc, inquit. Ubi ego nunc? Iterum in terris? Paulò ante juxta Phœbum.

1490. *Est clara, captas inter incultas, genus
Regumque referens, Euryto virgo edita.*

Profert hæc ad Hyllum Hercules, cui tradit suam Joſem. Veteri est, * *incultum, non incultas.* Ex eo ego, *inclutum genus.* & Regnumque potius quàm Regum.

1493. *Victor cruentus abstuli patrio à lares.*
Liber, *patriam lares.* bene.

1508. ---- parce jam lacrimis meis.

Idem, *lacrymis, parens.* Quod certe verum.

1510. *Quid tale Juno peperit, ætherium genus
Sceptrum & Tonanti nupta?*

Ille.

Illeipse, *Quid tale genuit, peperit. omisso Junonis nomine:*
quam hîc designari saltem videatur elegantius.

1532. *Quando, proh Titan, ubi, quôve summe.*

Herculem in terris alium sequeris?

Scriptura palàm melior, ubi? *Quo sub axe?*

1559. *Æacumque inter geminosque Cretas*

Fata discernens. Fieri tyranni

Percite ô dices, inhibete dexteras.

Etiàm hîc: *Fata discernens, feries tyrannos.* Ponit Herculem
apud inferos quartum judicem futurum, & qui proprie,
ut olim vivus puniat tyrannos.

1590. *Non duces servos miseranda tellus*

Habeat, nec ullâ dominetur aulâ.

*Qui * potest solum decus esse regni*

Semper intensum tenuisse ferrum.

* Ms. p^{er}-
tent.

Versus alter nonne clare labat: *Erige, Horreat, nullâ.* Nam
Sapphici sunt, puri, puti. Lege etiàm connexè, *aulâ Cui*
potest. Item, *impensum*, è libro, non *intensum*. Sensus hunc
effice. Nusquam imperes, cui solum decus scèptri est, oc-
cupatum semper habuisse ferrum.

1596. * *Ecquid hoc? Mundus somat.*

Vetus, ^b *Heu, quid hoc? Quem audi, & me scribentem,*
zonat. Mundus enim huic. *poëtæ* (nec sine exemplo) fe-
re semper Cælum.

a Ald.
Iugd.
En quid
b Oxy.

1624. *Chaonis quondam loquax*

Stat tota vasti quercus.

Non nego. Tota hæc descriptio extructi rogi molesta,
odiosa. Quid facias? Aut ne lego, aut corrige: *Stat vasta*
latè, trajectu verborum.

1631. ----- *tunc cadens. tunc morâ*

Duxit nimiam.

Repperio in scripto, *cadens latam sui.*

1653. *Virtute felix, hæc enim nunquam irascit*

Mittit in bustes.

Verbo, quâs Hercules sagittas porrigit Philectæ. Eain
libro meliora: *Virtute felix juvenis, hæc nunquam.*

1722. ----- *est nostras. marmis*

Que tendat arcus,

Scribe & *σκιμαστικὸς*, pronuncia, en, *nostras.*

1726. *Rogat ecce jam me genitor.*

Decorumne Jupiter roget? Negat ratio, & liber qui ha-
bet, *Vocat.*

1733. *Tantum ingemiscit ignis ad durum jecur.*

Concinnius feceris, *ignis ab durum jecur!*

1748. ----- *cumque jam sorti datum*

Leto satis pensavit, igniferas trabes

*Hinc inde traxit, nimia quas flamma occupat
Totasque in ignem vertit.*

Scribe, *minima quas flamma*. Nam hoc vult longâ & affectatissima narratiuncula, Herculem postquam probavit satis parem se dolori & cuicumque ferendo letho, trabes rogi corripuisse & ad se traxisse, quæ minimum etiam usque: scilicet ut totus toto rogo jam perureretur.

1756. ---- sed quid hoc? *Mœstam intuior*

*Sinu gerentem reliquias magni Herculis,
Cinemque jactans squalidum Alcmena gemit.*

Eveteri legas, sed quid hanc *mœstam intuior Sinu gerentem?* & Cinerem, non Crimen. Quod plane verum reor, si rescribas in fine, gerit.

1763. *Hic tumulus ille est. Ecce vix totam Hercules
Complevit urnam.*

Acue sententiam, & lege, *illi est.*

1821. *Hic pax cruento rege prostrato data est.*

Ubi enim negata?

Illustriora hæc facio. *Ubi ei negata est.* Sine interrogatione, & vocula addita è libro. Sensus: Hic Thraciæ universæ pax est data, postquam Diomedes uni negata est: quem interemit.

1870. *Ille Tyrannus jussit Stygiæ*

*Penetrare domos, populisque mandans
Ponere ferrum.*

Chorus in laudem Herculis pronunciat. Scribo autem, * *tyrannos*. Deinde, * *populisque madens*: egregia & vera correctione. Nam vulgatum illud versus abiecit, & structura dictionum. Mens est, Herculem Tyrannos misisse ad inferos, & tinctum cruore populorum ferrum jussisse deponere.

1897. ---- *Flete Alciden*

Quod non stabulis vescitur infans.

* Orr.

Ego tibi adfirmo scribendum, * *nascitur infans*. Flete, inquit, Herculem: cui debetis, quod nascuntur vobis pueri, futuri pabulum equis.

1922. *Te que in primo limine Ditis*

Monstra morantur?

* Ms. Par.

Nihil hic monstra valent. Lege cum libro, * *Fata*.

1971. *Proinde luctus pone, quos gnato pater*

Genetrix inerti.

Legam, *gnato paret*. Vetus autem *Meretrix* suggerit, pro *Genetrix*: nec video quid approbem.

1982. *Et numen, & te mundus æternus tenet.*

Mundus, id est, cælum. Tamen liber, *te numen æternum*. Haud improbe. Sequenti versu velim, *Id triumphe*. Et usurpo libens, post longam cum vitiis in hac Fabula pugnam.

quæ

quæ ipsa (uno verbo dicam) vitium : nec in ullo scripto manifestius φρύαγμα & ὄλεος.

AD THYESTEN.

Quæ fabula bona , & in manibus est minùs maculosa. Eò hîc ego brevior.

Vers. 1. *Quis me furor nunc sede ab infausâ extrahit?*

Tantali verba emergentis ab inferis , sed cum occulta labbe. Tène Furor extrahit? Nullus, sed furia ipsa, Megæra. Assentiamur igitur meo libro,

Quis me inferorum sede ab infausâ.

9. *Aut poena Titii, semper accrescens jecur*

Visceribus aras pascit effossis aves?

Illeipse hîc hemistichio auctior : *Aut poena Titii, qui specu vasto patens.* Et subjungit deinde, *Semper accrescens jecur.* Defectusne est? An illa ab adextu?

54. *Ornetur alium culmen, & lauro fores.*

Leve est: sed nota fidi libri. Qui præfert, * *altum columen.*

59. *Ecquando tollet ignibus jam subditis*

* Ald.
Lugd.

Spumante ahen? Membra per partes eant.

Meliùs distinxeris: *Spumante ahen? Membra?*

93. ----- *Moneo, ne sacra manus*

Violata cæde, nève furiali malo

Aspergat aras.

Imperandi formula scribe, *Violate, itemque, Aspergite.*

105. ----- *jam tuo mæstæ pede*

Terræ gravantur.

Elegantior lectio scripta: *tuum mæstæ pedem.*

170. ----- *stat miser obvios*

Fluctus ore vocans.

De Tantali inextincta fiti. Cui verbum aptiùs præfert codex, *ore petens.* Nam captat sane idemtidem, non solùm advocat laticem.

228. *Aurata reges sceptrâ Tantalici gerunt.*

Vetus, *Tantali; ego, Tantalei.*

237. *Pars nulla nostri tuta ab insidiis vacat.*

Idem, *Pars nulla generis tuta.*

300. *Malisque fessos gradibus, & faciles capi*

Precos movebunt.

Quem cur non & hîc audiam? *Prece commovebo.*

329. ----- *multa turbatus solet*

Detegere vultus. -----

Vetus: *multa sed trepidus solet.* Utrumvis rectum.

387. *Rex est qui metuit nihil.*

Ex manuscripto & meo & Fabricii versiculus addendus, *Rex est quique cupit nihil.* Cur autem eum deleant? Pleni-

tudo sententiæ postulat; nec aliter vere hoc regnum constat, nisi duplicem affectum adimas, *Spein & Metum.*

441. *Pater potest regnare: THY. cum possim mori.*

Subobscurum hoc responsi. legam, potes regnare. THY. quin possunt mori. Nempe impellunt filii (heu, improvidi) Thyestem ad eundem: & spe inprimis regni. Ambigis pater? Ecce, in propinquo sceptrum. Respondet ille haud vane timidus, sed & mors fortasse in propinquo.

459. ----- *non ventrem improbum*

Alimus tributo gentium: nullus mihi

Ultra Getas metitur & Parthos ager.

Hoc dictum de multitudine servorum, ad verbum è Senecæ prioris Epistolis sumptum moneo. Cujusmodi multa adnotare tibi possim in his fabulis, studio quodam ab eo viro sumpta. Versu tertio, *metatur*, legit codex, & cum eo ego. *Metabat sese circum loca*, in Poëta veteri legi.

463. ----- *Nulla culminibus meis*

Imposita nutat silva, nec fumant manu

Succensa multa stagna.

O suaves hîc interpretes! Stagna ajunt succendi, ut fundus dulcior, dulciores reddat pisces. Tu scito de Balneis dom. efficis & ambitioso in eas apparatu Poëtam loqui. Non attigissem, nisi jussisset deus Rîsus.

487. *Eatur, unum genitor hoc hortamen est.*

TH. Ego vos sequor, non duco. PL. Respiciat deus.

Quod hortamen unum? Quæ sana hîc mens? Egregiam emendationem præit liber. Unum genitor hoc testor tamen, Ego vos sequor, non duco. Continenter hæc Thyestes dicit evictus tandem suadelâ sive precibus liberorum; Age, inquit, eamus. Tamen hoc pater vobis testor, sequi me, non ducere.

524. ----- *ornatus cape,*

Quales mei.

Vetus, Pares meis.

578. *Scylla pulsatis resonat eadernis,*

*Ac mare * intortum timuere nautæ.*

* Ort. in
sermon.

Frigidum hoc, si attendis. Quid mirum si Scyllam iratam nautæ timeant? Vilius, quàm pro re, dictum. Scriptus: *Ac mare in portu timuere nautæ.* Quod verum fateberis, si rimaberis. Nam hoc ait: Cùm Scylla sævit & tempestas ubique atrox; nautæ vix in portu securos se putant, illæ etiam timent. At cùm serenum rediit, non solum naves, sed & cymbæ perfulsant & contemptum ludant in illo ipso freto. Sequentia vide. Huc adigunt.

603. *Anxius sceptrum tenet, & moventes*

Cum & a divitiis, metuitque casus

Mobiles rerum, dubiumque tempus.

An rex

An rex divitias timet? Vovet, scio. Sed alienas fortasse. Quia nihil tam sanctum, quod illæ non violent, tam firmum, quod non expugnent ὀβλοι. Alii substituunt, *dynastæ*: contra versuum legem. Librum meum, si sapis, approba: *divinat metuitque casus*. Rex, inquit, semper in metu: & si præsentia bona, tamen divinat & præfigit casus fallaces & summa imis miscentes.

639. *Non quero quis, sed uter effare ociosus.*

Labat versus. In scripto lêgi, *Non quero quid sit, sed utrum est effare*. Nec hoc recte. Caliginem in hac festinatione non dimoveo.

640. *In arce summâ Pelopis, una est pars domus.*

Assentior magis veteri: *Pelopeæ pars est domus*. Nam Pelopeum, brevi penultimâ, ut Dioneum Catullo.

649. *Arcana in imo regia secessu patet.*

Si arcana, quomodo patet? Liber, *jacet*.

693. *Contrectat, & componit, & ferro admovet;*

Accendit ipse. Nullo pars sacri perit.

Non prætervolat me scripta lectio, *Attendit ipse*. & mirum ni vera. Vult eum attente observasse (ut ritus) motus gestusque novarum istarum hostiarum: volentes se darent ad securim, &c. Nam de igne accenso, haud æquè narrationi faciat. Tamen

740. *Pectore receptus ensis, intergo * exiit.*

Liber, *in tergo stetit*.

* Ort.
exstitit.

822. *Tenebrasque jubet surgere, nondum*

Nocte peractâ.

Minimè verò *peractâ*: sed ut libri veteres, * *paratâ*. Ecce enim Sol sese condens Noctem inducebat & surgere jubebat ante tempus, ideoque imparatam. Habes Thyessem: muginor nunc tibi

* Ort.
Ald.
Lugd.

IN OEDIPUM.

Verf. 1. *Jam nocte pulsâ dubius effulsit dies.*!

Haud damnes. Tamen purius germaniusque censeam quod in libro, *Jam nocte Titan dubius expulsâ redit*. Sane vocula *Dies*, parum amoenè mox repetitur.

4. *Jam cernet avidâ peste solatas domos.*

Idem habet, *Prospiciet avidâ.*

34. *Incolumis ergo, scilicet Phœbi reus.*

Amplector scriptum, * *Incolumis adfœ.*

* Ort.

42. ----- *tenuis Ismenos fluit*

Et tingit ipsâ nuda vix undâ vadæ.

Liber, *tingit inopi*, quis non præferat? Et statim, *nubilo pallet die*: non ut vulgò, *pallet novo*.

61. *Properatque ut alium regerat in eundem rogam.*

Idem, *ut alium repetat*. Hæc sane sententia est. Parens à funere properat ad funus, & petit alium quem comburat.

93. ---- *cruentos pestis infandæ tuli*

Rictus.

Idem, *vatis infandæ*. De Sphynge sermo.

95, *Cumque è superbâ rupe jam prædæ imminens*

Aptaret ales verbera, & caudam movens

Sævileonis more, conciperet minas.

Primo versu, nescio an *supernâ* meliùs. Altero scribo. *Aptaret alas, verbera & caudæ movens*. In libro quidem meo est, *caudæ*. Describit in Sphynge violentiam famem & rabiem. Jam, inquit, alas explicabat ad me involandum, jam caudæ verberibus se stimulabat, solitum leoni.

101. *Nodosa fortis verba.*

Vides verum esse, *fortis*.

174. *Vaga per lucos simulacra virum*

Majora viris.

Malim, *Majora veris*. Hæc opinio veterum, manias istas & mortuales imagines, semper apparere supra verum humanumque statum. Nostra ad XI. Taciti vide.

186. *Multoque genas sanguine tingit.*

Convenit cum notâ Thucydidæ in Peste, qui *ὀφθαλμοὺς ἰπυδύματα* appellat: sicut & Lucretius facit: ---- *oculos suffusâ luce rubentes*. Tamen codex noster, *tendit*, præfert haud malè: ut multo illic concursu sanguinis tendi velit & horrescere pellem.

244. Siquid video, Personarum discrimen mutandum, & hoc faciendum:

CR. *Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.*

OED. *Curam perempti major excussit timor.*

CR. *Pium prohibet ullus officium metus?*

OED. *Prohibent nefandi, &c.*

270. *Ita molle senium ducat. & summum diem*

Securus alto degat in folio parens.

Oedipi votum & juratio est, Ita pater mihi, inquit, quiete moriatur in suo regno. Sed nonne meliùs huic sententiæ liber? *Alto reddat in folio*. censeo. Nam & veteres vulgati, *regnet, non, degat*.

280. *Unde alius ima deserit, cælum petens.*

Parnassum describit attollentem se & assurgentem. Legit vetus, *alius arua deserit* rectissime.

334. *Pudet deos nescio quid. Huc prope admove.*

Liber, *prope admove*.

338 ---- *expavit diem*

Trepulusque vultum obliquat & radios fugit.

Proba,

Proba, sed an sincera? Negat liber, qui suggerit : *vultum solis & radios*. Multa autem hic & rara notabis ad Ritualia sacrorum.

341 *Juvenca ferro semet oppasso induit.*

Vetus, * *imposito*. De securi non male. Silius XVI. *Vi-* * MS.
et imaque admotæ flabat subiecta securi. Vulgata tamen recta, de cultris quibus cadentem excipiebant & ingulabant.

373. *Quod hoc nefas? Conceptus infausæ bovīs.*

Liber, *innuptæ bovīs*. Atque ita sane duplex monstrum: quod nec suo loco factus, quod nec in vaccâ. Suprà Juven- cam appellavit: & solent tales eligi ad sacra.

377. *Infecit arctas lividus fibras cruor.*

Malo cum libro, *Infecit arctas*.

382. *Vox est, nec usquam territi fugiunt greges.*

Legebam, *mugiunt greges*. At liber suadet, * *resonant*: quod * MSS.
magis approbem, quia mox Mugiendi vox iteratur.

500. *Concinit tædæ geminus Cupido.*

Ex ritu antiquo egregie liber, *Concutit*. Scis in nuptiis fa- ces præferri solere, & plerumque à pueris. Huc respi- ciens vult Bacchi & Ariadnes cœtui præluxisse Cupidi- nem utrumque.

536 ----- *silva jam fessâ cadens*

Radice.

Scribe, *illa jam*, auctore libro. Nec enim de silvâ totâ lo- quitur, sed divisim de arboribus. Hæc, inquit, ramos ami- sit: istam jam radix non tenet, &c. Vide versus ipsos. Quod semel monitum, semper fac. Quis enim tibi fructus aliàs ex breviculis hic Notis?

551. ----- *ipse funesto intigit*

Vates amictu corpus, & frondem quatit.

Quam frondem? Taxum, cupressum, aut similem aliquem feralem ramum? Non abnuam. Nisi quod prævalet apud me codicis scriptura, *frontem*. Nam frontem qua- tere mœstia aut irati solent: nec disconvenit infero huic sacro.

620. ----- *atque ab omni diffidet turbâ procul.*

Illustra, & scribe, *desidet*, cum meo libro. Nempe vult La- jum, qui invitatus & vi violentâ carminis protractus ad su- peros, procul se removisse ab aliis, & solum resedisse, seque occultantem.

634. ----- *prima qui servæ necis*

Sceptra, & nefandos occupat matris thoros.

Præfero quod in meo est * *premia qui*; sive quod in pris- * Ott.
ca editione, * *pretia*. * Lugd.

683. *Certissima est regnare cupienti via,*

Laudare modica, & otium ac somnum sequi.

Non hercules sequi, non : sed loqui. Quod adsertit vetus. Nam ita est : qui regno occulti imminet, regnum & alta sermone detestamur, ut re assequantur. Prudentissimus historicorum : *Simbasaram segnitie, dum temeritati locum separiat.*

685. CR. *Parumne me tam longa defendit dies?*

OED. *Aditum nocendi perfido praestat dies.*

Liber utrobique sufficit, *Fides*, pro *Dies*. Ego libens audio.

701. --- *Quisquis in culpâ fuit*

Dimissus, adit omne quod dubium putat.

Tenebrę in hac sententiâ: quas mirabor, si quis penetrabit. Ego dispelli eas censeam, vocibus paullum compositis, aut correctis. *Quisquis in culpâ fuit Dimissus, odit. Omne quod dubium, putat.* Sententia bicepe. Primum ait, omnem qui accusatus & dimissus, odisse eum apud quem, & ob quem, in periculo. Deinde universe hoc regibus præcipit. De quo ambigis, pro certo habe : & culpam ambiguam, puni ut veram. Vide adjuncta, videbis verum me vidisse.

771. *Cecidisse nostri stipitis impulsu obvium.*

Liber, *stipiti pulsu* : favente versu.

795. *Gravem paterna regna discutiunt metum.*

Et hic ille aptius : * *Omnem. p. r. discutient metum.*

805. *Quod subditiis premium gnati petiit?*

Liber, *subditiivi*, & , *petiit*. Nota lapsi temporis, utrumque recte.

889. *Iene, sed modicum fluens*

Aura,

Concinnum ex vestigiis scripti: *Lenis & modicè fluens.*

1007. --- *qualis attonita & furens*

Cadmea mater, abstulit nato caput.

Sensimve raptum traxit: afflictum alloqui

Cupit, parvetque.

Hæc verò inepta. Scilicet in furore illo sensim & leniter caput avulsam traxerit Agave? Aut hæc ad similitudinem faciant, quam instituit Poëta? Nihil. Liber meus: *Sensimve raptum dubitat*. Ex quo aptissimo apto : *Censitque raptum. Dubitat, afflictum alloqui Cupit, parvetque.* Qualis, inquit, Agave cum furens filio caput abstulit, & mox facinus sensit, attonita stetit, probaret an damnaret facinus, sileret an loqueretur: talis hîc Jocastra.

1011. IO. *Cupium & horrent ora. Nam quid te vocem?*

Alia in nostro lectio: *Et hæret ore prima vox. Quid te vocem?* Et quidem omîssâ Iocaste persona, Ego valde approbem, si tamen rescribas, *Sed hæret.* Itemque diffindas ver-

* Ort.
Ald.
Lugd.
Bal. Pat.

das versum, & locastam inferas ante hæc verba, *Quid te vocem?*

1014. ----- OE. *quis frui tenebris vetat?*

Quis reddit oculos? Mater, an matris somus?

Verum cense: *matris en, matris somus*. Atque ita liber. Adfirmate hoc dicit indignans Oedipus. Quid juvat eruisse oculos ne viderem matrem? Ecce audio, & taminor ab illo sensu. Silet Oedipus: opem meam poscit

HIPPOLYTUS.

Quæ tamen fabula, veteri meo libro PHÆDRA inscribitur: neque nullâ de causâ.

Vers. 13. *Ubi per glacies lenis Ilissus,
Ubi Mæander super æquales
Labitur agros.*

De Atticâ sermo. Ubi igitur in ea glacies, aut fluvii glaciati? Ambigo. An non, *per glareas*? Contracta in bisyllabam voce, ob versum. Ut velit Ilissum per scrupos & saxa, volvi, Mæandrum per æquabiles arenas. Videatur. Nisi vitium tamen majus nonnullo indicio librorum. Nam meo ecce, * totus ille secundus versus abest: idque, cum bis in eo (nescio quo casu) scriptus primus hic Actus. Ad editioni priscae, abest totus primus. In qua *Melanes* etiam est, non *Mæander*. Cogita. Nam calide hæc me scribere vides.

* Mss. Par.

163. *Quid poena præsens conscius noctis pavor?*

Bene. Nam nocte pletumque inquietati scelerum memoria. Tamen meo est, *mentis pavor*. non minùs recte.

237. NVT. *Resistet ille, seque tractandum dabit?*

Hæc cum sequentibus Nutrici tribuuntur. Nolim. Ego Phædræ ea dicere velim, sed affirmantem, non rogantem. At huic versui personam Nutricis dederim: NVT. *Tibi penet odium.*

262. *Prò castitatis vindicem armemus manum.*

Nec hoc placet in Nutrice. Da Phædræ: & obiter corrige, *Pro castitate*. Mori enim illa præoptat, quàm pudorem violare. Quod tamen impedit Nutrix, quæ mihi jam dicat, NVT. *Sic te senectus nostra.*

277. *Iste lascivus puer, ac renitens.*

Malim, *ac renidens*. Fallaci quodam risu, Cupido. Statim, *moderatur arcu*: ex veteri.

286. *Quæque ad occasus jacet ora seros.*

Probe, nescio an vere. Liber arguit: * *Quæque ad Hesperias jacet ora metas*. Nec moveor, quod versus non ad Grammaticam legem. Permutat enim interdum pedes

* Ms.

hic Poëta : ut mox , Si quæ Parrhasiæ glacialis urse. Ita enim liber.

305. *Perque fraternos, mala regna, fluctus.*

* Ms. Par. Vetus , * *novæ regnæ.* Jovi nova: cui regnum cæli.

332. ----- *quaque ætherio*

Candida mundo sidera currunt.

Idem, *quaque per ipsum Candida mundum.* Interpolantur ii, quibus Mundum *κόσμος*, pro Cælo dici, & novum erat.

Altrix profare, quid feras? Quonam in loco est?

Actus secundi hoc initium, sed plane *ἀπὸ τοῦτο*. Quid enim roget Phædra de successu alloqui, cum vix digressa ab ea nutrix? Sed nec sequentia ad hanc mentem. Liqueat mihi transpositum versiculum, & infra alibi inferendum, ac mirum ni illic, ubi Phædra ad aspectum Nutricis in hæc decorè erumpat: tum denique viso etiam Hippolyto concidat. Suffici igitur censeam post versum 584. Vide.

368. *Nec se quieti reddit.*

* Mss. Vetus , * *Nunc se.* Dat quidem se quieti; sed illa non admittit.

Ald. Par.

Lugd.

403. NVT. *Depone questus, non levat miseros dolor,*

Regina. Sævis ecquis est flammis modus?

Agreste placa virginis nimen dea.

Ausim hæc trajicere, sic: NVT. *Regina sævis ecquis est flammis madus?* * *Sepone questus, non levat miseros dolor. Agreste placa virginis.* Res suadet.

* Ms. Par.

Lugd.

444. *Mentem relaxa. Motibus festis facem*

Attolle.

Liber, *noctibus festis.* Quod valde approbo, & scio hæc dici de nocturnis sacris Triviæ. Propertius:

Cum videt accensis devotam currere tædis

In nemus, & Triviæ lumina ferre deæ.

512. ----- *sive fons largus citæ*

Diffundit undas.

Idem, *defundit.* aptius.

520. ----- *si celer somnus premit*

Secura duro membra versantem thoro.

Idem, *certior somnus.* &, *versantur thoro.*

531. ----- *non vasto aggere*

Crebraque turre cinxerant urbes lacus.

Lacos interpretantur Fossas quibus urbes cinctæ. Cur librum non magis audiam, * *latus* scribentem? Urbes enim sibi latus cingunt & claudunt aggeribus murorum & turribus.

* Mss. }

592. *Cur dulce munus reddita lucis fugis?*

Aude anime, tenta.

Personis hæc variari placeat: HIP. *Cur dulce m. r. l. fugis?*

PHÆ. *Aude anime.*

605. Vos

605. *Vos testor omnes cœlites hoc quod volo.*

HIP. *Animusne cupiens aliquid effari nequit?*

Fallor, aut bonæ lectionis & sententiæ mihi liber auctoris:

* *Vos t. o. c. hoc quod volo Me nolle.* HIP. *animusne cupiens aliquid effari nequit?* * Ott.
Phædra aperire amorem cupiens, vim ejus primò aperit. Et dii mihi testes, inquit, cupere me quod non cupio, velle quod nolo. Sed adigit sævus & invictus ille Deus. Nimiùm sane hæc bona. Sed versus, inquit, spernit. Jam ante monui, inseri interdum dimidiatos istos versiculos, sententiâ poscente, nec sine graviorum vatum exemplo. Quòd si concinnare tamen versus placet: deileam *aliquid*. Et legam *cupidus*, non *cupiens*.

619. *Muliebre non est, regna tutari patris.*

Germanum credo, * *tutari urbium*: ut in libro

* Ms.

621. *Cives paterno fortis imperio rege:*

Sinu recaptam supplicem ac servam rege.

Lege è scripto, * *ac servam tege*. Præiuit Regendi verbum: & jucunda paranomasia Tegendi subdit. Haud paulo aptius ad Phædræ mentem & votum. * Mss.

658. *Es genitor in te torvus, & torvæ tamen*

Pars aliqua matris.

* Lugd.

Credo veriùs, * *in te totus*, fide libri.

768. *Languescunt folia lilia pallida.*

Insertâ voculâ vetus, ut *lilii*, rectè.

783. *Lascivæ nemorum multivagæ deæ,*

Panes quas Dryades montivagi petunt.

Dic verum. Hæc capis? Non puto. Liber meus, *Panasque Driades montivagos*. Emendo, *Panas quæ Dryades montivagos*. Mens & ordo verborum: Te Hippolyte lascivæ deæ petent ob tuam hanc formam: illæ ipsæ Dryades, quæ Panas & Satyros solitè furtim petere.

823. *Deformis senii limina transeat.*

Hoc sane aptum &, puto, verum. Quid scriptura tamen vetus vult, *senii monstret imaginem?*

826. *In scelere quærit crine lacerato fidem.*

Emendant, * *Et scelere*. Meo fuit, *In scelera*. Quod valdè * Ms.
probo. Etsi deletum id. & repostum, *En scela!* quod ipsum haud spernam, detestandi & admirandi quâdam formâ.

752. *Et limine in ipso vasta lamentatio.*

E veteri, *In limine ipso* * *mæsta*. optimè.

* Mss. P

974. ----- *hominum nimium*

Securus, ades non sollicitus

Prodesse bonis, nocuisse malis?

Opinor scribendum, *Securus audis*. Cur tu ô magne deus, inquit, cùm cetera mundi cures & dirigas, culparis tamen & au-

& audis securus hominum ? Nam vetus & solita hæc de-
blatratio in Deum.

1022. *Latuere nube mimen Epidauri dei.*

Hoc perplexum vetus evoluet, è quo scribe : *Latuere rupes mimen.* Ille rupes, inquit, quas Æsculapius infidet, latuere præ alto hoc fluctu, Ab Euripide est, qui hac ipsa in re: *Ἐρυκτὶδ' Ἰδμεν, καὶ πίπαι Ἀσκληπίδ.*

1045. *Longum rubenti spargitur succo latus.*

Veteri, succo. ego, fugo.

* Mss. Et

10146.

Del-Rio

Taurisq;

1063. * *Torvusque currus ante trepidantes stetit.*

Quis *Torvus*? Moles? Nam id præcessit. Orbili, tuam fidem. Noster, *Torvaque*: ad Grammaticam, non ad verum. Le-
ge, *Torvumque*.

1128. *Admota ætheris culmina sedibus*

Duros excipiunt Notos.

Verum imple è libro: *Euros excipiunt, excipiunt Notos*

1176. *Animaque memet pariter & scelere exuam.*

Liber, *Animaque me fiedam pariter.* Quid hoc monstri? Eruo, & scio scriptum fuisse, *Animaque Fædræ pariter.* Sane hæc sui compellatio haud paulò validior ad affe-
ctum.

1195. *Mucrone pectus impium iusto patet.*

Possit videri illi simile, *Esuriente leone ex ore exsculpere prædam.* Et quæ talia. Tamen vereor ut verius sit, *iusto*
pete.

1271. *En hæc suprema vota genitoris cape.*

* Mss.

Vetus, *Et hæc suprema* * *dona.* Vere.

1275. *At vos per agros corporis partes vagas*
Acquirite.

Idem, *Inquire.* Aut hoc verum, aut magis *Anquire.* Ex-
cipit nunc.

T R O A S.

Verf. 28. *Testor decorum numen, adversum mihi,*

Patriæque cineres: rectorem Phrygum,

Tuosque manes, quodque stetit ante Ilion.

Hecubæ hæc attestatio est, quæ compellat deos, Pri-
amum, Hectorem. Sed de isto, verba in mendo: quod elues
è libro nostro, *Tuosque manes quo stetit stante Ilion.* Nam
hoc illa & alii Hectori tribuerunt, Trojam in eo & cum
eo vixisse. Bella hæc emendatio.

49. *Quod penitus actum, cum recepisset libens,*

Ensis senili tinctus è jugulo redit.

Vana verba. Quid enim mirum, ensen sanguinem extra-
ctum è vulnere? At contra voluit. Et mea fide scribe,
Ensis senili intinctus. Quod interpretor, non tinctus. Aut
si dif-

si displicet, v oculam immisce. *senili haud tinctus*. Sententia quidem palam & mens Hecubæ hæc fuit: Priamum, cum Pyrrhi gladium animose recepisset, tamen emisisse illum sanguine vix tinctum. Nonne decore hoc de sene, qui frigidus & *ἀνελκυστος*? Nequid ambigas, ecce de eodem Priamo, idem Poëta in Agamemnone: *Vidi, vidi, senis in jugulo, telum Pyrrhi vix exiguo sanguine tingi*.

56 ---- non tamen (superi) sat est.

*Domum ecce Priami, nurbus & natis, legens
Sortitur urna.*

Liber meus, * *superis sat est*: quod verius, & simplicius. * Mss.
Sequentia à me sic concinno, *Domum ecce Priami è nurbus*. Par. Bas.

87. ---- *veste revulsâ*

Substringe sinus.

Idem, * *veste remissâ*.

* Mss. Ald.
Par. Bas.
Lugd.

161. *Felix quisquis bello moriens,
Omnia secum consumpta videt.*

Præfero scriptum, *consumpta tulit*. Aufert videlicet omnia secum, qui post se nihil linquit.

172. ---- *terra mugitu fremens,
Concussa cæcos traxit ex armo senos.*

Quid? Ut insonuerit, aut vocem emisit terra? Nihil tale. Scribe cum libro, *sumus*, non *senos*. Est hoc ipsum, quod mox dicit: *Tunc scissa tellus aperit immensus specus*.

203. *Triton ab alto cecinit Hymenæum choro.*

A quo alto choro canit Triton? Missis nugis lege, *Tritonum ab alto cecinit Hymenæum chorus*. Atque ita liber. Vult Tritones in mari, quia Achilles Thetidis filius, præcuisse nuptiis ejus & Polyxenæ.

228. *Thracios mittit greges.*

Scriptus, *mittit greges*.

240. *Facit percipiens Hector ante oculos patris,
Pariterque Memnon.*

Quæ mala libido hæc substituendi, cum in libris clare esset, * *Patruque Memnon*: Certe idem Priamus Hectori pater, & Memnoni patruus, per fratrem Tichonum.

* Ort.
Lugd.

244. *Didicitque Achilles & diis natos mori.*

Multò melius veriusque noster, * & deâ. Nam parente saltem dea genitus Memnon, uti & Achilles. * Mss. Par.

256. *Quò plura passis, plura patienter feras.*

Quid cæde dira nobilem clari ducis

Aspergis umbram.

Hæc parum inter se nexa, si legendo continues. Personis dividere malim: PYR. *Quò plura p. p. p. feras*. AGA. *Quid cæde d.*

266. ---- *Troja nos tumidos facis*

Nimiùm ac fero.es.

Imò

Imò verò ; *timidos*. Uterque affectus ab illa; Ferocia quia vicerant, Timor quia tam potens illa victa : exemplum scilicet, nihil esse res humanas.

279. ---- *affligi Phrygas*

*Vincique volui : ruere, & aquari solo
Etiam arguissem.*

Scribe, *arcuissem*.

357. *Arctoi Boreæ dissipat impetus.*

Germana vox in veteri, *difficilis*.

476. ---- *sed mei fati immemor,*

Tam magna timeo vota.

Sententia postulat, *fatimemor*. Revocat se à tam magnis & felicibus votis Andromacha : & scio, inquit, aliud esse fatum Troiæ & Troum.

548. ---- *si tamen tecum exigas,*

Veniam dabis, quod bella post annos decem

Totidemque menses jam senex miles timet.

Quid ais Vlyse ? Bellumne illud ad Trojam decem annorum & decem mensium ? Exacta potatio : sed alibi nusquam lecta, imò falsa. Nimis juvat hic liber, *bella post hiemes decem, Totidemque menses*. Aureola correctio.

552. ---- *magna res Danaos movet,*

Futurus Hector. libera nos hoc metu.

In meo, *libera Grajos metu*.

596. *Immiti Vlysi gaudium ac Danais dabo.*

Eodem, *Invita Vlysi. benè*.

605. *Ut luce caruit, inter extinctos jacet.*

Verficuli hujus corruptio, prioribus omnibus fraudi est, quos non est capere, nisi hoc correcti. Benè autem juvat meus liber: *Ut luce caret, ut inter*. Nam hic sermo & juratio Andromaches. Ita, inquit, in patriâ moriar, ita terra meo Hectori levis esto : ut Astyanax quem quæris, lucem non videt, ut est inter functos. Et verè jurabat. Nam recondebat eum sepulchrum.

699. *Misero datur, quodcumque fortunæ datur.*

Sententiam, ut sic dicam, extensam reformo aptè : *Misera datur quodcumque fortunæ datur*. Verum, ait, illud beneficium est quod in miseros confertur : cum das, sine spe recipiendi. Et sane alia dona, non dona sed hami.

899. *Cum dimicantes læta prospiceres viros.*

Enorme & nimium hoc est, ut Helena cum gaudio aspexerit pugnares Paridem & Menelaum. Satis, si absque acri dolore. Itaque assentire meo libro scribendi, * *lenta*.

924. *Ignosce Paridi, judicem * irrium puta,*

Habitura caussa est.

Fabricius primus, opinor, *Irrium* istud substituit. vane. In sententia nihil vidit. Lux à codice : *judicem iracum mea*
Habi-

* Ort.

* Mss.

Ald.

Baf. Par.
iratum.

Habitura caussa est. Dicit Helena: Tu licet Parim excuses. At mea caussa judicem suum habet, & quidem iratum. Quem? Menelaum, quem nempe læsi. In ejus nunc ego arbitrio.

947. *Vided' animus ingens lætus ut audierit necem?*

Magis ex lege versus, liber. *Vide ut animus ingens lætus audierit.* Nam in secundâ sede, liberio rem interdum hunc nostrum video: magis strictum in quartâ.

1084. *Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus tegit.*

Describit concursum illum vulgi, omnia, ad aspectum Astyanactei supplicii, occupantis. Sed huic menti magis faciet scriptura libri, *fagus gerit*. Vult alium in rupe stetisse, alium in pinu, lauru, fago.

1117. ----- *filicis incussu caput*

Ruptum.

Vetus; *filicis impulsu.*

1145. *Stupet omne vulgus, & ferè cuncti magis*

* *Perituram adulant.*

Hieronymus Alexander caput hujus lectionis speciosæ, sed falsæ: Tu Georgi Fabrici, cur subscriptor? Nihil tibi ego detractum eo: sed profectò non laudatissima opera tua in hoc quidem Poëta quem sæpius cura tibi innovandi fuit, quàm in veteri nitore conservandi. Libri prisca, etiam meus, * *Perituram laudant.* Quod versus spernit: sed *Peritura lege*, & rem habes. Per *troulu* adjunctam narrat & effert. Omne vulgus attonitum stetit in forma Cassandrae: & eò magis, quòd insitus nobis mos laudandi peritura. Nihil verius. Vel loca suppliciorum nostrorum adi. Itaque velut parenthesi quadam hæc legenda.

1149. ----- *omnium mentes tremunt,*

Miserentur ac mirantur.

Suavius, quod in libro: *Mirantur ac miserantur.* Abeo

* Ald.
Lugd.
ut *peritura*
laudant.

* Ott.

AD AGAMEMNONEM.

Verf. 15. *Ubi ille celeri corpus edinctus rotæ.]*

Malim, *invinctus.*

35. *Avo nepotem (prò nefas) patri virum,*

Natis nepotes miscui.

Veteri, * *Avo parentem.* Quæ intemperies mutantium?

Historia sive fabula ita deponit. Nam Thyestes hæc enunciat, qui Ægistho pater idem & avus. Ille, quia genuit: iste, qui ex filia.

* Ald.
Lugd.

37. *Sed sera tandem respicit fessos malis*

Post fata demum sortis incestæ fides.

Lege

Lege, *Possit facta*. Itemque, *incerta*: hac mente. Oraculum hæc scelera elocutum nobis, sed incredulis, donec fides incertæ dictioni ab euentis.

* Ort.
Lug.

52. *An deceat hoc te respice; at matrem decet.*

Distinguo & scribo, *An deceat hoc te? * respice ad matrem: decet.* Ambigis, ô Ægisthe, inquit, an scelus te deceat? Matrem cogita, & quomodo natus sis: decet. Scelere conceptus, quid edas nisi scelus?

84. *Quæque superbos urit Erinnyes,
Tumidas semper comitata domos.*

Vetus, *Nimias semper.*

104. *Felix, mediæ quisquis turbæ
Parte quietus.*

Isipse, *Sorte quietus.*

130. *Proin quid est, da tempus ac spatium tibi.*

Muto, *Proin quidquid est, da tempus.* Sic, ut prima vox exaudiatur unisyllaba.

147. *Cui ultima est fortuna, quid dubium timet?*

Litterula mutata illustro, *dubiam.* Qui in extrema sorte, media non timet. Nihil evenire pejus potest.

208. *Hunc fraude nunt conaris insana aggredi.*

Noster, *conaris & furto aggredi.* Vere & eleganter. Furta enim, de fallaci quovis & infidiantis factor, Latinis dicta.

235 *Tu nos periculi socia, tu Leda fata*

Comitare: tantum sanguinem reddet tibi

Ignavus iste ductor.

Cæci hîc interpretes. Nos distinctione cæla expedimus:

Comitare tantum. Sanguinem r. tibi. Ait Ægisthus: At tu,

ô Clytemnestra, non ducem te discrimini præbe, sed sociam tantum: faxo ut Agamemnon hîc tuus brevi nobis det cruorem. Altero abhinc versu scribito,

----- *vultus languido obtutu stupet.*

254. *Effusa circum pellicum quanto venit*

Tarpa apparatu & Soka sed longè eminet

Tenetque regem famula veridici dei.

Primum velim, *Affusa.* Deinde est in libro, *turba sed longè eminet: amene, nisi damnet versus.* Scribas ex eodem, *Tenetque regnum.*

316. ----- *tu quoque nostros*

Thebana manus comitare choros.

Nonne magis, *Thebanos hostes comitare?* Ita meus liber: & scio mutatum imperitis.

334. ----- *cum Titanas*

Fulmine misso fregit dei.

Noster: *Fulmine victos videre dei.*

427. *Aurata primas prora signavit vias.*

Liber, *prora designat.*

868. *Cum Luna subito conditur, stellæ cadunt.*
Idem, *stellæ latent.* Quod verius. Et sequenti versu, * *tol-* * Ort.
litur, cælum perit, sine copulâ. Ald.

478. *Libycusque arenas auster, ac Syrtes agit.*

Idem, *ad Syrtes.* Suo, & bono sensu.

504. *Sed trunca toto puppis Jonio natat.*

In nostro, * *sed fracta toto.* * Ald.

524. *Vehit ista Danaos classis & Troas simul.* Lugd.

Eodem est, & *Troas vehit* : iteratione ejusdem verbi hîc
opposita.

584. ---- *tandem horream*

Aliena inerti tela mitti dextrâ?

Mens habet, *tene horream.* Muto faciem orationis, & scribo : *tene horream?* *Aliena inerti tela mittis dextrâ.* Ad Palladem avertit Ajax. Et ego te, inquit, timeam. Quæ nec tuum quidem telum in me torques. Nam Jovis hoc est fulmen.

573. ---- *jam timent terram rates,*

Voluntque maria: cedit in ludium fixor.

Liber : *Maluntque maria,* * *ceciderunt in lucem furor.* Prius * Ort.
verum & clarum. Alterius sententia hæc, *Sub lucem de-*
mum defisse, ut solet, tempestatem.

621. ---- *restitit auiæ*

Troja bis quinis,

Unius noctis peritura, fato.

Idem, *peritura fusio.* Quæ epotio verbi supra mihi notata.

625. *Fatale munus Danaum traximus nostrâ*

Creduli dextrâ.

Evariat codex; * *Danæumque fatale munus duximus nostrâ.* * Ort.

671. *Non quæ tectis Bistonis ales*

Residens silvis, impia diræ

Furta marii garrula deflet. Ald. Luld.

Hirundinem intellegi clarum est. Sed eâne in silvis? Ipsi domuum assidua cultrix. Bene igitur liber: *Residens summis* : & mox, *garrula narrat.*

685. *Tristis lacerat brachia tecum,*

Quæ turræ turba parenti.

Pectoræ rauce concita, huxum

Ferit, ut Phrygium lugeat Atyon.

Scio de Tibia hæc hæc accipi posse, quæ Gallorum propria, & sepe ex buxo. Tamen liber occultiorum rituum prærit, dum scribit. *Pectora rauce concita buxo Ferit.* Fanatici enim isti in simulato hoc luctu pectora sibi tundere soliti, pinu, aut buxo. Claudianus :

Cymbala ferte licet, pectusque illidere pini.

Lampridius in Commodò : *Iliacos verè pinis usque ad perniciem pectus tundere coëbat.* Statius lib. x.

M m m

--quatit

---- quatit ille *sacras* in pectora pinus,
Sanguineosque rotat crines.

760. *Ardentque pallentes genæ.*

Veteri, Turgemque.

778. *Conjuxque pariter obvios illi tulit*
Gressus.

Placet magis scriptum : *Et Festa conjux obvios.* Vult eam læto habitu obviam esse marito.

817. ---- candida Phœbe.

Liber, pallida.

914. *Quos anime demens refugis? Externos fugis?*
Domus timenda est.

Electræ ad fratrem verba sunt, quem domo amolitur: haud paullò tamen melius concepta in nostro: *Quid anime demens refugis externos metus?*

937. *Et ista demum palma Pisai Jovis*
Velamen eadem præstet.

Liber: *Et ista domum.* verissimè. Palmam significat sibi datam præmium ludis.

961. EL. *Nobis? Quis iste est alter Agamemnon tuus?*
Idem, Vobis?

963. *Regina frangam.* EL. *mitius interea mihi*
Tu vidua loquere, vir caret vitâ tuus.

* Ort.

* Liber hîc contractior, & nescit alterum totum versum. Sic ille continuat & legit: EL. *Cuius interea mihi Edisere ubi sit gnatus.* Sanè vulgata illa, quæ sita & frigidula: ut mala in hoc Colloquio.

1006. *Ut paria fata Troicis tulerit malis.*

Liber melius, *lueret malis.* Superest mihi ultimus labor.

OCTAVIA.

Vers. 41. *En qui ora Tanais primus imposuit iugo.* Legebamus, *Tamēsis.* Criticus divinus, *Britannis.*

47. ---- *nec graves luctus valet*

Irâ coacta tegere crudelis viri.

Secreta refugit semper.

Distingue: *Irâ coacta tegere. Crudelis viri Secreta refugit semper.* Id est, Aversa à viro, spernit & fugit cum eo esse sola: quot amant tamen nuptæ.

100. *Toleranda quamvis patiar: haud umquam queant*
Nisi morte tristi nostra finire mala.

Ineptè. Exaggerare mala sua vult Octavia: hic sermo attenuat. Scribo, *Toleranda quamvis:* hac mente. Vis coerceri à me animum & linguam Nutrix? Possim, si modò ea feram, quæ alius ferat. At nostra mala intoleranda, & quæ finiat sola illa omnium finis.

114. Et

114. *Et morte gaudet auctor infandæ necis.*

Malim, *Et forte.* Ut partem fortemque Britannici dicat
abisse ad paricidam.

134. *Emergere undis, & fer auxilium tuæ.*

Credam purius (et si quàm multa hîc impura?) *Emerge
te undis.*

149. ----- *Criminis factus reus.*

Emendavi alibi, *ficti reus.* Adjuvat nunc liber, in quo,
* *facti.*

* Ort.

207. *Aureus idem fulsit in imbri.*

De Jove, qui liquidus ob Danaë. Aptius ergo liber:
* *fluxit.*

* Ort.

248. *Utinam suorum facinorum poenas luat*

Nero : * *ipse divo Domitio genitus patre.*

* Ort. 147

Orbis tyrannus.

fiduo.

Bellè. Laudatum scilicet ire vult Neronis patrem & stir-
pem? Imò depressum. Atqui & Divum Domitium facit,
falsò Liber meus, Nero nisi duo. Nos optimè: *Nero institoris,*
Domitio g. p. Hoc ei objicit. Nec ex stirpe quidem Cæsa-
reâ esse, sed fraude muliebri infititium, cum verus ei pater
Domitius.

269. ----- *prodidit lapsam domum.*

Scribe cum libro, *perdidit.*

458. NE. *Despectus ensis faciat.* SE. *hoc absit nefas.*

Minatur Nero facturum se, ut scita sua & iussa non po-
puli consensus firmet, sed ensis. Sed displicet adjuncta vox
Esis: & scribam, *Detectus ensis* five *conspectus.* Nam in urbe
& togâ, gladii recti ac conditi.

482. *Invidia tristis vidta consensu pio*

Cessit Senatus, Equites accensus favor,

Plebisque votum est, atque iudicium patrum.

Tu pacis auctor generis humani arbuer.

Confusa hæc sic digeræ licet:

----- *consensu pio*

Cessit: Senatus, Equitis, accensus favor;

Plebisque votis atque iudicio patrum

Tu pacis auctor.

Quod scripti, *votis:* à libro est. In aliis nos adminiculati.

569. *Vix sustinere posset hos ibalamos deus*

Videre, populi sancta nec pietas finat.

Lectiorem veterem recipe : * *dolor videre populi, san-*
cta nec.

* Mss.

Ald. Par.

Lugd.

Bal.

579. SE. *Negare durum est.* NE. *Principem cogi nefas.*

Imò, *Necare.* Id enim minatur Nero anteriore versu, ferro
se expressurum, quod precibus nequiret * *Renittat ipse,*
non *Permittat,* est libro.

* Ort.

657. *Socerum diri miseraunda viri*
Potes hæc demens sperare memor?
Hos ad thalamos servata diu
Victima tandem funesta cades?

Altero versu omnino legendum, *Potes, heu, demens* : & interrogatoriæ notæ dolendæ. Quem tamen Socerum intellegit? Si rectum est, censeam Appium Silanum : qui pater L. Junii Silani, desponsi Octaviæ. Et hic enim, & ille, interempti. Octaviæ igitur vaticinantur eundem exitum. Sed profectò nescio an eligam. *Sociam diri*. Hoc sensu. *Sperare* ô demens potes sociam te futuram Junii Silani tui viri ; & quidem mactandam (quod olim illi factum) ipso die novarum nuptiarum.

682. *Affigat humo violenta manus*
Similes nimium vultus dominae.

Scribo , *Affligat.*

722. *Diducta subito patuit ingenti mihi*
Tellus hiatu lata, quò præceps toros
Cerno jugales.

Distinguo, *Tellus hiatu* : *lata quò præceps*. Illuc delata præceps.

729. *Irrupit intra rectatum trepidus mea*
Ensemque jugulo condidit sævum Nero.

Malo, *trepidus meus*, de Nerone.

749. *Ingulo quòd ensen condidit Princeps tuus.*
Malo, *Princeps tuo*.

791. *Quæcumque claro marmore effigies stetit,*
Aut ara fulgens, ora Poppæ gerens.

Non negitem Aras etiam positas Poppæ : sed numquid illæ os ejus gerebant, quod poëta addit? Haud patem. Conjecturam nostram, credo, approbes: *Aut ære fulgens*. Quæcumque statua, inquit, aut è marmore illi facta, aut ex ære, corrui.

794. ----- *membra per partes trahunt,*
Diducta laqueis.

* Ort.

Non *Diducta*, sed * *Deducta*. Nam is mos ut restem laqueosque statuis altioribus injicerent & detraherent. Satyricus :

----- *descendunt statuae, restemque sequuntur.*

Nota.

796. ----- *verba conveniunt feris*
Immisit factis quæ timor recipit meus.
Sepire flammis Principis sedem parant:

Diffindere hæc non dubitem, & personam indere, sic:

Immisit factis. CHO. quæ timor recipit meus. NVN.
Sepire flammis.

Inter-

Interloquitur ad hæc nova & inopinata Chorus. Et quid timidus, inquit, audio?

808. *Læsi tristes dabitis poenas
Sanguine vestro.*

Convenientius scribas, *Lævi tristes*. Olævi & malè providi Quirites, luctis & eluctis sanguine vestro hæc facta.

850. *Abstrahere nostris conjugem caram thoris.*

Liber, *conjugem tantam*. probo.

858. ---- PR. *estne qui fontem arguat?*

NE. *Populi furor*. PR. *Quis regere dementes vales?*

NE. *Quis concitare potuit?* PR. *haud quemquam reor.*

NE. *Mulier, dedit, &c.*

Omnia hæc, quia subtiliora, confusa, corrupta. Primum lege, *Qui concitare potuit*. Deinde: PR. *Haudquaquam reor, Mulier*. hac sententiâ. Quid admisit Octavia? Populus ob eam insanivit. Quis populum possit regere? Illa ipsa, quæ concitare. At non puto in fæminam id cadere: cui animus quidem nocendi, non tamen vires. Lentè examina mi Raphelengi: probabis.

869. *Vel poena quæ tam sera damnatam premit.*

Etiâ hîc hærebis, sine manu emendatrice. Nos putamus ad Neronem hæc referenda, sic:

NER. *Vel poena. Quæ tam sera.*

Responsio, quæ pendet à Præfecti verbis ultimis. Dixerat ille, Timore fæminas frangi, pronas alioqui ad malum. Imò poena eam premet potius, ait Nero: iusta, etsi sera.

892. ---- *flentem, miseram Cernere possis.*

Cernere possis.

Liber, * *possunt*. apte ad priora.

* Mt.

977. *Urbe est nostrâ mitior Aulis,*

Et maurorum Barbara tellus.

Scio Pœnos liberos Saturno immolasse, atque ita humanas hostias fecisse. Nec tamen id factum hîc tangitur. Ad- dit enim, *Hospitis illic cæde litatur*. At nusquam lectum de hospitibus in Mauritaniâ sive Africâ vulgò quidem immo- latis. Fidenter rescribo, *Et Taurorum*. Ad Tauros Scythiæ populos, & in iis Dianæ inhospitam aram allusum; quæ tibi nota.

HABES, mi Raphelengi, quæ inter legendum, ut fit, ad oras nota veram mei libri: sed nota veram mihi. Nam describere hæc aut digerere in alienum usum, nec cogitavi unquam ἐν ὁρίεσσι. Tu tamen impulisti & impetrafti. Cui si hæc ad Editionem quam paras aliquid servient (quod spero, imò confido:) scopum meum attigi, nec profectò ἀλλοιὸν βέλτερον ἐκφυγε χεῖρος. Vale! Scripsi Lugduni in Batavis. Nonis Octob. Clō. Id, LXXXVII.

M. TVLLII
CICERONIS
CONSOLATIO.

LIBER,
QUO DE FILIÆ MORTE
SEIPSUM CONSOLATUS EST.
NUNC PRIMUM REPERTUS, ET IN
LUCEM EDITUS.

DE QUO
JVDICIUM IVSTI LIPSI
SUBJUNCTUM.

Mmm 4

AD

AD LECTOREM.

SIT, quem quisq; volet, magni, Ciceronis imago:
 Nec Cicero, vivo nec Cicerone fuit.
 Quisquis et ille fuit, belle declamat & aptè
 De miseriis hominum casibus atque malis.
 Qualis est Senecæ, quæ Controversia fertur:
 Nomine, quamque patri Quinctilianus habet.
 Tu tamen hinc gratos, Lector bone, collige fructus,
 Quid sit homo speculo dum docet ille suo.
 Quid refert, vetus an nova sit medicina salubris,
 Aeger ab hac medicâ dum relevetur ope?
 Magna sed intereâ debetur gratia vobis,
 In lucem per quos iste libellus iit.
 Faierit Regis Procurator care, Præses
 Te Leo, teque præes qui Gilo Consiliis.
 Per vos tres liber hic redit in nova secla superstes:
 Vestraque fama per hunc usque perennis erit.

Jo. Auratus Poëta Regius.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS CONSOLATIO.

QUANQUAM recentibus morbis medicinam adhibere vetant sapientes, nihilque adversi hominibus accidere solet in vitâ, quod aut improvisum, aut inexpectatum videatur, conemur tamen, si quâ ratione possumus, mederi nobismetipsis, & domesticæ subvenire calamitati. Si enim quoties usuvenit, consulimus ceteris, cur non aliquando nobis ipsis? Et, si mala, quæ nec vitari, nec averti humanis viribus possunt, pertulimus toleranter, cur non ea, si possumus, ratione leviora faciamus? Præsertim cum ad ægitudines, & molestias depellendas eo acrius incumbere homines debeant, quò melius est, sine curâ vivere, quàm curis & angoribus oppressum, ac circumventum, humanam conditionem satis per se miseram, aliis etiam incommodis efficere inferiorem. Quid porro præstantius, quid utilius est, quàm cum corpore valeas, curare, ut etiam animo valere possis? Siquidem corpus animi gubernaculo, animus autem ministerio corporis indiget. At neque animus æger benè gubernabit, nec affectum corpus animi rectè parebit imperio. Quamobrem prudenter à doctis & sapientibus viris & cogitatum, & factum est, qui de luctu minuendo ante nos scripserunt, quorum extant satis multa, sanè sapienter litteris mandata, imprimisque à Theophrasto, Xenocrate, & Crantore, quorum libros cum sæpè animi causâ sumpserimus in manus, admirati eorum saluberrimis præceptis refertam & conditam eloquentiam, tum proximè legimus necessariò: casus enim erepræ nobis filix, quam in oculis ferebamus, eximiis & virtutis & prudentiæ laudibus præstantem, ita nos vel perculit, vel affixit, ut ab iis opem ad leniendum & mitigandum dolorem petere coacti simus, quorum maxime doctrinâ atque auctoritate antea movebamur. Itaque multa, quæ ab illis vel acutè cogitata, vel eleganter enuntiata sunt, ad dolorem nostrum abstergendum colligemus, ut, si minus ceteros in tanto interore de-

M m m 5

lecta-

lectare poterimus , quod aliàs & dicendo , & scribendo efficere conati sumus , & fortasse interdum præstitimus , saltem nobis ipsis medeamur. Sed nos etiam in hoc fortiores erimus , quàm ceteri : quibus difficile non fuit , cùm doloris expertes ipsi essent , alios consolari , & à mœrore abducere : nos autem dolore afflicti , consolationem à nobis petentes , nosmetipsos in dolore vincemus , ac naturæ quamdam quasi vim afferemus. Quæ utinam tanti sit , ut ceteros quoque in pari fortunâ doceat adversos casus patienter ferre : qui quò sæpiùs contingunt , eò propiores hominibus putandi sunt , quasque in ipsâ humanâ naturâ innoti atque insiti , ideoque levius ferendi. Qui enim hominem se esse agnoscit , hominisque nomen sibi vindicat , cur ea , quæ hominis maximè propria sunt , recusare , ac rejicere audeat ? Quod simul ut fecisset , & imprudens , & injustus meritò haberetur , atque hic locus à Theophrasto egregiè tractatus , & perpolitus est : itemque à Xenocrate , quorum uterque eos , qui communes casus recusant , imprudentiæ , atque injustitiæ , condemnat , alter etiam diis ipsis adversos non dubitat appellare , quod etiam gravius crimen est , ac vix in homine tolerabile. Qui , cùm omnia Diis immortalibus accepta referre debeat , quorum ope vivit , intelligit , agit , si eorum voluntati repugnet , cum Diis , gigantum more , bellare videbitur. Hæc autem perite , ut dixi , à multis tractata sunt : sed ego Crantorem sequor , cujus legi brevem illum quidem , sed vere aureum , & , ut Panætio placuit , ad verbum ediscendum de luctu librum , quo acute universam doloris medicinam complexus est , sed humanæ naturæ incommoda ita diligenter & accurate expressit , ut quasi luedorum scelerum causa nasci homines , & in hanc lucem ingredi , possis agnoscere , fac enim nasci hominem , & in lucem edi. Continuo senties , non rerum humanarum dominum , & gubernatorem exortum , sed verius miseriarum servum , atque incommodorum. Nam infantiam & pueritiam vagitus , lacrymæ , imbecillitas , nullus nec rationis , nec corporis usus , dolores , molestiæque quamplurimæ amplectuntur. Adolescentiam ardor quidam excipit ætatis , nec prudentiæ , nec judicii compos , rerum utilium , ac laudabilium contemptio , voluptatis , & sæpe turpitudinis appetitio , veri boni ignoratio , in pares ferocia , in superiores superbia , in infimos arrogantia. Ex his conventiones , rixæ , contumeliæ , assiduus denique molestiarum concursus existit : ex rebus honestis contemptis infelicitas , & infamia , ex turpibus curiose arreptis , & conquisitis luctus , morbi ,

perpe-

perpetuum denique sui ipsius odium , ex cognita rerum turpium mercede conflatum. Adde insanas pecuniarum largitiones , nullam futuri temporis curam , non inopiæ , non liberorum , non uxoris , non posterorum , non familiæ. Quæ si quis ætatis potius vitia , quàm naturæ miseria , velit appellare , quamquam nominis quæstionem inducat , non tamen ipsas ab homine miseria , atque incommoda removebit. Nec verò audiendus erit , qui hæc ab humanæ naturæ miseriis separanda putet , quod non in natura insita sint , sed unius vel aliquorum hominum errores videantur , totius autem naturæ illa esse affirmet , quæ à nullo prorsus homine sejungi possint. Quasi verò humanum non sit irasci , quod multi non irascantur , aut non humanum loqui , & societatem coire , quod multi reperiantur , qui nihil difficilius faciant , quàm cum hominibus congregari , aut sermonem , cum aliquo conferre. Vere autem humanæ miseriæ sunt , quod & si non omnes in uno , certe omnes in omnibus , & aliqua in multis & multæ sæpe in uno agnoscuntur. Jam , constantis ætatis quot quantæque miseriæ sint , non difficile est intelligere , at difficillimum enumerare. Hæc enim ex omnibus hominis ætatibus in perturbationes animi , in pericula capitis , famæ , fortunarum una maxime incurrit. Sicut enim ceterarum omnium ætatum , ad res negotiaque tum privata , tum publica peragenda aptissima est , maximeque idonea , ita etiam una præ ceteris omnibus , difficultatum , miseriarumque omnium , quæ ex publica , privataque administratione oriuntur , particeps , & socia est. Hæc privata amicorum negotia procurat , hæc publica sustinet munera : hæc gloriam , & commodum ex rebus feliciter evenientibus , hæc ærumnas , & molestias ex adversis experitur , huic bonorum civium propugnatio , huic malorum accusatio proposita est , huic invidia , & æmulatio à bonis imminet , à malis pericula & insidiæ intenduntur : ætas numquam sibi ipsi non infesta , numquam pacata , semper laboriosa , semper anxiosa , & sollicita. Quæ si non aliquos interdum vel utilitatis , vel voluptatis fructus ex assiduo labore perciperet , seipsam profecto regere , ac tueri non posset. Sed miseriarum numerus multo major est , magnitudo autem tanta , ut neminem à publicis procurationibus non avertere , ac detertere possit. Illustre præbuit exemplum universæ civitati calamitas nostra , quam ex parte civium salute , ex defensionis aris , ac focis , ex proditoribus à Reipublicæ ac Populi Romani cervicibus depulsis contraximus. Sed nostra fuerit ærumna civibus contingerit salus & quies , quam etiam

vitâ

vitâ ipsâ profundendâ , si opus fuisset , libentissimè redemissenus. Nihil necesse est mihi de me ipso prædicare : sed tamen verissimè affirmare possum, eos demum annos me verè vixisse , quos in præclaro aliquo patriæ vel commodo, vel ornamento consumpsi. Ac si longiùs mihi vitam producere liceret , non me alia causâ ad diutius vivendum , quàm publicæ utilitatis studium curaque adduceret : quæ una cogitatio in homine gloriosa, & laudabilis est maximè. Nunc quæ extrema de ætatibus superest , quid ego de senectutis incommodis , ac miseriis loquar ? Quas plurimas esse , & gravissimas , & nomen ipsum , languoris calamitatisque plenissimum indicat , & ad spectus ipse senum hominum patefacit. Quid est enim aliud senem videre trementem , incurvum , canum , imbecillum , infirmum , quàm cernere morientem vivum , aut viventem mortuum ? Ac , si non nullis visum est , magnam esse senilis ætatis consolationem , prudentiam , usum rerum quæsitam , quæ illius ætatis propria est , eosdem illos fateri oportet , ex eo ipso fonte manare etiâ ad senes non minimum doloris , atque molestiæ. Qui enim se prudentem , rerumque agendas peritum agnoscit , cur non doleat , quæ optimè intelligit , præ ætatis vitio optimè etiâ perficere non posse , & , si patriam diligit , cur non angatur , quod , quam consilio juvat operâ etiâ juvare non possit ? Eoque major prudentium dolor est , quod optimorum consiliorum fructum nullâ aliâ ratione percipi posse , quàm si optimè ad exitum perducantur , intelligunt. Quod , nisi vir optimus patriæque amantissimus ad agendum accedat , prorsus inania sint futura.

De ætatibus fatis mihi videor dixisse. Quid jam de generibus hominum loquar , aut numquid principes viros , & medios , & infimos æquè miseros esse negare possum ? Reges ipsi quàm miseri sint , quantoque opere sollicitudini , timori , atque inlidis propositi , fatis ostendit Dionysius , cùm imminente capiti gladio Damoclem fortunæ suæ felicitatem voluit experiri. Nec mirum , cùm iis bellorum calamitates , agrorum vastationes , populorum cædes , urbium exitia immineant. Quæ cùm eveniunt , qui victoriâ potitur , aliquid & ad gloriam , & ad imperium semper acquirit , sed tanta præterea rerum amissio , tantusque sumptus consequitur , ut magni constet victoria , ac plerumque præstitere , numquam arma sumpsisse. Sin profligatio exercitus , aut clades aliqua contingit , nihil eo statu miseriùs ne cogitari quidem potest , liquidem captivitatî , inopiæ , luctui , contemptui conjunctus est. Sed fac Regem esse à bello

rum

rum impetu, & à castrorum pulvere remotum : sua pacatè possidentem, nulla hostium incursione vexatum. Num iccirco tutior, & miseris securior? Quin immò, ut otium humana natura non fert, ipse sibi molestiam, ac sollicitudinem exhibebit. Nam aut de augendis vegetigalibus, aut de producendis finibus, deque urbibus ad imperium acquirendis, aut de jungendis cum potentioribus propinquitatibus, atque amicitis cogitabit. Quæ qui animo agitat, nec à molestia liber est, nec alios securos, ac quietos esse sinit. De Avaritia verò, maxima animorum peste, nolim hoc loco pluribus disputare: quæ in deside, atque otiosa mente quàm maximè exoritur. Eaque erectiores animos, & altiores dignitatis gradus maximè sollicitat.

Huic generi infimum hominum genus opponitur: quod, ut nomine abjectissimum, sic re quoque omnibus calamitatibus, atque angoribus est propositum. Huic inopia, fames, contumelia, injuriæ, tributorum solutio, militiæ incommoda, misera denique omnia perferenda sunt: eoque miseriusest, quòd ceteris omnibus, cum adversa omnia premuntur, permulta tamen suppetunt, à quibus consolationem, dolorisque levationem petunt. At infimam plebem natura ipsa fatali quadam necessitate tam abjecto, tamque imo loco collocavit, ut omnibus ærumnis subjecta, nulla propemodum ratione erigi, aut sublevari possit. Ne mediocris quidem hominum conditio miseriæ expers esse cognoscitur. Nam inter summum, & infimum interjecta, alteri paret, alterum patitur. Cui si imperare posset, certè longius à miseria distaret. Sed quia neque dignitate præstat, nec summos viribus adæquat, suo statu contenta esse cogitur. Itaque multis in civitate perfungitur incommodis, non illis quidem parum Reipublicæ fructuosis, aut valde ad ferendum gravibus, atque asperis, sed quæ tamen animum sollicitent, & humanas misérias augeant. Hæc longiori oratione persequi, non est præsentis instituti, ante oculos omnia sunt, & nobis præcipuè re ipsa perspecta & cognita. Nec verò alia est faminarum conditio. Aut enim iisdem, aut parum certe diversis & molestis, & angoribus vexantur. Nam & iisdem morbis, quibus viri animi perturbationibus mentisque erroribus obijciuntur. Eoque miserior illarum status est, quo mollior natura & ad propulsanda incommoda, calamitatesque perferendas infirmior. Easdem, quas viri, ex parentum, fratrum, sororum, affinium interitu molestias, & dolores hauriunt: maritos sæpe fatuos, parum dere domestica sollicitos, pecuniam profun-

profundentes nanciscuntur. Ex quo paupertas, & luctus, quibus malis eo premuntur gravius, quod non, ut homines, indagare possunt, qua maxime ratione medeantur incommodis, rebusque suis consulant.

Quantum Tullia mea ex patris exilio doloris, quantum ex maritorum ærumnis, & difficultatibus luctus, molestiæque percepit, & quamvis optanda etiam minime pauca in vitâ viderit: malorum tamen paucorum sensus, vel doctissimis hominibus judicantibus, ita acerbus est, ut bonis vel plurimis, & maximis æquetur, interdum etiam præferatur. Per multa præterea in hoc genere sunt, quæ reticere præstat, quàm edere. Sed magna certè, vel hoc uno nomine, fæminarum miseria est, quod quamdiu vivunt, parere semper coguntur. Aut enim innuptæ parentibus, & affinibus, aut nuptæ maritis parent, & serviunt. Sic, quod minùs liberæ, eò magis miseræ, nec unquam liberæ, nisi è vita profectæ. Ergo mortuæ beatè censendæ erunt. Nec sanè video, quid aptius dici possit. Sed, ut ad nos ipsos redeamus; cui uxor contigit, is, præter communes omnium calamitates præcipuo etiam miseriæ genere premitur, quod non solum suis, sed etiam domesticis uxoris, & familiæ molestiis, curisque vexatur. Neque enim ab ea, qui cum arctissimo matrimonii vinculo conglutinator est, aut mente aut cogitatione sejunctus esse potest. Itaque tot vexatus calamitatibus, tantisque miseriis circumclusus hominis animus, quid egregium, aut eximium suscipere, aut cogitare potest? Mirum, ni sese abjiciat, ac veluti desperatione perculsus humi jaceat. Redeo igitur ad illud, quod initio dixi, neminem esse, qui spiritum ducat, non miserum, neminem vere felicem. Parumque sapiunt ii, qui hominem luendorum scelerum causa natum, felicem, aut beatum audent nominare. Nostra enim, quæ dicitur vita, mors est, nec unquam vivit animus, nisi compage solutus corporis, liber æternitate potitur. Itaque mortem in beneficii loco tributam à Diis immortalibus, iis, quos maxime dilexerunt, traditum est: ut, cum Herodoto auctore, Argia sacerdos, quod optimum filiis esset, à Deâ precata, eos reperit mortuos. Mortem autem, tamquam optimam, illis esse concessam, credamus sane Apollini Delphico, qui exoratus à Trophonio, & Agamede, à quibus templum magnifice Apollini exædificatum Delphis erat, ut, quod esset optimum homini, tribueret, post diem tertium exanimis sunt inventi. Quo munere judicavit Deus, & Deus is, cui divinationis partes à reliquis Diis sunt relictæ, mortem homini omnium rerum esse optimam. Itaque excutitur

tiatur jam , & evellatur funditus falsa illa multorum opinio, malam esse mortem : quandoquidem, vel Deorum judicio , non modò mala non est , sed omnium rerum optima , & omnium munerum , quæ humano generi dari possunt, præstantissima. Præclare. Nam & miserationum omnium quas viventes pertulimus, finis est in morte, & vitatio futurarum , in quas progredientes in vitâ incurrunt. Docemur enim exemplis è propagatione vitæ per multos optimos , & fortissimos cives incredibiles hausisse calamitates. Immerentes dixerit aliquis : ergo non sunt in miseriis ponendæ. Nihil enim miserum, quod non culpâ contractum. De hoc aliàs viderimus : sed calamitates certè fuerunt : quarum etiam unica cogitatio, quæ prætervola, & effugit, non modò sensus , qui corpori firmius inhæret , acerbitatis habet plurimum. Ex quo verè colligi potest , sapienter fecisse Thraces, qui , si Herodoto credimus , nascentibus liberis lugere, morientibus letari solebant. Exitum videlicet vitæ, ut miserationum finem, & quietis portum, probabant : vitæ initium , ut ingressum ad molestias & dolores inviti videbant. Si ergo nascimur miseri , morimur beati : quis in hanc lucem edi velit, ut miseriis opprimatur ? Quis non potius mori , ut beatam vitam acquirat ? Et , si hoc nobismetipsis , ut optimum, vellemus : cur liberis, & affinibus , diversam ? An melius nobis , quàm iis , quos summe diligimus , esse velimus , aut potius beatè nobis , miserè ipsis & infelicitè ? Hoc certè nullo modo. Quamobrem amanda mors semper omnibus, carissimis etiam optanda. Ac, si quibus mori præstat, quàm vivere , iis præcipue , quos & acta cum virtute vita claros effecit , & mors , satis diuturnâ vitâ præfunctos, molestia efficere non potest. Nasci verò non intelligo, quibus expediat. Nam in ærumnas miserasque ingredientés quid gratum , quid hilare aspicimus ? Qua re potius non offendimur ? Quod primus ille nascentium infantium vagitus, & ejulatus satis declarat , tributus enim est ab optima parente natura , quæ nihil inane solet efferre, ac potius iis rebus quas efficit , admiranda semper edit vel pietatis, vel justitiæ , vel prudentiæ documenta. Ex quo intelligi licet , non nasci longe optimum esse , nec in hos scopulos incidere vitæ. Proximum autem, si natus sis , quamprimum mori , & tamquam ex incendio effugere fortunæ. Sileni quæ fertur fabula , si gravioribus ludicra interdum admiscere liceat , idem certè confirmat. Qui captus à Mida , missionem doctrina redemit. Docuit autem Regem , nunquam nasci optimum esse , sed celeritatem mortis proximè accedere. Idemque

Euri-

Euripidis testimonio , poëtę sapientissimi , comprobatur. Sed Crantor noster patri , filii mortem ægerimē ferenti , responsum ait datum esse in Psychomantio , filio suo benē beateque esse , utiliusque futurum fuisse , si etiam pater pari ratione fatis concessisset. Quamobrem , si dolorum finem mors affert , si securioris & melioris initium vitæ : si futura mala avertit : si medetur præsentibus : si nos ex plurimis vel morborum , vel molestiarum , vel acerbis periculis educit , cur eam tantopere accusare , aut dolorem ex ea derivare velimus , ex qua potius consolationem , ac lætitiā haurire fas esset ? Nisi si , quod mortem subsequitur , nos fortasse sollicitos habet. De quo libet pauca dicere , ne hic unus ad molestiam , doloremque alendum angulus relinquatur. Qui profectò insipientibus obiciendus non est , nec in tanto argumentorum acervo , quibus mortem ipsam nobis obstringere conamur , committendum , ut hoc uno nomine minus nobis debere videatur. Et quamquam hæc futuri post mortem temporis cura hominis propria non sit , sed Diis immortalibus potius relinquenda , quorum nos vel liberalitati , vel sapientiæ permittere , fas piumque esset : qui enim nascentium curam suscipiunt , qui viventes protegent , alunt , tuentur , fovēt , cur morientes deserant ? Tamen aliquid etiam modestē de iis exquirere non est inutile. Necessē est autem , sit alterum de duobus , ut aut sensus penitus omnes mors auferat , aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. Quod si morte sensus extinguitur , obitusque noster ei somno similis est , qui nonnumquam etiam , sine visis somniorum , placatissimā quietem affert , quid lucri est mori ? Aut quod omnium tempus reperiri potest , quod ei tempori anteponatur , cui similis futura est perpetuitas omnis consequentis ætatis ? Sin migrationem malimus esse mortem in eas oras , quas è vita profecti incolunt ; quid optabilius , quàm ad eos proficisci , quos mortuos vivens dilexeris , & cum iis perpetua vita perfrui , qui , ut nos in laude viveremus , & libenter moreremur , suis & præceptis , & exemplis tantopere laborarunt ? Mihi certē nihil videtur evenire posse gratius , quàm , si mors aditum ad alia loca patefaciat , ad eos venire , & cum iis esse , quos & maxime dilexi , & nunquam non diligere ac laudare possum. Ad meos autem & affines , & amicos ut pervenero , quantopere lætabor ? quæ iucundior collocutio , qui suavior vel congressus , vel complexus ? O vitam vere vitalem , ut ait Ennius , omnibus bonis , ac gaudiis circumfluentem : sed beatam etiam mortem , quæ ad beatissimam vitam aditum aperiat.

riat. Me quidem , etſi dolore vehementer percuſſum & afflictum, his tamen monitis , & præceptis non mediocriter allevari ſentio ; itaque neminem puto fore , quem non rationes, à nobis tam ſtudioſe è ſapientum libris collectæ, juvent ac delectent. Eoque magis , quò leviores erunt aliorum dolores , quàm hic, quo nos tantopere vexati ſumus. Nam ſi amor , ſi pietas filiæ , ſi virtus, ſi gravitas, ſi conſtantia, ſi cetera , quæ vix in fæminis ſpectari, nedum requiri ſolent , conſideranda ſint; tantâ factâ jaçturâ, graviffime dolere debuimus. Sed vincat dolorem conſolatio; nec jam, quid amiſerimus , ſed quatenus mortalem filiam lugere deceat , cogitemus. Hoc nos in mœrore noſtro; quod certe fortis eſt egroti , non ſolùm accipere, ſed etiam exquirere medicinam. At, ſi quis erit , quem dolor à ratione averterit , cui non ſatis firma videantur ea, quæ jam dicta ſunt : is ſe hominem eſſe meminerit : nihil autem humanius eſſe morte, ut, ſi mors ab ipſo divelli , atque auferri poſſet , diis propior habendus eſſet, quam hominibus ; nec omni ex parte hominis nomen ipſi congrueret, quia comuni , & præcipua hominis conditione non uteretur. Prætereà lacrymis nihil profici , quæ ſi quid adjuvamenti afferre poſſent, non ſolùm effundendæ, ſed ſtudioſè conquirendæ viderentur. Denique, non ſolùm injuſtè, ſed etiam turpiſſimè agere qui immodicè doleat. Turpitudine enim pejor eſt dolore ; ſiquidem dolor homini à natura inſitus eſt , nihilque habet infamiæ. Turpitudine autem idcirco vituperanda , quòd aliquid ſemper indecorum continet, culpa contractum. At omnis immodicus dolor turpis eſt , & à viro alienus : quandoquidem, ut immodicè, præterque rationem doleas , ſponte efficis. Ex quo culpa exoritur, quæ homini maximè fugienda , vitandaque eſt, ne cogitationibus molliſſimis , quales interdum perditè amantes ſuſcipere ſolent , nimiùm perturbemur , & effeminemur. Quin potiùs nos ad Homericæ præcepta referamus :

Corde age ſis firmo, nec te ſubmitte dolori;

Namque aliquid gravius pejuſque aliquando taſiſti.

Nemo videlicet ſuorum funera experitur , cui non adverſa multa antea contigerint ; ita variis omni ex parte incommodis humana natura concluditur. Cur igitur graviora, vel certè æquè gravia fortiter paſſus , cùm maxime occaſuiſſe , & ad dolorem novum obduriſſe deberet, deſpondeat animum, ſequæ mœrori tradat ? Quod etiam injuſtum eſſe, paullò antè dicebamus. Natura enim uſuram nibis vitæ dedit , tamquam pecuniæ , nulla præſinita die. Quòd ſi, cùm libet, ſuâ. Repetit , ea conditione commodata, ut reſtituenda ſint, cur accuſatur? Aut, cur non potius natu-

N n n

natu-

naturæ gratias agis, quòd, cùm citiùs potuiffet, tardiùs repetierit, quàm, quòd aliquando repetierit, injuftà querelâ insequeris? Certum est enim, non habitandi locum, sed commorandi diverforium, nobis esse concessum; è quo cùm migramus, alacres tanquam ex hospitio miseriarum atque incommodorum plenissimo, egredi debemus, ac lætissimo animo ad futuram vitam, tanquam ad patriam, evolare. Quod sapientes re ipsâ præstitisse memorantur. Profectò enim, si quid est, quod morientes perturbet, aut morientium affines habeat sollicitos, id totum aut ex falsâ quadam opinione oritur, quòd vitæ hujus usum nimis utilem, ac jucundum arbitremur, aut ex nimio in nosmetipsos amore caritateque provenit. Sed opinionem illam, quam rationes adeò firmo convellunt, libenter deponere debemus; ab hoc verò amore nimio tantò libentiùs abhorre, quantò indecentius est vitæ munere perfunctos velle etiam in vitâ Diis invitis, commorari, communemque omnium, qui ante nos è vitâ discesserunt, conditionem recusare; demum, tantâ esse mollitiæ, tantaque impudentiâ, ut ne in morte quidem confirmemur, ac resipiscamus. Quòd si nostrorum mortem dolemus, cogitemus aliquando, moriendum ipsis fuisse; mortem autem incertam esse, nec in hominis arbitrio positam, sed è Deorum voluntate pendere: quos verò lugemus, eos quoque suorum mortem vidisse, patienterque tulisse; ideoque suo exemplo, quid nos facere velint, præcipere: denique id, quod ad consolandum maximum, ac firmissimum est, non eos nobis penitus ereptos esse, nec prorsus amissos, sed ad præfinitum tempus à nostris oculis, nostraque consuetudine remotos. Itaque, cùm ad eum vitæ terminum, quem natura præscripsit, nos quoque pervenerimus, statim eorum consuetudinem regustabimus, & ad suavissimam vel consuetudinem, vel convictum redibimus. Mortem suis acerbam amaramque in moriendo esse, nonnulli existimant, atque ideo fortasse perturbantur. Quod me quidem, sublati gravioribus dolendi causis, quas jam superiori disputatione rejecimus, minimè angit. Ipse enim discessus animi à corpore vel cum nullo, vel certè cum modico dolore fit, & interdum sine sensu: nonnunquam etiam, si rectè sapimus, cum voluptate, Sed, quidquid sit, totum hoc ita leve est, qualia sunt ea, quæ puncto temporis fiunt. Nec, si mors paullò longior alicui contingat, desperandum est de Deorum naturæque benignitate, quin eo quoque tempore properantem è vitâ discedere foveant, atque allevant. Cujus rei in morientibus sæpissimè signa minime dubia cernuntur: cùm velut è somno

somno exciti , quo tempore extremum spiritum edituri sunt , ita gaudentes & alacres aspiciunt , ut libentissime iudices è vitâ proficisci. Quamobrem ne hæc quidem ullam æquam doloris afferre causam possunt , qui certè comprimendus ac minuendus est , quòd , etiam si nolis , tempore tamen ipso extenuatur , & evanescit : non quòd minuendi doloris vis in ipsâ die posita fit , sed quòd usus ipse cogitatioque diuturni temporis doceat , nihil esse in morte mali , idcirco leviter & patienter ferendam. Sed turpe stultumque est homini , tantâ tamque variâ rerum cognitione instructo , non à se ipso potiùs mature , quàm serò ab usu , & cogitatione doloris remedia expectare : quæ tam firma sunt , ut neminem fore putem , quem non vehementer non juvent solùm , sed etiam permoveant. Mihi verò eo magis necessaria fuerunt , quòd turpius visum esset ; me , qui ceteros constantissime consolatus essem , in meo dolore jacere : voxque illa exaudiri , & fortasse non immeritò , potuisset :

Hicine ille Cicero, cuius ob es Graii

Ora obvertent sua?

Sed nos Philosophia adversus omnes vel temporum , vel fortunæ , vel naturæ insidias munivit : quæ ita fortis est , ut nullius injuriæ impetum extimescat : ita lenis & suavis , ut omnes acerbitates faciliè mitiget ac molliat : ita demum utilis & fructuosa , ut totam se ad humanas utilitates liberalissimè porrigat atque explicat. Nec verò secus debet. Quæ enim humanarum miserationum cumulum optime norit , & acutissime perspiciat , si eas patiatur manare longius , neque homini mœrore confecto consilio præsidioque suo præsto sit : quid illo miserius ? Quid vita nostra laboriosius aut tetrius ? Aut quid prodesset , ad spectum à naturâ ad supera erectum accepisse , ut cœlum contemplari , ut Deorum majestatem cogitare , aut à Diis immortalibus mentem & rationem , ut utilia cognoscere , honesta à turpibus secernere , æqua amplecti , ab iniquis abstinere possemus , voce denique ipsâ & oratione frui , quæ nullis animantibus concessa est , quaque ceteris omnibus , quæ sub cœlo sunt , viventium naturis antecellimus ? Inania hæc videri possent ; si tam multis ex adverso miseriis oppressa hominis natura , neque se ad cœlestia erigere , nec tantis bonis , quibus majora esse nulla potuerunt , uti posset. Sed profectò , ut contra serpentum virus pharmacorum genera multa , contra inopiæ calamitatem solertia & industria , contra turpitudinis voluptatem pudor & verecundia , sic contra doloris mortum philosophia nobis data est deorum immortalium concessu atque munere. Quam ut nemo satis pro dignitate laudare queat , sic

N n n 2

quàm

quàm plurimi mentis tranquillitatem , animi moderati-
nem , in voluptates imperium , in acerba omnia summam
quandam vim ac fortitudinem illi uni acceptam referant
necesse est. Neque nos aut in exilio patientes , aut in ho-
norum cursu temperantes fuissetus , aut nunc in tanto
mœrore sapienter & fortiter versaremur , nisi tuo , philo-
sophia optima rerum humanarum moderatrix , beneficio.
Tu verò felix & beata , Tullia mea , si quis tibi in morte
sensus est , quæ tot tantisque miseriis , quibus propo-
sita fuisses in vita , una morte perfuncta es : à præsentibus ma-
lis expedita , ab impendentibus crepta , & in tuto ac tran-
quillo quietis portu collocata. Merito tibi mortem jucun-
dam fuisse putem , cum vel ea bona , quibus viventi frui
licuit , animo reputas , vel mala , quæ moriens vitasti , mente ,
ac cogitatione complecteris. Ego autem , cum te felicem
judicem , ac , si dicere liceat , pæne oculis cernam , cur tua
morte excrucier ? Potius lætabor , ac tibi , tanquam de re
optatissima , gratulabor. Cui nisi molestum est , me jam
etate confectum in tam perturbata Republica , tamque
misero vitæ genere reliquisse , quid jam grave aut acerbum
esse possit ? Sed hoc quoque ratione ipsa levius aliquan-
to efficitur. Neque tu nunc , quid me perferre necesse sit ,
sed quàm non multò post tecum iisdem bonis usus sim ,
debes cogitare. Nihil enim accidere valde grave potest
iis , qui spe jam propinqua futuri boni recreantur , & alun-
tur. Sed nescio qui nos teneat error , aut miserabilis igno-
ratio veri. Non enim tantopere bonis delectamur , quàm
malis affligimur ; ex quo fit , ut hæc etiam nolentes augea-
mus , bona autem , quæ fruendo , cogitando , gaudendo ma-
jora efficere expediret , etiam deteramus. Quod certe mi-
nime oportet. Nam , si seriò disputare volumus cur dolo-
res resque adversas refugiamus , quæ fortitudinem in nobis
gignunt , & efficiunt ? Quæ si nulla essent , nulla profectò
fortitudo agnosceretur. Cur mortem horreamus , quæ
assidua sui memoria , nos ut meliores simus , admonet ? Nec
patitur , ad ea nos animum adungere , quæ aliquam no-
mini nostro , vel intemperantiæ , vel injustitiæ notam pos-
sint inurere. Bona verò , & ea quæ probantur in vulgus ,
cur tantopere appetamus ? Quæ consecuti , molliores
plerumque ac deteriores evadimus. Itaque his volupta-
tum lenociniis obruimur , ut discessum ex hac vita impen-
dere , vix aliquando recordemur. Sapienter Philosopho-
rum princeps , & magister Plato ; quæ sensus appetit , aut
timet , nihil aliud esse quàm somnia ; Itaque penitus con-
temnenda esse. Mala verò ut vitentur , ad æterna prope-
randum : quò nisi confugas , vitari nunquam posse , at ad
æterna ne properari quidem potest , nisi morte janitore ,
ac du-

ac duce. Quorsum hæc ? Ut intelligamus, non modò à dolore vacuam, quietam, oportunitam, bonam denique esse mortem, sed etiam summorum atque immortalium bonorum liberalem, ac beneficam ministram. Itaque Cato sic è vita discessit, ut lætaretur, causam se nactum esse moriendi. Jam nemini dubium esse potest, quin vir prudentissimus, si sua morte lætatur, mortem etiam optimam esse agnosceret. Certe enim in re sua, quæ præsertim sensu percipiatur, nemo fallitur. Quod comprobare possum Artabani Xerxis patrui, viri sapientissimi, testimonio, de quo est apud Herodotum, cum Xerxes exercitus sui copias pæne innumerabiles, ante se in aciem instructas intuens collacrymatus esset, neminem ex tot militibus ad centum annos superstitem futurum, illum Xerxi respondisse: at tam multa sunt, tamque misera, quæ viventes perferunt, ut nemo sit, quin mori sæpissime cupiat: cum incidentes calamitates, & morbi vitam adèd perturbent sollicitamque habeant, ut longissima videatur. Itaque mortem perfugium esse ærumnosæ vitæ, dubitare nemo potest. Nec his contentus addit etiam illud; Deos immortales, cum hominum vitam, quæ adèd misera sit, multis bonorum integumentis velarunt & operuerunt, fecisse quodammodò invidentiùs ne mortis suavitatem, quanta est, omni ex parte degustaremus. Amphiaræum fabulæ narrant Jovi atque Apollini fuisse charissimum, neque tamen illum senium attigisse. Ex quo quid aliud conjici potest, quàm mortis celeritatem divinum munus, & lucrum esse maximum? Itaque scitum est illud comicum:

Nam quem tuctur atque diligit Deus,

Furvenis supremum mortis intrat limitem.

Neminem enim, quem dilexerint Dii, patiuntur esse miserum. Quare vitam eis, miseriarum plenam, adimant necesse est. Quid autem contingere homini tam gratum potest, quod eum magnopere in vita retineat? Voluptas, credo, quam ex alicujus sive artis, sive doctrinæ tractatione percipit. At doctrina æmulationem, omnium rerum molestissimam, si quæris, etiam dolorem parit. Non tam enim delectamur, aliquid discantes, quàm angimur, multò plura, ac majora, quæ scire vellemus, pènitùs ignorantes. Artes vero quas tenuiores tractant, quid habent voluptatis, aut quid non potiùs molestiarum, & mœroris? Quanta inter eos, qui illas exercent, perfidia? Quantum odium? Quanta invidia? Aut quis est sua sorte contentus, & non alienæ sive industriæ, sive fortunæ, æmulator, osor, detractor? Sin civilem vitam quisquam appetit, & in Reipublicæ luce vivere pulchrum putat, is se exigua, ac pæne nulla honoris specie magnas comparare calamitates certo

sciat. Quotus enim quisque est, cui non publica administratio, vel moeroris, vel iacturae tantum attulerit, quantum verbis explicare vix queat? Ac, si de toto vitae cursu iudicare verè volumus, exitium videamus. Ubi optimi Reipublicae administratores seu verius parentes, Miltiades, Ephialtes, Cimo, Themistocles, Aristides? Quantum illis fides, charitas, integritas, constantia peperit miseriae? Ut non modo honoribus, dignitate, auctoritate spoliaret, sed etiam in exilium miserit. Quod contra oportebat, viros optimos patriaeque amantissimos honorè affici, in oculis ferri. Scipio Africanus apud nostros optimam causam amplexus, paucorum immoderate libidini repugnans, manè mortuus, in lecto est inventus. Nec absuit suspicio, quin ab uxore, quae Gracchorum soror fuit, interfectores essent immissi. Metello autem Numidico, homine omnium clarissimo, ac praestantissimo, quid miserius? Qui, ne in legem perniciosam juraret, in exilium abire sit coactus. Fateor profecto, inter omnia exilii genera, atque omnes miserationum causas maxime honestam Numidici fuisse conditionem, cui probitas, integritas, in patriam charitas calamitatis causam attulerit; sed tamen fatendum est, gravissimam fuisse calamitatem, pelli patriam, avelli à suis, bonorum direptionem, liberorum sive moestitiam, sive ærumnam videre. M. Regulum, C. Marium, L. Brutum ob liberandam patriam interfectum prætereo. Nolim in iis commemorandis nimius videri, quorum exitus nemo est, quin ex libris, imaginibus, fama denique vulgari jam didicerit. Quæ cum multa maximeque gravia sint, gravissimum tamen illud debet videri, quod homine ambitionis vinculis irretito, quique è popularibus suffragiis totus pendeat, nihil usquam infelicius reperiri potest. Quantus in eo timor, quanta dubitatio, quantus conatus, quanta sollicitudo? Ut nullam illi à molestia vacuum esse horam, non immerito suspicari possimus. Nam, si servientis ea est conditio, ut ex ejus, cui servit, moribus, voluntate, ingenio propriam sibi fortunam fingat; qui populo serviet, avido, invidio, ignaro, ad mutationem proclivi, & quod caput est, ingrato, numquam quando beatus esse poterit? An potius, quoties de ejus natura cogitabit, toties suam ipsæ calamitatem, ac fortunam conqueretur? Præclare vetus Poëta:

Aeterno mixtam luctu mortalibus vitam

Olim constituit divum pater, atque hominum Rex.

Itaque quamdiu hac luce utimur, vivere quidem videmur, sed verius assidue morimur, aut saltem vitam verbo retine-

retinemus, re ipsa amisimus. Equidem non video, quid in hominis vita valde optandum, aut felix esse possit, multos potius, ne in majora, quàm quæ humana consuetudo quotidie fert, mala inciderent, mortem sibi dedita opera conscivisse scio. Quod tamen non iccirco dictum velim, quia probandum putem: sed, ut ex eo appareat, humana vita quàm multis undique prematur difficultatibus. Cleomenes Lacedæmoniorum Rex, ejusque filius, morte ultrò appetita, prætereà Theagenes Numaninus, qui, ne in hostium manus veniret, primum suis, deinde sibi ipsi mortem attulit, quantopere vita fugienda sit, satis videntur aperte declarasse. Ac nisi turpe videatur, homines à mulierculis, multo certe imbecillioribus, fortitudinis exempla petere, repetamus ex historiis Asdrubalis uxorem illam, quæ, Carthagine in hostium potestatem redacta, seipsam cum tribus filiis in conflagrantis patriæ incendium immisit. Sed præter hæc, quæ jam testata sunt, & illustria, fateamur sanè ingenuè, tantam esse humanæ naturæ miseriam, ut neque genus ipsum hominum, nec è toto genere singuli miseriarum expertes esse possint: quod eo magis mirandum est, quod non iis solum malis, quibus hominis natura assidue affligitur, mala nostra præscripta sunt, sed ipsi nos, quantum in nobis est, miseres quotidie reddere conamur. Nullum enim aliud in toto terrarum orbe genus animantium reperias, præter unum hominem, quod in proprium genus, atque in se ipsum sævitiam exerceat suam. Meritoque Dicæarchus in eo libro, quem de hominis interitu luculentum & eruditum conscripsit, nihil habere dubitationis putavit, quin multo plures extincti sint homines ipsa hominum seditia, & acerbitate, quàm omni reliquo genere calamitatis. Tanta est enim in permultis avaritia, tantum ambitionis, imperii, divitiarum studium, ut explendæ cupiditatis gratia nihil sibi non licere putent. Atque hoc malum non jam angustis finibus compressum videmus, sed superioribus sæculis erupisse vehementer, & manasse latius. Non enim certum aliquem hominum numerum, sed regna ipsa, & totas persæpe funditus sustulit civitates. At, si ad singulos homines quæ proxima ratio est, mentem cogitationemque converteris, ne in iis quidem quidquam reperies, quod valde appetere, aut approbare possis. Finge enim animo quidquid homini felix, aut beatum ex opinione vulgari possit in vita contingere. Congerantur divitiæ, bona valetudo, honores, potentia, etiam voluptates accedant. Cùm hæc omnia in hominem contuleris, nihil tamen tribueris stabile aut firmum, nihil, quod non repentinam, &

assiduam pati mutationem possit. Caduca enim & incerta sunt omnia, non in humanis consiliis, aut viribus posita, sed in fortunæ temeritate, ac temporum vicissitudine constituta. Quid autem homini turpius, quàm è temporis ac fortunæ mutatione pendere, & secundo illius flatu sublevare, restatu deprimi & affligi? Aut lætis rerum eventis gloriari, adversis lugere, nec lacrymis temperare posse? Quid jam intersit inter hominem mutatque pecudem; si nos perinde atque illa, quibus rationem natura denegavit, extrinsecus toti pendeamus, in nobis ipsis nihil fortitudinis, nihil firmitatis, nihil habeamus constantiæ? Quamvis enim homini non mater, sed verius noverca Natura corpus fragile, infirmumque tradiderit, animum autem & in molestiis anxium, & in timore humilem, & ad labores mollem: plurimos tamen in sevit divinos ingenii iudicii que igniculos, quorum auxilio & cum dolore luctari, & timori obistere, labores verò omnes nullo negotio vincere, ac perferre possemus. Itaque tributum divinitus mentis ignem, & prudentiæ, non extinguere, sed sopitum fovere, atque augere debemus: Mors autem, progressis in vitâ longius si immineat, nihil est, cur magnopere commoveamur: quæ præsertim aut meliorem, quàm quo viventes fruimur, aut certe non deteriorem vitæ statum sit allatura. Quis enim negabit, si animus omnino intereat, extincto sensu nihil esse mali: propterea que nullam justam doloris causam existere? At, si vigeat, corpore solutus ac liber; quid jam illâ vitâ beatius, quid divinius? Ex quo maxima & verissima lætitia ac voluptatis exoritur occasio. Itaque nihil jam restat, quò minus, optimam esse mortem vere affirmare possimus, tantumque abesse, ut, cum adest, dolenda sit, ut numquam fugienda. Sæpe etiam optanda videatur. Atque eo magis, quò diutius in vitâ homo permanferit. Nam, cum iis bonis, quæ afferre vita potest, satiari cœperit, tum ab humanis molestiis secedens, in beatissimam vitam commigrabit. Non enim is ego sum, qui animum simul cum homine interire putem, tantumque mentis lumen, è divinâ naturâ delibatum, posse extinguui, sed potius, certo tempore emenso, ad immortalitatem redire. Quid autem hominem magis deceat, quàm tam multis tamque firmis rationibus nixum, virilem animum retinere, femineam mollitiem exuere? Qui verò mortuos nimis lugent, nec humanam conditionem magno elatoque animo despicere possunt; in eos illud probri plenum vere dicitur.

*Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem :
Illaque virgo viri.*

Multa

Multæ enim repertæ fæminæ sunt , quæ in domestico luctu singularem animi præsentiam, ac magnitudinem præstiterunt. Sed virilis fortitudo, ut libidini, sic dolori, non aliter, quàm servo domina, imperare debet, eamque coercere, ac frangere, tanquam vitiosam & imbecillam animi partem. Quam si emergere patiatur, seque paullo altius efferre, non modo rationi præcurret, sed etiam victrix in animo exultabit. Quo nihil homini turpius, aut perniciosius ne excogitari quidem possit. Gorgias orator, jam ætate confectus, ac morti proximus, rogatus, num libenter moreretur: Maxime vero, inquit, nam tamquam ex putri miseraque domo lætus egredior. O virum egregium, dignumque cujus vigeat in omnium ore, ac mente sententia! quid enim potuit præclarius dicere? Cùm mala, quæ viventem pati necesse est, cogitaret, miseriarum finem, quas moriens relinquebat, adesse lætaretur? Sic par est loqui hominem, qui non libidine vexetur, non voluptatis illecebris irretiatur, nulli denique pareat cupiditati. Quæ summa est ratio & sapientia, humanæ necessitati imperare, non dolori cedere, non desiderio angī, nihil denique humanum extimescere.

Angamur liberorum aut ad finium interitu? Quid ita? Ut stultos imitemur, qui, quæ mutari non possunt, quæque vel nolentes opprimunt, perferre nequeunt: saniores, quorum tam multa extant ad æternitatem illustria sive exempla, sive testimonia, negligamus? quid est aliud, cæcorum more ambulare, & cùm in celebritate versari, ac Solis lumine uti possis, solitudinem tamen, ac tenebras querere? Jam enim ad eos, quos æmulari satius est, quosque nobis imitandos proposuit antiquitas, nostra delabatur oratio. Mortem igitur in malis nullo modo esse ponendam, sed in præcipuis bonis numerandam, dubitaturum puto neminem. Si enim à miseriis abstrahit, si in meliorem vitam inducit, si neque misera ipsa est, nec ullius particeps miseriæ, cur mala censeatur? Sin hoc largitur, ut sempiternis bonis potiamur, vitamque, quam mortalem habuimus, æternam adipiscamur, quid morte beatius esse possit? Itaque sapientissimos homines accepimus non modo suorum morte non percussos, neque dolore ullo affectos, sed etiam sepiissime lætatos esse. Anaxagoræ, inter familiares suos de naturâ rerum differenti, filii mortem nuntiata tradunt; nihilque aliud ab eo responsum, nisi se illum genuisse mortalem. Præclara verò vox, & verè digna, quæ à tanto viro emitteretur. Non enim sanè video, quid sapientius, aut constantius dici posset. An adolescentem illum esse mortuum? Fracti hoc animi, nec in rebus adversis admodum firmi signum fuisset. An angī sese non suâ, sed filii causâ?

Num igitur ignorare se fateretur, quantis è malis elapsus esset filius? An se quidem dolere, sed tamen humanum casum agnoscere? Ubi ergo hominis gravitas, iudicium, sapientia? Aut quid ab imperitorum turbâ distabit? è quibus tamen sæpè multi nec iis rebus anguntur, quæ necessariò eveniunt, nec, quò minùs eveniant, cum communes omnibus sint, laborandum ullo pacto censent. Ille verò sapiens, & verè Philosophus, quem neque improvisus nuntius perculit, nec à disputatione abduxit, sed potiùs vocem expressit, summæ indicem fortitudinis, ac sapientiæ. Vellem & hoc ipsum de pluribus ex nostris dicere liceret: quos si qua interdum fortunæ oppressit injuria, nihil aliud iudices, quàm prostratos illos, ac penitus abjectos esse. Quasi verò aliquid acciderit, quod vel ante ipsos nemini, aut, quod ipsis, si minùs hoc tempore, saltem paucis possit annis non eventurum fuerit. Ac, cum maximè animo vigere deberent, tum præcipuè non solum præteritæ patriæque virtutis, sed etiam humanæ legis, ac pænè obliviscuntur sui. Tantum in eorum animis mollietates potest, ac servitus quædam doloris atque tristitiæ. An ego illum iudicare liberum possim, cui dolor imperat? Quem repentinus casus perturbat, impellit, evertit? Qui nihil præ doloris magnitudine cogitare, nihil meditari queat, qui nihil in seipso, in temporibus, atque in fortunâ, quæ stabilitatis nihil habet, sua ponat omnia? Ego verò istam non modo servitutem, sed pænè captivitatem, & quidem miseriam, censuerim. Quid enim interest inter eum, qui vinctus ab hostibus, & carceribus conclusus, obsideatur, & eum qui dolore captus, suo prorsus careat arbitrio? At ille quidem, etsi corpore serviat, animo tamen liber est, nec dubitat aliquando fore, ut libertatem assequatur; qui verò dolori paret, nec valet corpore, & animo quàm maxime laborat. Non enim amicis frui, non Reipublicæ prodesse, non privatas res curare, non publicis consulere potest. Ita in otio, & quidem molestissimo, nec cuiquam paret, & tamen sibi non imperat. Qui cum assiduus, & maximis prematur angustiis, alterum esse necesse est, ut quamdiu in dolore versatur, semper miser sit, alterum fieri nullo modo potest, ut, nisi dolere desinat, à miseriis eximatur. Quantò sapientiùs Xenophon, qui, cum sacra solemnia parageret, majoremque natu filium in prælio apud Mantineam cecidisse audiret, coronam tantùm è capite deposuit, sed in sacris peragendis constanter perstitit. Ubi vero cognovit, fortiter purgentem occidisse, coronam rursus capiti imposuit, Deosque ipsos, quibus litabatur, testatus est, majorem

rem se ex filii virtute voluptatem , quàm ex obitu molestiam cepisse. Huic ego non dubitarim , quin omnia , quaecumque accidere possent in vitâ , nullam essent perturbationem allatura. Qui enim usque eo in Deorum cultu constans , & firmus esset , ut neque filii morte nuntiata , ab iis evocari posset , cur eum credam filii morte lugendam à Deorum voluntate dissensurum fuisse ? Aut qui virtutem , filii vitæ anteferreret , non jure credi possit , illum & virtutis studio incensum , & patriæ charitate impulsam , omnes molestias , omnesque calamitates libentissimè fuisse subiturum ? Sed quò rariores qui hoc modo animati sint , hoc præclariores viri. Nihil enim ad laudem illustrius , quàm in æternam gloriam , aut in patriæ utilitatem intuentem , aut saltem fortiter dolores perferentem , & cum fortunâ luctantem negligere humana. Quæ qui nimium curant , in laudis studium , civium commoda , denique omnia , quæ laudabilia putantur , prorsus è mente , ac cogitatione ejiciant , necesse est. Neque enim humanis curis implicitus toto animo de patriæ salute , atque utilitate cogitare , aut laudem sibi præclaris actionibus comparare , vel egregiè quidquam suscipere , ac sustinere queat. Suis autem commodis , ac rationibus prospiciens , & consulens cetera omittet , de seipso dies noctesque cogitabit. Ita nec boni civis , nec boni viri fungetur officio. Bonum enim virum decet , de ceterorum commodis æque laborare , ac de suis. Bonum vero civem sua omnia posteriora habere , patriæ commoda prima & maxima ducere , à quibus neque dolore , neque ullâ omnino humanâ avelli perturbatione debemus. Periclem narrant historiæ intra quatrimum duobus filiis , eximie indolis adolescentibus , esse orbatum , qui usque eo fortis , ac constans in luctu fuit , ut nihil prorsus de pristino habitu cultuque deminuerit , sed eundem , quem antea , in concionibus habendis morem ritumque servavit , nec umquam coronam è capite deposuerit. De quo traditum est , nihil eum putavisse indignius futurum , quàm si aliquod fracti animi signum mœroris causa muliebri more edidisset : fortem sane hominem , & magna laude æternaque memoria dignissimum. Quem neque naturæ vis , ad nimium sæpe amorem trahens , potuerit de statu dimovere , & ad dolorem abducere ; nec liberorum desiderium , quos tamen summe dilexisse dicitur , ulla ratione perturbarit. Nec mirum. Vera enim fortitudo inanes sollicitudines ejicit , ac depellit : opprimit cupiditates : imperat timori : nihil autem appetit forti viro indignum , nec ab ulla re vel metu , vel inconstantia repellitur. Et quamvis excelsam elatamque naturam , ratio ipsa , doctri-

doctrinæ præceptis imbuta, confirmet, quod Pericli doctissimo homini, maximoque ingenio prædito sine ulla dubitatione contigisse, prorsus mihi persuadeo, ipsæ tamen fortitudinis radices in animo præcipue insident. Qui cum humana despicit, nec ad humilia, quasi humi depressus, ullo pacto adhærescit, facile fit, ut uberiores, & maturiores fructus ferat, cum ad eum, veluti ad agrum optimum cultura, ratio etiam accesserit conformatioque doctrinæ. Non enim, sensu omni doloris caruisse summos viros, credendum est. Qualis enim nihil sentientis animi, sensuque prorsus carentis esse fortitudo potuisset? Sed dolorem sentientes, ad eum opprimendum, ac vincendum summam animi contentionem adhibebant. Tantumque nitebantur, ut è pugna descenderent superiores. Verum enim illud est, nullam animo maiorem pestem, unâ remissione, posse contingere. Qui si intentus est, seque ad resistendum parat, omnia sustinet pondera, omnia vel firmissima tormenta facile discutit, ac depellit; at remissione enervatus, & effæminatus, ita deprimitur & urgetur, ut se ad æquitatem nequeat extollere. Nec verò quisquam doloris impetum excipere, ac fortiter perpeti posset, nisi se prius ad obfistendum comparasset; aut fortitudinem acquirere, nisi prius doloribus multis acerrime ac fortissime resistisset. Ex quo consuetudo fit, quæ callum obducit animo, nosque contra omnes vel naturæ, vel fortunæ impetus armat. An tensesmus Harpagum Medum tantum fortitudinis exemplum, quantum ab Herodoto memoriæ mandatum est, edere potuisse, nisi prius in patientiæ ac fortitudinis exercitatione sæpissime versatus esset? Nec sine maximo fructu, magnaque potius cum nominis sui gloria. Tantum enim fortitudine, ac prudentia præstitit, ut acerbissimam injuriam sine ullo plane doloris sensu pertulerit, & sese cumulate contra Regis immanitatem ulcisci potuerit. Nam, cum ejus filium Rex Astyages interfectum ad epulandum apponi jussisset, caputque ei post cænam allatum ostendisset, rogans, cujus feræ viscera in mensa comedisset; ille verò nihil perterritus, nec animo ullam in partem dejecto, Agnosco, inquit, quid sit actum, ac quidquid Regi placuit, mihi quoque placere pronuntio. Hoc autem immanissimum genus injuriæ tam diu dissimulavit, quoad Cyrus ex Persiâ in Mediam evocare potuit; quo adveniente, cum exercitus Imperator contra eum à Rege missus esset, & Regnum & Regem illi tradidit: itaque Astyages in Cyri potestatem, impietatis suæ pœnas daturus, redactus est. O factum omnium gentium ac sæculorum memoriâ dignissimum. Ex quo non modò qui dolori cedunt, ad patientiam ac fortitudinem excitentur, sed etiam Reges,

ges, quique hominibus imperant, ne quid impium, aut indecens audeant, erudiantur. Nam adversus injustitiam atque impietatem tantum est odium, tanta invidia, ut ne ipsum quidem cælum, aut sidera, etiam si homines velint, hujusmodi scelera pati ac dissimulare possint. Ac, si sera deorum vindicta sit, noluerunt tamen impios ipso in facinore adeò exultare, ut non argore conscientiae, fraudisque cruciatu, tamquam domesticis furiis, assidue vexentur, tantumque potest impietatis odium, ut Tyrannum extinctum, ac saevissimè excruciatum nemo misereatur, nemo doleat. Nam adversus hoc hominum genus, nec in ullo præterea, omnem prorsus vim, omnesque stimulos amittit dolor: qui, si ratione comprimendus est, quod supra diximus, multò etiam magis consuetudine vincetur: cujus tantæ sunt vires, ut non modò perturbationes animi sedare, sed etiam naturæ vim afferre, eamque sæpissimè immutare, ac penitus aliam possit efficere. Cujus auxilio non modò doloris aculei, sed etiam fortunæ fulmina depelli ac contemni facile poterunt.

Meditemur igitur, & omnino statuamus, nihil prorsus humanum esse dolendum, non mortem, quam jam optimam esse cognovimus, non egestatem, quæ sæpissime maximi boni causa à diis immortalibus tribuitur, non exilium, cum orbis terrarum omnibus pateat, non cetera generis ejusdem, quæ vulgi opinione gravissimis in malis numerantur. Nullum enim tam grave malum apparebit, quin ex eo bonum aliquod multò majus, multoque optabilius magno deorum beneficio aliquando colligatur. Pleni sunt libri Philosophorum: refertæ argumentis, ac rationibus paginæ ferè omnes: tanta autem exemplorum copia, ut nihil possit esse cumulativius. Quæ cum ita sint, quæ jam reterreamur, aut cum dolori cedamus? Dion certè, qui è Platonis scholâ defluxit, cum ejus filius in atrium è tecto delapsus interfisset, non modò non doluit, sed etiam in eo, quod tum fortè agebat, constanter perstitit, quo facto indicavit & vir sapiens, & Platonis discipulus, quid ceteros, qui sapientes haberi volunt, facere oporteat. At Traheaspas multò fortius. Siquidem filii morientis, cum ferro trajiceretur, sine ullo prorsus dolore spectator fuit. Cambyfes enim iratus, & ebrius, cum ejus filium sagittis peteret, jamque pectus reclusum appareret, patrem jussit inspicere, num cor percussum esset: cui cum pater respondisset, jam cordi sagittam esse infixam: tum Cambyfes, Numquid certam, inquit, habeo manum? At pater, nullo doloris signo dato, nec usquam conversa, aut commota facie, Ne Apollinem quidem, inquit, certiores sagittas emissurum crediderim. Quid hunc patrem putemus facturum

rum fuisse , si filius in pugna fortiter dimicans occubisset , qui nullius culpæ conscium filium crudelissime trucidari non doluerit ? num credamus , filii mortem honestam , ac pro patria susceptam , tali patri futuram fuisse jucundissimam ? Nec tamen dubito permultos fore , qui impium illum , ac pæne viscerum suorum carnificem vocent. Sed faciant sane ut lubet : dum hoc mihi concedant , exemplum hoc fortitudinis ac devicti doloris esse præclarissimum. Quod si ita est , ut infirmos animos spectata ceterorum virtus erigat , & confirmet , quem censeamus jam dolori concessurum , cum tam multos audiat , qui seipsos in dolore superarint. Quocirca , tam multa veterum exempla colligere vereor , ne supervacaneum , aut fortasse putidum videatur. Quod si ceteris tantum , & non nobismetipsis , scriberemus , fortasse breviores in scribendo , in exemplis autem recensendis etiam parciores essemus , sed fit nescio quomodo , ut ex aliorum casibus ad mala nostra sananda medicinam colligamus. Nobis quidem ita videtur : & , cum nostro vulnere medeamur , mirari non debebunt qui hæc in manus sument , si quid fortasse paullo expressum uberius invenerint. Illud certe propositum habemus , ut omnibus nobiscum prodesse , omniumque dolori , quam accuratissime fieri possit , consolationem afferre possimus. Quamobrem his enumerandis nostram valde imminui , atque allevari molestiam experimur : ceteris idem optamus , ac , si dicere liceat , etiam speramus , nam in tanta vel argumentorum , vel exemplorum copia , quibus se legentes pæne obrui sentient , ecquis se immobilem , aut in dolore inexorabilem præbeat ?

Desunt nonnulla.

Nec vero ignoro , nonnulla interdum accidere , quibus ita perturbetur , & opprimatur animus , ut à medicina refugiat. Idque si ullo in casu contingit , certe , cum dolore affigimur , maxime solet evenire. Quod ex eo fit , quod erepti vel amici , vel affinis , vel filii cogitatio adeo nobis grata est , quod illum pæne ante oculos constituere videatur , ut etiam si dolorem refricet , & lacrymas eliciat , tamen eam deponere nolumus. Ac , si ad consolandum remedia suppetant , tamen nihil minus , quam consolantium verba audiamus. Falluntur sane graviter qui ita agunt : sed hunc errorem , quo magnopere delectantur , sibi extorqueri nolunt. Quare suum unicuique studium , suæque omnibus delectatio relinquatur. Non enim vereor , quin , si minus in ipso doloris æstu remediis utendum homines censeant , certe , cum modice dolor resederit , ac se paulum quasi remittere cœperit , ad extinguendas doloris reli-

reliquias monita præceptaque nostra adhibeantur. Nihil autem utilius est, quàm hæc eadem in voluptate, ac lætitia pertractare, atque in manibus habere. Sic enim & legi atque ad verbum edisci, & penitus memoriæ mandari possunt: ut, cùm in animum penitus influxerint, tum exhauriri ac prorsus elabi non facile queant. Ita fit, ut, cùm repente dolor invasit, tum iis utamur, quæ, nisi ante percepta & cognita sint, impetu ipso doloris incurrente, plane depelli atque excludi solent. Sensimus hoc in nobis ipsis: nec parum nobis obfuit, hanc universam adversus dolorem commentationem non multò antè animo, ac mente percurrisse. Quamvis enim permultos Philosophorum libros, vel de luctu, vel de morte satis accurate legissemus, ut Theophrasti, Xenocratis, aliorum, quas commemorare nihil attinet: tamen hoc non ideo feceramus, quòd eventurum putaremus, ut iis ipsis in nostro mœrore uteremur. Itaque neque lectionem, quantum oportuisset, accuratam, nec memoriam satis intentam adhibuimus. Casu autem repentino oppressi, non priùs ad libros confugere potuimus, quin ante acerbitatis vi prosterneremur. Quamquam postea tempore ipso factum est, ut dolor nec, ut antea, acrior, & mens ipsa paullo esset sedatior, & ad medicinam accipiendam magis idonea. Sed pergamus ad reliqua, quæ nec multa restant, & scitu, ac cognitione dignissima: fructu autem ipso, quem præcipue quærimus, gratiora fortasse, & uberiora. Quid est ergo, quod aliquam nobis afferre idubitationem possit, cur nihil omnino nostrorum morte dolere debeamus? Credo, si quando nobis in mentem venit, magnam nos ex eorum, quos amisimus, operâ, ac studio utilitatem percepturos fuisse. At hoc non ad amicos aut affines, quorum dolere videmur interitu, sed ad nosmetipsos pertinebit. Mercenarius igitur dolor fuerit, quique non ex affinitate, aut benevolentia, sed ex unâ proveniat utilitate. Quid autem flagitiosius, & indignius, quàm eum, qui sic doleat, fateri oportere, cùm tantopere alicujus morte crucietur, quod aliquâ utilitate privatus sit, si nihil ex ejus vitâ beneficii ac commodi se consecuturum speravisset, nihil sibi omnino dolendum fuisse? At videamus, non Persas aut Scythas, sed è media civitate nostra clarissimos, & præstantissimos viros, ac cives, qui non modo amicorum, cum quibus conjunctissimè vixerant, sed etiam liberorum, & quidem carissimorum, interitum ita fortiter, & constanter tulerunt, ut causæ nihil sit, quin eos superioribus Græcis comparare, atque etiam anteferre debeamus. Atque hoc multo magis in illis mirandum fuerit, quod in eorum obitu se fortissimos & constantissimos præbue-

runt,

runt, qui non modo ipsis utilissimi, si vixissent, sed pæne soli utiles ac jucundi esse potuissent. Quid enim utilius filio? Quid jucundius unico? At filium, & unicum Q. Fabius præterea Consularem, qui jam magnas res gesserat, & majores cogitabat, amisit. Neque solum non doluit, quod fortissimi animi fuit, sed etiam mortuo laudationem in foro dixit: quo nihil fortius, aut laudabilius ne ex omni quidem antiquitate recenseri potest. Cujus orationem quis non admiretur insignem ingenii, judicii, ordinis præstantiâ? Quo modo ille vel ea, quæ dixit, sine luctu dicere, aut, quæ scripsit, sine dolore cogitare potuit? Cum præsertim hoc in illâ laudatione & admirari, & obstupescere soleamus, quod non, ut alii, de ceterorum fortitudine disputat, ut suum ipse dolorem aliorum exemplo minuat, sed in filio hærens, illius maxime virtutes propriasque laudes, quæ vel acerbiorum efficere doloris sensum poterant, longissimo sermone persequitur. Quod singularis virtutis exemplum fortasse Horatii Pulvilli laudem magna ex parte deminuere videatur: quem tamen summum virum silentio præterire nefas ducimus, cum in eo ipso, quod filii mortem æquissimo ac fortissimo animo tulit, etiam Jovi Opt. Max, cujus ædem dicabat, gratissimum fecisse videatur. Nam Pontifex, inter solemnium verborum nuncupationem, postem tenens, ut filium mortuum audit, neque manum à poste removet, ne sacra dirimeret, nec vultum à populo avertit, ne suum potius dolorem quam populi utilitatem, ac salutem, cogitare videretur. Jam, quid L. Paulo insignius, quid illustrius? Qui filios paucissimis diebus duos ita perdidit, ut nullum pænè doloris paullo acrius indicium ediderit. Ac potius in eâ concione, quam de rebus à se gestis ad populum habuit, lætatus est, quidquid Populo Romano immineret adversi, totum id in se ipsum à Diis immortalibus esse conversum. Cum Sulpitio verò Gallo quis neget actum esse præclarissime? Cujus innocentiam, sapientiam, militarem virtutem, etiam insignis in obitu filii fortitudo illustraverit. Quem ut nunquam lubens tacitum dimiserim, sic ad Catonem prope-rans exultare videtur animus, & quasi in portum ex horrida tempestate delatus, in sapientissimi viri nomine atque exemplo conquiescere. Neque enim majori mihi admirationi esse solent clarissimi hominis res gestæ, ac virtus, non solum in luce patriæ, sed etiam in congressu hostium cognita, quàm fuit illa in filii morte, prætoris designati, in oculis omnium civium fortitudo declarata. Atque horum egregia in domesticis miseriis, atque ærumnis facinora qui fortiter in civitate nostrâ imitati sint, casusque fortunæ gravillimos patientissimè tulerint, non difficile ora-

ora-

oratione complecti. Nam & Quintus Martius Rex cum unicum summæ pietatis, summæque virtutis filium amississet, dolorem prudentiâ pervicit, & eo ipso die, quo filii rogum spectarat, Curiam ingressus est, Senatūque iussit convenire. Crassus verò in eo prælio, quod cum Parthis commisit, occiso filio tantum abfuit ut doleret, ut etiam exercitum increpaverit, quòd unius militis iacturâ tantopere commoveretur, hortatusque sit, ut patriæ virtutis memores, pro Repub. fortiter dimicarent, filii mortui ultionem sibi uni relinquerent. Sed antiquior P. Crassus, vir clarus, & consularis, P. Crassi filii mortem & vidit, & moderatissimè tulit. Nec ab ejus laude abfuit, ac fortasse Crasso præstitit, Cn. Cæpio, qui Cæpionem filium naufragio absumptum ita non doluit, ut eum ne leviter quidem è vultu, aut ullâ corporis parte commotum è familiaribus quisquam ullo pacto senserit. Jam quid Pisones, Scævolas, Brutos, Marcellos, Metellos, Lepidos, Aufidios enumerem? Quorum singuli pluribus amissis filiis, vel uxoribus, vel parentibus nec lugendum existimaverunt, & suam in illorum funeribus virtutem, atque constantiam non sibi solùm, sed etiam generi, nominique Romano gloriosam fore putaverunt. Pudet in virorum gravissimis casibus repetendis longiori uti oratione, cum virorum maximè peculiaris virtus sit, & in viris efflorescat ac vigeat maximè. Quamobrem de fæminis potiùs dicendum est, ut cum eas fortissimas fuisse cognitum sit, tum pudeat viros, à mulierculis virtutis exempla petere, & ab iis eâ virtute, quæ ipsorū propria esse debeat, videri aliquando superatos. Nam, si verum est quod à Theophrasto alicubi proditum memoriæ mandavimus, orbem terrarum Theatrum quoddam esse magnum, divinâ mente repletum, & cælestis indicandæ sapientiæ gratiâ tam multis undique collucentibus ornamentis illustratum ac depictum, in eo autem medio collocatos esse homines à Deo, ut cum fortunâ, dolore, morbis, egestate, casibusque permultis assiduè luctentur, Deum verò ipsum, quantum quisque pugnando valeat, quamque viriliter fortitudine diuinitus acceptâ utatur, desuper aspectare: hoc, inquam, si verum est, dubitari profectò non potest, quin quemadmodum Populus Romanus in muneribus publicis invisos habet gladiatores, qui omni modo vitam impetrare cupiunt, favet iis qui contemptum ejus præ se ferunt, itidem Dii immortales, si quos ex hominibus nimis anxie de vitâ sollicitos, ejusque exitum detrectantes aspiciant, iis aliquo modo succenseant, eos verò & caros habeant, & muneribus prosequantur, qui si è vitâ revocentur ipsi, vel suos revocari videant, alacres lætisque Deo pareant, nihilque

O o o

pro

propterea mali sibi accidisse iudicent. Quod si fœminas præstitisse intelligimus, cur iis imbecilliores, atq; infirmiores videri velint viri? neque solum unam aliquam è multis fœminam, sed totam gentem, ac nationem, ut marium virtute, sic fœminarum eximiâ quadam magnitudine animi præstitisse accepimus. Lacœnas enim matronas traditum est, occisis filiis vulnera inspicere consuevisse. Ac si adversos vulneratos esse comperissent, lætabundas funus ducere, eosque in avita sepulchra inferre solitas esse, contra verò, quos averſis vulneribus concisos agnoscebant, ab iis refugientes, clam sepeliendos curabant, nec ullo prorsus honori funeris prosequendos statuebant, tantum in fœmineis quoque animis decus poterat, & studium gloriæ. Quâ ex gente etiam illud ad nos præclarum dimanavit, matrem quamdam filium, senis confossum vulneribus, intuentem nec ingemere voluisse, nec coronam è capite deponere, sed ad comites conversam, ita locutam, Quanto pulchrius, & optabilius est, in acie victorem animam efflare, quàm in Olympio certamine partâ victoriâ vivere? At alia filium in prælio interfectum audiens, Iccircò, inquit, genueram, ut mortem pro patriâ fortiter occumbere non dubitaret. Quid his fœminis facias, aut quo non honore, ac gratulatione dignas putes quæ de patriæ dignitate, deque gloria sollicitæ, honestam mortem cuius saluti, ac lucro anteponerent? Age verò, num Lacœnis Romanarum virtus inferior? Par fortasse, nisi malis etiam superiorem appellare. Quàm fortis enim, & quàm magnifica illa Cornelix vox, quæ duodecimo jam sætu amisso, cum Tiberium, & Cajum filios interfectos spectavisset, nullo timore perculsa, nulloque dolore confecta, Nunquam, inquit, ego me non felicem dixerim, quæ Gracchos pepererim. Fortem verò fœminam, & cuius ex veteribus mentis præstantiâ, ac magnitudine animi conferendam. Non enim dolori concessit, sed potius, cum virtute vicisset, victrix de dolore triumphum egit. Nihil jam Rutiliam miremur, quæ C. Cottam filium in exilium secuta, cum postea reversum in patriam amisisset, nemo eam lachrymantem post elatum funus vidit. Parique fato Clodia usa est, quæ Decimum Brutum filium consularem, mortuum superstes vidit, neque tamen ejus obitum non fortiter, & patienti animo tulit. Quæ virtutis nō vulgaria in fœminis exempla mirari aliquis possit, qui sextus imbecillitatem ac molliem cogitet. At verò, qui fortissimis genitas parentibus, & fortibus etiam avis majoribusque prognatas recordatus fuerit, nihilo ab eis minorem vel prudentiam, vel animi magnitudinem requiratur. Est ergo nulla res tanti, aut commodum ullum tam expectandum, ut, illo amisso, ne prudentiam quidem retineamus?

mus ? Quæ si ulla in nobis residet, nos profectò vel avitæ, vel patriæ virtutis admonet, nec de Pisonibus, Fabiis, Brutis Marcellis cogitantes, quos imitemur, & à quibus ortum ducamus, immemores esse patitur. Horum enim armis imperii fines producti sunt; horum sanguine parta ac stabilita libertas: horum denique labore, ac studio Respublica ad tantam pervenit sive bellicæ laudis, sive domesticæ virtutis gloriam; quorum in vestigia pedem ponere oportet qui laudabiliter vivere, quique honestis in actionibus exerceri volunt, nec ullo mentis errore ad nimium dolorē atque insaniam traduci. Nominavimus externos magnos, clarosque viros, collegimus de nostris plurimos, quibus mortis sensus non modò ingratus, sed etiam optatus, & jucundus accidit. Addatur, si placet, etiam Theramenes, qui veneno epoto, maximâ æquitate animi, ludens in morte, quod erat in poculo reliquum Critiæ propinavit. Ergo ille in sua morte vir clarus, & sapiens ludebat, nos in filiorum aut affinium morte lugebimus? Et veterum dicta quotidie legentes, atque addiscentes, præclara ducemus, exempla repudiabimus? Aut eam vitam, quæ mortem hanc consecutura est, immortalem, beatam, à miseriis omnibus vacuam, negligemus? Quamvis enim nudum corpus, & exanime discedens relinquat animus, nec amplius liceat homini, qui è vitâ discedat, suis opibus, bonis, divitiis perfrui,

Astante, ut ille ait, ope Barbaricâ,

Tectis cælatiis, laqueatis.

Tamen multò majoribus & bonis, & opibus, quæ nulla vetustas absumet, nulla vis eripiet, piorum mentes assidue potiuntur. Sed dimittamus & exempla clarorum hominum, & illorum virtutis impressam historiis memoriam: veniamus ad id, quod unusquisque sensu percipit, quantumque ex morte consequamur emolumenti, ac commodi, re ipsa factisque probemus. Ex qua dicendi, ac disputandi ratione perspicue veritas elucescit, quidque hoc modo se habeat, vel illo, facile potest perspicui. Si quisquam est, qui secundos in omni vita rerum exitus adipisci, & consequi possit, nihilque timeat adversi, hunc nemo inficiari poterit, jure dicturum, si vitam sibi morte multis partibus meliorem affirmet. Atqui nemo est, qui non modò miseras atque ærumnas ab humana vita segregare, sed ne semihoram quidem felicem sibi, ac beatam polliceri possit. Metelli sibi fortunam sperant omnes: Priami sobolem, ac regnum exoptant alii: quasi non & Metellus tam multos nactus filios, ac nepotes, cū maxime beatus esse posset, invitus obierit, & Priamū non omni orbatum progenie, summoque dolore confectum, hostilis manus interemerit. His

O o o 2

vitam

vitam si mors aliquot antè annis ademisset , è multis eos miseriis ac luctibus simul eripuisset. Quos iccirco experti sunt , quia vitam diutius , quàm ipsorum requirebat felicitas , produxerunt, hinc illa miserabiliter decantata :

Hæc omnia vidi inflammari,

Priamo vi vitam auferri,

Jovis aram sanguine turpári.

Quæ non modò visu, sed etiam auditu acerbissima sunt. Quid putamus misero Regi , qui omnia & videre , & audire, & experiri coactus est ? Num ei multò melius evenisset, si vitam omnino multis antè annis , quàm hæc acciderent, amisset? Forſitan quispiam dixerit, multa , quæ vivens nactus est, bona citò decedens , penitus reliquisset, sed à malis etiam multò gravioribus , qualia multa sæcula non viderunt, felicissime liberatus esset. Ex quibus omnibus multisque aliis perspicuum est, pervertere homines ea, quæ sunt humanæ fundamenta felicitatis , cum utilitatem à morte sejungunt , aut cum miseriam cum morte connectunt. L. Crassum, ex nostra civitate clarissimum, & eloquentissimum virum , matura mors , quantis è molestiis quantisque incommodis eripuit ? Nam, quæ in patriam pietate fuit, ex iis malis, quæ mortem ejus consecuta sunt, incredibilem, si vixisset , dolorem accepisset. Flagravit enim bello Italia, exarsit Senatus invidia, nihil denique in civitate fuit, quod non ejus temporis calamitatem luctumque persenserit. Nam quid fugam Marii, quid cetera , quæ in illius discessu acciderunt , maxime luctuosa, summeque miseranda commemorem ? Quid redditum illum sanguinariū, cujus ex recordatione nemo est, qui non intimis sensibus exhorrescat. Tenemus enim memoria, aut saltem ex patrum scriptis accepimus , crudelissimam omnium cædem illo tempore esse factam , trucidatos bonos viros, & cives, incisas eorum cervices , in Rostriſque positas , qui multorum civium salutem , ac dignitatem eloquentia peperissent. Quàm multos ex illa Reip. tempeſtate commemorare possumus, innocentissimos homines, atq; optimos, ut acerbissimam calamitatem effugerent, libertatem morte quæſiſſe. O acerbum, ac nemini non poenitendum Reip. statum conditionemq; vivendi ! cum eos ipsos, qui Remp. suo labore, suoque sanguine auxerint , juvarint, servarint, nusquam tutos, nihilque magis , quàm propinquorum manus ac gladios timentes, horrescentesque videas. Illorum autem, quorum ope, atque auxilio servatus sis , cum horribiles , miserosque casus spectes , nulla tamen ratione opitulari, nihilq; afferre adjumenti queas , quis neget iis ipsis, qui hæc intueri cogantur , mortem esse non modò detrectandam , sed etiam optandam ? Qui autem, ne in horum

tempo-

temporum flammam incidant , mortis beneficio consecuti
sint, eos verò beatissimos jure omnes existimabunt , qua-
lem fuisse L. Crassum, nisi res ipsa probavisset , nihil esset,
cur oratione persuadendum videretur. Sed hæc paullò an-
tiquiora, quàm ut omnibus in memoriam redigi, ac cogita-
tione comprehendi possint. Pompeii autem nostri familia-
ris casu, quid in civitate notius, quid illustrius ? Aut quid
omnium oculis, ac mentibus perspectius, & clarius? Hunc,
si mature extinctus esset, nihil doloris , nihil invasisset ma-
li. Quòd tam diu in vita mansit, iccirco factum est, ut sin-
gularis calamitatis exemplum omnibus præbuerit, cui ed-
uctuosior fortunæ acerbitas visa est , quò feliciore , ac se-
cundiore fortuna in omni vita ususerat. Quis enim uni-
versis civibus aliquando carior ? Quis in toga vel rebus
gestis, vel honoribus extra ordinem delatis, clarior ? Quis
opibus, propinquitatibus , amicitiiis florentior ? Cui nihil
prorsus ad summam absolutamque felicitatem, præter ho-
nestum, ac jucundum vitæ exitum, deesset. Sed videamus,
quantum in rebus humanis fortunæ possit injuria , nisi
malimus ad propriam mortalis vitæ nimis asperam , mise-
ramque conditionem omnia mala revocare. Qui enim am-
plissimis fortunis usus erat, qui nihil , nisi sublime ac bea-
tum nec cogitare, nec optare consueverat , cui omnia vel
ad usum, vel ad voluptatem supererant , bellum cum focero
suscepit, deseruit domum , profugit ex Italia; & cum
anteà nihil in ceteris bellis , nisi summo consilio , pru-
dentiaque gessisset , cum vel maximè ingenio, judicioque
excellere debuisset, sui pænè oblitus est. Itaque imbelles,
& infirmas copias, tirones , collectiosque milites cum ro-
bustissimis legionibus conferre non dubitavit : & amisso
exercitu ereptisque castris turpissime victus , in servorum
manus vir summus , & clarissimus incidit. Vita verò ut
miserabiliter privatus sit , commemorare nihil est necesse:
cum eo ipso , quòd in tam miseram fortuam delapsus,
vitam cito amiseris , miùs fortasse misar censeri possit,
beatissimus autem obiisset , si cum in Repub. florebat,
cum valebat auctoritate & gratia , cum copiis opibusque
affluebat, è vita decessisset. Cujus propagatio quantum
illi mœroris ac luctus attulerit , non modo scribendo, sed
vix etiam cogitando consequi quisquam possit. Itaque
hoc stabilito , & fixo, mortem sæpissime beatam homi-
ni contingere, non solum , quòd nos in beatam vitam in-
ducat, sed etiam, quòd multarum , magnarumque miseria-
rum sensu liberet , & à futuris vel calamitatibus vel do-
loribus abstrahat , quid jam relinquetur , cur non morte
lætari , ac clarorum hominum virtutem , qui nullius in-
teritu pe turbati sunt , imitari debeamus ? An non opti-
mam

nam beatamque mortem judicabat, L. Brutus, cum Tyrannum arcens, quem expulerat, vitam pro nihilo ducebat, item Decii, quo tempore, cum Latinis pro patriâ dimicantes, sese hostium telis objiciebant? præterea Scipio, Paullus, Marcellus, Albinus, quos vitam in acie juvanda patriæ causa fortissimè profudisse memoriæ proditum legimus. Et verò nihil fuit, quamobrem elato excelsoque animo homines vitam non despicerent ut sempiternam gloriam consequi possent. Nam cum nullo, vel certè minimo doloris sensu, quem morientes perferunt, infinitam laudem commutabant. Hunc enim locum de exiguo, vel nullo potiùs dolore mortis, quem suprà perstrinximus, paulò uberius percurramus. Neque enim absurdè dixisse mihi videtur is, qui morientium mortuorumque hominum statum, & conditionem duobus potissimùm ex rebus percipi atque intelligi posse affirmavit; quarum unam somnum statuit, alteram verò tempus illud, quod nostrum cujusque ortum antecessit. Et sanè ita est, ut ex omnibus opinionibus, quarum errore duci vulgus solet, cum de morte loquitur, nulla planè ad veritatem videatur esse propensior; ita enim multi vivunt, ut præsentibus bonis fruuntur, nec sanè cogitent, quid paucis post annis vel ipsis vel ceteris boni aut mali possit evenire. Itaque sæpè non opinatis morbis, perturbationibus, angoribus vexantur. Mortis verò, de quâ potissimùm cogitare debuerant, ita non reminiscuntur, ut ad se minimùm illam pertinere, nec sua quidquam interesse existiment. Qui, ut Panætius Africanum dicere solitum tradit, ferociiores equos domitoribus tradendos esse, ut paullatim parère, seque mitiores, ac molliores præbere incipiant, sic ipsi in gyrum fortitudinis ac patientiæ reducendi sunt, ne, si mors imprudentes oppresserit, perterreantur, planeque concidant. Sed nescio quomodo voluptate, luxuque delinita hominum consuetudo de rectâ majorum viâ deflexit, eoque sensim delata est, ut nihil minùs, quam verum agnoscat, nec, cum aliquid agitur, rectum id nec ne sit, magnopere cogitet. Quâ nulla major pestis ac perniciës humanis rebus, valdè jam labefactatis, potuit àfferri. Atque, si in ullo homine, certe in his ipsis vulgare dictum, & verum, & acutè cogitatum esse deprehenditur. Quid enim isti aliud agunt, nisi totos dies per inertiam perdunt, atque ita vivunt ut stertere potiùs, quàm ullo pacto vivere videantur. Dormiens autem ut nihil sentit, nihil agit, nihil curat, sic mortuus, quid agere, quid curare, aut sentire possit, haud sanè intelligas. Itaque in fabulis, quos dii maximè adamarunt, eos, ne imminentem aliquam calamitatem sentire cogerentur, si vigilassent, à Diis immortalibus

bus consopitos esse accepimus. Mortem igitur, siquidem somno similis est, singulis noctibus induimus, & cum in somno sensus sit planè nullus, nullum etiam in morte futurum esse sensum, verissimè statuere debemus. Quod ut sensu ipso planè percipitur, sic ne de altero quidem dubitari ullo pacto potest, quin, quales antè, quàm oriremur, fuimus, tales etiam mortui futuri simus. Mors enim quemadmodum ad eum, qui nondum ortus est, nihil pertinet, sic ne ad eum quidem, qui mortuus est, ullà ratione pertinebit. Ad morientem verò vel nihil, vel parum certè pertinet. Siquidem tam angusto spatio tamque brevi curriculo coërcetur, ut nec si velit quidem, vires suas nimium porrigere aut explicare possit. Quæ est igitur eorum oratio, qui tantum in morte dolorem se timere, atque expavescere didicant? Quamquam non sane video, quo modo aliter facere possint: qui enim mortem nunquam experti sint, quam semel homo subiturus est, quo modo, bona malane sit, verè sentire ac dijudicare possunt? Morientes ajunt cruciari, argi, distorqueri. Quod in nonnullis fortasse animadverti, atque observari potuit. In quo tum isti aliquid dixisse videri possent, si hoc ex ipso mortis sensu penderet: nam, si mors ipsa dolore suo corpus usque eò cruciaret, atque angeret, ut hæc doloris edere indicia cogere-tur; negari profectò non posset, quin dolorem non levissimum mors ipsa esset allatura. Cum verò hujusmodi cruciatus paucissimos angat, & eos maximè, qui intemperanter, flagitiose, nefarie vixerint, nunc dubitari non potest, quin tales homines non mors, sed ad missorum scelerum conscientia vexet, habeatque sollicitos qui enim se morituros numquam crediderint, ac ne cogitarint quidem, cum ad ipsam mortem pervenerint, anguntur non dolore moriendi, sed quòd è vitâ inviti discedunt. In quâ cum omnia secunda feliciaque experirentur, ne secus mortuis accidat, valdè vereri, ac dubitari coguntur. At bonis, qui mortem semper, tamquam præsentis tempestatis portum, in ore, ac sermone habuerint, quique ex hujus vitæ procellis, mortis beneficio, aliquando egredi sæpissimè concupiverint, nihil libentius aut jucundius mentione, ac nomine ipso mortis accidit. Atque in iis etiam præstans, planeque admirandum Deorum munus agnoscitur. Bonos enim, & quidem plurimos, non modò cum exiguo dolore, ut optare homines vulgò solent, sed omnis planè doloris expertes ex hac vitâ egressos, sine ullâ dubitatione reperias: ex quibus Q. Fabius Consulatum adeptus, cum in Curiam prætereuntes saluaret, nihil dolens, nihil molesti sentiens, immò planè gaudens, è vita discessit, atque idem con-

tigit A. Pompejo , cùm in æde Jovis Capitolini sacra fecisset, itemque Thalæ Consuli, Diis immortalibus supplicanti. Quid hoc in ipso mortis articulo doloris expertos existimes, qui paullò antè læti vivebant , & in eo, quo moriebantur , puncto temporis , nihil lugubre testati sint, nihil flebile dixerint? Morte inquires, oppressi sunt. At sapientissimi, & optimi viri, quibus mortem, tanquam beatæ vitæ initium , Di immortales largiri voluerunt. Quam eò fortasse jucundiorē ipsis fore videbant , quò minùs eo tempore tantum boni exspectaverant , ac ne sperare quidem poterant. Nam cùm mors è divinâ voluntate tota pendeat , haud sane in hominis potestate esse possit, quo potissimum die, quaque conditione mori velit. Nec verum est quod dicitur à quibusdam , mortis eundem omnibus hominibus diem, ac terminum divinitus esse constitutum : ut autem vel citiùs vel seriùs moriamur , singulorum hominum vel intemperantiâ, vel negligentia contingere. Nam, ut illud verissimum est , præfinitum esse vitæ terminum à Deo, quem præterire , aut ex quo egredi nemini liceat, sic illud affirmare nemo possit , eundem omnibus, eademque horâ vitæ finem impendere. Quod si agnosceremus, nihil sanè esset , cur homini prudentiam , temperantiam, pietatem, tribueremus. Quæ omnes plane virtutes, si hoc consequeretur, non modò inutiles, sed penitus inanes viderentur. Cur enim prudentiâ uteretur homo, cur abstinentia, cur temperantia , si eodem , quo reliqui omnes , temporis spatio vitam esset terminaturus ? Ut diutiùs, inquis, vitam producere liceret. At, si vitæ terminus fatalis est, nec immutari quidem posse necesse est: sin voluntarius , & in hominis arbitrio positus, nihil est, cur , eundem omnibus à Deo constitutum esse , quisquam affirmet. Sed de his statuatur unusquisque ut libet. Quid autem verius sit, Deus ipse videbit ; hominem quidem scire arbitror neminem. Stet modò nobis illud, doloris esse nihil in morte; boni autem tantum ex ea ad homines permanere, quantum sperare multi possint , cogitatione quidem assequatur nemo. Itaque hoc divinitus hominibus datum est , ut quoties molesti aliquid experiantur , tum mortem exoptent, ac votis etiam conceptis sæpe implorent. Quid ita? Quia bonam, utilemque esse mortem , coguntur agnoscere ; malam autem , aut acerbam esse nunquam posse , homini à natura insitum est : itaque dolore percussi mortem imploramus, eamque unam , ut miseriarum malorumque terminum , exoptamus. Admonet me locus , ut, cùm neminem ipsa morte magnopere commoveri debere probatum sit , iis præcipuè dolendum nihil esse contendam , quos mors cum lætæ oppetita consolari potest. Satis enim diu vixisse putand:

tandi sunt, qui vitam honestè clauferunt. Eosdemque è vita abeuntes non modò laus, sed etiam perpetua voluptas, delectatioque persequitur. Quæ sanè eò major in animo exoriri, ac vigere solet, quò latior alicujus in colendo officio, vitaque honestè ducenda manavit industria. Certè enim, cum ad rectè agendum natus homo sit, ideoque mentis, & rationis munere, præ ceteris animantibus ornatus, atque instructus, unde potius laudem, ac voluptatem, quàm ab honestis actionibus, petat? An, unde ortum duxerit, obliviscatur? Ille verò nec sui oblitus est, qui rectè vixit, nec iniquo animo mori potest, cum multos relinquit suæ testes memoresque virtutis. Quanto autem gaudio exultare credendus est illorum animus, qui corporis admistione solutus, in cælestes ignes, sempiternasque domus, unde exierat, revertit? Profectò enim ex divina mente delibatos habemus animos, qui hac mole inclusi, tamquam terræ gravitate, sic ipsi nimio pondere corporis opprimuntur. Ubi autem soluti corporibus ad proprias sedes evolaverunt, tum vere vivunt, nec libidini, voluptati, dolori serviunt; sed sui compotes, nulla re anguntur, nihil requirunt, omnibus imperant. Rectè igitur dictum est corpus terram esse, mentem autem, ignem de cælo sumptum. Id quod clarorum virorum acta cum virtute vita, præclaræque actiones facile testantur. Quo modo enim aut omnia humanæ vitæ commoda contemneret, aut voluptates cunctas pro nihilo duceret, aut vitam ipsam laudis honestatisque gratia profunderet, qui nihil quidquam ad se, præter hæc ipsa mortalia, quæ manibus contrectat, quæ terit pedibus, pertinere cogitaret? Verùm hæc non ita se habent. Corpus enim è terra concretum, tam diu terrestrium rerum amore ducitur, quoad in terram ipsam, unde ortum duxit, revertatur: animus verò, qui è cælo sumptus est, sempiternum quiddam, & cæleste appetit, nec iisdem, quibus corpus, finibus cogitationes coercet suas. Itaque numquam quiescere, nec verè vivere putandus est, quamdiu corpore conclusus, invitatus propemodum mortali labe, terrenisq; vinculis cohibetur. At illa quanti sunt, gravissimis vitæ laboribus liberari, in mediis doloribus, & ærumnis obdormiscere, & quasi emissos è molestissimâ vitæ custodiâ in jucundissimam, suavissimamque domum remigrare? Huc enim pertinent quæ de priorum quiete, deque voluptate illâ, quâ egressi è vitâ perfrui dicuntur, disputari à sapientibus solent. Qui cum intelligerent, non fortuito, aut temerè satos, & creatos homines esse; nec eadem mereri bonos, qui multis exantlatis laboribus vitam in medio dolore amisissent, & improbos, quorum in patrandis flagitiis semper est animus

mus cogitatioque defixa ; iccirco non eundem probis, & improbis vitæ terminum , nec eadem mortuis præmia statuerunt. Quâ nos recordatione potissimum refici, ac recreari decet, qui charissimam filiam , optimeque de nobis meritam ita vixisse scimus, ut ad optimos mores, summamque prudentiam nihil posset accedere; & ita mortuam , ut in dolore , quem ex partu contraxerat , summam animi magnitudinem, summamque constantiam præstiterit. Cujus mentio nobis , dolore jam , si non penitus extincto, certè magnopere levato , non solum non acerba, sed etiam jucunda accidit. Quis enim aliter debet ? Cum nec ipsi quidquam acciderit mali, nec ego ullâ re, quæ tantopere cum natura congruat , & cum omnibus hominibus communicet , angere aut perturbare debeam. Quid ergo mihi restat? Nihil sane, nisi, cum ea divino potissimum beneficio vitæ munere perfuncta sit , ut ad eam maximè vivendi conditionem cogitationem meam mentemque referam, quâ nunc ipsam perfrui credimus, ac si, quod æquum est, fateri velimus, etiam intelligimus. Quâ ex meditatione eò majorem voluptatem percepturus sum, quò meliore illa nunc statu , quàm quem vivens experta est, sine ulla dubitatione perfruitur , quid enim boni non merita est, quæ nihil umquam egit , ac ne cogitavit quidem mali; & iis angoribus ac malis , quæ viventi objecta sunt, ita patienter perfuncta sit, ut non secus de adversis, quàm de secundis rebus , Diis immortalibus gratulari, gratiasque agere soleret ? Et cum nihil, nisi rectum, honestumque cogitaret , tamen una conscientia contenta, nec sua benefacta in luce collocari, nec sibi quidquam propterea laudis, aut gloriæ debere arbitraretur. Quæ ergo ita animata fuerit, ut de se quidem minimùm, de recta mente, ac de æquitate plurimùm laboraret, an non Diis ipsis censemus maxime gratam & probatam fuisse ? In qua non ficta, & adumbrata, ut in multis, sed maxime solida , & expressa virtutis elucebat effigies. Nam, cum eam talem natura genuisset , ut quod pulchrum , rectumque agnoscebat , sua sponte sequeretur , tamen eo non contenta, summa vi rationis , prudentiæque perfecerat , ut nulla reminùs, quàm natura dūce, egere videretur. Itaque qui ejus instituta , & mores paullo diligentius inspexisset , qui regundæ familiæ sollertiam , qui summum in cunctis rebus ingenium , singularemque doctrinam advertisset , haud fuisset sane , quod aut virilem in intelligendis , judicandisque rebus prudentiam , aut exquisitam patrisfamilias sollertiam requireret. Itaque quibus maxime rebus egere sæpe homines solemus , fortitudo & prudentia, hæc ita in muliere abundabant , ut sui mæroris medicinam non peteret

peteret foris , sed in seipsam spectans, ex sua semper virtute perderet. Quando autem graviores, ac difficiliores animi morbi sunt , quàm corporis , eò magis mirandum est, talem extitisse illam , cujus fortitudini corporis mala parerent , prudentiæ verò omnes animi morbi faciliè cederent. Itaque quamquam ex calamitate temporibusque nostris molestiæ plurimum traxerit, numquam tamen animo perculsam , aut dejectam sensimus. Angebatur patris exilio, totiusque familiæ luctum , bonorumque directionem invita videbat: sed matri tamen consilio prudentiaque aderat ; & rebus in magnum sæpè discrimen adductis, reditus spem nobis afferre numquam dubitavit. Ita, quantum ex calamitate doloris , tantundem ex filiæ suavitatem, ac pietatem solatii capiebamus. Quod ut esset diuturnius, si commodum nostrum, aut eam, quæ omnibus antiquissima est, liberorum charitatem cogitarem, magno opere optare debuimus. At, cum illam corporis vinclis solutam, omnibus exutam miseriis , & immortalitatis competentem factam , animo reputamus , non modò in dolore conquiescimus, sed etiam præcipue lætamur. Quid enim mihi accidere lætius potest quàm de immortalitate animorum cogitanti, de filiæ simul æterna beataque vita confidere? Animos enim esse immortales, ne dubitandum mihi quidem videtur. Faciam autem non invito , ut sapientissimorum hominum percurram hac de re sententiam , quando me in hunc locum deduxit oratio. Neque verò hæc ita disputanda censeo, ut animos iccirco non interire probari possit , quòd mortuorum corporibus vis quædam inesse veneratione digna putetur , quæ significare debeat , non deleri morte animos , sed immortalium animorum veluti sepulchra quædam , mortalia corpora fuisse. Quasi non & majora , & firmitiora multa suppetant , quibus planum fieri possit, qui animos simul cum corporibus interire contendat , eum contra rationem , nulla nixum ratione, pugnare. Quòd si auctoritas quærenda sit , quem graviolem nominare auctorem possum , quàm eum , quem Apollo ipse sapientissimum omnium pronuntiavit ? Cujus testimonium tale fuit , ut divinos esse hominum animos, & eos, corpore solutos , in cælum remigrare, unde priùs venissent, in omni sermone asseveraret. In quo cum Philosophis illis consensit , quos quandam Italicos nominavit antiquitas, maximeque nobiles judicavit. Quorum semper constans fuit opinio , demitti animos è cælo divinæque mentis eos esse non solum munus , sed etiam partem præcipuam, æ propriam. Quòd si secus esse quisquam putet : haud sane facile , quid multis , & firmissimis in hanc sententiam argumentis respondere possit , inveniet.

Sic

Sic enim planè cognosci ac sensu ipso dijudicari potest: summam esse pænæque incredibilem in animis celeritatem, ac festinationem, cujus ope, quæ corpus non modò certo mensum, sed vix etiam annorum spatio perficere, atque exsequi posset, ea ipsi non modò semel puncto temporis percurrere, sed etiam sæpiùs excogitare, & repetere facillimè queant. Quod si mirum videtur, cur non admirabilius censeatur, meminisse animum tam multa, innumerabilibus antè seculis gesta: quæ futura sunt, cogitando prospicere, ac non modò præsentia, sed etiam præterita, & futura, veluti Deum, omnia complecti, ac sub oculos subicere conari? Quis dubitet, cum hæc intelligat, eademque in seipso agnoscat, divinum esse animum, nec, si divina æterna sunt, ipsum esse mortalem? Cum præsertim duabus ex rebus, quæ præcipue in animo sunt, illius æterna natura facile intelligi ac deprehendi possit. Hæc autem sunt, motus, qui in eo præcipuus est, principium, ac perpetuitas. Cum enim ex seipso moveatur, nec aliunde, ut cetera, principium motus mutuetur, summa autem in eo, quamdiu in corpore est, perpetuitas motus appareat: quippe quæ etiam in dormientibus agnoscat, & vigeat: iccirco dubitari nullo modo potest, quin divinus sit, & sempiternus futurus, & sane ita esse ratio vincit, & rerum probat exitus. Dei enim imago quædam animus est ex ipso Deo delibata, ac profecta. Quod si Deus immortalitate fruitur, cur eam partem, quam ex seipso sumpsit, mortalem esse velit? Quin hoc ipso singularem, & exiniam divinam esse vim indicandum putavit, quod non solum ipse immortalis sit, sed etiam, quos velit, suæ naturæ compotes, & planè immortales efficiat. Corpus autem voluit esse mortale. Nec immerito. Cum è terra, cujus mutationi subjecta natura est, initium duxerit, & in eam ipsam, vitæ cursu confecto, abire debeat. Sed animus profectus à Deo, cælum ipsum appetit: nam in eum locum, unde discessit, semper optat redire. Terra autem si cui appetenda, corpori soli est. At vero animis æterna cæli sedes quærenda, eaque propria illorum patria: siquidem animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum, atque fictum esse videatur. Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quod & præterita teneat, & futura prævideat, & complecti possit præsentia. Quæ sola divina sunt, nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi à Deo. Singularis est igitur quædam natura, atque vis animi sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est

est illud, quod sapit, quod vult, quod viget, cæleste & divinum est, ob eamque rem æternum sit, necesse est. Nec vero Deus ipse qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam & libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens, & movens, ipsaque prædita motu sempiterno. Itaque eandem æternitatem animis quoque nostris, ex se ipsa exortis, impartivit. Quorum ex cogitationibus atque operibus nihil aliud, nisi divinos esse illos, & sempiternos, colligere possumus. Nam si ædificiorum magnitudinem atque ornatum, si monumenta litterarum, si pecuniæ vim infinitam in res maxime stabiles, & admirandas effusam, si plurimarum maximarumque rerum adeptionem cogitare voluerimus, profecto intelligemus, hæc numquam facturum fuisse hominem, nisi diuturnitatem temporis, ipsamque æternitatem plurimum ad se pertinere existimaret. Jam, ipsa gloriæ cupiditas, honorum sitis, operum ac divitiarum assidua procuratio, quid aliud indicat, nisi cogitare hominem in posterum, nec eodem vescendi vivendique studio, quo ceteras animantes duci videmus, humanum animum detineri. Sed hæc abjectiora, atque humiliora, nec ullis, nisi sane angustis naturæ terminis, circumscripta. Quid illa imprimis gravia, atque præstantia, nec ulli plane in terris degenti, nisi soli homini, tributa? Contemplatorem esse ipsum cæli, rerumque cælestium: frui magnarum obscurissimarumque rerum scientia, quæ vel ad excolendos ad integritatem, atque innocentiam mores, vel ad comparandam Solis astrorumque cognitionem, vel ad exercendam in abditis, obscurisque rebus memoriam mentemque pertineant. Nonne hæc ipsa tanta, ac talia, divinum esse animum ostendunt, nec illius naturam aliunde quàm e cælo, delibatam ac deductam? An censemus, si unà cum corporibus animi interirent, aut sapientissimos homines tam æquo animo mori posse, aut tam iniquo planeque invito stultos & fatuos? Socratem ferunt, morti proximum, de piorum immortalitate beataque vita, quæ mortem consequitur, disputavisse, itaque læto, ac libenti animo letale illud poculum hausisse, quasi non ad mortem, sed ad regnum atque imperium vocaretur. At vero, quorum animus in terra defixus hæret: qui nihil, nisi mortale, terrenumque cogitant, eos plane repugnantes atque invitos e vita discedere videmus. Nec immerito. Cum animorum æternitatem propius jam intuentes, crucientur mirum in modum, quali flagitiose actam vitam poena etiam sit immortalis consecutura. Atque illud etiam (ô stultum hominem dixerit aliquis & naturæ suæ penitus ignarum) nemini obscurum esse potest, ex ipsis etiam sacris

cari-

sacris cærimoniisq; majorum æternum hominis vitam facile cognosci, atque intelligi posse. Neque enim illi aut mortuos tanto honore coluissent, aut tam multas tamque varias sepulchrorum cærimonias posteris tradidissent, nisi cognitum perspectumque habuissent, vigere animum in morte, nec, quamquam corpus occidat, hominem ipsum penitus evanescere. Itaque statuisse videntur, mortem ipsam non esse humanæ vitæ confectricem, nec ex ea sequi interitum: sed potius ad aliam multò feliciorē vitam iis, qui recte vixissent, ducem optimam solere existere. Quicumque enim convenienter naturæ vixerint, nec illam secuti sint malæ consuetudinis corruptelam, quæ divinitus datos igniculos extinguit, vitiaque gignit & confirmat omnia, eos & viventes gloria, & è vita excedentes præmiis prosequi oportet. Id enim non solum rationi consentaneum, sed etiam verissimum atque æquissimum est. Cui autem equitatis antiquior cura, quam Deo? Itaque, cum homo solus ex omni propemodum genere nactus sit aliquam notitiam Dei, nisi vitæ iniquitate Deo iniquus atque invisus evaserit, ad Deum certe evabit. Idque æternitatis humanæ vel maximum, ac firmissimum argumentum est, solum hominem divinæ voluntatis participem, consciumque existere: ut quamquam agrestibus silvestribusque in locis natus sit, tamen, ipsa docente natura, & esse Deum, & colendum ac verendum esse, dubitare non possit. O rem dignam, in qua non modò homines, sed ipsas etiam pecudes obstupescere, ac, si fieri possit, etiam erubescere oporteat: cognatum esse hominem Deo: nullum aliud in terris animal, nisi hominem solum, Dei cognitione imbutum esse: nec quidquam esse aliud, quod animo, è divina mente hausto, præditum sit: tantamque inesse homini cæcitatem, atque socordiam, ut divinæ cognationis immemor, aversetur migrationem ad Deum? Nec enim aliud esse mors, quam migratio ad cælestes superasque sedes, existimanda est. Nec id solum ratione quadam equitati, veritatisque consentaneum, sed etiam sapientissimorum hominum maxime firmo, stabilique consensu. Atqui eum, qui hoc pacto vivere, ac pænè à seipso dissentire velit, meminisse certe oportuit, terram ipsam, omniaque, quæ sub cælo sunt, divina voluntate regi, propterea quæ quiddam nobis, quod observandum & addiscendum videatur, præscribere. Quis ergo terram ipsam, aut quotannis feracem, aut semper optimas fruges, & numquam malas inutilesque herbas edentem effertemque vidit? Quis animalia semper uberes foetus edidisse, cum quam sterilitatem passa esse, recordabitur? Quod si hæc ipsa sacus se habent, nihilque in rebus humanis perpetuò

firmum,

firmum, ejusdemque naturæ optare licet: cur quam in omnibus & rebus, & animantibus vicissitudinem cernimus, eam ab homine sejungamus? Qui si multos annos feliciter vixerit, si sobolem, honores, opes assecutus, diu tantis bonis frui potuerit, præclare secum esse actum vere dixerit. Sed adversi tamen aliquid subeundum perferendumque relinquetur: demum oppetenda morserit, quæ eo levior esse debet, quod omnibus communis est, nec cuiquam singularis, aut præcipua. Sed hoc quoque gravior, quod nos à multis erroribus abstrahit, quibus, quoad vivimus, in tanta opinionum varietate assiduaque veri inquisitione perturbari sæpe solemus, & ad ipsam cernendam fruendamque veritatem jucundè traducit. Quo nihil beatius homini posse contingere, satis, ut arbitror, ex eo suspicari possumus, quod innata est homini cupiditas scientiæ: ejus autem præstantia non sane video, qua alia in re, nisi in perfecta veritatis cognitione posita sit. Ex quo fit, ut veritatis cognitionem assecuti, perfecta, absolutaque scientia potiamur. Vereque dici potest, qui veritatem intueatur, sensuque percipiat, eum voti sui compotem, vereque beatum esse, quod si beata vita quærenda nobis est, nec quidquam fugiendum magis, quam ne miseriarum gravitate præmamur: quid illo homine stultius, aut stolidius reperiri potest, qui ceterorum morte ita angitur, ut beatæ vitæ oblitus, miseram, atque infelicem consecretur? Profecto enim ita se res habet, ut, nisi mortis, dolorisque timore liberatus sit, etiam si multas cognitatas perceptasque virtutes habeat, rectumque, & æquum omni plane utilitati anteponat, beatus tamen esse nemo possit. Quid enim aliud dolor est, nisi cruciatus animi, isque perpetuus? Quid aliud timor, nisi assidue invisarum, ac molestarum rerum metus? At quo modo felix, aut beatus esse poterit, qui assiduo cruciatu, metuque urgebitur? Quin eo miserior, atque infelicior existimari debet, quod non solum sibi ipsi molestiam miseriamque comparabit, sed in ceterorum etiam sermonem, ac vituperationem incurrat. Nihil enim nimio dolore deformius, nihil à viro alienius. Et si corporis pravitatibus vituperatio proposita est, vitijis ipsis, quibus laborat animus, nihil turpitudinis, nihil inuretur infamiæ? Illa verò & graviora sunt, & majori animadversione vindicanda, quo nobiliorem, quam corpus est, sedem, nempe animum ipsum, occupaverunt. Quod si turpis dolor nimius, & vituperatione dignus, certè illud consequetur, ut, qui nimio dolori se ipsum tradat, ne laude quidem ullâ dignus censeatur. Est enim series quedam maxime veritari consentanea, ut sententiarum, sic rerum; & quemadmodum in sermone dispu-

disputationesque nostrâ neſtitur aliud ex alio , ita qui ſe unâ aliquâ vel deformitate , vel turpitudine implicari patitur , multis ſtatim miſeriis ac deformitatibus opprimetur. Nec verò credi velim ; me , quia dolori nimio repugnem , iccirco dolorem omni ex parte improbare , omneſque illius ex animo fibras evellendas exiſtimare , eſt enim , quatenus homo doleat , & , (quod prudenter à Crantore dictum eſt ,) ſive ſecetur pars aliqua corporis , ſive avellatur , ſenſus tamen adeſſe debet. Iſtuc enim , nihil dolere , fieri non poteſt , quin quemadmodum feritatem corporis quandam , ſic animi ſtuporem maximum indicet.

Sed nimirum illud eſt , quod improbamus , dolori noſ ipſos ita tradere , ut in aliam fortasſe graviorem ex alia parte vituperationem incidamus. Nam quemadmodum qui nihil prorsus doleat , deſciſcere videatur ab hominis natura , quæ morte percuſſa dolorem ac luſtum aliquo modo indicare cogitur ; ita , qui dolori nimis indulgeat , humanæ naturæ penitus obliviſci , communemque omnium conditionem recuſare judicabitur. Quibus rebus intelligitur , graviter peccare homines , cùm vel ea , quæ omnibus perferenda ſubeundaque ſunt , detrectare audent , vel , quid ipſos in vitâ deceat , quæque ſequi , aut refugere debeant , non cernunt ſatis. Quod proprium prudentiæ munus eſt ; quam humanarum actionum moderatricem à Diis immortalibus eſſe conſtitutam , inſiciari nemo poteſt. Atqui huic tam præclaro , divinoque muneri plane obſiſtit qui nimio dolore ducitur. Nō modò enim ſe ipſum ſine ullo ſtuctu lacrymis , ac triſtitia tradit , ſed etiam omni planè conſilio , ac iudicio vacat ubi enim ratio , ſi ſe dolore auferri ſinat ? Ubi conſtantia , ſi ſibi ipſe repugnet , & in mœrore jaceat ? Ubi denique humanitas , ſi ſe hominem eſſe oblitus , nihil ſibi cum morte commune eſſe contendat ? Jam verò illud ſtultiſſimum , exiſtimare , quæ ceteri homines libenti animo ſubeant , iis ſe non eſſe obſtriſtum. Quid enim ? An ignorare quiſquam poteſt quanta inter homines cognatio ſit , quantaque ſimilitudo ? Etenim , niſi hoc verum feteremur , cauſæ nihil eſſet , cur homo hominem conſilio , re , gratiâ juvaret , ab hoſtium impetu , ac læſione defenderet. Quod contrà videmus accidere , ut qui ab his actionibus avertat animum , non modo in vulgus improbetur , ſed etiam inhumanitatis , ac feritatis accuſetur. Certe enim non è marmore ſculpti , aut è robore dolati ſumus : eſt in nobis quiddam , quod pietate miſericordiaque moveatur , nec extingui ſinat illam , qua Deus proximi ſumus , juvandi , ac benefaciendi voluntatem. Itaque inſitum homini , atque innatum videtur , ut quoties
alium

alium hominem, quamvis alienum, premi calamitate atque ærumnâ videat, crucietur animo, nec, si facultas suppetat, dimittendam putat illius sublevandi occasionem. Quam enim ipse, si eo loco esset, benignitatem sibi impartiri optaret, eâ ut in alium utatur, natura tacitâ quadam voce monere, ac præcipere videtur. Quæ igitur sibi evenire posse dubitet, ea si contingant, cur angustia perturbari velit? Aut cur non potius humana illa esse, & omnibus hominibus proclivia fateatur? Quantò rectius ille, qui hominem se agnoscit, nihilque humani à se alienum putat! Itaque cum hanc ex animis nostris opinionem, mala omnia non esse humana, veluti imitem quandam, & immanem belluam, extraxerimus, profectò minùs miserè, minùsque sollicitè vivemus. Relinquetur enim illa cogitatio, quæcumque accidant, fortiter ferenda esse, nihilque posse homini evenire, quo funditus prostratur. Idque ita erit, si nobismetipsis non assentabimur, sed veritatem, quâ nihil præclarius, præstatilius, uberius esse potest, toto pectore amplectemur. Hæc enim illa est, quam assecuti, meliores multò efficitur, & ad perferenda incommoda, præclaraque peragenda alacriores, cum nihil, nisi quod rectum & æquum est, laudabile arbitramur, nihilque aliud, nisi egregia illa, ex quibus vera gloria nascitur, expetimus. Ac mihi videor nimis etiam nunc angustè atque exiliter agere. Qui enim latior objici campus queat, in quo fidentiùs atque alacriùs exultare possit oratio? Sed faciam impudenter, si medicinam deferens animorum, quam ex omnibus maximè utilem esse intelligo, ad meam unius delectationem sermonem omnem, mentemque convertam. Dolorem igitur nimis acrem ac diuturnum fugiendum diximus. Et quidem probabiliter, cum ex eo mala multa, maximeque gravia soleant exoriri. Contrà verò nihil boni. Neque enim dolor ex illis rebus est, in quibus vel ad probandum, vel ad vituperandum, multa & magna contrariarum rationum paria momenta agnoscantur. Hoc enim si accideret, agerem verecundiùs, neque me in eum locum demitterem, unde nullum planè exitum viderem. Sed, quoniam hæc ita se habent, contendo, vincendum esse animum, dolorique acriter obsistendum. Sive enim nosmetipsos, sive amicos, sive vulgi opinionem cogitemus, id nobis sine ullâ dubitatione faciendum est. At, ad mortuos ipsos animum traducamus, qui possumus existimare, gratum illis fore, quòd nimio dolore cruciemur? Præsertim cum ex eo nihil ad illos utilitatis, sed periculum ad nos dedecoris, atque incommodi permanet. Quid igitur eos ipsos à nobis optare, atque expetere arbitremur? Nihil sanè, nisi ut eos illustri memoriâ, ac recor-

P p p

datio-

& fortes iccirco Deorum immortalium honore consecratos, ut incitaretur virtus acrius, & acuerentur vehementius ad obeunda pericula qui patriæ amore studioque tenebantur. Vera enim virtutis merces gloria est, nec quidquam est aliud, quod magis ad rectè, honesteque agendum præstantis animi homines incenduntur. Quod optime agnovit, ac diutissime retinuit omnium litterarum præclara custos, &ATRIX Græcia; quæ multos habet virtutis gratiâ factos ex hominibus Deos. Quorum alios fatentur novos: alios multis jam seculis receptos in cælum, consecratosque contendunt. Quàm multi autem sint, qui reconditas eorum scrutantur litteras, nosse fortasse possunt. Neque verò hæc à me idèd copiosius disputantur, quod eos temere, neque satis considerate tam multos consecratos esse credi velim: cùm eos ipse quoque venerer, Deorumque loco habendos putem: sed potiùs, cùm tot apud omnes pænè gentes immortalitate, divinisque honoribus affecti reperiantur, ut exacuum bonorum mentes ad ea promerenda, quæ sapientium iudicio ducuntur amplissima. Nihil enim præstantius aut beatius accidere homini potest, quàm eo loco donari, in quem ut ascenderent Urbis nostræ conditores, nullum periculum, nullum laborem, nullum denique certamen prætermiserunt. Ac, si privatæ utilitatis, & commodi habenda ratio est, nullam aliam expetere, aut optare vir sapiens, & eruditus, præter hanc unam, debet. Tempia verò publice vota, & dedicata, quantum in vulgus dignitatis, quantum habent gloriæ? Cùm omnes, qui Deos illos, quibus Tempia voventur, publice colunt, fateri cogantur, & fuisse homines, & ad Deos, divinosque honores, unâ virtute fretos ascendisse. Nec mirandum est, Deos illos publice coli, eorumque delubra, & templa auguste, sancteque exornari, qui vel patribus nati sunt diis, vel matribus. Nam, quemadmodum eorum cultus & sanctus, & religiosus est, maximeque pietati atque æquitati consentaneus, sic admirationis, aut dubitationis nihil habet. Totus enim ex naturâ oritur: ut jure ipso nature, qui Deo satus, vel Deâ editus procreatusque sit, Deus esse debeat. At vero, qui homine patre, vel mortali matre natus est, hunc esse Deum, & magnum quiddam videri potest, & dubitandi occasionem, nec fortasse ineptam, multis afferre solet. Non enim, si eximius talium virorum virtuti tribuatur honos, quia id jure fiat, aut debetare, aut negare quisquam potest: sed quod tantam virtutis esse vim velimus, ut vel natura ipsa ejus unius ope immutetur, hoc illud est, de quo quærere doctiores viri non immerito soleant. Quibus ita responsum est, non immutari virtute naturam; nec enim id, sine prioris nature

turæ corruptione posse evenire; sed eadem in illis manente naturâ, evolare animum ad Deos, & in eorum adscribi concilium, cum immortalis sit, & immortalitatis divinæ particeps: corpus autem suapte naturâ mortale, manere in terrâ, quodque terrenum est, nullo pacto suam exuere posse naturam, ut alienam induat. Quamvis enim hæc ipsa quæstio perobscura videri soleat, nec omnino proclives, aut faciles habeat explicatus; tamen, nisi auctoritatibus contra rationem pugnetur, non incommode, opinor, à nobis exposita censerì potest. Et quoniam, quæ in hoc genere præcipua, cognituque digna sunt, persequimur omnia, (volumus quidem certe) prætereundum non est, quales, quamque multæ virtutes, erudiendorum hominum gratiâ, sint honore Deorum immortalium consecratæ. Cujus rei finis est, publica utilitas; ut, quo honore virtutes ipsas decoratas videant, eundem se consecuturos esse homines sperent, si iisdem virtutibus excellent. Quo in genere multum boni est in imitatione. Libenter enim ea imitantur, & persequuntur multi, ex quibus alios illa eadem, quæ ipsi appetunt, consecutos vident. Atque ex eo plerumque accidit, ut multis in rebus, quas antea ne cogitaverant quidem, cum ad clararum virorum imitationem se contulerint, multorum vigeat industria. Quæ cum paullo manavit latius, quantos progressus, quantaque acquirat incrementa, nihil necesse arbitror commemorare. Constat enim inter omnes, quæ præclara ducuntur, ea ferè omnia à tenuibus initiis sumpsisse exordium. Quod paullatim, imitatione progrediente confirmatum, ita increbuit, ut ne augeri quidem, aut exaggerari magis posset. Quod si ullâ in re gratum nobis atque aptatum esse debet, certè in complectendis provehendisque virtutibus non video, quid esse possit optatius. Siquidem ex his informatio pendet, educatioque vitæ; quæ cum rectè instituitur, atque excolitur, incredibile dictu est, quantos, quamque uberes justitiæ, integritatis, omnisque amplissimæ laudis fructus afferat. Sed, cum virtutes multæ meritis colantur, quod & ipsæ cultu dignæ sint, & multæ ab iis ad universum genus hominum utilitates proveniant, quid sit, cur bestię quoque ipsæ ab Ægyptiis ferè omnes consecratæ sint, scire sanè velim. Sit Piscis in cultu, ac Deorum opinione apud Syros, homines nec tantâ ingenii acie præditos, nec tantis doctrinarum præfidiis instructos, ut hæc inepta, ridiculaque esse, possint agnoscere. Ægyptii vero, omnibus affluentes eruditionis, & scientiæ laudibus, quo modo in tam inanem, tamque absurdam delabi opinionem potuerunt, equidem intelligere vix possum.

Mihi verò eo iustius in cælo collocari videntur, quò clarior eorum inter homines vel eluxit liberalitas, vel virtus enituit. Quis enim Hercule fortior? Quis prudentior? Quis ab omni cupiditate remotior? Quos ille labores, ut fortiter ageret, & hominibus prodesset, suscepit, & pertulit? Aut quid non doloris, & calamitatis exhaustit? Quis ergo hunc cælo excludi patiatur, cum ejus virtuti sempiterna gloria, & laudis patuerit immortalitas? Eademque ceterorum conditio est: quorum alio genere virtutis, omnes summis & singularibus vel in ipsos Deos, vel in homines meritis præstiterunt. Itaque tam egregiis eximiisque factis nostris infixas plumbo statuas, non arescentes triumphorum coronas satis diuturna persolvere posse præmia judicatum est, sed florentiora stabilioraque munera quæsitæ sunt, quibus ornarentur ii, qui virtutem, honestatem, gloriam, otio, libidini voluptati, vitæ denique prætulissent. Tamque id æquum est, quàm illud decorum, maximeque probandum, non easdem improbis sedes, quas bonis atque integris, post mortem esse propositas. Intellexerunt enim ex majoribus nostris complures, qui sapientiâ præstiterunt, cum in Diis æquitas præcipuè vigeat, eaque in eorum gubernatione appareat maximè, fieri non posse, quin nequitiam sceleraque avertentur, quique ea in vita exercuerunt, eos à se ipsis longissimè sejungant. Quod in vulgus edi verumque existimari, non modò rationi conveniens, sed utile quoque imprimis est futurum. Nam, siquid in hominum animis pietatis, siquid religionis inerit, certe ob hanc potissimùm causam se à flagitiis, ac facinoribus abstinebunt, quòd impios, ac nefarios homines à Deorum concilio, ac societate arceri judicabunt. Nec enim omnibus iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cælum patere. Nam viriis, & sceleribus contaminatos, deprimi in tenebras, atque in cæno jacere docuerunt. Castos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, leni quodam, ac facili lapsu ad Deos, id est, ad naturam sui similem, pervolare. Quod si ita est, certe nobis quantum conniti animo possumus, quantum diligentia consequi, contendendum atque elaborandum est, ut ne ab iis segregemur, quorum est proprium vita frui sempiterna, ac beata. Quod efficere qui voluerit (omnes autem velle debebunt, qui se ipsos diligere, convenienterq; naturæ volent vivere) nunquam committet, ut, quæ ceteris exitiosa fore crediderit, ea ipse persequatur. Neque enim in spem venire poterit, aut ignoraturos esse Deos quæ ipse agat, cum divinam naturam nihil præterire credibile sit, aut illa probaturos, à quibus non modo Dii, sed etiam sani homines abhorreant.

Quid

Quid enim turpius libidine ? Quid tetrius avaritia ? Quid detestabilius crudelitate ? Quæ quamvis in hominibus aliquando existant , tamen ab hominis natura tam aliena sunt , quàm humanum illuderit , si omnia nobis bona , omniaque commoda expetamus , atque in hoc comprimendæ sunt cupiditates , quibus trahimur per sæpe ad ea , quæ virtuti adversantur . Quod faciliè perficiet , qui tam gloriosi facinoris exitum secum ipse assidue cogitabit . Tantaque est hujus cogitationis suavitas , ut quod libenter alacriterque agimus , etiam sine labore peragamus . Idque in præstantibus , laudisque appetentibus hominibus faciliè cernitur , quorum tanta esse solet vel in obeundis præliis , vel in agendis causis , vel in contentionibus pro Repub. suscipiendis alacritas , tantaque virtus , ut quod in iis rebus periculi aut laboris est , aut non sentiant , aut pro nihilo ducant . Magnum enim est contendentis , & ad gloriam anhelantis animi fomentum , magnum solatium , spes futuræ , ac propinquæ sive utilitatis , sive gloriæ . Neque id solum in magnis sed etiam in levioribus laboribus , ac studiis . Quos enim cursus , quos venatio delectat , eos quamvis de viâ fessos , ac pænè exanimes videas , numquam tamen minùs alacres , minùsque concitados animadvertas . Jam , honorum cupiditas quid non in nostrâ civitate laboris , quid non sollicitudinis , negotiique faceffit ? Quotus tamen quisque est , qui se vel labore defatigatum , vel prensationis molestiâ , curaque confectum audeat dicere ? Sic , quorum oculos virtutis splendor occupavit , gloriæque studium animos delenivit , ii nec laborem sentiunt , & si tantus est , ut aliquando erumpat , eo tamen non magnopere moventur . Toti enim in eo sunt , ut profint patriæ , immortalemque sibi nominis memoriam comparent . Quam si quis negligendam ducat , omnemque hominis felicitatem rectè factorum conscientiam metiri velit , is certè divinos honores , qui claris viris tribui consueverunt , numquam negliget . Etenim de Diis ipsis , qui eosdem sibi honores asciverunt , pessimè judicasse videretur . Tanta autem eorum , qui hujusmodi consuetudine delectati sunt , & sapientia , & equitas agnoscitur , ut dubitari non possit , quin , ipsi quod egerunt , à certâ ratione proficiatur . Quales numerare Lacedæmonas possumus , clarissimos , & fortissimos viros , qui cives suos , mortem pro patriâ obeuntes , divinis honoribus afficere solebant . Quid verò illæ , omnis planæ doctrinæ , omnisque sapientiæ parentes Athenæ ? Nónne Codrum Regem suum , ob pietatem in patriam meritaque illa , quibus excelluit , magno consensu in Deos retulerunt ? Atque haud scio an rectè senserint viri doctissimi , quorum ea fuit opinio , viros claros ,

datione decoremus. Nemo me lacrymis decoret, ait Ennius; cur? Quia volito vivus per ora virum. Quid igitur est causæ, cur fletum lacrymasque recuset? Nimirum ea gloria, quam se adhuc viventem assecutum esse confidebat. Eandem igitur ob causam nostrum quoque luctum mortuis ingratum molestumque fore suspicemur, nec aliud eos à nobis quidquam flagitare credamus, quam, ut id ipsum illis, quo maxime delectamur, tribuamus. Hæc autem gloria est, & assidua illorum virtutis recordatio. Quam si sermone, laudationeque nostra immortalem efficere liceat, hoc uno de mortuis nos vel optime meritos existimare possemus. Quid quòd eum, qui sic doleat, ut recreari confirmarique non possit; ne divinum quidem numen horrere, sapientissimi homines prodiderunt? Impium autem est, quibus debemus omnia, iis pellimam referre gratiam. Contrà verò, qui Deorum voluntati paruerunt, nihilque se, quod ab illis ultrò daretur, molestè ferre declaraverunt, eos non solum viventes præcipua laude ornavit antiquitas, sed etiam è vita egressos perpetuo coluit honore. Idque eò studiosius ac libentius, si quos intellexit cum Deorum cultu exercitationem virtutis, & præcipuam in mortales beneficentiam, conjunxisse. Scitè profectò, ut cetera ferme omnia. Quid enim majori laude dignum ex omnibus rebus humanis commemorare possimus, quam eum, qui vitam ducat cum virtute conjunctam, ad Deorum cultum atque honorem perpetuum in homines studium, ac pietatem aggregare? Nec quidpiam tantulum modò in ejus animo existere, quod non vel pietati, vel humanitati, vel denique virtuti sit consentaneum? Nec aliam sanè ob causam perturbari omnem vitam errore, incitiæque videmus, nisi quòd, quæ in hominis vitâ præcipua esse deberent, pietas erga Deos, in homines beneficentia, virtus in ingeniis ac moribus, ea ferè omnia negliguntur. Eademque ratione quæ maximè vitare deberemus, ea studiosè expetimus, cæcoque impetu ferimur ad illa, quibus vita nostra planè fera, atque immanis efficitur. Ex hoc fonte cupiditates insatiabiles exoriuntur, quibus non modò singulos homines, sed totas familias, & universas funditus everfas civitates videmus; præterea seditiones, insidiæ, discordiæ, rerumque, & hominum clades, & interitus. Ex his etiam incredibiles dolores emanant, quibus perturbari vitam, neque solum insuavem, sed acerbissimam effici necesse est. Sed contrà probis virtutemque amantibus accidit. Nam divinæ voluntati obtemperantes, nihil in se ipsis, sed in eâ se ipsos, ac sua ponunt, & locant omnia: neminem lædunt: omnes liberalitate, benignitate, caritate amplectuntur: nullâ re cruciantur: nihil appetunt, omnium vitio-

vitiorum fracto impetu, cupiditatumque radicibus ex animo penitus evulsis. Num igitur eos, qui ita vixerunt, ut sibi jucundi, Diis grati, hominibus fructuosissimi extiterint, divinis honoribus jure dignos majores nostri censuerunt? Eosque cum Diis immortalibus ævum agere sapientissimus poëta non immeritò cecinit. Nec tamen incircò, quòd eorum corpora in cælum perlata, credere sapienter quisquam possit, quòd quia natura non patitur, ut, quòd è certà est, alibi, quam in terra maneat, ne credi quidem debeat, necesse est quòd eorum animi, tamquam hominum de Diis immortalibus humanoque genere optimè meritorum, in cælum putentur elati. Quòd de Romulo, Urbis nostræ conditore, memoriæ proditum accepimus: quem singulare in genus hominum collatum murus tam præclaræ urbis condendæ, in Deorum numero collocavit. Idque eo tempore, quo litteris, & doctrinis homines exculti facile fictum à germano, verum à falso secernebant: ut credi non possit, quidquam illis persuaderi potuisse, quòd ullam ficti, aut falsi imaginem præ se feret. Sed, quòd ille mortalis, eximia virtutis ac beneficentiæ gloria, consecutus est, ut non solùm immortalis, sed Deus judicaretur: id ipsum aliis etiam tributum esse, ut inter Deos recepti putarentur, cùm excessissent à vita, annales veterum loquuntur. Quòd & apud Græcos prius contigit, & inde fortasse ad nostros permanavit. Nam & Hercules & Liber, fratres Tyndaridæ, & fæminæ plurimæ, quibus nunc inter Deos locus esse præcipuus creditur, & hominibus nati, & homines fuerunt. Sed quòd virtute præstiterunt, & ut ceteris ad recte vivendum, beneque merendum prælucerent, laboraverunt, idèd eos hominum fama, beneficiorum memor, in confessu, concilioque cælestium collocavit. Atque ipsos, quos vocamus majorum gentium Deos, aliosque quàmplurimos quos in Deorum numerum retulimus, hinc à nobis egressos, & in cælum profectos, facillimum erit agnoscere. Maximum verò argumentum est, quòd de illis credimus, id esse verissimum, quòd & tantus tot sæculorum, doctissimorumq; hominum consensus veritatis vox ipsa esse videtur: & quòd tantæ, tamque præclaræ virtuti, quem alium vere congruentem locum tribuere oporteat, non sane reperies. Quis est autem tam demens, ut, quos innocentia, liberalitate, & singulari quadam ac præcipua virtute Diis proximos intelligat, iis sejunctum à Diis tribuendum locum censeat? Et, cùm hominis animus terrena respuat, ad supera semper feratur: qui non solùm tacito naturæ impulsu, sed voluntate reque ipsa, ut quàm maximè cælestibus similes essent, præstiterunt, eos licèbitne cælo esse privatos?

Quid enim? An boves, canes, lupos, feles, pisces in Deorum numero habebimus? Et quos nobis natura præsidii, auxiliique causâ animantes genuit, eos per inscitiam Deos judicabimus? Quibus nihil sædius, obscenius, lutulentius, ne natura quidem ipsa viderit. Etiamne animalium monstra illa, à quibus hominum generi præcipua incommoda inferuntur, crocodilos, aspidas, serpentes, ceteras feras, & immanes belluas, in Deorum numerum referemus? Quid erit aliud, naturam invertere, & jam summis, summa infimis commutare? Et cum tantam in his imperitiam, barbariamque agnoscamus, taménne ista penitus inania pertinaciter defendemus? Eademque inscitia cæpas, allia, fructus ceteros, qui oriuntur è terrâ, in Deorum numero reposuit Ægyptus. Quæ haud scio, cur longiori oratione refellere sit necesse. Incredibilis est enim eorum absurditas, ut nulla esse possit aut pertinacia, aut imperitia tanta, quæ non ista aspernetur atque refugiat. Imbres autem, nimbi, procellæ, si à nostris consecratæ sunt, id antiquissimis populi Rom. ritibus, ac cæremoniis receptum, & confirmatum est. Quæ tolli, aut perturbari, cum & satis firmâ ratione nitantur, & usu jam ipso confirmata, & approbata sint, sine nefario scelere non possunt. Græciam verò, quàm paullo antè laudibus ornavimus, hoc loco non sanè laudare possumus, quæ Cupidines, & Amores satis audacter, & temerè in Gymnasiis ædibusque publicis consecrarit. Quid enim Cupidini, aut Amoribus cum Gymnasiis? Aut, quid ea consecratio vel ad considerandum, vel ad imitandum asferre potuit honestatis, aut boni? Nihil enim temerarium, nihil insipiens in Deorum consecratione esse debet, nec, quod ullam vel levissimam aut turpitudinis, aut ullius omnino imprudentiæ suspicionem asferat. Quales videri possunt eorum consecrationes, quorum in rebus probitati, pudorique contrariis numen esse, potentiaque creditur. Qui ergo ad hominum vitam vel adjuvandam vel excolendam, atque exornandam aliquid attulerunt, quique virtutibus, rerumque gestarum gloriâ præstiterunt, eos nemo dubitet, jure deos habitos, divinoque cultu affectos esse. Neque ego ullo pacto auderem hoc primus prodere. Non enim tam studiosè quæ laudari possunt, appeto, quàm reformidare ea soleo, ex quibus possit aliquid vel levioris culpæ redundare. Cum verò & mares, & fæminas complures in Deorum numero esse videamus, & eorum in urbibus atque agris augustissima templa veneremur: assentiamur eorum sapientiæ, quorum ingeniis, & inventis omnem vitam legibus, & institutis excultam, constitutamque habemus. Tantis enim ducibus aberrare non possumus, nec à nobis, sed ab

sed ab illis ipsis, quos sequimur, rei tam justæ ac debitæ ratio reposcetur. Jure enim fecisse putandi sunt, qui ne quem virum, aut fæminam præclarè meritam debito honore spoliarent, eorum memoriam sanctam venerandamque esse voluerunt. Nos autem injustè ageremus, si quos pari cultu venerationeque dignos cognovimus, eos pateremur silentio præteriri. Neque hoc de te unâ, mea Tullia dictum volumus, cujus exstabant virtutis, prudentiæ, doctrinæ, continentię, ad omnem æternitatem impressa vestigia, sed de iis omnibus, quos tali honore dignos aut ipsi vidimus, aut futuro tempore posteritas intuebitur. Nunc autem de te loquar, quam non ego amissam, aut mihi penitus ademptam, velim dicere: cùm illucescat menti meæ quotidie magis præclarissima nominis tui, tuarumque virtutum gloria. Vigebis autem memoria, quamdiu monumenta exstabant illa, quibus eximia consignata sunt tam excellæ laudis testimonia: quæ sempiterna fore, cùm præstantissima sint, plane confidere debemus. Tibi igitur numquam me debitum persolvissè officium putabo, nisi de me optimè meritam, quem eximie coluisti, ac de patria, quam semper ornaisti, supremo honore decoravero. Id autem facile consequar, cùm is locus, quem tibi delegi, sempiternam habiturus sit religionem. Nostra verò si qua erit ex ea re consolatio, quæ magna certè erit: aut, si qua laus ex paterna pietate, mihi certe jucundissima acciderit. Nihil enim aliud vel audire, vel memoria repetere libentiùs possum, quàm me in eam, quam summe dilexerim, summeque diligendam merito suo censerim, quàm maxime pium, gratumque esse. Cùm præsertim in alienos, quia de se optime erant meriti, tam prolixos liberalesque sese, & majores nostri, & exteri præbuerint. Quòd si ullum unquam animal consecrandum fuit, qualia multa consecraverunt Ægyptii, quod nullum profectò fuit: si Cadmi, aut Amphitryonis progenies, aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit: huic idem honos certe dicandus est. Quod quidem faciam, teque omnium optimam doctissimamque, approbantibus Diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Tu ergo in eo ipso fano, quod ad nominis tui memoriam ac cultum, votum dedicatumque est, & laudari te, & colis senties. Maxime autem lætaberis in eo, quòd & eum tibi, quem maxime debui, honorem persolverim, & me simul iniquissimo fortunę imperio penitus exsolverim. Nosti enim, quàm semper alacri fortique animo cunctis casibus restiterim: ut ne me quidem, pulsum patria, omnique plane dignitate spoliatum, tam acri impetu fran-

Lactant. ibidem. Non nasci longè optimum, nec in hos scopulos vitæ incidere. Proximum autem si natus sis, quamprimùm mori, & tamquam ex incendio effugere violentiam fortunæ.

Lactant. lib. 3. c. 14. Sed nescio, qui nos teneat error, aut miserabilis ignoratio veri.

Cic. Tusc. 1. Lactant. De irâ, cap. 10. Instit. lib. 1. cap. 5. Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terrâ natum, atque fictum esse videatur nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prævideat, & complecti possit præsentia, quæ sola divina sunt, nec invenientur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi à Deo. Singularis est igitur quædam natura, atque vis animi sejuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud, quod sapit, quod vult, quod viget, cæleste & divinum est, ob eamque rem æternum sit necesse est, nec verò Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quædam, & libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens, & movens, ipsaque prædita motu sempiterno.

Lactant. lib. 1. c. 15. Cùm verò mares & fæminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus, & in eorum urbibus, latque agris augustissima templa veneremur, assentiam eorum sapientiæ, quorum ingenii & inventis, omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus. Quòd si ullum unquam animal consecrandum fuit, illud profectò fuit, si Cadmi, aut Amphitryonis progenies, aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit, huic idem honos certè dicandus est. Quod quidem faciam, teque omnium optimam, doctissimamque approbantibus diis immortalibus ipsis in eorum cœtu locatam ad opinionem omnium mortalium consecrabo.

Lactant. lib. 3. c. 18. Nec enim omnibus idem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in cælum patere. Nam vitiis & sceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in ceno jacere docuerunt. Castos autem, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis, atque artibus expolitos leni quodam ac facili lapsu ad Deos, id est, ad naturam sui similem pervolare.

Lactant. lib. 3. cap. 29. Cedo & manum tollo.

JUSTI

JUSTI LIPSI
SATYRA MENIPPAEA.
SOMNIUM.

Lusus in nostri ævi
Criticos.

diatur. At verum erat, in superiores adulatio, demissio. Aut quid tale.

PAG. 923. LIN. 47. *Quam etiam vitâ ipsâ profundendâ, si opus fuisset, libentissimè redemissimus.] Nihil opus erat te profundere illud profundendâ.*

PAG. 925. L. 10. *De avaritiâ verò, maximâ animorum peste, nolim hoc loco disputare: quæ in deside atque otiosâ mente quàm maximè exoritur, eaque erectiores animos & altiores dignitatis gradus maximè sollicitat.] Satin' hîc sanus es? In desidem mentem cadere avaritiam vis, statim in erectam. Et quid hoc est, sollicitare gradus altiores dignitatis? Nisi se: monis sordes.*

PAG. 926. LIN. 5. *Quantum Tullia mea ex maritorum ærumnis & difficultatibus luctus percepit?] Cur non maritorum mortibus, nisi quia id nescisti?*

PAG. EAD. L. 28. *Mirum, ni sese abjiciat, &c.] Mirum si tu te aut verba tua capis. Et hoc magis mirum, quòd te non abjicio.*

PAG. EAD. L. 38. *Herodoto auctore, Argia sacerdos.] Egregium & aptum sanè exemplū. Sicut & reliquæ hoc libell., quæ ferè ex eodem Herodoto sumit. Prorsus ad morem Ciceronis.*

PAG. 928. L. 14. *Ad alendum dolorem angulus.] Dixisset saltem, ad tegendum. Jam illud quid est, quod addis, non objiendum eum insipientibus? Angulusne solet objici?*

PAG. 930. L. 32. *Statim eorum consuetudinem regulabimus, & ad suavissimam vel consuetudinem, vel convictum redibimus.] Hæc quidem unius vocis iteratio ex ipso mirothecio Ciceronis.*

PAG. 933. LIN. 10. *Artabani viri sapientissimi.] Sapientissime. Et vide lector totum exemplum, si libido tibi ridendi.*

PAG. EAD. L. 29. *Nam quem tuetur atque diligit Deus, Juvenis supremum mortis intrat limitem.] Etiamne facis versus? Sanè venustos. Exprimere illud tritum voluit, Οὐ γὰρ θεοὶ φιλῶσιν, ἀποβήσκειν. Sed quid est hîc tuetur? tibicen ineptus fulciendo versus.*

PAG. 934. LIN. 25. *M. Regulum, C. Marium, L. Brutum ob liberandam patriam interfectum prætereo.] Quæ exemplorum hæc conjunctio? Regulus sanè ob fidem periit, Brutus ob patriam. Sed quomodo medium his C. Marium inseris? Dissimillimum illis, & quem morbo functum scire debes in patriâ, quam tunc maximè evertibat.*

PAG. 938. LIN. 28. *Quidenim interest inter eum, qui vinculus ab hostibus, & carceribus conclusus, obsideatur.] Fatuelle. vincti obsidenturne in carceribus?*

PAG. 942. L. 31. *Desunt nonnulla.] Jam persuades verum te Ciceronem esse, quia mutilus. Ubi ergo repertus? In quo specu, aut sepulcro? Desunt nonnulla. Sanè. Hic & ubique signa bonæ mentis.*

PAG.

- PAG. 965. L. 19. Quos enim cursus, quos venatio delectat.] *Falsum aperte.*
- PAG. 968. L. 42. Cum verò & mares, & fœminas complures.] *Hoc verò germanum Ciceronis est. Scimus enim relatum à Lactantio lib. 1. At tu dividis, & tua ineptè inseris: quæ faciè se produnt. Longè enim aliter, ut ille ait, caruli olent ac fues.*
- PAG. 969. L. 20. De me optimè meritam, quem eximiè coluisti, ac de patriâ, quam semper ornasti.] *In feminâmne hoc convenit? Aut Tullia benè merita de patriâ? Abi verè Tulliane puer.*
- PAG. EAD. L. 32. Quòd si ullum umquam animal consecrandum fuit, qualia multa consecraverunt Ægyptii, quod nullum profectò fuit.] *Hoc bellum non intellexit fragmentum Ciceronis; itaque vocibus aliquot insitis sententiam totam pervertit. Nam è Lactantio scimus Ciceronem hæcenus scripsisse. Quòd si ullum umquam animal consecrandum fuit, si Cadmi aut Amphitryonis, &c. Homo acutus putavit animal de belluis tantum dici, & stultissimè ad Ægyptios ritus aptavit.*
- PAG. EAD. L. 40. In fano, quod ad nominis tui memoriam votum dedicatumque est.] *Falsum. Concepit enim de fano Cicero, & si vis, vovit: at numquam dedicavit.*
- PAG. 970. L. 8. Itaque nihil habui quod dicerem, nisi, Cedo, & manum tollo.] *Hoc quoque Ciceronis frustulum (fecit idem in aliis) frigide nimis hic inculcat, & ut planissimè appareat intextum.*
- PAG. EAD. L. 15. Tu ergo, quando me, &c.] *Hic quidem epilogus tam egregius, tam aptus, ut histriionem hunc exhibitura ipsa plebs sit. Sed desino, & jure laço manus. Habes judicium meum. In quo si aliqua asperitas, ne mirare. Fatua enim hæc superbia tanto nomini se inserentis, dignissima insectatione fuit.*

FRAGMENTA GERMANA, EX IPSO LIBRO

M. TULLII CICERONIS.

Quæ adjunximus ad discrimen, & ad
usum Lectoris.

Plinius. Crantorem sequor.

Lactant. lib. 3. cap. 18. Luendorum scelerum caussa homines nascuntur.

Lactant.

gere, ac deicere fortuna potuerit. Cum inimicis autem quanta contentione decertaverim, quæque mea fuerit in iis refutandis, frangendisque virtus, & constantia, norunt omnes, qui varios civitatis nostræ casus curiosè notaverunt. Cùm verò, Tullia, te mihi extremo loco fortuna ademisset, tum equidem intellexi, quantum illa in rebus posset humanis, quantaque adversus me ipsum vi, ac potestate niteretur. Itaque nihil habui, quod dicerem, nisi, Cedo, & manum tollo, cùm tam gravi accepto vulnere, planè dolore perculsus, atque afflictus essem. Nunc autem & præceptis sapientiæ adversus omnem fortunæ vim confirmatus, & te consecrata, in cælumque recepta, tanta affectus voluptate, ac lætitia, quantam animo capere maximam possum, exsultare plane videor, victorque de fortuna, ac de omni prorsus dolore triumpho. Tu ergo, quando me insigni, & excellenti tuarum laude, memoriaque virtutum, tam præclare juvisti, nunc ab hominibus sejuncta, non me deserens, sed aliquando respectans, perduc eò, ubi tua tandem colloctione conspectuque fruar: ut & parenti tui amantissimo, quam potissimùm optare debes, gratiam referas, & ego multò mihi gratiorem, multoque jucundiolem congressum nostrum futurum intelligam, quàm insuavis, & acerbis digressus fuit.



J. L I P S I U S
CHRISTOPHORO
P L A N T I N O

S. D.

LIBELLUM novitium, quem Italia nunc sub-
misit, mi Plantine, vidi. Quæris quid senti-
am? Nihil in eo quod trahere lectorem possit, præ-
ter nomen. Cicero enim præscribitur. Quo ipso in-
ductus avidè sanè legi. Sed primò displicuit; &
cùm iterùm legi, evuluit. Quis autem ille suavi-
ludius, qui latere se posse censuit sub hac personâ?
Malè mehercules de sæculo nostro judicavit.
Quid enim tam dissimile ab illo auro, quàm hoc
plumbum? Ne simia quidem Ciceronis esse potest,
nedum ut ille. In re & inventionè, pleraque pro-
trita & obvia: in phrasi, pueriliter aut ineptè imi-
tata. Nihil usquam nervorum aut sanguinis: ac
ne color quidem, nisi cum apertâ cerussâ & fuco.
Et vtsne examinemus paullùm causâ nostræ ju-
ventutis? Sed breviter. Nam relegere omnia, ne-
dum ut sublegere, tædeat pigetque.

Exordium ipsum incohærens inconsequens: &
in contextu periodorum, non caussæ pro causis.
Quod vitium ei proprium, & diffusum toto libello.

PAG. 922. LINEA 13. Qui enim hominem se esse agno-
scit, cur ea, quæ hominis maximè propria sunt, re-
cusare ac rejicere audeat? Quod simul ut fecisset, &
imprudens & injustus meritò haberetur.] *Satin' hæc
Latina? Hoc volebas & debebas scribere, quod qui faciat, &
imprudens & injustus meritò habeatur.*

PAG. EAD. L. 43. In pares ferocia, in superiores super-
bia, in infimos arrogantia.] *Vide quàm rectè gra-
diatur*

JOSEPHO SCA-

LIGERO

JVL I CÆ S. F.

S. DICO.

Quæ lusi hoc biduo, mi Scaliger, super ambitione & imperitiâ quorundam, qui Criticos se dicunt (veros enim germanosque tangere mihi mens non est, non fuit) ea ad te mitto. Et puto favebis muneri non Editoris solum causâ, quem scio amas: sed rei ipsius. Quæ etsi ludicræ & propemodum scenicæ levitatis, habebit tamen fortean quod te delectet imagine aliquâ prisca & non vulgati ritus. Te delectet, juventutem doceat: cui etiam remissiones nostras volumus servire. Satyram inscripsi. Et verbum minax fecerit imperitis fortasse terrorem. Frustrâ, quia sine dente, sine felle est: levitantum sale inspersa. Eoque adeo non bono: ut verear ne priusquam in manus tuas venerit, putifcat. Unum aut alterum tetigi pænè nominatim. Sed quid? in re adeo levi, ut optem cupiamque; (quæ præjurationum verba sunt) IDEM IN ME. Tu tantum huic ludicro spectator applaude; mi Scaliger: flos unice nostri ævi, & qui elogium illud gentis tuæ verum ostendisti, GENUS DEORUM Vale.

Qq

AB

AD LECTOREM.

Quisquis eris bone vir Satyram lecture jocosam,
 Pone supercilium.
 Seria scripta legas caperanti fronte licebit:
 Hic joca, nugæ habitant.
 Vana tibi hoc schidium referet ludibria somni.
 Credere ne approperes.
 Credenti nil scribo, meos quasi somnia libros
 Qui leget, is sapiet.
 Sed magis is sapiet qui non leget, & sciet ista
 Affanias, apinas.

AD EUMDEM.

*Quædam in hoc scripto obscuriora fore juven-
 turi scio, Lector: idque consulto consilio à nobis
 factum. Satyra enim aliter non fit. Simul exci-
 tanda & attollenda ingenia sunt: ut aliquando pe-
 des ponere discant sine manu ductore. Oratio-
 nes, quæ insitæ, proximè ad stylum cujusque, ut
 potui, effinxi. Tibi si placebit hoc genus: nihil ter-
 giversor, quin brevè Funus & Triumphum (quæ
 adfecta apud me viderunt amici) expectes.*

JUSTI

JUSTI LIPSI
SATYRA ME-
NIPPÆA.
SOMNIUM.

Apta ad ritum prisce Senatus.

QUID hoc anno Romæ in Senatu, dictum, a-
ctum, cautum sit, volo memoriæ prodere. Fru-
stra me reficis, cum sublato digito, Sigalion,
non debet silentio perire res tam magna. Dicam
quæ vidi, quæ a divi, quibus interfui, quis ve-
rat? Ego suo coactoris abisse, & nivicam li-
bertatem redidisse. Si vera dicam, agnoscite: si falsi, ignoscite.
Adeon' hoc ævo difficilis venia uni mendacii est? Non-
ne & ego scio, quo loco extra portam Capenam aqua Mer-
curii sit? Scio, & jan. pudem eâ me adpersi: provide & in
anteceffum.

Desierant latrare canes, urbesque filebant,

Omnia noctiserant placidâ composita quiete.

vel, ut cum Verrone clarius dicam, jam noctis merities erat:
cùm tetigit me virga valentior Dîus Somnus. Atium nitem-
pus erat, itaque multæ & variæ circum caput meum volitan-
tes umbræ: donec sub Auroram Somnium ad me venit, lon-
gum, firmum, certum. Nam rectâ ad volare mihi visum è
Cornèâ portâ. Ejus hic habitus, & forma, Visus mihi sum
Romæ esse in foro, ad radices montis Palatini. Solitudo pri-
mò circa me: inde, ut fluctus è mari paulatim surgere visa
ingens multitudo, pallentium, exsanguium, macilentorum,
& à quibus Cæsar iure timuisset. Si recte notavi in creperâ
adhuc luce, partim è Bibliotheca Tiberiana veniebant, par-
tim Ulpia, ubi lintei & Elephantini libri. Rectâ illi iter
ad templum Apollinis Palatini. Inspexi curiose, quis mihi
notus, ecce autem. Dulcissime, te video? inquam ad Duzam:
tubic es? At ille vultuose:

Homer.

Quisquis
rum homi-
numque
tibi urbs?
qui paren-
tes?

Ichnitacum
ex Hom

Diui rai
per somnia
duxit Som-
nus.

Edicta
olim in
pilis co-
lumnisq;
appensa.
Bonum
factum.

Τίς, πόθεν εἶς, ἀνδρῶν, πόθι πει πόλις, δὲ πατὴρ;

Itaque ergo excidit tibi Lipsius tuus? inquam, an notorin
me dare vni? Et iam tu-bam in amplexus: cum illē effusu
in me, Vigilon' an dormio? Et sum acceptum esse Lipsi: m
meum? Quis Deus autem ē Belus te hic fluit? Deus, inquam.

--- Οὐδ' ἔμε ἐνύκτιον ἔχεν ἄνθρωπος.

Sed dic, sedes hanc turbam si qua sit? Vah, inquit, turbam
tu appellas? Senatus est litteratorum. Ego intentior jam, &
attentior, Senatus an? quod autem, & quid? Ille me pressum
manu sistit ad * pilam unam, sive columnam fuit, in porticu
templi Appollinis; & ostendens suspensam tabellam, Lege, in-
quit, besternum hoc edictum. Legiclarē (jam enim luce-
bat) in hæc verba. * B. F. CONSUL M. TULLIVS. M. F.
CICERO DIE GRASINI SENATVM IN TEMPLO A-
POLLINIS CVM PRIMA LVCI HABEBO. QVI PA-
TRES, QVI CONSCRIPTI, QVIBVSQVE IN SENAT-
VM VENIENDI IVS EST, MONEO SIVE IVBEO
FREQUENTES ADESTE. DE SVMMA REP. AGI SCI-
TOTE. QVI NEC ADERIT, MVLTAM PIGNVSVE
CAPIAM: EXCVSATIONEM NON CAPIAM: Para-
bam querere, sed Duxa me duxit porro ad vestibulum ip-
sum, aditumque templi. Video intrantes pauculos se-
nes, paucos viros, plerosque juvenes, & quosdam iuiber-
bes adulescentes. Et intrabant parum decore. Ego ad Du-
zam Eugepæ! inquam,

* Theo-
criti.

Confusa
ταῦτα Τρυ-
δανὲς velut
fuit.

* Ἀπόδο' ὄχλος. Ὁ δ' αὖτ' ὤπ' ὄρε.

Tam numerosus autem ille Senatus est? nonne lex mosque
vetus coercerat intra quadringentos? Mihi Duxa, Ita est,
ait, neque enim olim tam vulgò admitterant Censores.
Nunc quid? placitum est Divi Filii exemplum, & adscri-
pti passim in hunc ordinem semibarbari, semigræci, semilati-
ni. Denique anno, & homo, magnus proventus in Germa-
niâ poetarum fuit.

* Theo-
criti.

velut for-
ma a, in nu-
me i, & in-
fanti.

--- * Ὡς μέγας, ἀν' αὐτοῖς καὶ ἀνέροι.

Itaque valde numerus noster auxit. Dum fabulamur, fascēs
ecce duodecim procedunt, & audius strepitus licetorum submo-
ventium turbam. Consul hic est (ad me Duxa) M. Tul-
lius. Unus tantum? inquam ego: Ubi, & quis collega eius?
M. Attius Plautus est inquit: sed cubare eum in morbo a-
junt, nescio ubi & à quo nuper male acceptum. Interibi video
Consulem, ex lege, ante Curiam sacrificantem, & manibus
exta tenentem parum leta. Civis dissidii notus repperisse
ajebat aruspex. Ecce autem prelati & sex alii fascēs. Præ-
tor est hujus anni M. Cato aii Duxa. Sed quid stamus? jam
introitum oportuit. Ego admirans, Etiam tu in Senatu es?
Quæppini, inquit, inter Aedilicis? & * nuper adeo præbui lu-
dos. Sequere, & simul axi me pallio renitentein. Non hercle

* In sa-
tyris quas
ædicit.

ego,

ego, non ego, inquam. Metuis? ait. Validissime, legem, inquit, quæ Senatu arcet non Senatorem. Ille ridens, Ita olim fuit, inquit, cum Moribus antiquis res Romana virilique fectus: nunc Divus Augustus permisit promissa virili toga latum clavum inducere, & Curia interesse. Denique habes tabellam & Stylum? Tria verba Latina scribe: ego tibi spondeo & respondeo, non furcillabit te quisquam Censor. Jam intrabamus: cum vidit me, ut de via eram, gladio accinctum Duza. Heus heus, inquit, pone. Quid ponam? inquam ego. Gladium, ait, nefas enim in conspectu magistratus. Ego discinxi, & intravi. Conspicio subsellia sane longa, in summo sedentes, Capitones, Labrones, Silones, Frontones, omnes severos & — ἰλαροὶ ἱππῶν: in medio Philosophos, Medicos, Historicos: immo Comicos, Tragicos, Lyricos, Epicos poetas, quosdam ex in paucos, obstitos; quosdam lauru & anulo insignes, & Palatii Comitum. Qui isti cum lauru? inquam ego. Illine? ait Duza. Poeta sunt è nupero facti. Cur autem coronati? inquit, an vicerunt agonem Capitolinum? Non, ait, sed hodie ita mos valet ut non Phœbus, sed Imperator faciat vates: corona & anulo donet, inter equites scribat immo inter Comites. Hem! inquam, scilicet ad Cæsaris in L. berio exemplum. Sparsum adhuc habant Patres, mugin inresque & marmurantes: cum è curuli sua surgens Cicero silentium manu poposcit, & impetravit. Quies alta fuit, qualem conticinio noctis solet, ut audiremus

Fiorem illobatum populi, Suadæque medullam.
Ille vultu manuque formatus in habitum oratorum sic coepit.

Et si meæ partes sunt P. C. magis exquirendæ sententiæ, quam dicendæ: tamen in hac tantâ re publicâ quæ agitur, necessario prædicenda quædam videntur. Memoriam tenetis, quod gaudium omnium nostrum fuerit, cum ante paucos annos in Europâ renatum vidimus nomen litterarum. Legebamur, colebamur, è situ & tenebris eruebamur: adnitente in Italiâ Leone, in Galliis Francisco, divinâ quadam virtute viris. Quid multa? in spem, imò fiduciam ingressi eramus recipendæ pristinae dignitatis. Cum ecce exortum est genus hominum audax, inquit, ambitiosum, qui Correctores se dicunt. Incredibile est P. C. quam stragem & quàm late dederit ista lues. Philosophi Rhetoresque olim à majoribus nostris urbe pulsi sunt, ob suspicionem non maleficæ, sed novitiæ doctrinæ: nos Tarquinius istos impunè grassari patiemur? At enim nequid præter legem, inquiunt, & clementiam majorum. Habemus verò P. C. habemus

Oratio
Ciceronis
in Corre-
ctores.

Et tamen, ô patientiam! Hosce ego Consul video, & quos jam diu ferro ulcisci oportuit, voce nondum vulnere. Sed desino, ne longior oratio mea præjudicio fuisse videatur, aut sententiæ vestræ prævisse. Te Apollo Palatine, in cujus sanctissimo templo nunc convenimus, præsidem præstitemque Mularum; cujus auxilium nobis litterisque, in rebus incertis, certum sæpè fuit, quæso venerorque; uti pacem nobis ab istis propitius duis, & Senatui mentem quod maximè è re publicâ erit sentiendi & libertatem idipsum censendi.

*Finierat cum adclamatione variâ Cicero, & ego paulatim ad me redii (non herclè planè posito metu, quoniam sciebam imperiosum Consulem esse, & in Tulliano tot Senatores necatos unius jussu :) tamen caligo jam ab oculis abierat, & video ante pedes Consulis nescio quem sedulo scribentem. Belgæ mihi visus, è veste. Itaque inclinans me, Quis est iste? inquam ego ad Duzam, an quadruplator aliquis, & subscriptionem nobis parat? Risi timidissimam suspicionem meam Duzæ, & ab isto quidem, inquit, securus animies. Vervecem vides, non hominem: viculam meram. Actuarius est, Christophorus Longolius, quem, quia olim peritè admodum verba singula Ciceronis subsequi & sublegere solet, patres nunt fecerunt Censuralem. Inter ista verum M. Cicero, Rem breviter audistis Patres, inquit: ergo ut relationem faciam, QUOD FELIX FAUSTUMQUE REIP. SIT, DE CENSURA DEQUE IIS QUI SE CORRECTORES APPELLANT * Q. F. P. Dic tu C. Crispe. Tetigi la-*
tus Duzæ, quis iste Crispius, quis? Ille inquit, Romana primus historia. Cur eum rogat primum? inquam, & nonne inimicitie inter istos? Duzæ inclementius, In Curia es; inquit, an in Gynæceo? ita loquax. Tamen scio hunc Consulem designatum esse. Hoc habet, & tace. Momordit me tam præfractum responsum, eo magis, quod de inimiciis nihil: quas tamen suspicabar ex falsis oratiunculis temerè vulgaras esse. Surrexerat interea Crispius, cui caput pileolo re-
ctum, focale circa collum; & ipse, novo more palliolatus? Non fuit mihi animus rogare Duzam: sed tamen facile divinabam egrotum esse, fors fuit an plagis aliquot nuper ac-
ceptis. Ille insit.

Quid fieri placet.

Clementia & lenitas vestra, P. C. magnum mihi metum faciunt de Correctoribus dicendi, ne aut vobis parum animi adversum eos sit; & illis præsidium novum in audaciâ suâ pariter, & pudore vestro. Satellites quidem eorum defensoresque, homines clari nominis & doctrinæ, neque satis mirari. Consilia nefaria in nos cõita sunt; de vitâ cernimus,

Oratio Sallustii contra Correctores.

aut libertate : & ea proditum perditumque eunt isti Corneliorum & Varronum scilicet præclara proles. Prò, di tioni ! Ubi Porciæ & Sempronix leges ? Illis licetor, & virga & securis defensa à tergo nostro sunt : at nos flagris notique scryilibus obnoxii agimus adolescentum, aut vix virorum. Hanc in spem clarissimorum ingeniorum monumenta publicata sunt. Hæc præmia pro labore, & nocte bustoties vigilantis ? Quorum eos aded non poenitet, ut facta in gloriam numerent : novi Romuli scilicet litterarum & Camilli. Quin soli omnium, post genitas leges, sententiam ferunt e conjecturis. Divinos se dicunt. En, cui ludibrio canities nostra servata est ? Di bene vertant, cenleo, antiquemus collegium Augurum præ istis, & Quindecimviros fatalium librorum. Pessimi mortalium, ita vobis mala nostra irrisui sunt ? Et meritò, quoniam mollitia decretorum illis metum, nobis dignitatem adæmimus : & pacem libertatemque etiam nunc optamus magis, quam defendimus. Quin agamus, atque obviam eamus P. C. nihil prolatantes : neu spolia nostra diutius p. nes ignavos indignosque sint. Ego ita cenleo, per Prætozem Urbanum in Comitio comburendos eorum libros : ipsos in vinculis habendos : neu quis de solvendis ad Senatum populúmve referat. Qui aliter faxit eum contra remp. facturum.

Ad sedem Crispus, neque enim aut mos, aut valetudo ejus, ad longam orationem erant ! Et Consul M. Tullius nescio quid cum Catone secretò collocutus, Patres conscripti, inquit, multa hodie frequentia est, itaque non ibo per singulos : per Saturam exquirendæ sententiæ sunt. Dic, si quis voles e poësis. Non erat alia manus infestior generi Correctorum. Itaque capita paulisper inter se contulerunt, & dilectus est qui omnium nomine diceret P. Ovidius. Non tam Germani id pervicerant, quam quia constabat olim non ignobilem declamatorem fuisse, & Arellio Fusco operam dedisse. Propriæ quoque illi irarum causæ. Surrexit igitur infensus & minax vultu, oculis.

Ovidii
oratio ad
versus
Correcto-
res.

Patres conscripti, inquit, vetus exilium meum Tormos me referte, ubi ista non videam, non audiam. Quæ enim Barbaria non ante mores istos ? aut quæ vita nobis in hac colluvie Correctorum ? Perijt nativa illa & germana poësis, postquam hoc pestilens sidus ingenia adflavit. Videte, quis adolescentium hodie Phœbi laurum, ut nostro more loquar, mordere audet ? aut si quis audet ; quis lucidos & fluentes versus scribere ? Quis carmen mihi dat inge-

ingenui & sani coloris? Pigmenta nimirum quæruunt,
& auferticios fucos, & ab Ennio utque Pacuvioque
demortua verba. Ex qua tarragine siquid possunt
adiuere: ne illi gemmam adcentent, & quam in
prætecta, purpuræ cavent. Itaque redeunt iterum
Saturniæ lemæ, & huius

Verfus, quos olim Fauni vatesque canebant.

Stomachor, quis me, meoque numeros? quis Sta-
tium, Lucanum, Silium audet exprimere, ut non
statim audeat, *Odi profanum vulgus, & arceo*: Eo e-
nim ventum est, numerus centemur, & picbs
poetarum. Ite boni Patres, & retinere, centeo,
istos Lucumones. Quamquam utinam itultitiâ pec-
carent tantum: lævitia est. Nec enim contemniunt
solum nos: etiam lædunt. Quæ stigmata imposita no-
bis ab illis? quæ lentæ vibices? Referte si vultis ex-
emplum M. Antonii oratoris in Aquilio, & nuda-
te corpora nostra. Mentiar, si non plures cicatrices
nobis, quam verius. Collegam hunc nostrum T.
Lucretium videtis? virum perfectæ bonitatis &
qui ex disciplinæ suæ lege, *Ὅτι αὐτὸς περὶ τοῦ ἔχει, * Neq;*
ἐπ' αὐτὸν παρεχέ. Quid iuvat? audite rem novam P.C. *ipse nego-*
Una provincia, uno tempore, quos Prætores ha- *tium ha-*
buit: & de Lucretii spoliis bini eodem anno trium- *bet, neque*
phi. Cogitate quid miser ille passus sit, & proponi- *alteri ex-*
te vobis quos in Sicilia Verres. Quid noster ---- *imber.*
mana fidem lyre?

Ille quidem semiuftulatus, lentissimo igne. Faces illi.
Lampadius quidam admovit: restinxit alius ingesta
hydriæ suæ aqua. Quid Catullum loquar, &
Propertium, & Tibullum? Prometheus non ul-
trâ fabula est. Ecce nos, quorum viscera nova fa-
me cottidie rimantur & scindunt insaultæ aves. Vel-
lem Martialis adesse posset miterrimus poëtarum,
quem ajunt nimis Romanè scripssisse. Itaque inven-
tus est nescio quis popa, qui non vitia ejus, sed ip-
sum excidit & virum bonum, de quo non virgo
non femina quæstæ esset, fecit intestabilem. Nec aliâ
re abest novus Thulcus iste crespex, quàm quia scie-
bat mutilos, & debiles curia arceri, ex lege priscâ,
O fas, ô fides! Hæc fieri bonis, bono semine na-
tis? Vos medici ferte opem, Æsculapia proles. Ex-
surge tu, cui brachium truncatum: tu, cui crus fra-
ctum: tu, cui excussi oculi. Miseremini ô Patres,
& istos nefarios condignis pænis & ultione macta-
te. Ego sic censeo. Quandoquidem Correctores
calamo, stylo, ferro rem gerunt, nec finem ullum
faciunt

Martialis
castratus,
qui inseri-
bitur.

faciunt grassandi; sitque è rep. judicia & leges exerceri: eos omnes lege Corneliâ, quæ de sicariis est, accusandos, damnandos. Siquis severiorem sententiam attulerit, sententia mea nulla esto: illius rata esto. Hæc censeo.

Dixerat ardens incitatusque Ovidius, nimium vel ingenio vel adfectui suo, ut solet, indulgens.

---- cunctique fremebant

Assensu vario Patres.

* *Gen*
enim fuit
se ajunt.

*Itaque clamor jam, & confusa voces. Tribunianus inter Jurisconsultos audiebatur, Ecce me infelicem! & o vanos labores meos! Non corrigunt me solum, sed corripunt: quasi malâ imò * nullâ fide in exhibendis legibus veritatum. Quod sanctum, quod immotum est, tangunt, violatores majestatis, & ultiore gladio puniendi. Clamabat è Philosophorum subselliâ Plinius, Demite mihi has notas, has lituras, quas barbarus inussit. Ne ultra imperitus, ne tur, ne plagiarius audiam, vir illustri & Principum amicitia notus. Ante omnes, poenas mihi det ille qui in me unice conspiravit Pœnus. Plures erant ejusmodi voces, me judice, Correctorum res in extrema regula stabant: cum ecce Asconius Pedianus, & Verrius Flaccus, & A. Gellius, pluresque, quorum ferrum in igne erat, huc illuc concursabant, prensantes Patres, orantesque ut causam cognoscerent; ne totam gentem damnatam vellent, ob noxam paucorum. Sed inter illos insigne studium unius, novit, ut apparebat, & nuperi Senatoris. Non sustinui rogare super eo Duzam: converti me, ad proximum assessorem, Et o tu quicumque es, inquam, potes dicere nomen illius Senatoris qui præter ceteros sagax? Ille in aurem mihi infudit, Dionysium Lambnum esse. Non fesselli fabulans Duzam, & ille ad me, Tu Lipsi juvenis & incautus es, inquit.*

* *Homer.*
Sem, &
adoleſcenti-
es fuisse
ajunt.

* *A'ci ti vâtpoi àφεδέσθαι.*

Frater, inquam, mihi hoc dicto opus fuit. Nam scio Amyclas tacendo periisse. Interea M. Tullius circumibat applaudendos sedandumque tumultum: & cum eo, severo vultu, Prætor Cato. Patres conscripti, inquit, servemus disciplinam Curie. Quæ hæc res? Vos mera ovilia fecistis, ita balatis. Sedete, quiescite, & sententias perrogemus. Dic tu M. Varro. Ad Varronis nomen, subitum silentium fuit. Erat admiratio viri, magni, docti, & quod inter omnes constabat, partium nullarum. Surgit Varro, & inquit.

M. Varro-
nis oratio
pro Cor-
rectori-
bus.

Studii adhuc P. C. certamus, non sententiis. Vulnere quæ quisque à Correctoribus acceperit, commemorat: medicinam, quam acceperit, tacet. Addeò lubentius homines injurias, quam beneficia me-

mi-

minimus: & ultioni, quàm gratiæ parati sumus. Mihi P. C. alia mens est, sine studio, sine odio rem exsequi: & sententiam non ex ambitione meâ, sed usu publico dicere. Tibi primùm tortillime Consul respondebo, non quia obstringillare homini amico juvat, sed quia res aperienda est. Nec enim retulisti solum quid censeremus, sed præiuvisti. Novum tibi visum est istud corrigere, & a rege Franciscq. Miramur te hoc dicere, hominem historiæ gnarum, & ævi prioris. Multa sane ab illo rege præclara, & in bonum litterarum: non tamen istud. Jam inde nostra ætate, non certatio inter doctos fuit super Ennii Plautique locis? Ælius Stilo doctor meus non persæpe a Persio aliisque in scripturâ dissensit? non ego ipse? non tu M. Tulli ab hoc Attico? quem meminens tum alibi cum curâ quæ-rere, in Piræum, an Piræum scripsisset Cæcilius. Tu ferram in re levi cum amico reciprocas: ambigere in historiâ, reque graviore, vetitum istis? Quid loquor? tuipse ille acer perduellis Correctorum, Lucretium Carum correxisti: & in beneficio id gloriaque posuisti. Omitto Nigidium Figulum, Verrium Flaccum, Palæmonem, innumeros ejusdem Musæ: ecce produco hunc Valerium Probum ex Senatu nostro, *qui exemplaria vetera contrahere, emendare ac distinguere, & adnotare curavit; soli huic, nec ulli præterea, Grammatices parvi deditus;* Adde Asconium & Agellium; alterum Claudii, alterum Hadriani ævo. At illum non piguit, Descenderim an Descendere legendum esset, in Verrinis tuis anquirere: istum, Tris urbes, an tres Virgilius scripsisset: Stitisses an Steritisses Cato. Et laudi hæc inquisitio iis, non fraudi fuit: nos cur iniqui iudices in hujus ævi litteratores sumus? Non paria fortean præstant? Pace collegarum liceat, *majora.* Typographia hoc ætate inventa est, dono deorum quidem: non dubio tamen exitio nostro, nisi obstitissent, quia administra in libris corrigendis. Ii veterum librorum ope, partim ingenii fiduciâ, di magni, quot vulnera nostra, quot cicatrices sanarunt! Tu M. Tulli, tu C. Crispe, horum opem non sensisti? non tu Ovidi? impius es, si negas; stultus, si fateris. Et tamen nudari te postulas, magne Imperator. Credo ut dentem videamus suctumque tuæ Corinnæ. Ego ipse non Josepho Scaligero civicam de me coronam dedi? dedi, libens meritoque. Magna enim hæc res P. C. mihi credite,

magna,

Verba
Suetonii,
de Claris
Gramma-
ticis.

Illudum
ad jocum
veterem:
Nisi hic
se jacta-
set mag-
is te co-
medissent

magna, & non unius è plebe doctorum. Si quis a-
grum nostrum stantem sentibus deruncinet, benefi-
cium conferre censebitur: non conferent ii, qui à
vitiis monumenta nostra purgant, quibus solis vivi-
mus? Et tamen modus quidam & ars ejus rei est, fa-
teor, ne fiat quod in veteti fabula est, Thracius rusti-
cus: qui cùm vicinum putantem vites oleasque vi-
disset, ipse à stirpe omnes incidit. At enim pec-
cant sæpius Correctores; & vulnus faciunt, dum
medentur. Hic tu te Ovidi, jactas. Laudo, * nec
unquam gratiam tibi referet Crispus. Sicarios ap-
pelas, & lege Corneliâ damnandos. Cur ran-
dem? Patrem aliquis in acie servare voluit, & dum
hostem petit, gladio aberrante occidit: dictu Ser.
Suipici, parricida est? Negabis, voluntas enim est
peccandi, quam leges puniunt, non eventus. Si-
milie in utris sit, qui cùm voluntatem attulerint
juvandi, interdum tamen aberrant, & lædunt. Bi-
vium enim ad corrigendum, Libri, & Conje-
ctura. Prima via satis certa & tuta est: lubrica al-
tera, præsertim cùm in eam audaces & temerarii a-
dolescentes inciderint, aut adolescentium similes
senes, quos non eo defenium. Veros quidem ger-
manosque Criticos magno opere suadeo. uti retinea-
tis. Magnarum arborum umbræ nos & altitudo de-
lectant, radices stirpesque non item: simile in Cor-
rectoribus est, quorum operâ, hæc incorrupta pul-
chritudo artium manet quas miramur; manebitque
æternum, liceat modò per ignavos & inficientes
istos, qui alienam operam invident, parci ipsi sua.
Ego P. C. sic centeo.

*Recitavi que sententiam è tabella, quam Senatus est secu-
tus, & quam habes in SCio. Cùm dixisset Varro, incredibile
est quantum animi mutarint. Illi ipsi inter patres, qui insens
antea insensique. Correctoribus, juxta clamaverunt illud verum in
adsensu, OMNES, OMNES. Correctores discurrerant læti, hila-
res, & tanquam absoluti. Mea mens quæ? nolite quærere,
ereptus mihi videbar,*

--- mediis è faucibus Orci.

Nec tenuime quin ad Duzam respiciens clamarem,

Lucilii
verius.

Vicinus ó loci, & magnam pugnavimus pugnam.
*Paucitamen è pedariis, impedire aut differre rem conati, iden-
titer clamabant, NUMERA SENAFUM. Sed Varro recen-
ti inclinatione animorum utendum ratus, Consulem admo-
nuit uti discessionem permetteret, fieretque Sc. Permisit (Cris-
po tamen prius in adversa subsellia transire jussu) in hac
verba. QUI HÆC SENTITIS, IN HANC PARTEM:*
QUI

QUI ALIA OMNIA, IN ILLAM PARTEM ITE QUAE SENTITIS. *Pedibus plerique iere in sententiam Varronem. Crissus cum paucis remansit solus, & videbatur intercessorem querere. Ibi Ovidius ludo nebuli & joco fuit, qui deserto Crispo ad Varronis subsellia transit, non sine perfugii nota, & poetica levitate. Dedit se id dicebatur recenti merito Vileti Gifselii. De illius historicus venientem cum apud se collocavit, & eodem elogio ornavit. Dissectione facta, Consul dicis morisque causa addidit, HEC PARS MAJOR ESSE VIDETUR. Parabat etiam referre scribendum (nam Varro sententia sua breviter perstrinxerat) de litigio inter Correctores deque pace incunda: sed jam hora Decima erat, nec post eam fas incipere novam relationem. Itaque mittens Senatum, solemni verbo dixit, NIHIL MORAMUR VOS P. C. Illis conventus, mihi somnus solutus est.*

FORMA SC. TI.

M. TULLIO M. F. CIGERONE. M. ATTIO. PLAUTO COS. PRID. KAL. OCTOB. IN AEDAE APOLLINIS PALATINI, SCRIBUNDO ADFUERUNT. M. TERENCEIUS VARRO. P. NIGIDIUS FIGULUS. VERRIUS FLACCUS, C. CORNELIUS TACITUS.

Quod M. Tullius cos. * V. F. de Correctoribus, * *Verba fecit.*

* D. E. R. S. ita censuit. Correctores, hoc difficillimo rei litterariae tempore utibiles necessariosque esse. * *De eadem re Senatus*

Non eos tamen promiscuos: non indoctos, rusticos, petrones, sed qui consilio, reque apte juvare scriptores priscos possint.

Ea re Senatui placere, uti lex Annaria servetur: ne quis minor xxv. annis Correcturam petere, gerere, possit; quique aliter petierit, gesserit, vitio creatum videri, & correctiones ejus in Acta non mitti.

In senibus depontanis, quique majores annis LX. si semper legem esse.

Utique Censores M. Fabius, Pomponius Atticus, alter ambove, de doctrina deque moribus petitorum cognoscant, statuunt, judicent. Quos hinc admitterint, probos esse: quos rejecerint, repulso & reicillos.

Siquis è libris bonis fideisque correxerit, laudi semper esse, siquis è conjecturis, noxae.

Nisi eae clarae, liquidae, certae sint.

Qui aliter cumque divinationibus usus; in eo leges veteres & edicta de Mathematicis valere: Porcias, Fabias, Sempronias leges non valere.

Item:

Itemque quoniam duplex morbus Correctores ple-
ros teneat, Litigium & Prurigo : utrique rei Sena-
tum prospectum præcautumque velle.

De litigatoribus, uti quicumque post hunc diem
cum altero velitarj, præliari, verbis, scriptisve ausus
fuerit : eum eoque in ludj gladium damnari; uti proxi-
mo munere, colligati inter se, pugnent sine missione.

De Pruriginosis, quos manum stylumque abstinere
à nullo loco audiant, sano sive infano : uti Cornelius
Celsus Ædilis dispiciat, qui ex iis sanari possint, quiq;
non possint.

Qui posse videbuntur ; eos deponi in templo Æscu-
lapii quod in insula est, ibique ellebori bibere quantum
satis erit. Qui non possint ; eos in exilium ad Cimme-
rios deportari, ubi lucem non videant & libros non
legant. Siquis ambiguae valetudinis erit : eum ad tem-
pus relegari in Atlantidem insulam, ubi memorantur
somnia non videri.

Quoniamque multi ex hoc ordine pulsatos acceptos-
que indigne se à Correctoribus querantur ; placere u-
niversis conscriptis eam injuriam contumeliamve im-
punem non esse, in vivis mortuisque.

In vivis placere, uti L. Cassius Prætor de causa eo-
rum cognoscat, quosque noxæ ejus compererit ; eos
melle & sesamo oblitos, diem unum destitui ad caldum
solem stilis vesparum & muscarum.

In mortuis, uti Menippus Philosophus, qui viam
novit, ad inferos proficiscatur : & cum Æaco de pœ-
nis eorum agat.

Hæc ita censuerunt. Siquis huic Sc. intercessisset,
placere auctoritatem perscribi, de qua eâ re ad Senatum
populumque referri.

GULIELMI BUDÆI PARILIS LEX
è libris de Affe.

*Quidiscendi cupidi sunt, juratissimi cujusque scriptoris
majestatem comiter conservando.*

*Quod secus (ut sunt humana) dictum in eorum cujusque
libros irrepserit, obrepserit, fefellerit.*

*Qui de eo dicto indagandæ veritatis ergo addubitet, addubi-
taverit, questionem refutat, retulerit :*

*Quod eorum ab unoquoque absque dolo malo, livore animi,
factum sit :*

Ejus rei multa ne sit.

Nec bonorum offensio, quod est instar ultimi supplicij.

I N D E X

I N

LIBROS CHRITICOS

J U S T I L I P S I.

A

A

Littera vocalis gemino sono elata crasso aut exili : cum crasso, scripta duplex, ut Vaala, &c. sæpè statu interposita, ut Ahala.

Exempla passim in

M. S. S. Numis & lapidibus 18, 19
 A memoria &c. præmissio nomine personæ, tituli sunt ministerii : ut Thallus à manu, Polybius à studiis : eaque liberrorum plerumque officia 642

A summo bibere, quid? 380

Aala, Ahala, pro ala 19

Ab ira, pro ob iram 533

Abdita delubri 847

Abelox vel Abilux, hominis Hispani nomen 497

Ablativus pro Dativo 908

Abrahamus Ortelius 550

Abstinerè aliquem ab aliqua re 488

Accedere ad manum quid 778

Accensi ministri magistratuum 723

Accentuinculæ, pro accentus 47

Accentus in recta pronuntiatione observandus, quid : quod duplex 46, 47.

singulorum notulæ, eorumque præcipuus tenor, qui exoche quadam plerumque simpliciter Accentus vocatur 48

Acceptissime, cum favore, grato animo 856

Accius emendatus. 315, 340, 401, 440

Acclamatio in ludis 786. ad laudes Principis 787. quæ in ea voces ibid.

modulis & concentibus facta 788.

in quibus oraria usus ibid.

Acclamatio Senatoria, Omnes 743

Acclamationis dignitas 783

Accumbebant veteres ad mensam 371

Accumbendi modus 373

Acerna mensa lautiorum 371, 372

Achilles Statius, Lusitanus 233. ab eo recessum 234

Achilles Thetidis filius 909

C. Acilius Senator 767

Actito & actitari, quomodo initiali A produci intelligendum 57

Actores in rebus fori, auriculam tangebant attestati 585

Acutus accentus, aut tenor, quid & ejus nota 48. quomodo efferendus 53

Ad Junonis &c. omisso, Templum, ædem 535

Ad memoriam, ad vestem, ut à memoria, à veste 642

Adamantii Martyris de V & B litterarum affinitate libri, excerpta in Ortophographia Cassiodori 266, 23. in eo quædam inepta 33

Additamenti nihil præter nomen, sicut statua, sermo proverbialis in Nobiles inertes 215, 521

Adduciturus pro adducturus 421

Adgressus pro aggressus 327

Adigere arbitrum, phrasis fori verè 115 692

Adjutabilis opera 325

Admittere verbum augurale 319

Admittere in se vinum, quid 718

Admovere lineas, pro urgere, accedere 790

Adolphus Mekerchus 490

Adorantiam habitus 774

Adoratio manu, qua forma 774

Adoratio propriè quid? ibid: Ejus crymon ibid.

Adoro pro vehementer oro dixit Proptius 276

Adpe-

Adpectorare pro pectori applicare	539	Africanus mds	771
Adplaudendi viris illustribus in theatris		Agellius, an aulus Gellius dicendum	
mos: quem honorem post sibi ferè		sit, lis ridicula	322, 456, 595. quan-
solis tribui voluere Imperatores	786	do vixerit, 987. ejus editionem	
Adriani Junii correctio	405, 461. Ejus	promisit Obertus Giphanius paratam	
laus	461	etiam habuit Liplius, sed suppress-	
Adspere quid	656	lit 765. judicium ejus de Seneca,	
Adurrectum & plaustum honestioribus		idque examinatum, & super eo	
786. nepotibus suis adsurgit vetuit		acris ac vera censura	573
Augustus,	ibid.	Agellius emendatus	208, 220, 281
Adverbia, an accentu discriminanda	55	294, 322, 359, 421, 521, 522, 547, 548	
Adversus lectus, quis & cur ita di-		363, 595, 653, 702, 716, 717	765,
ctus	695	666. idem citatus, aut allegatus, &	
Adulatorum cernuare	544	sapè illustratus 794, 824, 843, 507	
Adiphthongus nullo modo, quod ho-		644, 647, 732, 794, 824, 846, 575, 58	
die sit, ut E simplex pronuntianda	29	Agentes in rebus, qui?	666
Ades superior vel superiores, quid		Agere satis	719
Suetonio	641	Agere secundas, quid?	432
Adiles frumentum publicum popu-		Agrariz rei scriptores veteres, in manu	
lo dividere aliquando soliti	658, li	Franci Nansii, eorumque index	688
Cereales, à Cesare creati	663	Agrariorum legum veterum capita ali-	
Adilibus viatores, non lictores	732	quot varè correctæ	683
Adilium munus, fere proverbii in-		Agricultio finis ergastulorum	798
star usurpatum	225	Agris pulsi ingenui ibid: ad eos coleu-	
Agidius Vliegerius	609	dos empti servi barbari ibid: hæc in-	
Agyptii frumenti modus	669	ter causas lapsi imperii Lucano ibid.	
Agyptiis leones inter Deos	477	Agrorum multitudo apud divites lege	
Agyptus tributaria facta, damnata		Stolonis coercita 797. non diu ibid:	
in magnum numerum frumenti	668	Ahala, Aala, pro, Ala	19
Alianus citatus	477, 496, 767	Alba, seu Albata, factio Aurigarum	
Alius Stilo nobis scriptor	787	Circens	457
Alilia Aonia Aufonij mater	733	Alba toga alia à candida	643, 644
Almilius Magnus Arborius, Aufonii		Albaniz olim Rex quàm fortes canes	
avunculus	ibid.	Alexandro olim aederit	837
Almilius Probus explicatus, aut cita-		Albati Romani diebus festis, quomodo	
tus	697		645
Alra multa pecuniaria	422	Albati servi Imperatorum	736
Alre lavari quid?	418	Albinovani Carmen percursum	519
Alrice ducere, statuatorum	260	Albqgalerus	717
Alrofana Cupidinis apud Plautum	507	Album addi vetitum in vestibus can-	
Alschinis locus, quem Cicero imita-		didatorum	410
tus videtur	257, 287	Albus color in vestimentis Romæ di-	
Alstimium, æstimatio	538	gnissimus, ut, proprius libertatis 735.	
Altas, mala merx tergo	350	& honoris ergo servi Imperatorum	
Altas exita	719	albati	735, 736
Alta mons, in ejus ignibus describen-		Alciati correctiones non receptæ	409
dis collatio Pindari & Virgilii	765	204. ejus non bona explicatio, vocis	
Affrata mens	795	catalogus	330
Afrani Nauci	454	Alcibiades litteram R. vix pronuntia-	
Afranius emendatus	265, 339, 402.	re poterat	42
433, 507, 614. idem citatus	286	Aleam jacere, phrasis proverbialis	639
Afri olim vulgò Latine scivere	13	H. Alexandri error	918
Afri plerumque in scribendo acuti &		Alexander ab Alexandro frustra secute-	
asperi	829	ciat in loco Suetonii	713, 714
Africa urfos non gignit aut paucos	769	Alexandriz totum, Athenis dimidium	
Africz Princeps qui?	700	proverbium verus	510, 511
Africanz distinguuntur ab uris	771	Alexandrina classis, quantum frumen-	
Affricani frumenti modus	669	ti quotannis advexerit	668

Alexis

Alexis Comicus.	279. 356. 375. 406.	Angerona , dea silentii apud Romanos	389
Alfonsus litterarum & lieteratorum amantissimus	508. à gravissimo morbo solus Q. Cuncti lectione recreatus 586. etiam studii Critici amator	Angues ignei	765
Ali rei	522	Animadversio. quid ?	724. liſtorum proprium ibid: clamore fieri solita
Alia omnia sentire , senatorium verbum	589	Animalia cuique regioni peculiaria , pro cali , aut soli , aut ipsorum indole	769
Alizna lex	689	Animos pro animus antiquè	554
Alio die , formula augurum.	894	Animum vincere , præclarior quam adversarium	219
Aliquam multi , aliquamplures	819	Annius Florus 771. laudabile ejus compendium ibid: irridet Judæos sed malè 772. correctus	822. 824 &c.
Aliquant; aliquot	595	Annaria lex	989
Alis antique pro alius	432	Annianus apud Agellium quid de quadam syllabarum tenore censetur	50
Alphenus apud Catullum , quis ?	274	Anno , absolute , pro anno præterito.	318
Alterutrum pro alterutrimque	548	Annonaria lex à P. Clodio lata	660
Altrifsecus adverbium	831	Annonæ præfectura ab antiquis sumpta 664. Ejus dignitas ibid: vilitas ibid: & munera	ibid.
Alvaresius. Africam lustravit	769	Annonæ dividendæ curatores duo 663. postea quatuor 664. postea plures ibid: Sallustii de annonis judicium 671. etymon annonarum	665
Amantium potius tremere quam timere	601	Anquirere , id est inquirere valdè quærere	908
Ambrosius explicatus	807	Anquirendi vox Livio restituta	556. &c.
Amicz in computationibus nominata , & totidem cyathi obibiti , quot in earum nominibus litteræ	383	Antæxanus Hercules , apud Ciceronem	430
Amicz Jovis in Capitolio	818	Antecedendi ratio apud Romanos	763. 764
Amicarum fores vino persuadebant amatores	575	Antecœna , vel Antecœnia quid ?	375
Amici ipsi inter sese vocabant fratres	391	Anted pro ante.	339
Ammianus citatus & crebro illustratus 499. 544. 640. 641. 658. 730. 778	316	Antefixa quæ ?	594
Ammonitrix pro admonitrix	641	Antelucio adverbium	830
Ampetius Præf: Urb: thermopolia vetuit	577	Antestari quid ?	585
T. Ampius ævo Ciceronis quis ?	10	Antestandi mos , imo auricula attestati tacta , & de ea lex vetus	1194
Analogici libri duo à Julio Cæsare scripti	230	Antidamas Demarchi , subaudi filius	356
Ancillæ delinquentes graviore penſa onere puniuntur	747	Antidhac pro Antehac	411
Ancillarius , vel Ancillaria , orum	747	Antigoni Regis sedatus animus , & quam contumeliarum patiens	468
Ancillariorum pater	694	Antiochus Syriæ Rex non tam gestit contra Romanos bellum , quam movit	825
Ancus Rex , quod Numæ Regis tantum nepos nominaretur , ejus pater ignoratus	661. 739	Antip	Antip
Ancyran lapidis inscriptio , continens brevium rerum ab Augusto Imp: gestarum	592		
Andreas Papius	575. 595.		
Andreas Schottus	828		
Androclus non Androclus	767		
Angeli Politiani correctio	580. ejus proba versio		
	642		

Antiphanes Comicus	366	Aqua calida potata Romanis & Græcis, idque in deliciis, eaque solitaria aut infusa vino	640, 641.	
Antiquæ lectiones Lipsii Thomæ Redingero inscriptæ	308	is potus nocuusne an contra	643.	
Antiquitatis studium Theologis adju- mento est	534	duplex autem appositæ initio men- sæ calida, frigida	ibid.	
Antium locus amœnus, & aptus ad secessum	639	Aquam cardinalibus affundere, quo- rum aut quarum mos, aut cui fini	575. 576.	
Antlia quid, 799. &c. in antium da- mnari	ibid.	Aque inæpæ phrasis Cæsaris	835	
Antonii Imp: diligentia 499. is fru- mentantium puerorum numerum auxit	662	Aquæ hauriæ exercitia olim in ergastu- lis	799	
Antonii ejusdam sepulchrum	701	Aqua Aniena, id est, ex Aniène, Ca- toni	281	
Antonius Augustinus	301	Aquaria provincia	324	
Antonius Ferulus	317	Aquarioli qui,	325	
Antonius Muretus	529. 604	Aquilius reus à M. Antonio Oratore patrono pectus nudare jussus mon- strandis cicatricibus vulnèrum pro patria acceptorum	985	
Antonius Oisclus	476	Aquonius an bone scriptum	17	
Antonius Panormita	508	Ara Lugdunensis	505	
M. Antonius Triumvir leones curru subjuges fecit	771	Arari verbum obscœnum	422	
Anuli seu compedes ergastulariæ	809	Aras inscribendi mos vetus	637. iis vela oppandi solita	820
Anulorum discrimen & eos gestandi mos 782. ex auro Senatui & equi- ti ibid: & tribunis militum	783	Arbiter convivi, aut bibendi, quis Horatio	377. 378	
quibus eos ademit Severus Imp: ibid: è ferro servis & militibus 782 ser- vorum in iis fraus	ibid.	Arbitrum adigere, vel potius addicere, phrasis Jurisconsultorum	692	
Apex flammæ aut sacerdotum	717	Arboribus sacris appeniz lucernæ	639	
Apex vocalibus longis superjectus quid? 17. quando ejus usus de- scribit 21. 54. hodie nobis in alio usu	17	C. Arbocius, avus Ansonii	733	
Apollodori Latine, scriptum idem quod Græce ἀπολλοδωρ	26	Arcana Imperii, ἀρχαία	595	
Apothecæ cellæ vinariz	576	Arcedere, pro accedere	431	
Appianus allegatus, citatus, & illu- stratus 665. 670. 683. 724. 730. 733. 794. 802. 826. prudens ejus assertio de malo ergastulorum 798 ejus parum cautæ scriptio 728. 732. hæsitatio 794. error	292	Archimimus quidam, cujus nomen ignoratur, decrepitus quotidie diis in Capitolio minimum agebat	818. 821	
Appius Silvanus	916	Arciere quid.	507	
Appius Claudius apud Mart: Capellam litteram z. reformidat	46	Arcta purpura, pro augusto clavo	795	
Apulejus Milesiarum scriptor honesta familia natus 700. in eo oculi- rior quædam doctrina, verba se- lecta, sed fortasse nimis, & qua- lis ejus stilus, Bodino dictus ru- dere, non loqui 505. 506. 829. amavit in multis imitari Plautum 506. 527. dialogos ejus quidam, ejusque principium	699	Arcus Schytici vera forma quæ & hodie Turcici	49	
Appulejus correctus 505. 506. 527. 543. 654. 665. 725. 741. 805. 820. 830. 831. 833.		Arcus pletis vocem antiquam videri in Plauto	327	
Apud pro apud	303	Ardidus Sol	367	
		Arduo duplici archaismo, pro ad- do, Ar pro ad, & duo pro de	585	
		Ares apud Plautum, pro Marte	438	
		Arfari, pro affari	431	
		Arfines, pro affines	431. 585	
		Argutari pedibus quid Titinnio	646	
		Ariobarzanes Cappadociam à Mithri- date recipit	826	
		Ἀριστοῦ unde Græcis dictum, & ἀρι- στον quæ,	761	
		Aristo-		

- Aristophanis locus 333. 376. 390
 Aristoteles germanus naturæ alumnus
 761. litteram R. ægrè pronuntia-
 bat 42. in Lyceo leges convivales
 scripsit 377
 Aristotelis locus 633. 761. 764. 775
 Arma ancilia à Romanis servata 484
 quotannis circumterebantur per ur-
 bem ibid: cetero die rursus conde-
 bantur ibid: id fiebat mense Mar-
 tio ibid: eo die nihil publicè geri
 poterat ibid.
 Arnobius emendatus 476. 530. idem
 laudatus, citatus & explicatus 400
 488. 647. 695. 697. 823
 Arrianus explicatus & citatus 640.
 766. 798
 Artemidorus correctus 15. citatus
 & aliquando illustratus 799. 806.
 821
 Artifices diis in Capitolio supplican-
 tes 813
 Arvovati pro advocati 431. 585.
 Arx amicorum, arx causæ, arx socio-
 rum 352
 Asconius Pedanius quando vixerit 697
 Sillii Italici de eo elogium ibid. ejus
 à Cicerone dissensus 280. ejus error
 214. idem correctus 430. 494. idem
 citatus & interdum explicatus 323.
 636. 660. 695. 704
 Asper civis, quid? 419
 Asperare aures 352
 Asper apud Juvenerem quid, 381
 Asseres lecticarii 703. vinculis colli-
 gati 704
 Asseffus apud Propertium, pro iudi-
 cum confesso 397
 Assurgendi Magistratui aut Principibus
 mos 725
 Astare in genua 430
 Asi, vel Asii, Thraciæ populi 613.
 614
 A summo bibere quid, 380
 Asus vel Asis, mons adhaerens pa-
 triæ Propertii, aliis fluvius est
 427
 At, pro ad 304
 Atellanarum aliquot nomina 506
 Athenæus explicatus & citatus 333.
 371. 374. 377. 430. 518. 641
 Athenienses ante Thesea in pagis ha-
 bitarunt 359. eorum insigne No-
 stua 471
 Athenis dimidium, Alexandriæ totum
 proverbium verus 510
 Atque copula transposita aut postpo-
 sita 824
- Atramentum stigmatibus ergastulorum
 infusum 805
 Atrium prima ædium pars, in eo anti-
 quitus matronæ telas nexebant 696.
 ea atria plena imaginibus majo-
 rum, indicio nobilitatis: & hinc
 atria cerata, imaginibus videlicet
 majorum cereis ornata 549. 350.
 743
 Q. Atta Comicus antiquus 402
 Attegua notum Hispaniæ oppidum
 866
 Attejus Capito explicatus 721.
 794
 Atticus sector, id est Phidias 798
 Atilius Papias 496
 Attingem, pro attingam 301
 Attius emendatus apud Nonium 439.
 554. 571. 600
 Atuentus pro adventus 308
 Av diphthongus in Latinis rectè etiam
 hodie pronuntiatur 28
 Avcupatus, patiendi significatu
 852
 Audaciter, etiam Cicéroni usurpa-
 tum 557 &c.
 Audax ingenii, poetica phrasis
 672
 Aversio accentus, Græcis ἀντισπῆς,
 quid, ejusque nota 47
 Aufidii duo loca de Cicéronem 705
 Aufidius Bæticæ præfectus bis à Sertor-
 io victus 562
 Augerius Bulbekius 471. 672. 740.
 764. 790
 Augures, divini dicti à conjecturis 834
 Auguria sinistra bona 761
 Augustani Juveneris qui Tacito 451
 Augustini locus in quo fragmentum
 Senecæ 817. 818
 Augusti quæ tribus, 642
 Augustus quoties ludos dederit 813.
 repurgavit ergastula per totam Ita-
 liam 802. permisit protinus virili
 togæ latum clavum inducere 981
 ipse ut præfectus Annonæ, primo
 duos, deinde quatuor Annonæ Cu-
 ratores instituit, qui frumentum po-
 pulo dividerent 663. 664. aliquan-
 do etiam de tota frumentatione
 publica tollenda cogitavit 671.
 ejusdem parsimonia 382. inter
 alios honores ei tributum, ut per
 genium ejus vulgò juraretur, pro
 ejus salute in omnibus conviviiis
 liberetur 383. in quibus ipse tri-
 butus 642. ipse suorum nepo-
 tum quodammodo pædagogus 10.
 A t t a noluit

noluit nepotibus suis adhuc prætexas
tatis in theatris adfurgi aut plaud
786. inprimis curam gessit prom
vendæ *πολυπαιδίας*: cuiusci quas le
ges tulerit, aut terre conatus sit 261.
Mpendii militaris certam formulam
statuit 636
Augusti munificentia, & quoties le
vel suo vel aliorum nomine ludos
edidisse iactaverit 813 breviarium
rerum ab Augusto gestarum in la
pide Ancyrano 661
Aula quid? 696. propriè idem quod
atrium ibid.
Aulici titus in honore exhibendo ori
go 775
Aurati servi Imperatorum 736
Aurei Romani, Denariorum viginti
quinque 636
Aureos annulos quibus gestare licitum
apud Romanos 732
Aurelius Imp. 667. carnem plebi divi
dendam e publico statuit, statueret
& vinum 670
Auriculam imam tangebant attestan
tes 585. hinc aurem vellere, per
vellere, & auriculam tangere, pro
admonere, sermone cogitare, jubere &c.
ibid.
Aurigarum factiones Circenses coleri
bus differere 457
Auro contra emere & vendere 324
Aurum decolorare quid? 782
Ausonius emendatus 453. 454. 733.
idem citatus & aliquando illustra
tus 386. 456. 536. 562. 593. 741.
744. quando consul 734
Austria sive Austriaca domus sive
gens ad summum fastigium geni
ta 627. 628
Auxisse, pro auctum esse 561

B.

B Litera qui efferenda, Germani ad
P. Hispani ad V consonam nimium
defectunt: pro Π usitata Delphen
sibus 32. 33. Hæ literæ sæpè quo
que à Romanis ipsis confusæ 265.
266. deque V. & B. tractatum pe
culiare scripsit Adamantius Mar
tyr 266
Bachum à Judæis coli putabant gen
tes 772
Bacilli lictorum idem quod virgæ 730
Baculi in many historiarum quales? 741

Bætin fluvium ut accolæ vocaverint 550
Balnea modicè habita valetudini con
ducunt, Romanis nihil aliud bal
nea, quam transitus ad coenam,
Artemidoro: quia nunquam nisi lo
ti cibum capiebant 369
Balnea sicca, sudandique in eis mos 692
Bantia urbs in Lucanis 550
Barbari servi empti ad colendum a
grum 798
Barbaris in Oriente ignotæ lecticæ 712
Barbarorum incurfus causa corrupti
germani soni Lingux Latinæ 14
Her: Barbarus Plinium correxit 986
ejus error 456
Bardocuculli, vilium servorum 735
Barnabas Brissonus 500
Βασίλειος Σύγγραμματα Græcis, qui magister
convivii Latinis 577. 378
Basilicus iactus quis, 379
Baxæ pro calceis 650
Jo: Becani assertio de sinistri loci præ
cellentia refutata 759. ejus mors &
entomium 473
Belgica nutricula caussidicorum 571
Bellum ductare, trahere 479
Bene vocabulum etiam antiquitus non
benè pronuntiatum fere ut hodie
Galli Bien 19
Bene me, te, vos, Stephanium &c.
item bene vivas, formulæ com
potantium 384. 390
Beneficius Arias Montanus 546
Beneficium in miseros, verè benefi
cium 910
Beneficii promptitudo beneficium aug
get 858
Beroaldus laudatus 210. 295. idem alle
gatus, ejusq; correctiones aliquot in
Suetonio, item Tacito, tum & o
piniones quædam aut receptæ aut
rejectæ 438. 507. 641. 698. 830
Betere pro ire antiquis 470
Bibendi ratio 381. 383. quomodo
responderint inter bibendum Ro
mani 390
Bibere à summo quid, 380
Bibere sermonem, phrasis Plauto fa
miliaris 416
Biberius Caldus Mero, pro Tib:
Claud: Nero 642
Bibliotheca Tiberiana 979
Bielinium quid 372
Bimarco, seu Bimargo, falsus Satyræ
& Martoniarum titulus 216
Bini

Bini tantum convivæ in uno lecto ,
præsertim magnifico epulo 373
Bini vocem , quod pronuntiaretur ut
obicoenum *Bini* Græcorum, anxii
quidam esse verebantur 22
Bion poeta citatus 648
Bisyllabæ voces quomodo accentibus
notandæ 53
Bitere id est ire , & Bitenses Festo,
multum peregrinantes 470
Bœtius citatus 664
Bono publico vel Reip: natus , for-
mula frequens vetere : præcipue in
lapidibus , & in laudem Princi-
pum, ut B. P. N. vel B. R. P. N. &c.
567
Bos Luca, præcis Romanis Elephas,
unde, 770
Bosius epistolas ad Atticum sæpe illu-
stravit 828
Breviarium rei ab Augusto gestarum in-
scriptum lapidi Ancyra 661. 739
Brevissyllaba quæ, ejusque nota 47
Bæd pro Bædu & Bæwegr apud He-
siodum 476
Brissonius laudatus 796
Britanni veteres latinum sermonem
vulgo receperant 13. hodie I lon-
gum in dictionibus latinis recte præ-
nuntiant 22
Brodæi correctio 580
Brugarum laus 482. 487. 600 733
Buriæ servi publici 720
Bryardi V. N. correctio in Plauto
437
Bucco 506
Budæi leges Criticis posita 950
Bulbi inter munera caussidicis missa,
Martiali 582
Bulbi Africani optimi ibid.
Bulli pisciculi viles 581
Busa mulier Apula in Romanos muni-
fica 461. 462
Busbequius cum laude allegatus aut
memoratus 672. 740. 764. 790. ad
eum epistolæ Lipsii 471
Byzantiorum insignis Luna, atque inde
origo semilunæ quæ hodie in labaris
Turcarum 471

C.

C Litera sola simul etiam K. Q. G.
munus olim tenuit, in locum &
sonum Græcæ K venit: hodie ve-
ro legitimo sonante A. O. V. tan-

tum servato; ante E. I. R. A. OE
malè ad S. vel Z. detorquetur , &
unde hic error 38. Cum S: eam
præcedit, efferenda non ut q Græ-
corum, sed æ ibid: A librariis ve-
ro exscriptoribus malè sæpe pro
G scripra, multis erroribus occasio-
nem dedit 468
Cacumina literarum, id est, accentus,
Capellæ 48
Cadamitas pro calamitas 327. 422
Cadaveris collocandi ritus antiquus
651. ad januam collocabantur ibid:
idque à filiis ibid: toga induebatur
Rom: Græcis pallio 622. mos etiam
antiquis cadavera lavandi 332
Cadaveris situs, ut pedes in viam spe-
ctarent 652
Cadaver vivum 708
Cæcilius Arboreus, avus Aufonii 733
Cæcilius Poeta emendatus 474. cita-
tus 240
Cæcilius Vindex dicendus, non Cæ-
tellius 263
Cædennium se redicula pietas 818
Cædere inter verba obscena 603
Q. Cæditius cccc milites Rom: per
medios hostium cuneos animosè dux-
it in montem, imò in mortem 281
Cæf pro cælum apud Ennium 475
Cælestis Dea quæ 612
Cætere Thracia populi 614
Cælibatus apud Romanos prohibitus
207
Cælibes in ætarios relati 851
Cælius in epistola ad Ciceronem cor-
rectus 663
Cæna propriè dicta, media pars seu
missus cœnæ 375
Cœnæ terrestres, cœna sine sanguine,
Pontificia, Saliaræ, Adjicialis, Du-
bia 370
Cœna hora antiquis 372
Cœnæ caput quid, 375
Cœnæ hora insternebantur lecti au-
lais 372
Cænatoria quæ, ibid.
Cæni populi 614
C. J. Cæsaris eloquentia, relique mili-
tari peritia 713. constantia ejus in
morte filia 552. filiam ea an filiam
è Fortipeço habuerit 812
Cæsar de analogia scripsit 579. ejus
de Terentio iudicium 581. censuram
non egit 660. 739. non censor
fuit sed præfectus morum 740.
sed recensum instituit eorum qui pu-
blico frumento utebantur ibid:
R r r 3 eorum.

eorumque numerum definivit 660.	Calumniatoribus litera K olim à Ro-
decimæ legioni confusus 780. le-	manis inusta 804
cticarum ulum promiscuum vetuit,	Calumniatoribus aut obrectatoribus
sed non duravit edictum 703.	suis respondere Lipsius 836. 837
primus in Senatum cuiuscunque	Calx meta in Circo, quæ post Crea
generis homines adscripsit 979.	vocata 428
quam legem de uxoribus concepe-	Camatz genus navium Ponticarum
rit 713. primus stipendium legio-	654
nibus auxit aut duplicavit 636.	Camelopardalis veteribus Romanis o-
ejus Commentarii, quos hodie ha-	vis fera 771
bemus, præsertim belli Gallici, à	Camera vox Germanica, cubile
Celfo quodam aliisque interpolati,	clausum & tectum significans, à
mutati, vitiati 485. 779	cujus similitudine navigii genus
Cæsaris commentarii correcti, non-	Camatz appellatum 654. Joach:
nunquam & veteres lectiones in iis	Camerarii senioris laus 410. ejus
assertæ 779. 780. 824. iidem ci-	correctio bona in Plauto 315. ad
sati & sapissimè explicati 258.	eum epistola Lipsii 455. ad Joa:
283. 349. 824.	Camerarium, Joach: F. Docto-
Cæsar is nepos 812	rem Medicum, Epistolæ Lipsii
Cæsarianæ Orationis Ciceronis, quæ,	526
298	Campanus fastus, Campana superbia,
Cæsarum imagines in signis militari-	proverbio nata 73. ut & Campanus
bis 596	luxus 855
Cæsellius alius à Cæcillio Vindice	Campus fœnicularius, item Jugarius
263	828. 829
Cæsonius Maximus (non Cæsenius)	Canalicola quis, 766
quando condemnatus 461	Candæ labororum 597
Cajus Acilius 767	Candida toga alia ab alba 644
Cajus Gracchus correctus & illustra-	Candidati qui & unde dicti 410.
tus 557. &c. 702. ejus lex fru-	644. togæ eorum cretatæ 644.
mentaria 638	eorum mos prensare manus civium
Calcei Romanis vestis forensis 734.	& oclulari 777
albi vulgo 650. coccinei Imperato-	Candidatus, pro honestioris ordinis ci-
ribus 686. mullei, cerei, galbei, ede-	ve, aut pro eo qui in oratione vesti-
racei feminarum & molliorum ibid.	tu, cultu aut colore 649
D. Calderini hallucinationes 583	Canis nomen infausti jactus 333
Galdii agnominatio unde Tiberio da-	Canis ex Albania, proverbii instar,
ta 642	de vito generoso, obrectationes
Cales municipium Italiz 250	aut calumnias vilium hominum de-
Calesco E longa, quomodo 57	spiciente 837
Calida vino misceri solita 642. deliciæ	Canis in talorum jactu aut lusu quid,
veterum in hoc potu 641	378
Calidæ frequens usus 641. sed no-	Eannensis pugnæ descriptio 483
cuus 643. etiam Græcis usitatus	Canon numerus frumenti 670
641	Canon in ergastulis quis? 806
Caligulæ Imp: superbia 638. 778. ve-	Cantrabra quæ? 597
sanum factum 401. quam paucis	Canteri novæ lectiones 407. emen-
diebus pontem navalem à Puteolis	datio ejus in Propertio non rece-
ad Baulos struxerit ibid.	pta 427. error in Juvenale 564.
Calles, famisino genere 516	ab eo dissensum 255. ejusdem laus
Callistratus J. C. citatus 534	& mors 578
Calpurnius ad memoriam, titulus li-	Theod: Canterus, Guilielmi frater 867
berti 642	ad eum epistolæ Lipsii 578
Calpurnius explicatus vel saltem cita-	Canisii lana laudatissima, ad pznulas
tus 649. 710	rufas 735
Calva, ægyptior mortuorum 698	Canusinus servus tali penula indu-
J. Calvina, Virellii nurus, cujus filia 510	tus ibid.
Calvitur id est frustratur 432	Caper, Grammaticus citatus 698
Calu-	Capere

Capere erines quid ?	369	Caro Censorinus importuno joco à	
Capi id est delectari, amare, ave-		Nasica quadam exceptus	208
re	407	Cato in Cicerone semper malevolus	
At. Capito J. C. & consul apud Agel-		293. auctor novæ frumentariæ le-	
lium explicatus 721. ejus apud eun-		gis 659. quanti ei honores exhi-	
dem verba ambigua	794	biti	777
Capitolinus emendatus 471. 498. 551.		Caro emendatus 220. 249. 469.	
611. 661. 746. Citatus & inter-		588. 656. 718. illustratus 702.	
dum explicatus 556. 611. 775.		718	
	778. 788	Catonis libro cuidam titulus repertus	
Capitolii ritus	818		249
Caprifici fructus quomodo mature-		Catullus Veronensis immerito à J. Sea-	
scat	9	ligero culpatus 492. præponendus	
Capratus est pro captavit	867	Martiali 456. ejus epigrammata in	
Capua primaria olim Campaniæ urbs		Vestium & alios scripta, in quos	
	733	scripta putentur 272. 273. 274.	
Caput aperiendum obvio aliquo		is porro citatus & quandoque ex-	
Magistratu	725	plicatus 212. 221. 234. 272. 352.	
Caput rei, cœnæ, patrimonii &c.		355. 371. 378. 380. 400. 529. 695.	
	375		702. 704
Cardinalis Columnæ laus	508	Catullus Urbicarius	646
Cardines aqua perfusi	576	Catus locus, id est cantus vel tutus	
Carmen Albinovani emendatum	518		330
Carnades Cyrenæus philosophus ve-		Cavatio pro cautio	505
rus Novæ Academiæ auctor 529.		Cauliator pro cavillator	425
530. ne Carneades quidem dubita-		Cauponibus quales tunicæ apud vet-	
verit proverbii instar	344		404
Caro porcina civibus divisa	670	Caupulus genus cymbæ	654
Carolo Magno acclamatum à populo		Causa, dictio in ablativo, sæpe omissa.	
ritu prisco	787	in auctoribus prisca, ut faciendi,	
Carolus Langius 468. ejus mors	566	consultandi	467. 608
refutatus	714. 793	Cautus in sacris quid	716
Carolus Sigonius 454. 494. 519.		Cayster Cygnæus aut Gygnæus apud Pro-	
	588	pertium	209
Carotus Virulus	454	Cedere pro concedere seu permittere	
Carpentis traducebantur dii Circen-		Propertio	278
sium diebus	353	Cedere de via semita	858
Carrio laudatus aut nominatus 221.		Celox navis genus	614
238. 339. ad eundem epistolæ aut		C. Celsus Medicus, citatus	692
epistolæ quæstiones Lipsii 462.		J. Celsus quidam nonnullis putatus	
485. 509. 520. 530. 541. 593.		auctor Commentariorum belli Gal-	
Carthaginenses proprio titulo Princi-		lici, qui sub nomine Cæsaris ex-	
pæ Africæ dicti 700. urbem suam in-		stant	485. 779
cenderant, ne Romani præda por-		Censores in virorum mores inqui-	
rentur	826	runt 220. eorum munus 207. in cen-	
Caspar Schetus	497	sum dedicare quid,	268
Cassila pro Cassida	327	Census Senatorius sub Augusto	812
Cassiodori liber de Orthographia manu-		Census non agi potuit non condito lu-	
scriptus	264	stro	739
Cassium timere, id est frustra, in va-		Ceræ quid Poëtis	748
num	888	Cercina insula Africæ vicina	574
Cassius Ciceroni pro Casus scriptum			575
	337	Ceræ erant veterum imagines	748
Cassilionæus, Balthasar, nimium à J.		Cerei in templis accensi	820
C. Scaligero laudatus	492	Cercapanem designabat	366
Cathedræ quæ,	710	Cerne e hereditatem.	859
Cathenati cultores, Flore pro ergastu-		Cernare inter gestus adulatorios	
lis	303. 304		544

Certes fluvius, idem qui Batis	550	Ciceroni consolatio nuper reperta	917
Cervices ostrearum expetita priscis	518	Ciceroni nullæ cum Sallustio inimi-	
Cervos Africa non gignit, ni aliqua		citæ, orationesque utriusque no-	
forte in parte	289. 270	mine vulgata, non veræ	984. 985
Cessare amori, id est, dare operam		Cicum quid Plauto	454
amori	407	Cilnium genus, à quo Mæneas ori-	
Cessum ire	465	andus	334
Charisius Sospater Grammaticus, in		Cincius apud Agellium correctus	423
quo multa sæpe ridicula	214. cor-	In Cingulis aurum Senatoribus nul-	
rectus 332. 527. citatus 274. 291.		lum	324
303. 304. 317. 387		Cinnus vox Ciceroni usurpata	600
Chironomontes in conviviis prisco-		Circulari, ægyptiarum, & hinc circu-	
rum	374	lator	525
Chium vinum in pretio	576	Circumferre portionem quid,	381
Chius tali iactus	378	Circumsecus adverbium	831
Chlamydes servorum	786	Circus pro loco cuiusvis exercitii	433
Christophorus Longolius	983	Citharædorum habitus descriptus	831
Christophorus Plantinus	473	Circa mensa, lautiorum	371. 372
Cicero à quo primum pater patriæ di-		Civis honestissimi olim apud Rom:	
ctus 272. passim pusillanimitatis		agros colebant ante usum ergastu-	
labem à se remove nititur	289.	lorum	797. 798
290		Civitatum antiquæ pro civitatum	
Cicero sola opportunitate iocorum			420
L. Flaccum severitati iudicium e-		Claræ, celebrare	531
ripuit 269. Græculum quendam		Classis Africæ na	669
ridet Pfundanius pronuntiantem,		Classis Alexandrina	668
pro Fundanius 35: joci ejusdem		Claudio pro claudio	239
elegantes alii	251. 342	Claudianus citatus & interdum expli-	
Cicero Poëmata Lucretii recensuit &		catus	669. 913
correxit 985. ejus dialogus Horten-		Claudius Puteanus	473
sus, de laude Philosophiæ fuit		Claudio pro deficio ac etiam pro clau-	
767. ejus locus è Catone expres-		dico	562. 654
sus 249. 250. loci ejusdem è De-		Claudus à Romanis ad sacra non ad-	
mosthene & alijs Græcis auctoribus		missus	399
expressi 211. 220. 230. 238. 244.		Clavi pendentium 698. in cruce quot	
245. 251. 256. 264. 271. 287. 297.		olim clavi ibid: transfigebantur ma-	
301. 302. 348. egregii ejus loci.		nus ac pedes clavis ibid: suspensiosi	
244. 245. 267. 342		etiam clavis urebantur	ibid.
Cicero variè emendatus, auctus, aut		Clavus (vestimenti genus) latus,	
vulgaræ ejus lectiones confirmat,		angustus, secernendo utrique cr-	
de quibusdam dubitatum &c. 208.		dini	795
213. 222. 226. 228. 231. 236.		Clementis Alexandrini locus	366
240. 241. 245. 250. 255. 259.		Clinare à quo inclinare	321
267. 274. 275. 280. 284. 285.		Clinici Medici unde dicti	459
289. 294. 301. 304. 337. 361.		Clodius à probro vindicatus 212. ejus	
381. 400. 409. 413. 414. 420.		lex annonaria	660
421. 462. 560. 607. 724. 743.		Clodiani servi publici	720
773. 792		Cluacina dea	817
Cicero citatus & multis locis ex-		Cluden quid,	741
plicatus aut illustratus 207. 208.		Clueo quid,	552
226. 247. 248. 266. 278. 347.		Chypei rotundi, differunt à scutis	
371. 372. 374. 375. 381. 457.			596
503. 524. 577. 603. 650. 687. 692.		Coagulum convivii, vinum	376
702. 703. 704. 713. 723. 724. 725.		Cochlearum cervices olim in deli-	
726. 727. 728. 743. 791. 803.		ciis	518
823. 846		Coctilia ligna semiuista	748
		Coctiliarius	ibid.
		Codex Justinianus citatus	665
		Codex	

Codex Theodosianus citatus 664. 667	Comparaes , pro iis, qui inter fore- mant 400
Cœnz hora apud priuicos Rom: Sol oc- casus aut vespera, postea variatum 372	Compedibus ferreis vincti ergastulii 303
Cœnz hora interuebantur lecti anhelis ibid:	Compellationes , cavilli 767
Cœna autem proprie dicta media pars seu missus cœnz 375. 376. Cai ut cœnz quid 375	Compos malis pro malorata 600
Cœna terrestris, cœna sine sanguine, Pontificia, Saliaris, Dubia &c. quæ? 370	Compositore voti, phrasis Plautina 331
Cœna Sædæ d'or Augusti 373	Compungendi mos vetus, Romanis, Græcis, Siculis, Thracibus. aliisque gentibus usitatus 804
Cœnatoria , seu cœnatoriæ vestes, Ro- manis quæ, qualiaque 372	Concessus , id est imperius, aggressio 348
Cœrare & cœratio scriptum Cicero- ni, præcutare & curatio 337. 421.	Concha inter obscena verba 590
Cœtundi verbum quale? 510	Concide magis, dictum vetus 603
Cognomen , adiectivum idem quod, cognomine 433	Concidere inter verba Venerea ibid.
Cohortes prætoriz 315	Concipitare 307
Cohortium signa 596	Concrepuit , vox cur O brevi dicitur 59
Collocatio mortuorum 551. ad Ianuam siebat ibid. idque à proximis amicis ibid.	Conditra , id est frumenta in horreis reposita aut asservata 806
Collum osculandi mos Rom: 778	Conditio 596
Coloniarum missu sermo. Latinus latè se diffudit, ut & ante Græcos, 11	Confluvium in ædibus quid? 211
Color herbarum, qui & galbanus 686	Congiaris in gradibus data 667. liberis etiam & pueris 662
Colorati Senecz, qui pullati 649	Coniugia Romanis semper inagta cu- iz 208
Columellæ iusta querela de neglectu agrorum 798. ergastulum ab eo de- scriptum 801. Idem citatus & fre- quenter explicatus 668. 802. 806 824	Conoscere magnificè 437
Columna rostrata posita, C. Duilio 350	Conferere colorem graphas 650
Combito pro commito Vartoni 470	Conservus , ut condiscipulus &c. 700
Cominius , de quo Catullus in Epigr. quis 273	Conspere in Agellio & Livio quid 516
Comitis Palatini titulus obtinendus ab Imperatore 981	Consonantes salutaris sonum nullum efficiant, hinc illis nominandis La- tini E. raturum preponunt, quod pluribus faciunt Græci & Hebræi 32
Commeatum dare, pro dimittere 592	Consonantes geminare infortis uni- quis 351
Commenta vini, ficti extendi præ- textus 246	Constituendi verbum quid significet 607
Commentariorum Cæsaris continua- tio. Vide Cæsaris	Consuli dædeditur lictores aut XII fa- sces prælati 732
Committere pro incipere 370	Consulibus absentibus referebat præ- tor 597
Comœdia qualis esse debeat 501	Consuetum , consuetus & talis vetu- siata 557
Commodus Imp. inter Trossulos cooptatus 757. ridiculum ejus fa- ctam 556	Contabra forte pro comis 557
Commoliscit Ciceroni pro comitis vissent 461	Contra emere, avo contra emere 324
Compacto rete comp: sto, quid 642	Controversiarum & Senatoriarum Sen- ez inscriptarum quis scriptor 631

convivæ quot in uno lecto	373	Critices studium irrisum & oppugnatum	979.
Convivorum veterum ritus	362. &c.	sterile ad famam	250 in
usque ad finem libri tertii Antiq.		usum non in speciem	728. vitanda
Coprix pro scurris	815	in eo nimia curiositas	791
Coprianus datus à scurris Cyprianus	815	Criticorum labor assiduus	791
Coqui magno empti	866		792
Coquina minus Latinum quam culinaria	570	Cruz compacta, manufacta idque è duplici ligno, seu lignum geminum, etiam patibulum vocata, ea triplex decussata, immissa, commissa, quænam decussata & an hoc Andrea-	45
Coquinarius culter	260	Commisssa quid sit 745. in qua Christus mortem tulerit, inquisitum, eaque quæ mysterio quadrangula, quæ item forma Constantino M. in aëre apparuerit	45
Corculum dictus Scipio Nasica	457	Cubicula viaroria	704
Cor cur homini ad sinistram	761	Cubiculum pudoris	405
Cor in amore vehementi subilire lolet	434	Cubito sinistro innitebantur veteres in conviviiis	373
Cor non habere	457	Cujacius aliquoties laudatus, ejusque aliquot correctiones, felices pleræque allegatz, nonnumquam & ad eum remissus Lector 490. 531. 655. 666. 667. 854. ad eum epistolæ Lipsii	451
Cornea porta, somnos firmos & certos dat	979	Cuicquidmodi	525
Cornelia cujus mortem deflet Propertius, quomodo toror Julii Augusti, ejusque Stirps	393	Culcitella obsecro intellectu	344
Corneliani servi publici	720	Culigna vas potorium	464
Cornelius Nepos emendatus	687. ibid.	Culter Bithynicus	260
Cornelius Valerius	532. 607	Culter coquinarius	261
Cornu dextrum honoratius sinistro	762	Cultores catenati, ergastularii Floro	803
Cornutus Grammaticus citatus	337	Cunæ & cunabula priscis inter oblectos intellectus	404
Cornuti, id est boves, epitheton pro re	439	Cunina Dea	354
Corollæ impositione Magistri conviviorum hilariorum creati	379	Cupidinis ærumna apud Plautum	507
Corollas languidas & flaccescentes capiti demptas Deo cuiuspiam in manus dabant commensatores	359	Cupido fallace risu renidens fingitur	905
meretrices Veneri	ibid.	Curatores frumenti ab Augusto, ii quomodo frumentum populo distribuerunt 663. quantum & quando	663. 664
Corollarium, comædia Nævii est, non Satyra Varronis	254	Curatores Urbis	747
Corona ebrietatis indicium	212. 387	Curiones inter Sacerdotes qui	674
Corona pro circumstante populi multitudine	213	Curioniani equites in Africa	335
Coronæ se dare. est populo se jactare	ibid.	Curium vel Curtium infortunium	426
Coronari pecula solita in mensis secundis	387	Curriculo fugere, proverbiali phrasi, idem quod celeriter fugere	320
Coronas jaciendi mos	747	Cursu descendebant Rom. obvio aliquo Magistratu	725. 726
Coronati revertebantur qui ab Oraculo redibant	575	Curva corrigere dictum vetus	511
Correre pro currere	410	Cursura aut cursus Ponti, id est navigatio 339. M. Curtius in voraginem aut haurum insiluit	795
Corrigere curva, quid?	511		Cyanæ
Cotiscare verbum barbarum	700		
Cottabum facere	385		
Creta pro meta in circo	418		
Crines à lugentibus in sepulchro positi	795		
Crines capere matronarum	369		
Crinibus passis templa vertebant Rom.	776		

Cyanex insula	376	De summa petere quid Plauto	381
Cyathi decem summa portio: quorum duo sex tantum efficiebant	382	De vita Populi Rom. Varronis libri 298. 299, sed de rerum natura, & de Republica, malè videntur citari pro de re rustica	293. 294
Cybele Dea, Astorum cœlestis credita Ambrosio 612. sacerdotes ejus in simulato luctu pectora sibi tundere pinu aut buxo soliti	384 913	De via, semita cedere	858
Cygnorum in Caiastro fluvio frequentia	209. 210	Dea Syria, pro Junone	831
Cynice accipi quid Plauto	371	Debere poenas, ludibrium, risum, &c.	580
Cynthia Propertii ubi sepulta	289	Debere in diem, & repræsentare, ad-versa sunt	738
Cyprianus à scurris Coprianus nominatus	315	Debil homo, pro debilis, apud En-nium	401
Cyprii servi publici	720	Decennia publica in honorem Imp.	498
Cyrillus historicus	746	Deciani cuiusdam testimonium à Ci-cerone elevatum	267. 268
Cyrus Rex, quos amabat, ad lævam suam locabat, ut cordi propiores	764	Decies, viginti, quinque myriades drachmarum	813
Cythæris altera quasi uxor M. Anto-nii	579. 560	Decii se devotentis precatio apud En-nium	569
		Decimæ legioni plurimum filus Cæsar	780

D

D. & T. literæ vicinæ inter se & adsonantes, in libris etiam antiquioribus sæpe alternant, D. autem hodie in Latinis plerumque rectè effertur 40. 41. eaque sæpe mutat in Z. & contra	46	Decubitus in conviviis qualis	373	
D. etiam sæpe additum post vocalem in fine dictionis	349. 350. 422. 608. sæpe etiam in medio dictionis interpositum	411. nonnunquam pro L. usurpatum	327. Sed d. pro cl. frequens error in libris manu-scriptis	418
Dactimæ pro lacrimæ	327. 422	Delicati pueri qui?	470. 471	
Dædalus in Italia fuit	390	Delicatiore & molles olim capite recto incedebant	541	
Damnari in Antliam quid	799	Delphenses B. pro Il. usi	32. 33	
Damnus esto, dare, facere &c. formula	689	Delirii virtus	738. accuratè Seneca Tragicum recognovit	874
Damnati in opus semirasi	806	ad eum epistolæ Lipsii	539	
Dandi verbum inter Priapeja	419	Dememorare, pro memorare	432	
Danijeli Epistola Lipsii scripta	475	Demissæ sententiæ	338	
Dapsilia dicta	328	Democritus Philosophus contemtor divitiarum	321	
Dare mala, obscæno intellectu	192. 193	Demosthenes Orator literam R. vix pronuntiare poterat	42. Ejus loca quæ imitatus aut expressit Cicero.	210. 231. 238. 256. 264. 265
Dare litem secundum aliquem	488		302 518	
Dare se populo quid	213			
Darurus dixit, Hellenismus, pro se daturum	343			

- Denarii xxv. constituebant aureum u-**
num 636
Denarius quanti sub Augusto ibid: alius
à denis assibus ibid.
Densus spiritus, ejusque nota, dactyl
Græcis dicta 47
Deorum manus osculabantur Rôm: 773
pedes 774
Deosculatio, Hebræis adoratio 774
Depannis, pro inope 431
Depektor litium apud Apulejum
643
Descendere ad extrema, ultimum au-
xilium 495
Despretus, prisca vox 657
Destituere, sistere, locare 557
Detergere remes, palmites, pinnas mu-
rorum 524
Detrux, nova vox 831
Detumere, fastum ponere 648
Devotare 419
Devoti qui 425
Devotio militaris 847
Dexter locus honestior 759. id rationi-
bus ostensum ibid.
Dextra manus robustior 760
Dextra, hospitii insigne 779
Dextra meliora, fortiora 764
Dextro Hercule, Mercurio, ave, locu-
tiones in re fausta 761
Dextroorsum patet circumfereban-
tur 386
Dialogus de causis corruptæ eloquen-
tiz emendatus 327. 328. malè Cice-
ronem reprehendit 253
In Dianæ honorem tædis accensis sal-
tatum 437. 438
Diaris quæ 659. dabantur iis qui in
carcere ibid: item ergastulis servis
806
Diathyra Græcis, quæ Latinis Pro-
thyra 490
Dicam dicere, scribere 403
Dicebo, pro dicam 571
Dicem pro dicam antiquè 301 431
Dicendi genus, in Livio elegans 578.
613
Dicundo utile 767
Dictator convivii apud Plautum 378
Dictatori prælatæ securæ in urbe 728.
littores habebat viginti quatuor
564. 731
Dictatrix convivii 379
Dictum vetus explicatum 327
Die festo Januis appensa lucernæ 638.
tunc albati erant Romani 681
Differre, diffamare 406
Difficul, pro difficilis 401
- Digamma aut digammos quid: unde**
dicta: Claudii Imperatoris inven-
tum: facie q̄ literæ inversæ &c.
34. 36
Digitum tollere quid: 247
Dii Semones 354. iis lacte tantum non
vinum fiebat 355
Dii veterum 717. 718. mixti sensu
aut seu 819. eorum matrimonia
ibid: crudelis cultus 815. 820. ad
vadimonia vocati 818. à Seneca irrisi
818. 819
Dii te servant: formulâ adiciamandi
787
Dimidiati appetere, qui dicantur Plau-
to 373
Dingua pro lingua 327
Dionis Cassii locus bene à Jos. Scali-
gero correctus 651. Idem correctus
319. 527. idem aliquoties citatus &
sæpe explicatus 383 390. 425. 426.
471 509. 641. 660. 651 663. 670.
684. 707. 713. 714. 720. 723. 725.
731. 740. 758. 771. 787. 793. 812.
ejus adseveratio dubia 549. ejus E-
pitome Xiphilini 555. fragmenta e-
jus in Sicilia reperta 549. ejus error
in tempore 661. dissensus à Suetonio
813 sed conciliatus ibid.
Diodorus Cynicus 797
Diogenes Cynicus altz sapientiz vir,
ejusque magnanimum dictum in irri-
fores suos 837. ejus dolium fictile
581
Diogenes Laërtius citatus 389
Dionysius Halicarnassus citatus 323.
434. 694. 701. 728. 732. 847. ejus
judicium de stylo locatis 285.
quædam ejus fragmenta in Sicilia re-
perta 549
Dionysius Rhetor Sigma literam de-
primit, & Rho extollit, in utroque
reprehensus 43
Diphilus, Comicus Græcus, quem
imitatus Terentius 279. ejus Ver-
fus in laudem vini 376. versus alij
370
Diphilus quidam Tragedus in Pom-
pejum protervus 218
Diogenes Græci propriè Latinorum sel-
lam vertunt 706
Diphthongi sive bivocales quid 16. 28.
quot & quæ Latinis ibid.
Dirigere, absolute, signatione neutra
854. 860
Discessio in Senatu quid ejusque for-
ma 988
Discretio, accentus, triplex, & singu-
larum

larum nota	47
Disiunctio διασολή quid, eiusque no-	47
12	603
Dispartiri, obsceno intellectu	603
Dissensus Taciti & Suetonii	343
Distiguare & dissignator	353
Divzi probz correctiones 479. 606. ad	
eundem epistolz Lipsii 524. 585.	
598	
Dividere verbum obscenum	603
Divitiarum via	900 901
Divisio Ciceroni scriptum, pro	
Divisio	337
Δὲ, pro Δῆμα, apud Hæmerum	476
Docere atnis & equo, quid?	455
Docimus, aut docio, archimimus for-	
te	821
Doctrinz contemptus inter primas	
causas corruptz reipublicz	574
Δοκίμασις cæna Agusti	373
Dolare & dedolare, obscena aliquan-	
do	603
Dolia antiquarum, qualia fuerint	
	581
Domestica vestis, id est, domj con-	
fecta, Suetonio	696. 697
Dominas sive amicas inter bibendum	
nominabant Romani	383
Domitianus Imp. stipendium militare	
valde auxit 636. cum Cartis, Da-	
cijque bellavit, deque iis vanè	
triumphavit 461. usum lecticarum	
probrosiis fæminis ademitt	703
Domitrii Ahenobarbi Numus	770
Domitius Neronis pater	915
Donativa in gradibus populo dari soli-	
ta	667
Donatus Grammaticus citatus 562. 654	
correctus	20
Donum apponere in via	609
Drachma Græcis, quod Latinis dena-	
rius	637
Driasin præ Driadibus	316. 317
Ducere ærifice, statuariorum	261
Ducit, delectat, afficit	437
Ductare bellum, trahere	479
Duellum, pro bellum	331
Duo, pro de, antiquè	535
Duodecim convivz, rarò plures, ex	
una mensa vescabantur	373
Dusmosus, pro Dumosus, & similia	
	44
Dux agminis, in medio	760

E

E blandientis soni litera, longa est
aut brevis, utraque iterum dupli-

eis effatus, longa etiam duplicia scri-	
pturæ, brevis sæpè pro I. scripta	
	19.20
E compacto, vel è compecto quid	
	642
Ebrii apud Rom: faces & coronas su-	
mebant 282. in comœdiis coronati	
induci	383
Eccille, eccilli, eccillum	506
Echecrates, Pythagoræ	267
Edentulum virum pro vetulo	356
Edere diem, quid apud Iuliconsul-	
tos	248
Edicta olim in pilis columnisque ap-	
penia	979
Edo E brevi, at edito, longa dici, quo-	
modo intelligendum	58
Effectum, id est effectus, us	408
Egmondana Bibliotheca in Batavis	
dissipata	820
Egnatii nugæ	666
Ei indifferenter scriptum pro I. litera	
aut pro E etiam 24. Grammaticorum	
& Criticorum super eo præcepta	
& ineptiz ibid: apud Latinos non	
effertur ut apud Germanos Mein, sed	
ut Belgarum Mein	31
Eis atque, pro eisque & eis	689
Elementa, pro literis, à literis distin-	
guit Priscianus	16
Elephantum prisca Rom: Bovem Lu-	
cam vocarunt, unde	770
Elle, Ellum	506
Etu pro cum	402
Emporon scripsit Cæcilius, ut Mercatorem	
Plaurus	474
En lo, pro in, 279. 588. sic Endo ic-	
eto, Endo aures, ut videtur, pro in	
aures Varroni, & porro Endogre-	
di endopedit &c.	279
Endymones, Varronis Satyra	370
Ennius patriâ Rudius aut Rudinus	
421. Nazio tamen junior 313. ejus	
mos in truncandis verbis	475
Ennius apud Nonium correctus 340	
401. 413. 428. 475. 570. 592 apud	
Agellium 158. 422. apud Cicero-	
nem	421
Epicuri Dii non in mundo	785
Epistola exemplar est comici sermo-	
nis	615
Epistolæ ad Senecam, quæ Paulo tri-	
buantur	817
Epistolæ Quæsitiores	768
Epistolicarum Quæstionum libri apud	
Agellium Catoni tributi, Varronis	
sunt	294
Epistolicæ quæstiones Lipsii inscriptæ	
Can-	

Cancelario Brabantiz	445	Error Herculis, pro ipso Hercule	
Epitaphium A. Deinii	397		227
Epithalamium Victori Gisellino	512	Erucius Clarus	767
Epitome Liviana vide Livii epitome		Esse, ab edo, & à sum, ut differunt	
Epius Marcellus, vide Marcellus.		significatu, ita etiam effatu	20
Epulari de die, probrosum	566	Esse totum alicujus, unius, suarum	
Epulum Jovis, Ludorum causa	530	rerum &c. genus dicendi elegans	578
Equestris, locus equitum in theatris	534	Etruriz populi duodecim, toridem	
Equestris ordinis annus proprius	758.	Principes	345
decimus octavus	ibid.	Eu, pro heu, usitatum antiquis	238
Equites iidem cum juvenibus	ibid	Euboez descriptio	891
Equites Rom: annulorum aureorum		Evehi gyros, seu terminos	282
gestamine à plebe quomodo distincti		Eviolare	407
782. ad Tribunatum plebis non		Evitare, pro interimere	347
admissi 793. quis Equitum, ju-		Eumenides, Satyra Varronis	329
venumve Princeps 758. Troili		Euripi minuti & rivuli aquatum, imb	
etiam vocati	757	piscinz &c. inter opera luxuriz Ro-	
Equi curati, id est pastu aut cibo		manz	468
refecti	453	Euripedes citatus & explicatus	534.
Equo descendebant Rom: obvio ali-			575
quo Magistratu	725	Eutropius citatus	438
Eres pro erinacio	349	Ex animi sententia, formula ve-	
eretrii Philosophi qui	503	tus, præcipue in juramento	207
Ergasterium Jurisconsultis usitata vox	796	Exagoga bonorum dissipatores	438
Ergastula in usu apud varias gentes,		Examen mali, pro magna vi aut	
etiam Romanis, sed vix ante		multitudine malorum	403
Gracchorum xvum cognita, unde ea,		Exalceabantur Rom. ante discubi-	
& quid p 696. ture erant, instar fœ-		tum ad mensam	372
di carceris, angustis fenestris & mu-		Excetra, id est vipera	347
nita contra fugam	800	Excidit, verbum ambiguum	459
Ergastulorum præcipuus finis agricul-		Exconsulares viri	747
tio 797. 798. tum molitura, lapidum		Exerrare & exerratio quid? 656. lin-	
casura fortasse etiam aquæ haustio.		gua exerrare	548. 656
798. numerus victorum ad legiti-		Exfocione, pro exfugiant	351
mum ergastulum requisitus 797.		Eximplere, gemina compositione, ut	
mira ergastulorum crebritas totam		adimplere	865
Italiam implevit, etiam alias provin-		Exita ætas	719
cias, tandemque ea sublata, ac inde		Expectorare	339
de iis apud J. C. silentium 807. in		Expers more, pro moris	600
ea damnavi servi nequam, aut mil-		Exquisita pocula	781
si robusti, nonnunquam & perfrau-		Exlaniare, id est, saniem tollere	652
dem & plagium abstracti ingenui,			
unde eorum repurgationem insti-		Exscensionis vox, quid apud Livium	504
tuit Augustus	801. 802.	Excreatio indignantis vel dedignan-	
Ergastulus & Ergastularius, servus		tis, inter gestus glorioforum	487
ergastuli incolæ 801. illi compedi-			
bis ferreis vincti 802. tales inscripti,		Exhibitatio infamium virorum in thea-	
id est, notis in facie puncti, ut essent		tris	786
noscebiles 804. omnes etiam semina-		Exilium scribendum, an exsiliium	303
rati 806. eorum victus pertenuis &			
asper	806	Extenuatz sortes, prodigium faciunt	792
Ergastularius Columellæ Præfectus Er-			
gastuli	801	Extenuatz sortes an proprie dicantur	
Erigere absolute, significatione neu-			
tra crexerunt, etccta sunt	860		

tut
Extentare, pro ostentare 403
Exteriore esse, quid? 763. quæ causa
ejus distionis? ibid

F

F. litera quomodo efferenda 34. non
nunquam usurpata F. pro H. 323

Faba & Milium eodem tempore se-
runtur 693

Fabia l. ex de re agraria 619

Fabianus auditor Cæstii Pii 634. ejus
etas ibid

Fabii animosa vox 824. ejus cum
Jove generatio 823

Fabius Pictor auctor vetus 212

Fabric pro Fabricius apud Ennium
476

Facere cotabum in convivii usurpa-
rum 385

Facere secundas quid? 432

Facere multam quid? 218

Facere notam quid apud Propertium
ibid.

Faces ad januam abjectæ quid offen-
dant 282

Faces in nuptiis præferendi mos 903

Faciem, pro faciam antiquè 301

Facies liberalis 208

Facula, pro facula 318

Factiones aurigarum 457

Factiones theatrales, earumque du-
ces, alii Juvenes dicti, alii forte
Veteres: 451

Facul, apud Ennium, pro facili 401

Fœminæ virosz legitimæ adulteræ
848. pudicæ fœminæ vir nudus nihil
à statua differt 502.

Fœminis statutz olim etiam quando-
que positæ 687

Fœminal, pro natura fœminea 830

Fœtus repigratus 830

Falz turrez ligneæ 635

Faliscis H. pro F. in usa 42

Fallere quid Latinis 588

Falli sermonis 557

Fama minuens passive 766

Fama nulla surgit sine calumnia
837

Familia quot servorum 797

Famul, pro famulus apud Ennium
401

Farferi folia apud Plautum & Appu-
lejum 308

Fasces listorii, quid, ex qua materia
eorumque origo, quando iis adjun-
ctæ aut non adjunctæ securæ, eos se-
rendi modus: quando submitteban-
tur, unde fasces submittere prover-
bium 727. 728. laurus iis inserta,
in triumpho aut victoria 730 in lu-
ctu aut funere inversi 519

Fascini remedium 828

Fastus Campanus 733

Fastus, pro contemptu & repulsa 258

Fatua Dea, uxor Fausti 476

Favere idem aliquando quod acclama-
re, & favor quod acclamatio 788

Favitor pro Fautor 506

Fautores in civilibus bellis qui? 835

Felena, pro Helena 328

Feles vel feles, aut felles pullaria, a-
pud Ausonium 456

Felis vel felis, virginalis aut virgina-
ria apud Plautum 455

Feliciter, felicissime, acclamationes
populares 787

Femina pro Hemina 328

Fenestæ in ergastulis 800

Fenestæ in lecticis 705

Fenestris lucernæ appensæ die festo
639

Ferdinandi Pinciani laus 780

Ferè pro ferociter 491

Feretra Silii Italico perticæ, in
quibus imagines ferebantur in fune-
ribus 745

Feriationes, feriz, festivitates 850

Ferillus 317

Ferre pro auferre, scriptoribus Cæsa-
reis frequens 807

Ferratile genus 803

Ferrei anuli servorum, plebejorum &
militum 782

Ferus pro equo 586

Festus Pompejus malè habitus à Pau-
lo Diacono 301. de Festo judicium
Scaligeri 837

Festus aliquoties correctus, aut Au-
ctorum, quos citat loca 301. 431.

463. 537. 650. 833. Idem, citatus
& crebro explicatus 286. 319. 323.

327. 336. 355. 356. 370. 377. 403.

427. 464. 475. 511. 593. 613. 654.

657. 665. 717. 723. 723. 726. 732.

733. 766. 823. 832.

Festinus laudum, poëtica phrasis 678

Festis diebus albatu erant Rom. 649

Festuca imposita sēbant liberi
417

Fictores deorum qui? 821

Fide pro fidei 408

Fides

Rides pars & liquens, id est, clara, cæta	718	Fragmenta XII. Tabularum restituta	584
Fili cadavera parentum collocabant	651	Fragmenta veterum auctorum furtio sublati	816
Fircus pro hircus	323	Fragmentum Agellii	493.499
Firmicus excitatus	821	Fragmentum legum quarundam agrariarum	688
Flaccus in manifestissimis criminibus sola opportunitate iocorum Ciceronis absolutus	269	Franciscus I. Galliarum Rex, summus literarum & literatorum fautor	987
Flamines Sacerdotes 671. nusquam nodum, quam in apice habebant	717	Franciscus Medius	495.527
Flaminica, Flaminis uxor	ibid.	Franciscus Napsus	495.688
Flaminica cerimoniarum	ibid.	Franciscus Pythæus	560
Flaminium, Sacerdotium nomen	455	Franciscus Raghelægus	549.612
Flavius Scorpis, agitator	460	Franciscus Roaldus	466
Flexio pro flexilis	461	Frangi solite imagines damnatorum	745
Flexibili, Flexibili, vel Flexibula aut Flexibula, Satura Varroniana	244	Frangis nomen occultiore notione	233
Florentinus à modestia, eruditione & imprimis rei antiquariz studio laudatus	505	Frangis ante cenam usurpata Romanis	369
Floridum vel Floridi carmen de qualitate vitæ 649. emendatum	650	Frangis	424
Florus non Julius, sed L. Annaeus didicendus, ut quicquid gente Anna seu Senecarum 771. non tam Livii, quam rerum Romæ laudabile compendium scripsit ibid: Judæos is injuria insidet	772	Frangis quater, modesti est aut	111
Florus porro correctus 772. 807. 822 & sequidem citatus	786. 787	Frangis pro frons, scriptum antiquis	291
Flus Liberi, vinum	420	Frangum, pro, Phrygum	412
Fluctuatus est, pro fluctuavit	867	Frumentatio, seu res frumentaria 61.	
Fluere pennam, pro volare, poetice	321	Frumentatio quid 659. distributio annonæ antiquitus per ædiles facta 658. inde penes præfectum annonæ hæc dignitas, qui curatores insituebat 663. Sulla videtur abrogasse. & post optimos aliam legem frumentariam populo obtrudere conati, sed ut parum gratam, statim irritam 659. nec post Sullam ulla, firma lex frumentaria ante Clodianam 660. eam re tenuerunt Imp. spreto nomine, qui & frumentantium numerum definiunt, 660. sed is numerus aliquoties variatus, donec admissi omnes tenuiores cives, etiam, liberti, post & Judæi, imò, & pueri, frumentantiumque nomina incisa tabulis publicis, quæ primum à Prætoribus Urbanis post à Præfecto annonæ servata 661. 662	
Fores amicarum vino affusa	975	Frumentatio universa quæ modiorum 670. particularis quis modus & canon, distribuendi ratio erat per tesseras 264. 265. in horreis frumenta Romæ reposita, quæ simpliciter Condita vocata 666. unde id frumentum Romam advectum 668. & potissimum ex tributis Ægypti & Africa 669. præter tributa quædamque & à Rep. emptum 669	
Fores tangere, lictorum proprium	729	Frumentatio	Frumentatio
Formosus, an bene scriptum	17		
Formosus, vox vetus	554.718		
Fortuna Obsequens Romæ 431. ut & Respicens	356		
Forum Romæ nocturnis stupris olim infame	389		
Fostia pro hostia, & fossis pro hostis 323. in foveam decidere decipi vulgare	426		

Frumenti Aegyptii & Africani modus	669.
sed Aegyptium à Constantino	
M. Byzantinis concessum, relicto Ro-	
manis Africano	269
Frumentariæ leges	658
Frumentariæ tabulæ	662
Frumentarii mensores, frumentarii sim-	
plicitè dicti	666
Frumenti, quod militibus, civibus,	
fociisque datum, unde tanta Roma-	
nis copia	668
Fugere se, summa virtus	225
Fuisse, verbi elegans usus	391
Fuit, id est, licuit, Hellenismus	
	353
Fulgentii vita vetus, illustrata	789.
idem citatus	354. 420
Fulgura Dea	819
Fullonius saltus	646
Fullonum cur tam frequens mentio	ibid.
Fulminis pro fulmen	467
Fulvius Ursinus	488. ejus laus
	726
Fumosa stemmata, imagines nobi-	
lium	457
Fungi officium	248
Funus imaginarij ducere, permissum	
in peregrè functis	531
Furta per lancem & licium, formula	
vetus	722
Furta, pro insidijs, doljs, aut falla-	
ci quovis facto, crebrum Latinis	
	912
Futurus in potestatem, pro venturus	
	846
Fuuerit, fuisse, pro fuerit, fuis-	
set, apud Ennium & Plautum	
	360. 421

G.

G literæ sonus, quomodo expri-	
endus, male à Gallis & Italis,	
melius à Germanis effertur	40
G & C. literæ vicinæ, & una pro alte-	
ra sæpè usitata	40
Galbani mores pro mollibus	836
Galbanus color	ibid.
Galbei calcei	ibid.
Galbus color quis?	ibid.
Galli iudicio & ingenio quasi medij	
inter Germanos & Italos	599.
500. postquam sub Romanis vulgò	
Latine locuti 13. lingua qua ho-	
die utuntur, & sere à temporibus	

bus Cæsarum, Romanæ veteris fa-	
lia, tanquam Latina notha & con-	
fusanea, Romana vocata, etiam	
Rustica, quàm diu apud nobilio-	
res Theorica, id est Germanica	
prævaluit 14. 55. equitum Gal-	
lorum olim virtus	334
Galliæ divisio, tota in certas gentes di-	
visa, & quot 505. tributum annuum	
ei à Cæsare impositum	435
Gallici servi electi ad læsticæ gestandas,	
	708. 709
Gallus Annius	747
Gallus, Propertij propinquus, Persus	
occisus	296
L. Gambæ mors	488
Gamelij Dei	538
Gangræna quid?	270
Gau, pro, gaudium apud Ennium	
	475
Gavius à Verre securi percussus	255.
	256
Gallianus quid, & cur ita dictus	
	721
Gelliani, servi publici	ibid.
Gemblacensis bibliotheca	237
Genas in funere radere mulieribus in-	
terdici, quomodo intelligendum	
	464
Generom, salvom, maritum, se, ibe-	
bant sæpè librarii	247
Genera Mana, Dea	781
Genethliacum Mamertini emendatum	
	480
Genialis lætus, sive thorus unde di-	
ctus 695. 861. matronarum erat,	
& cuique matronæ servatus suus	
ibid: in novo verò conjugio novus	
696. ejus situs, & cur adversus	
dictus	695
Gentiles mira suspicati de judæorum	
religione	772
Georgius Fabricius	911
Gerhardus Falckenburgius	503. 525.
	533. 601.
Gerio, eà formâ qua optio dicitur	
	786
Germani ingenio magis, quàm judi-	
cio valent 600. 601. literam B. ni-	
mium ad T. deflectunt 32. rectè li-	
teram G. pronuntiant	40
Germani servi ad læsticæ gestandas	
	708.
Germanici cognomen ante eorum qui	
ad imperium destinabantur, post	
Tiberium sere omnium Impera-	
torum, nec pro lævi habitum	
	611.

<i>Τρυφιδίδια</i> <i>καλός</i> , Satyra Varionis	260
Gestio, <i>καλέβω</i> , à Gestiendo	768
Gignitus pro genitus	539
Gilælinus de Ovidio benè meritus	989
in ejus nuptias epithalamium Lipsii	512. 466. 489.
ad eum epistolæ Lipsii	493. 499. 511. 525. 537. 542. 554.
Glossæ veteres editæ ab H. S.	566. 571. 576. 599. 614.
Gladium ponebant Rom: obvio aliquo magistratu	726
Gloriæ satietas in virum principem cadere non debet	297
Glossæ veteres editæ ab H. S.	537.
643 Ex correctæ 325. 454. sæpè Juvenalem citant 581. citatæ 537.	560. 651. 643. 718. 727. 730. 748.
	756
Γράφι σατυρὸν, titulus Satyræ Varionianæ	260
Gordianus Imp: eosdem suis poematis titulos indidit, quos suis olim Cicero	551
Goropius Becanus 473. refutatus 760. ejus mors	473
Gothorum, Hunnorum, Vandalarum &c. invasiones potissimum causæ corrupti sermonis Latini, & ejus pronuntiationis	13. 14
Gracchus primus lege cavit, ut vestis à publico militi daretur 636. ejus apud Agellium verba correctæ	561.
	702
Græchana seditio	466
Gradilis panis quis?	657
Gradus in quaque urbis regione, inque eis congiaria & aliz largitiones dabantur	667
Græcæ voces duæ restitutæ	331. 232
Græcanicum genus dicendi repositum	342. 476
Græci accumbebant ad mensam	372
Græci coronati ab oraculis redibant	575
Grammaticæ curæ principibus viris olim curæ, etiam editis libris, quæ earum utilitas, præsertim si non nimis curiosæ tractentur 10. 15 vulgò tamen Grammaticorum nomen contemptum	521
Grammaticorum leges, quoad retores, accentusve apud Latinos 51. 52. morem in iis præcūm acumine suo prefferunt	55
Grandia ingredi, Græcanica phrasis	499
Graphis in curia Senator quidam dicerptus	922

Gravis tenor, aut accentus, quid aut quid non, an ejus nota sit, esse possit aut debeat	48. 50
Gromatici libri citari	538
γῶν idem quod hilum	454.
Guido Laurinus	483. 561
Guilielmus Breugelius	534
Guilielmus Pautinus, medicus	496
Guilielmi Canteri mors 578. ejus commendatio 407. ejus laus 578. ab eo discessum	255
Gustulum apud Apulejum quid?	371.
ad gustum epigere	784
Gustus seu gustatio, prima pars cœnæ	375
Gyros evehi quid? & angyro se vehi, bona loquutio	282

H.

H, Litera, five status, qui effert, si debeat 42. aliquando pro F, præcipuè Faliscis, contra F, quibudam pro H usurpatum 323. 42. Latinis in usu pro spiritu aspero Græcorum	47
Habeo probè, dulces mihi est	427
Habere, pro habitare 315. alio significatum	429
Habere & havere, juncta	832
Habitandi verbum quomodo transferri solitum	354
Habitior, pinguior	351
Habuuerit, pro, habuerit, Plauto	360
Hadriani Imp: in juventute vile ministerium	470
Hæreditas sine sacris	318
Hæreditatem cernere	859
Hama vas aquarium	424
Hamadrosia, Græca terminatione scriptum apud Propertium	317
Hanu'a, pro Fanula	333
Harpoocrates Deus silentii apud Græcos	315
Hastæ jaculatoriæ, seu missiles, prope Velitum, à quibus & Velitares dicitur olim etiam Hastatorum	849
Haud an haut scribendum	303
Havere & habere, probè juncta	832
Haut scio vel hauscio, pro nescio	303
Hectore stante, stetit Troja	908
Hedylum, Edilium, personæ mulierculæ in Comædiis	554
	Helle.

Hellenismus 343. 475. 476. 499. 588	ac rerum gerendarum 574. tum alii usus, fructus, varizque laudes 497. 508
Henricus Glareanus non tam ineptus censor, quam quidam existimant 525. refutatus 714. ejus nonnullæ hæsitaciones in Livio, Cæronio &c. annotatz, tum quidam errores 319. 525. 588. 597. 714	Historiæ scribendæ difficultas & dignitas 598
Henricus Stephanus 591	Histricus, pro Histrionio 832
Herbarum color, qui & Galbæus 686	Histriones ex Histria primum venisse dicuntur ibid.
Hercules Antæanus, apud Ciceronem 430	Histriones incurvum baculum aut ferum in manum tenebant 749
Hercules, Deus parasitorum 333	Momeri locus 534
Hercules Nutrix ibid.	Hominium pro hominum antiquè 420
Hercules Oetæus tragœdia præ cæteris tragœdiis Latinis tumet & arguitur 837. 896	Honor in incessu, & quomodo exhibitus 764
Herculis error pro ipso Hercule 727	Honor Theatralis 786
Heriatus pro feriatus 323	Hora cœnz apud Rom: 372
Hermæ corollas donabant meretricibus 389. pisti virilibus surrectis 823	Horæ diisacclamatz 820
Hermathenæ, Hermeracles, dii mixti 819	Horatius in Odis excellit 504. ejus cum Juvenale in Satyris collatio 492
Hermolai Barbari error 456	eius judicium de lauto, indignum Horatio 336. 502
Herodianus explicatus 556. 642	Horatius correctus, aut vulgata ejus lectio firmata 643. Idem citatus & aliquando explicatus 343. 370. 373. 376. 378. 384. 388. 400. 435. 529. 531. 639. 645. 646. 696. 763. 775. 786. 801.
Heroës sedebant in convivio, non accumbabant 371	Horatii interpres correctus 585
Hesperiorum mos, manu adorare 774	Morda bos 823
Hexaphoros lectica honestiorum 701. 707	Hordicidia, pro Fordicidia ibid.
S. Hieronymus citatus 463. 774	Horno opponitur anno 315
Hierosolymis vitis aurea 772	Horrea publica Romæ 666
Higinus correctus apud Nonium 340	Horrea Sulpicia 580
Hippolytus Tragœdia in vett. libris Phædra inscribitur	Hortensius Ciceronis dialogus de laudibus philosophiæ 244
Hippolytus Cardinalis Etenensis, patronus Mureti, ejusque domus in Quiriali 7	Horri leges in persona Vertunni 367
Hirtius an auctor Commentariorum, aut ex iis quorum, de bellis Cæsaris, ipsius Cæsaris commentariis suffectorum, quos alii Balbo, alii Oppio adscribunt 833. 834. ii cujuscunque sint, correcti 763. 834. 835	Hortorum tutela Veneri 366
Hispani olim vulgò Latine loquuntur 13. sed hodierna eorum lingua est Gothicis Romanis 14. litteram B. nimium ad V. consonantem deflectunt 33. iis peculiaris L.L. geminati pronuntiatio 42	Hortus, obsceno intellectus 399
Historia lugubris & Tragica 559. 560	Hubertus Goltzius 504
Historia est animæ & vitæ memoria.	Hunnorum, Gothorum &c. irruptiones Linguam Latinam, ejusque pronuntiationem planè corruerunt 14
	Hygini ætas indicata 689

I:

I Litera longa est; vel brevis, longa apice non insigniebatur, ut aliz vocales longæ, sed productione scripta, & inde litera longa Plauto dicta 10. 21. interdum etiam scripta ut Ei Græcorum 21. Sono

tamen elata ac si geminata II. videlicet ut Belgarum my, Gy	31.	Im, pro cum	339		
Curiosioribus distinguere placitum, quando & quatenus Ei scribendum, quando productè scribendum, sed frustra	22.	Imagines majorum nobilitatem dabant apud Romanos, exque ex quo Magistratu	742. 743. & cera fieri solebant, sed non totius corporis, atque in atriiis ponebantur	244.	
Productius scripta sæpè æquiparat se duabus divisiùm scribendis, ut Tulli pro Tullii &c.	865. 23	in thecis collocata ibid tituli sive indices iis subscripti ibid: usus earum præcipuus ad funera	745.	damnatorum autem nec habere, nec in exsequiis ferre licebat, imò frangebantur	745
I autem breve etiam duplicis soni & qualium 21. hujusque cum V. crebra alternatio	413	Imagines Imp: item virorum aliquando maxime illustrium innox signis militariibus Cohortium	596	Imagines mortuales semper apparere veris majores videntur	902
I consona, quomodo efferenda	42.	Imbitere	470	Imbrex, incurvum genus tegularum	560
Græcis ignota	36	Imitari passivè	596	Imitus, ut scirpitus, radicitus	765
Jaciendi coronas mos	747	Imparientia quid?	654	Imperatores seu Principes Cæsaresve Romani, honorem tenuiori mandantes, impensæ quæ faciendæ in se recipiebant, quod sine impendio creare dicebatur	471.
Jacobus Cruquius	504	Imp: vestè discreti à privatorum	735.	uxoribus Imp: aliquando li-	732
Jacobus Cujacius 451. 490. 531. ejus laus	531	Imperii Romani lapsi causa	798	Impetire, verbum augurale	319
Jacobus Curlus	508	Impolitæ nota Censoria	507	Improbis, instestabilisque, formula veius	488
Jacobus Pamelius, Theologus	596	Impudentiæ signum apud Aegyptios musca	365	Impadicitia, quid propriè, & impudicus	862
Jacobus Ruzardus	463. 585	Imus decubitus, illius qui jacebat ad pedes lecti	378	In ævum, vox acclamationibus apra	787
Jacobus Salsus 486. §16. 597. ejus correctio	580. 581	In manibus esse, quid Cæsari. Cicero-	283	ni, Virgilio, & aliis	763.
Jacobus Taijus	594	Incedendi ratio apud Rom:	764.	Index coenæ, quis	374
Jacolum, pro jaculum	313	Index imaginis	744	Indignum, exclamationis interfectæ formula Valerio Max: & Floro frequens	851
Jani quid?	746	Indixe, pro indixisse	422	Indu	588
Januarum percussio solennis 729. januis lucernæ appensæ diebus festis	638	Induciz tacite	536	Infans, pro infando	571
Januas templorum osculabantur veteres	775	Infrequens in militia Rom: quis & quæ			
Janus Geminus à Nerone clausus	343				
ab Augusto, deque eo nodus intricatus	714				
Janus Doufa 579. ejus vera laus	648.				
816. ejus conjectura	648				
Janus Guilielmus 808. præceps ejus obitus, defectio, & crebræ magnæque laudes 808. Carmen ejus	809. 810. 811				
Janus Lernutius 456. 469. 518. 576. 590. 613. ejus Oda adamorem 526. elegia ejusdem 583. 584. conjectura ejus 648. ad eundem epistolæ Lipsii 456. 469. 518. 576. 590. 613					
Ibus, pro iis	340				
Ichnographia Græcis, quod Latinis species operis	718				
Idem pro, iidem	804				
Idem in me, præiurandi formula	977				
Ignavio, ignavire	768				
Ignæ angues	765				
Ignis prælarus Vatibus	639				
Ignis vigilans & vivens	534				
Illatibilis vox vetus	719				
Illauta femina, quæ?	418				
Illum, pro illorum, Ciceroni	361				

qua ignominia punitus	423	Joachimus Camerarius, 455. ejusque	
Ingenui agris pulsi per fraudem	798.	conjectura	ibid.
etiam in ergastula quandoque vi- pti	802	Joachimus Camerarius, Joachimi F.	526
Inigo pro adigo	567	Joannes Berotius	498
Injicere, leviter mentionem facere	851	Joannes, Episcopus Salisbergensis	405
Innixa moles, innitens	882	Joannes Crato à Craßheim	523
Initiare stilum	848	Joannes Goropius Becanus	473
Inolere, innasce	690	Joannes Flemingus	529
Inopia antiquè, pro muliere inope	431	Joannes Leunclavius	513
Inorabilis, qui exorari nequit	554	Joannes Livineius	553
Inpannis, pro eo, qui caret pannis	431	Joannes Ramus, J. C.	608
Inquilina, pro cive	321. 322	Joannes Sambucus	547
Insanissimè, vehementissimè	611	Joannes Scheynius	574
Insanum, pro valdè insanum, in mo- dum	537	Joannes Wamelius	584
Inscripta ergastula, cur Juvenali	804	Jobi historia citata	774
Inscripti, id est, servi stigmatiz, seu notis compuncti	804	Joci Plautini quales sint	501
Inscriptio antiqua explicata	560.	Joci sunt, velut sal vitæ, præsertim in mensa & vino	385
Inscriptio nummorum Antonii	505	Jocorum opportunitate L. Flaccum servavit Cicero	269
Inscriptio vultus, qualis	805	Jocus Ciceronis elegans	252. 342
Inscendere aggerem	851	Jocus Domitii Afri	208
Insubilat, ἀρξινώε	500	Jocus in pronuntiatione	746
Intemperantia legitima faminis vito- sis	830	Jocus Nasica cujusdam apud Cicero- nem	207
Intera, pro intra	689	Jocus Plautinus	336. 341
Interdicto, absolutè, pro cum inter- dictum sit	464	Josephus in vite judaica dissentit, à Floro	771. 772
Interfamineum, natura faminea	830	Josephus Scaliger 453. 464. 477. 521. 531. 537. 597	
Interior, Becano sinisterior 759. ma- nus etiam interior videtur apud Propertium intelligi sinistra	246.	Josiphe, pro, is ipse, αὐτός	537
Interioriorem esse, quid?	763	Jove tonare leges perferri non por- rant	380
Internoctu una vox, ut interdiu	767	Jovis epulum, ludorum causa	530
Interpolandi verbum, non bene intel- lectum	228	Irridiculo esse	429
Interpunctiones seu distinctiones, ac- curatè observandæ in scriptis sub- tilioribus aut obscurioribus,	873.	Isdem pro isdem	304
Intestabilis	874	Isidorus citatus, explicatus, & quando- que ejus errores, falsæ dubiæ as- sertiones, & nugamenta detecta, confutata &c. 494. 560. 569. 654. 722. 782. 796. 821. &c.	
Intinctus, non tinctus	908	Isocrates Ciceroni valdè placuit 284.	
Invivus	516	Stilus ejus poeticus habitus antiquis ibid: ad dicendum deerant ei vox & confidentia 392. ejus loca, quæ Ci- cero imitatus	219
Invinctus, affixus, illigatus	911	Istrigonienfis Archiepiscopus	540
Invisitatus	514	Ita vivam, jurandi formula	867
Invitare, pro vitam tollere	347	Italica gentes peculiaribus singula o- lim linguis usæ 12. post omnes La- tinum aut Romanum sermonem ad- scivere 11. 12. à germana tamen ejus pronuntiatione aliquando abie- re jam temporibus Ciceronis 13. 14	
Invitari, delectari apud Nonium	601	Italica Lingua, quæ nunc est, vetustas 15. in Latinis malè hodiè Itali G ut Z pronuntiant	40
Inusio frontium in ergastulis, etiam inuso atramento	809		

I N D E X

Italorum latus maxima à judicio 600
urbes Italicas hodie non nisi gla-
dio ad vaginam victo ingredi li-
cet 726
Iteradum apud Ciceronem 354
Iter sequi stellis 826
Itinera conficere interphrases meretri-
cias 389
Judæorum religio irrita gentibus 772.
suspiciones de eis unde nam
ibid.
Jugarius Campus 828
Juliana lex de uxoribus 713
Julia Augusti filia, cur Marcyram
coronavit, 388. responsum ejus,
cur Agrippæ similes liberos pare-
ret 590
Julii Cæsaris scripta. Vide Cæsar &
Commentarii
Julius Capitolinus correctus 471. 498.
551. 611. 662. explicatus 556.
611. 775. 788.
Julius Cæsar 485
Julius Marathus libertus Augusti
642
Junia Calvina 510
Juniores pro militibus Augustino
453
ibid.
Juniores Sevirii 634
Junius Gallio quis? 634
Ad: Junius laudatus aliquoties, ejus-
que correctiones variz memoratz,
probatæ quædam, quædam non re-
ceptæ, & aliquando ad eum remissus
lector 349. 405. 439. 457. 458.
461. 530. 600. 601
Juno Lucina, 831
Juno Syria 831
Juno Virgo, Cælestis Afrorum, leoni
insidens picta 612. **Cybele credita**
D. Ambrosio **ibid.**
Junones uxores suas vocitare blandien-
rium maritorum 510
Jupiter Hospitalis 357
Juramenti formula 208
Juramentum per Cæpium Augusti
383
Juratus Senatus, jurati Patres quid?
554
Jurandi modus, mores jurantis indi-
cat 492
Juratores id est testes 509
Jus Verrinum, quid joci 251. 252
Jusjurandi eymon 699
Justum & justus, indifferens 557
Justa, cibus diurnus ergastulorum, Co-
lonellæ 806
Justini locus 536

Juvenalis laus, ejusque in Satyris cum
Horatio laus 491. 492. **de ejus æta-**
te disceptatum 571. **locus ejus ex**
Aristophane sumptus 492
Juvenalis correctus, aut vetus in eo le-
ctio asserta 492. 564. 579. 580.
Juvenalis citatus, & aliquando ex-
plicatus 372. 424. 459. 489. 505.
521. 593. 639. 640. 644. 646. 653.
667. 630. 688. 655. 700. 703. 705.
709. 710. 712. 743. 745. 763. 769.
771. 800. 801. 803. 806
Juvenæ potissimum eligebantur ad sa-
cra 903
Juvenes qui in Pandectis 451. perti-
nuisse videntur ad theatra ibid: cur
ita dicti **ibid.**
Juvenes pro militibus 453
Juvenes pro equitibus Romanis
758
Juvenum princeps, is qui primus in-
ter equites à Censore legebatur 758

K.

K Litera superflua in Latinis 38. Sal-
lustius quidam Ludimagister pri-
mus eam invenit 59
K litera inusta fronti eorum, qui calu-
mniæ damnati 804
Kalumnia scribebant pristi, non ca-
lumnia **ibid.**
Kales municipium Italiz 250
Kάλαρος Græcis idem quod Cicum aut
et Hilum Latinis 454
Kελ pro Κελδ apud Homerum 476

L.

L liquidissima literarum 42. **pro D.**
L, aliquando posita 327. **L L. ge-**
minatæ pronuntiatio hodie Hispanis
peculiaris 42
Laberii versus correcti 340. 695. **ci-**
tati 603
Lacedæmonii molles habebantur infe-
riori ævo 580
Lacedæmonius orbis quid? 580
Lacerna penulæ haud absimilis, Græcis
μυρδν 15. militaris vestis, sed quæ
in urbem paulatim irrupit, pulla
quidem in usum vulgi, at Senato-
rum & delicatiorum amethystini
coloris aut coccinei 613
Lactan-

- L**astantius citatus & illustratus 301.
315. 520.
- L**actuca coenas veterum elusit 371
- L**adas cursor 691
- L**aidis amatores vino fores ejus perfundebant 575. 576
- L**ambinus commentatus in Lucretium & Horatium 586. in Turnebum injurius 607. aliquot ejusdem errores, hallucinationes, aut infelices correctiones 229. 267. 337. 414. 415. 419. 464. 617. 709
- L**ampridius correctus 378. 611. 696. 746. 757. idem citatus & aliquando illustratus 325. 372. 471. 496. 602. 665. 669. 712. 732. 757. 788. 613
- L**anificium & textrina Rom: mulierum 696
- L**anus postes cingebantur in nuptiis 486
- L**angii Bruxellensis vera laus à sapientia, humanitate & doctrina &c. 341. 566. ab ejus correctione recessum 714. 793
- L**apidum casura exercita in ergastulis 799
- L**apillus antiquus 585
- L**apis antiquus Ancyrae repertus, in quo breviarium rerum gestarum Augusti 661. in exscribendo eo erratum 666
- L**apillis pro Dapillis apud Plautum 327
- L**aquesaria in ædibus 694
- L**atinus Pacatus Drepanus correctus 586. idem citatus 645. 724. 797
- L**atus Martiali, is qui latus tegit 593
- L**atus regere quid? 763
- L**avor, non labor quidam scribendum putant 266
- L**aurentii Gambaræ mors 438
- L**aurentius Valla 464. 488. ejus correctiones in Livium 508. de correctionibus sæpe coram Alphonso rege Siciliae litigavit 508
- L**auri ramum vates & actores inter canendum manum tenebant apud Græcos 741
- L**aurinorum fratrum laus 504 505
- L**aurus appenia jannus in die festo 638
- L**ausum quid apud Plautum? 560
- L**auta femina quæ? 418
- L**aurio antiquis frequens non ante convivium solum, sed & in ipso per singula fercula ac missus. 814
- L**aurumarius, quid Turnebus? 289
- L**ecti instetnebantur aulæis, purpura aut alia veste stragula 372
- L**ectica ut differat à Sella 706
- ejus duplex usus, ad vivos, ad mortuos, antiquus mos qui semper mansit 704. in usum etiam viverum antiqua, incertum quando ceperit 702. primò ad viam, postea admissa in urbem 702. 703. ejus usus in Bithynia & Cappadocia frequens 702
- Græcis tamen olim & Orientalibus populis ignotus 713
- primitivum lecticarum usum viduit Cæsar, sed edicto non duraturo 703
- L**ectica quoad formam duplex, aperta & lecta 703. in lectica pulvinus erat, in quo recumbebant non sedebant 707. lecticam in collo collocatam ferebant servi, plurimum sex, aliquando & octo, unde mentio plerumque hexaphori 707. 708. huic rei servos eligebant proceros, pulchros & robustissimos, sæpe è Germanis 708. 709. lectica autem deposita pedibus insistebat 704
- L**ectica lecta pelle & velo 704. 705. opere arcuato, ut hodiè Italice rhedæ 704. in ea fenestra 705. lecticæ testæ origo 705. ejus usus Dionis xvo tantum apud primarias feminas 706
- L**ecticæ vel lecticulæ domesticæ vel lucubratoriæ, sive lectuli lucubratorii 706. 862. 863
- L**ecticarii, servi qui ad lecticam aut sellam ferebant 708
- L**ecticarii asseres, vincla &c. 582. 704
- L**ecticarii tam de hominibus ad sellam quam ad lecticam 710
- L**ectis accipiebantur Romani in conviviiis, non in sedibus 371 372
- ii instetnebantur purpura, aut alia veste stragula 372. in lecto uno quot convivæ 373. quot lecti circa unam mensam 372
- L**ecticuli lucubratorii 862. 863
- L**ectus adversus idem cum Geniali, & unde sic dictus 695
- L**egatis non nisi Latine loqui aut ipsis aut per interpretem, permisissum 12

Legatis etiam listores erant	732
Legere olea, nuces, pomma, obsceno intellectu	393
Leno felis aut felis virginaria virginalisve, Plauto	455
Leo Decimus Pont. bonarum literarum summus fautor	981
Leones Romanis priscis urbi Numidici aut Africani nominati	770
Leones quibuldam gentibus culti proditi	477
Leones currum trahere olim fieri, ejus rei auctor Antonius Triumvir	771
Leonina pellis heroibus convenit	771
Lesbia apud Catullum quis?	212
Lessum facere apud Plautum	559
Lessus quibuldam vestimentum funebre, aliis ejulatio lugubris, item Lessum habere apud Ciceronem	462. 463
Levare curarum, religionis	557
Lex de maritandis ordinibus	262
Lex Juliana de uxoribus	713
Lex Mannilia, Roscia, Peducza, Alina Fabia de agraria	689
Lex Rupilia	280
Lex Stolonis de quingentis jugeribus	797
Lex Triumvralis, de listoribus	723
Lex vetus de Anteflatione	585
Lex vinearia	663
Legis sciscendae formula	385
Legum praescripto & ordine omnes Reipublicae partes administrantur	302
Libandi modus	382. 383
Libatio in omni mensa observata	382
Libatio pro salute Augusti in omnibus conviviis	383
Libelli famosi legibus XII. Tab. prohibiti	524
Liberalis facies	208
Liberi à servis vix discreti veste	683
Liberi flos, vinum	420
Libere, libente te, me, id est, gaudente, volente	559
Liberi lumen parentum	733
Liberti ab epistolis, à libellis, à studiis, à memoria, à voluptatibus	417. 678
Libertorum mos in mutanda veste	680
Libitinarum abjecti & viles	858

Liburni pro servis lecticariis à Liburnia	709
Libyx quidam populi liberos ad formarum similitudinem distribuabant, quod uxores communes haberent	613
Licinius, praefectus ab Augusto Galliz	417
Listores unde dicti, origo, etymon, conditio, 722. liberi fuerunt, non servi ibid: eligebantur è corpore libertorum 723. officia & munia eorum ibid: cives fuerunt ibid: togati erant ibid: numerus listorum 731. quibus Magistratibus listores fuerint ibid: primus listor & proximus quis? 727. quis summus listor ibid:	
Listorij fasces ibid: ex ulmo aut betulla	ibid.
Listorum virgæ 729. aptæ ad summovendum ibid: & ad tangendum fores	ibid.
Lignatum ituri ferebant secum & lora	469
Ligo ligere, & ligui listum	722
Ligurritores, Opici dicebantur	593
Limes unde dictus	722
Limum veteribus dictum omne transversum	722
Limus, cinctus publici servi ibid.	
Lineas admove, pro urgere, accedere	790
Lingua Latina, seu sermo Latinus, artibus olim finibus contenta 11. nec initio aliis gentibus ejus usum facile indulgere Romani ibid: quomodo & quo potissimum post se effuderit, idque bono generis humani ibid: propagatio tam ejus, prima causa pronuntiationis variandæ 13. tandem plane Barbarorum incurfu corrupta 14. 15. Plura quæ ad pronuntiationem Linguae Latinae pertinent fusè tractat Lipsius peculiari libro 1. 2. 3. &c.	
Lingua exerrare	548
Linguam oculi praecedunt, quæ phrasibus	326
Linteæ ad exterius, item strigiles, cibi etiam, apposita Deorum statuis aut simulachris à Romanis	821
Lipii pater fuit vir acer & manu promptus, armis potius deditus quam Munis 594. Isca municipium Bra-	

- Brabantia ei patria** 508. eius morbus in Sequanis 541. amica eius velitatio cum viro magno, & adversus calumniatores dicta quædam 836. paratam Agellii editionem habuit, non tamen edidit 766. fragmenta, etiam veterum auctorum ab ipso collecta furto illi sublata 816
Liquens & pura fides 718
Literæ seu elementa quid 16
Literæ Latinæ pleræque hodie aut male aut murile pronuntiantur 16. eas mire Veteres commutare soliti 327. longa quæ Plauto 21. de singulis literis peculiariter, toto tractatu de pronuntiatione L. Latinæ 7. 8. 9. &c.
Literas pronuntiandi ratio ex Martiano Capella 65. ex Terentiano Mauro ibid. ex Victorino Afro. 68
Literati servi qui 805
Literarum bonarum studium hodie in Europa per bella jacet 488. 503. idque in aulis coli, rarum 523
Litus Oceanum, pro Oceani 580
Lituus quid? 229
Livia post adoptionem Julia appellata 861
Livius Geminus Senator 508
Livius citatus & crebro illustratus 319. 354. 375. 434. 486. 594. 614. 646. 653. 656. 657. 670. 676. 679. 680. 694. 702. 714. 720. 722. 724. 728. 730. 732. 743. 745. 758. 771. 776. 792. 797. 800. 807. 823. 826. 849. 853
Livius porro verè correctus 314. 410. 454. 461. 462. 464. 467. 472. 476. 477. 483. 484. 488. 490. 494. 497. 500. 508. 513. 519. 523. 525. 529. 533. 536. 540. 560. 565. 574. 578. 588. 602. 608. 610. 613. 635. 656. 657. 680. 690. 723. 726. 739. 792. 797. **Livii multa loca à Lipsio in quæstionibus epistolicis ope vetustissimi exemplaris emendata** 447. unde id exemplar nactus Lipsius 454. fragmentum ejus, quod apud Senecam Rhetorem existat emendatum 568. ejus epitome correctæ 731. 739. citata 745
Loca publica, ut templa, viz &c. curanda elocari cuivis susceptori solita 248
Locus dexter honestior 759
Locus dignior in conviviiis, assignabatur à rege seu patre cœnæ 370
Locus honestior quis? 759. sinistrum afferebat Becanus ibid. ejus rationes ibid. ex refutatæ 760. ostensumque dextrum honestiorem 761. 762. Longè fugit, qui suos fugit, titulus fortassis Varronianæ Satyræ 224. Longè illis artes &c. phrasis elegans 824. hoc Longè non decedam, proverbialis locutio, ut demonstrantis 318
Lora, aut lorum petere, quod apud Comicos frequens, quid? 469
Lotio vide laurio
Lotri, semigræca vox, pro lotione 814
Lubricandi verbum apud Juvenalem 580
Lucani poëtæ pater 633
Lucani servi publici 720
Lucanica farciminis genus 611
Lucanus citatus 346. 649. 695. 776. 812.
Lucerna varibus propria 639.
Lucernas appendendi mos 637. 638. idque plerumque in die festo, aut lætitia publica, vel ad sacra, aut etiam Sabbathis, quales ex, appensæ videlicet ad januas, fenestras, arbores, item & ad nova lupanaria 638. 639
Lucianus citatus 321. 324. 430. 434. 518. 532. 643. 651. 831.
**Lucilius Poëta damnat geminationem vocalium longarum 18 ejus præceptum quando I. longum scribendum, quando EI. 23. ejus iter in Hispaniam 440. versus ejus de mulieribus 582. idem porro correctus, aut in eo lectio vetus stabilis 221. 246. 313. 315. 413. 419. 440. 530. 531. 570. 600. 602. 716. 822. idem citatus 346. 360. 390. 403. 603. 666. 782.
Lucretius emendatus 222. 600. idem citatus 325. 331. 360. 401. 422. 428. 538. 608. 774.
Lucretius repositus pro Lucilio 313
Lugdunenſis ara 505
Lugduni nummi cusi à XL. Gallis gentibus 505.
Luna cur in labaris Turcarum 471
Lupanariis novis Lucernæ appendi solitæ 639
Luperco Sacerdotes 671
Lustrum, quot anni inter postremum liberæ Reipublicæ lustrum, & primum Augustum 739
Luvit pro luit, apud Lucilium 360
Luxus Campanus 856

LUXUS**

Luxus Porcerum	733
Lycas ab Hercule interfectus	891
Lympha & Nympha, indifferenter vert:	380
Lymphatum vinum	380

M

M literam, omnes rectè proferunt	
M	42
Maccus quis	506
Macella opidum	554
Macetz, Macedones	522
Macrobius ex Agellio multa defum- psit aut furatus est 343. ejus hal- lucinationes aut errores 218. 382. idem emendatus 342. 716. expli- catus aut citatus 373. 375. 440. 767. 823	
Maestare, honorare, dono ornare &c.	401
Madulsa ebrius	427
Mæcenati applausum in theatris	786
Mænia lex, Satyra Varronis	330
Mænus Germaniæ amnis	496
Magis comparandi adverbium in o- ratione crebrò relictur	846
Magister & Magisterium in convi- viis Rom. quid? 377. 378. talo- rum sorte creatus 878. aliquando sola corollæ impositione	379
Magister equitum sex habebat lictor- es, falces &c.	564. 732
Magister Saliorum Ancilia proferebat quotannis	434
Magister vicorum per certos dies binos lictiores habebat	732
Magistri memoriæ, fortè iidem qui à memoriâ vel ad memoriâ	678
Magistratui assurgendum, caput a- periendum, equo descendendum, & curru, gladius ponendus eo ob- vio	725. 726
Magistratus minor majori cedeat, fa- lces submittebat, secures depone- bat, in navibus idem observatum	728. 729
Magistratus qui posteris jus imagines dabant	743
Magistratus novi ludos præbebant	980
Majores dii qui?	354
Mala dare, quid?	392
Malchio ad vestes, nomen liberi ab	

officio sumptum	678
Maldechেমius, juvenis nobilis	508
Malificium pro maleficio	316
in Malis optimum, proverbii instar	350
Mamertinus correctus 480. 543. idem citatus & interdum explica- tus	471. 543. 776
Mamilla lex	689
Mancipes qui	248
Manium summum votorum ut quieti essent	675
Manulearum tunicæ puerorum merito- riorum	404
Manus alicujus osculari propè vilio- rum, sic manus dominorum oscula- ti servi 778. simulachri Dei alicu- jus manus osculandi mos	773
Manus protensio sola in habitu præ- cantium	775
Manus porrigere easque ad os suum referte & osculari aderantium	774
Manu adorare quid? & quo gestu	774
Manus supinæ quid Horatio	775
Manus tollere quid? 248. ad manum accedere, honoris 778. in mani- bus esse, quid Cæsari & Ciceroni &c.	283
Manus dentata in modum pectinis formata	320
Manutii conjecturæ aut firmatæ aut rectæ 414. 520. 687. 730. ad eum epistola Lipsii	559
Mapalia, homines solutè viventes	511
Ma-ψ pro ματῶν Homericum	476
M. Lupi monumentum 701. cui ei in sculpta lectica	ibid.
Marcus Antonius Orator	215
Marcus Gato emendatus 220. 249. 281. 469. 588. 656. 718.	
Marcus Laurinus V.N.	483
Margareta poetica	405
Marinus passer, pro struthiocamelo	770
Mario, an piscis in Danubio sit	496
Matritus uxori suæ solus censor & ju- dex	220
Marmor, pro sepulchro accipi, vulgare	289
Marmor antiquum de rebus Duilii ex- pressum	350
Mars dubius	586
Martii verres etiam immolatus	252
Marsyz status in celeberrima fori par- te 388. ad eam scorta prostabant ibid.	
Martialis à M. A. M. pro scuta de trivio habitus, sed æquius de eo cen- sa	161

set Jul: Scaliger 456.457. miser castratus à quibusdam, qui vix eum intellexerunt 985. meminisse Juvenalis videtur 573	Mens adflata 795.796
Martialis porro correctus 456.457.458. 593. 698. idem citatus & sæpe explicatus 234.324.372. 375.384. 391. 419.458 580.593.611. 641 642.680 684.686.701.704. 729.734.735.743 769.771.774. 778.787. 800. 804 806.820	Mensa citrea, lautiorum 572
Martiani Capellæ ratio pronuntiandi literas 65. correctus 39. idem citatus 15.20.39. 48 54.55.	Mensa duplex antiquis, secundum Servium, una epularum, altera peculorum 387
F. Martinii mors & laus 362.394	Mensa secunda, tertia pars cœnæ quæ & mensa pomerum dicta 386
Martinus Antonius Delrio 539	Mensæ uni raro plures quàm duodecim convivæ accumbabant 373
Martinus Lipsius 567	Menstruum militis quantum 665. quantum servorum 659
Massilienses mores, proverbium in molles 43	Meraculum pro miraculo 420
Masso cognomen gentis Papiriz 500	Meracum vinum 380
Massurius Sabius 657 719	Meretrices cur status Veneris, Mariz, Trephalli, Heiræ &c. coronarint 389
Mater impia in filium 802	Meretrices submoveri solitæ 724
Matronæ Romanæ lanificiose exercebant 696 nubentes capiebant crimines 70. sedebant in lecto adverso 696	Meretrix à voracitate mari comparata 438
Matulz est modus, monitio proverbialis Varronis 381.	Meretrix quæstuaria 389
Mausolus Rexne an præfectus Caræ 717	Meretricium pro meretricum 419
Maximilianus à Bersele 565	Meridies sol. seu sol meridies 766
Maximus Cæsonius quis, & quando condemnatus 461	Meridies noctis, media nox Varroni
Medde, pro melle 422	Messalinæ libido 389. ejusque tandem infelix exitus ibid
Medea Tragœdiz videtur esse Senecz Philosophi 872.873	Meram in Circo olim calcem, post creatam vulgo vocavere 428
Medecum pro mecum 335.411	Metare & metari, ad varia translata vox 900
Medici à Varrone irrisi 257	Mibi & Musis, solamen criticorum 521
Medicifici, aut Medicifices, pro medicis 830	Milites Augustino juniores, alii juvenes 459
Medium scelus pro mediocri 876	Militum menstruum quantum 665. ferreis solum anulis usi, quem morem sustulit Severus 783
Medius locus dignissimus in convivis 374	Millenaria nota sæpe corrupta 789
Medixtutichus, nomen Magistratus apud Livium 475	Milioniana inter Ciceronis orationes eximia 240
Mela frater Senecz philosophi 634	Mimas mons eximius 296
Melica gallina, pro Medica 327	Minæ, seu mininz extz 336
Melissa catella 520	Minores dii 354
Μελισσαιον, quid Græcis 353	Minores pro posteris 583
Melones Lipsio in deliciis 387	Minuens fama, pro diminuta 766
Memnon deæ filius, ejusque patruus Priamus 909	Minutia frumentaria, locus Romæ 665
Memorandum, apud Plautum 354	Minutius, citatus 477.397.774
Menda vel exigua in vet: scriptis deleri permagni interest 281.289	Minutius primus rei frumentariæ præfectus 665
Menippus Philosophus viam ad inferos norat 990	Miser ex suo animo, ἡ κατ' ὅπου 534
Mens aut mens animi, anima quid proprie 352	Missus, in antiquorum cœnis tres 375
	Modimperator in convivis Rom: 373
	Modius laudatus & allegatus 495.694
	Mœnæra, pro munera 426
	Mœnare, pro munire 329
	Moeri

I N D E X

Mæti , pro muri	421	Mundus pro coelo	897.906
Mæsi inter robustissimos servos	382	Muretus aliquoties laudatus aut memoratus	233.265. 390. amica cum eo
Mœtinum , vel Mutinum , subrectum	822	velitatio	836. ad eum epistole Lipsii
Melcatenses , socii P. R. forte apud Agellium	322	461. 530. 564. 604. ejus in Propertio emendanda opera	209. egregia ejus conjectura
Moleste fero, formula condoletis	369	Mus Africanus, pro Panthera	771
Molitura sæpe exercita in ergastulis	798	Mures Opici, unde Juvenali	581.
Moneris , pro monueris	538	Musæ Polyclis	593
Monerula , pro monedula	431	Musca , mira significatione, pro eo, qui alienis conviviis invocatus supervenit	365. idem apud Græcos valebat <i>μῦς</i>
Monobiblia fortasse titulus quarti Propertiani operis libri	224	Mutuli & debiles curiâ arcebantur apud Romanos	985
Monocæli homines	522	Mutim , pro mutem	323.
Mora , fructus, ponenda initio cœnz	376	Mutinum vel mœtium signum, quid;	822
Moretum , poematum vetus citatum	371	Myriades XXV. drachmarum, quid Latinis	813
Morum antiquorum notitia necessaria auctores veteres legere volenti	722	Mysteriorum duplex religio, in mensa & in thoro	385.
Morientium oculos claudabant proximi more Romano	399	Mythra , quæ Persis dea	612
Moritura , aut peritura laudare, mos vulgi	911		
Mortem verec aut fugere, neutrum est viri fortis	379		
Mortis contemptus decet militem	347		
Mortes insignium virorum, non illorum, sed Reip. causâ descendæ	473		
Mortualis litera θ	41		
Mortui in lecticis portati 701. togati apud Romanos, palliati apud Græcos 652. 653. in honestissima veste sepulti. quomodo & à quibus collocati 651. 653. cum quot vestibus 463	463		
Mortuorum imagines supra humanum statum	902		
Mos , pro mons scribebant antiqui	291		
Moschus citatus	332		
Mossis , pro movistis	461		
Mulieres Romæ lanificio & textrinx vacabant	696		
Muliercularum fores ad amicos cunctium commenta via	246		
Mulierum præfectus apud Græcos	208		
Mulso primam sitim sedabant veteres	376		
Multam vel multam dicere 413. facere	218		
Multifortis , fortè comica vocis compositio	341		
		N. literam, rectè omnes proferunt, nisi quòd Græci sæpiculè, & Latini ipsi, interdum negligant, ut infrons, pons, mons & hujusmodi	291
		Nævius emendatus 313. 571. explicatus	806
		Nævius allegatus 688. ad eum epistola Lipsii	495
		Nanus adjectivum, id est parvus	357
		Nasice cujusdam ridiculus jocus	207
		Natatio crebra Romanis & Græcis	814
		Nationes secundum climata differunt judiciis & ingeniis	599. 600
		Natorum postremissimus, id est, hominum	763
		Nattæ , familia Romæ nota	295
		Navis prætoriz signum deponabatur obvio in mari majori aliquo magistratu 729. in navis prætoriz prora stabant lictores	ibid.
		Navis in obscenis intellectibus	590
		Navis quid signavit Iuliz Aug. F.	ibid.
		Ne pro nō	803
		Necessitudo , necessitas	846
			Neme-

Nemesianus Poëta citatus	602	530. 537. 539. 555. 569. 571. 576.
Nepos ex filia an neptis, Julio Cæsari	312	585. 588. 592. 600. 603. 603. 614.
Neptunus, pisces signabat	366	698. 716. 722. 801. Citatus 300.
Neronis principatus initio optimus	784.	327. 330. 406. 438. 538. 682. 705.
784. causas theatralibus factionibus dare amabat	451	768. 833.
Nestoris poculum, proverbiale ex Homero	382	Noster esto, noster eris, familiaris locutio 416
Nicepora Dea	494	Notam facere, pro injuria facere 218
Niceris sacerdos, declamator nobilis	328	Notare quid? 314
Nicolaus Bryardus 487. 505. 552. ejus correctio	487	Notarum vitiosa interpretatio, causa multorum mendorum 500
Nicolaus Faber 783. ejus laus ibid	555	Novati fratris Senecæ nomen, cur & quomodo mutatum in Gallienum 634
Nicolaus Florentius	613	Novius correctus apud Non: Marcellum 433. 474. 475
Nicolaus Sturio	326	Noctis meridies, Varroni, pro media nox 979
Nicomedes Bithyniam à Mithridate recipit	432	Nex pro noctu 342
Nigidius apud Nonium correctus	521	Nubendi antiqua significatio 348
Nil nisi Cecropides, proverbii iustus	521	Nubeantes cingebant postes lanis 436
Nisi hic se jactasset, muscæ te comedissent, jocus proverbialis	588	Nubere, pro velare 648
Nixii dii, quasi nixibus parientium auxiliarii	412	Nubentium ad maritum venientium tres alios ferendi ritus explicatus 439
Nobiles ignavi statuis comparantur 215 521. indocti	508	Nupta verba, quæ? 345
Nobiles, qui Romanis 742. alii patricii, alii plebei ibid: novi ex utroque ibid	508	Nuces legere, quid Ciceroniæ 393
Nobilitas omnis ex imaginibus ibid.	508	Nullus, nulla, declinata ut cætera adjectiva primæ & secundæ declinationis 522
Noctua, insigne Atheniensium	471	Nullus pro non apud Comicos 440
Nodum nusquam, quàm in apice habebant Flamines	717	Numz lex emendata 467
Nomenclatores etiam ipsi diis erant apud Rom.	820	Numidici urbi 770
Nomina propria concisa à librariis scripta multorum mendorum occasio	305	Numerum aliquot veterum inscriptiones citatz & explicatz, quorundam etiam imagines representatz 498. 505. 670. 728. 770
Nomina nota rebus ignotis sæpè absurdè dabant Romani	770	Nuptialia verba 512
Nona dici hora, propria cœnæ 372	372	Nuptias facere, quid? 345
Nonaria meretrix Persio unde dicta	639	Nympha & Lympha, veteribus quibus dictum 380
Nonis cujusque mensis distribuebantur tesserae frumentariæ	665	
Nonius Marcellus sæpè turpiter peccat 589. 801	589. 801	
Nonius Marcellus correctus 211. 216. 231. 244. 245. 257. 260. 265. 270. 279. 291. 293. 298. 313. 315. 329. 336. 338. 354. 370. 401. 405. 412. 413. 417. 422. 428. 430. 432. 439. 465. 469. 475. 487. 489. 507. 516.	211. 216. 231. 244. 245. 257. 260. 265. 270. 279. 291. 293. 298. 313. 315. 329. 336. 338. 354. 370. 401. 405. 412. 413. 417. 422. 428. 430. 432. 439. 465. 469. 475. 487. 489. 507. 516.	



O, Vocalis, quod ad tempus & sonum duplex, longa, ut aliz vocales longæ, apice dignoscitur, aut verò geminatur, & effertur ut Ω Græcorum, Foy, Voix, Gallorum & Broad Belgarum 25. Brevis scripta & elata ut Ο μιν Græcorum 26. Eadem brevis interdum scripta pro V brevi 246. 27

Obertus Gifanius 569

Obolus quid? 635

Observationes Lipsii conferendæ ad 517

Libros auctorum, antequam de iis sanè	n è no Episcopi	789
judicari queat	Ora. Ciceronis ad Brutum lauda-	240
Oceanum litus	tur	674
Oceanus magnus terras circumfluit	Oratores causas agebant pænulati	674
Occidere, pro contra cedere	Oratorum mos in rebus populo gratis,	213
Occidentales populi sermonem Lati-	contrà in invidiosis	580
num olim vulgò avidè attripere	Orbis Lacedæmonius, inter obscœna	580
Octava hora lavabantur Romani	verba	580
	Ordiendi verbum proprium texentibus	510
Octavia Tragedia ignoti Scriptoris,	Ordium, pro exordium	325
puerilis	Orestes, absolutus parricidii	264
Ocrophorus, gestamen octo, basulorum	Orientales populi plerique etiam hodiè	
quales lecticæ ditiorum	accumbunt, non assident mensæ coe-	371
Ocul, pro oculis	nantes	371
Oculi rubore suffusi in peste	Ortellio epistola Lipsii scripta	550
Oculi linguam præciderant, quæ phra-	Orus Apollo citatus	366
sis?	Os sublectare alicui	430
Oculi morientium à proximis clauden-	Oscæ compellationes, cavilli obscœni	767
bantur ritu Romano		475
Oculifera nova & non incita vox	Osci Campaniæ populus	475
Oculos tangendi mos in obiectatione	Oscinis, pro oscen	467
	Oscula adhibita in cultu deorum, ora si-	
oculos osculabantur Romani	mulae horum eorum, manus, pedes-	
Odos, pro odor, & similia plura	vè osculando, aut eminus manum	
Oeconomus hodiè Principum ad singu-	porrigendo, eamq; osculando	773.
los ciborum missus fores baculo fe-	774. januis etiam & pedibus tem-	
riunt	plurum dando	778
Oessus vel oessus, pro usus	Oscula in hominum cultu usurpara in	
Offendere, incidere in aliquid, diversum	omni ferè corporis parte	776. 778.
à defendere	ea cottidiana & officiosa	777
Osili Hilari mors repentina	Oscus inter convicia spurca	569
Osilius, pro quovis ignoto, ut Scijus aut	Osiris	818
Titius	Ostearum cervices in deliciis	518
Olera legere quid apud Catullum	Ova apud antiquos initium æcenæ	370
Olere nardum	Ovidius emendatus	332. 550. 743. 775.
Oleum datum civibus 670. quando id	Idem explicatus, aut saltem citatus	324. 648. 681. 707. 724. 759. 763. 464
coeperit		775 756. 863.
Ollorum, id est, illorum	Ovis fera, pro camelo pardali	771
Omnes, acclamatio Senatoria	ab Ovo usque ad mala quid?	370
Omnia erat, proverbium		
Ongenta, pro unguenta, antique		
Operæ à scena		
Operto capite ambulare, delicatorum		
patatum antiquis		
Opici mures Juvenali		
Opicus, inter convicia spurca		
Opicus, a putores infandæ libidinis,		
liguitur unde		
Opidorum ornamenta, quæ?		
Optima lege dictator, Consul, &c. for-		
mula		
Optimatum lex irrita & vana		
Optimum in malis, proverbii instar		
Opus numi apud Lucil.		
Oraria quæ 718. Oratia ad favorem		
quid ibid; alio significato pro vela-		

P

P. litera in pronuntiatione affide	litteræ B. & in scribendo sæpe con-	32 33.
funduntur	Pa, pro parte, in carmine Saliari	476
Pa, pro parte, in carmine Saliari	Pacatus Drepanus Vide, Latinus Pa-	
Pacatus Drepanus Vide, Latinus Pa-	catus	
Pactus, junctus	Pactus, junctus	875
Pacuvius correctus apud Nonium	Pacuvius correctus apud Nonium	265.
		402. 433. 539. 570
Padenæ silvæ	Padenæ silvæ	539
Padiabus obsoletus	Padiabus obsoletus	531
		Pa-

Pauissimè Plantina dictio	528	Tabulo affixæ	698
Panula vestis servorum & militum	733	Patritii lectio in Cicerone rejecta	299
etiam oratorum, cum causas agerent	684.	Patritii qui	742
684. cujus coloris	684.	Paula, seu verius Busa, mulier Apula	462
laurorum	ibid.	Pauli falsæ epistolæ ad Senecam	317
Palaria inter exæ citia militaria	747	Paulinus præfectus annonæ	664
Pallas Dea, cur veteribus armata picta	565	Paulinus Nolanus correctus	829
Pallio induti mortui apud Græcos	652	Paulus Manutius	559
Pallor Deus	817	Paulus J. C. citatus	640.665
ad Famelium epistola Lipsii	596	Paulus Diaconus libros Felsi correxit	301
Pandectæ citantur, explicantur & non		Pavor & Pallor dii	817
semel corriguntur	451. 490. 535. 608	Paulanias citatus	718
	640. 709. 767	Pax, interfectio comprimentis	506
Panegyrici inferiorum Principum editi		Pectus tundendi mos	913
à B. Rhenano	478	Pedem sinistrum Senatûi cuidam	
Panegyrici veteris incogniti, correcti		osculandum dedit Caligula	674
	478. 542. 586.		778
Panegyricus Plinii emendatus	604	Pedes viam spectabant in colloca-	
Panis distributio loco frumenti	666.	cadaverum	652
quando id primum factum	ibid. ubi	Pedes decorum osculabantur Romani	
distribui solitus	667		774
Panis gradilis unde dictus	667	etiam hominum	778
ad Pantinum epistola Lipsii	496	Pedes & manus transfixi soliti iis, qui	
Papiappæ, titulus Varronianæ Satyræ,		cruci affigendi	698
sed vitiosus	279	Pedes læticæ	704
Papillæ virgines nondum compressæ		Pedo Albinovanus correctus	518
	654	Pedum argutatio	682
Papinianus explicatus	490	Peducæ lex	689
ad Papium epistola Lipsii	592	Pege Arganthi apud Propertium, pro	
Papirianus Grammaticus antiquus		fronte Aigi	317
	291	Pegmata atriorum, quæ Ausonio	744
Parasiti ad epulum Herculis vocari soliti	333.	Pellis in lætica testâ	704
eorum Deus Hercules	ibid.	Ienna fluere, pro volare, poetice	321
Parasiti muscæ vocati	365	Pensum gravius imponebatur ancillis	
Paria facere idem quod alii pariare dicunt	604	delinquen-ibus	230
Parientia quid	655	Pentapolis, Cyrenaica Plinio	571
Parma, levioris clypei genus, inter arma		Pergo depressum, ut EO depressum	876
velitaria	849. 850	Περὶ εἰρησίου, Satyræ Varronis	231.
Partes, factiones, in dissensione civili		ante mala aliis Περὶ ἀλγίων dicta	293
usurpatum	862	Περὶ ἐξαρωνίου Varronis Satyræ	270
Parti, pro parte apud Ennium	360		405.
Parthis Græcus sermo familiaris	12	Περὶ μιδνæ Varronis scriptum	400
Partiendi verbum inter obscena	603	Pejorare melius dicitur quàm pejerare	421
Passer marinus pro Struthione	770. 771	Petit, pro deperit apud Propertium	277
Pastoritia fistula	786		911
Patalis bos, Plautæ, cujus cornua lætè		Perpetuum jus, quid?	247
patent	403	Perseverare, pro perficere & ad finem	
Pater patris Primus Cicero vocatus:		perducere	259
& à quo sic appellatus	202	Perseus sive Perses Rex Macedonum	
Pater ancillariorum, phrasis, ut pater		templo Samothracum extractus	826
elegantiarum	747	Perseus explicatus sæpè, aut saltem	
Pater Cæsar, de D. Julio	647	charas	
Pater, cui usui antiquis, & unde dictæ	381.		
dextro versus in conviviis			
circumlatæ	386		
Patibulum aliquando pro homine pay			

citatus 639. 652. 661. 680. 681	sentia cuiuspiam senatoris	345
Perſi Scholiaſtes citatus. 639	Pilare, pro deſ. Jare	471
Pervigilia varia Diis 646. fortunæ ibid	Pilatrix à comp. laudo	570
Ceræ ri ibid.	Pileo vulgo non utebantur Romani	725
Pervigilium Veneris, carmen Poëtæ		
Veteris 643. ſcriptor quis, argumen-	Pilia Pomponii Attici uxor	687
tum ejus & ocaſio 646. id var. è	Pinciani correctura bona 673. ejus laus	780
explicatum & correctum 644. &		
ſeq.	Pirææ in xoxaxo Græcis à ſummo ad	
Paſtis Catilina, pro ipſo Catilina	imum	380
	Piſces quidam proteſis bovm tracti	496
Petaſto aut pileo tacebant vulgò Ro-	Pilo, inquem inſectus Cicero	226
mani	ſuſtinentes ſervi ſtigmatæ inſcripti aut	
Petendum i nontes, pacem &c. 516.	compuncti	806
	Plagæ & plagulæ leſticariz quid; 705	
Petſi, Redi, diſſyllaba, pro petii, re-	ad Plantinum epiſtola Lipſii	473
dii,	Plano in conviviis philoſophica tra-	
Petrarcha pri mus videtur interpolafſe	ſtauit	385
Livium	Plato correctus, citatus & aliquan-	
Petronius Arbitr dictus, correctus	do explicatus	244. 651. 804
320. 391. 429. 517. 609. 731. idem	Platonica cœna	376
citatus. & ut plurimum explicatus	Plaudendi & explaudendi ritus in thea-	
208. 376. 391. 429. 699. 805. ejus	tris	786
laus	Plauti cum Terentio comparatio	501.
		502
Petrus Carriol	Plauti verſus ex Græcis auctoribus	
Petrus Daniel	expreſſi	405 406. 533
Petrus Divzus	Plautina Comœdiæ falſus titulus 474	
524. 585. 598	Plautus auctus 315. 342. 372. 399. e-	
Petrus Faber 490. ejus laus	mendatus: Amphitruone 313 387.	
721	570. Afinaria, 319. 342. 431. Aulu-	
Petrus Nannius Verrinas Ciceronis	laria 528. 603 Bacchidibus, 343. 351	
docuit Lovani	Caſſina, 347. 419 429. 799. Ca-	
214	privis 799. Curculione 332. 378.	
Petrus Pythæus 470. 478. 609. 643	Epidico 351. Manechmis 332. 348	
ejus correctiones	552. 719. Milite 323. 325. 330.	
644. &c.	341. 373. 409 416. 418. 423. 433.	
Petrus Victorius	528. 570. Ierſa 321. 358. 381. 487.	
261	495 643 Icenulo 347. 353. 355.	
Pexati ii, qui in candida & pexa toga	365. 434. Iſeudolo 328. 336. 400	
	404. 426. 470. Captiveis 413. Ru-	
	dente 338. 455. Stichæ 374 377.	
Phæcaſia vel Phæ caſſia, calcei Græca-	382. 435. Trinummo 318. 537	
nici	Truculento 315. 327. 372. 399. 402.	
738	408. 411. 421 424. 438. in Fragmen-	
Phædra titulus etiam tragœdiæ, quæ	tis 411. 474. & ſæpius toto volumi-	
inter tragœdias Senecæ dictas Hip-	ne Antiquarum	
polyti titulum præfert	Plautus illuſtratus, ex plicatus, &	
905	aliquando ſolummodo citatus,	
Phidias pictor 240 ſector Atticus Sa-	286. 320. 332. 333. 351. 358.	
tio dictus	355. 356. 361. 365. 368. 369. 370.	
795	371. 378. 379. 381 384. 387. 389.	
Philemonis Comici verſus	393. 399. 404. 408. 418. 422. 430.	
406	469. 506. 508. 510. 522. 541. 556.	
Philippus Lanoyus	557. 570. 575. 590 600. 603. 635.	
605	641. 642. 676 680. 681 686. 698.	
Philoſtratus de vita Appollonii	699. 717. 720. 729. 734. 766. 799.	
580	803. 805. 831. 858.	
Phocas Grammaticus		
303		
Phocæ quid;		
706		
Picentes, ſervi publici		
720		
Pictura lumen ſuum in accipit idoneo		
loco poſita, ſic obſervationes Lipſia-		
næ collatz cum ipſis Auctoribus,		
447		
Pietatis ritus crudeliter turpes		
817		
818		
Pighius, ejusque labor in Valerio M.		
laudati 739. ad eum epiſtolæ Lipſii		
465. 540. 551. 610. 845		
Pigneris capiendi juſ. conſuli in ab-		

Plebei nobiles, quando coeperint	742	Poetae veteres literam S. saepe aut omiserunt aut eliserunt sed à versuum lege, non à contemptu	43	
Plebeis annuli ferrei, aut argentei	782	Poeticae phrasae	673	
Plebi in agris hereditarium jus	826.	Politia, pro eleganti munditia	507	
sed expulsa vi potentium	ibid.	Politiani proba versio	678. ejus correctio in Juvenale	580
Plebei pullati	685	Pollio correctus	747. citatus	784.
Plebei pro plebis	578			788
Plebei scitum, pro, plebis scitum	855	Pollucta pago, quid Turnebo		318
Plerus, plera, plerum, sine copula	543	Polubrum quid		211
Plinii assertio, quod Africa urfos non gignat	768. 769	Polybius extra libros de militia Romana à Lipsio in aliis suis scriptis citatus	463. 483. 497. 574. 594. 636. 653. 680. 720. 744. 776. 849. ejus fragmenta in Sicilia reperta	549
Plinius defensus	768. 769	Polybius, à studiis, agnomen liberti		673
Plinius Senior à Ferdinando Pinciano correctus	780	Polycles statuarius		260
Plinius Senior porro emendatus, aut aliquando verus ejus lectio asserta	388. 464. 466. 486. 496. 642. 653. 734. 781. 787	Poma legere & pomi verbum, obsecro intellectu	392. in pomis coenae desinunt	370
Plinius Senior citatus, aut sapiusculè elucidatus	350. 377. 386. 388. 428. 430. 572. 575. 581. 642. 647. 655. 658. 682. 687. 694. 698. 704. 724. 730. 735. 743. 744. 764. 770. 773. 775. 777. 781. 782. 787. 793. 812. 823	Pompa quid?		353
Plinius Junior, extra commentarium in ejus Panegyricum, in aliis Lipsii scriptis passim correctus	459. 604. 734. Item explicatus aut citatus	Pompejus theatro suo imposuit ædem Veneris	677. dictus vitæ auream Judæorum vidisse, unde	772
459. 535. 662. 668. 669. 685. 704. 709. 721. 724. 777. 781		Pomponius scriptor antiquus apud Nonium & alios correctus	294. 439. 475	
Plumbo committi quid?	581	Pomponius secundus Tragicus coævus Senecæ Philosopho		872
Plutarchus emendatus	494. Idem explicatus aut citatus	Pomponius J. C. citatus		663
282. 333. 355. 378. 422. 426. 434. 488. 494. 550. 598. 636. 644. 653. 658. 669. 723. 725. 729. 731. 738. 741. 762. 767. 772. 777. 781. 987. 793. 798. 804. 813. 826. 847. 854. 859. ejus peccatum	292. 660. 738. 739	Ponticus Poeta, ad quæ Propertius		237
Po in carmine Saliari positum, pro populo	475	Pontificia coena		370
Poplicola pro poplicola &c.	32.	Pontificis Sacerdotis, & Flaminis differentiz		337
Pocula coronari solita in mensis secundis	387	Popularia, confessus populi Theatralis		535
Pocula exquisita	781	Populi Galliz quot?		505
Pocula in dextrum circumferri solita	386	Populo se dare quid?		214
Poculorum in bibendo numerus	381	Populonia Dea		819
Poeni liberos Saturno olim immolabant	717	Populus quot civium liberorum		797
Poenorum luxus	733	Populus Rom. divisus in XXXV. tribus		678
Poeta vetus apud Ciceronem emendatus	592	Porciani servi publici		720
Poetae Laureati titulum conferunt nunc Imperatores	981	Porphyry locus		477
Poetae veteris carmen de Pervigilio Veneris emendatum	643	Porphyrio auriga		457
		Porta cornea		979
		Portitores æra seu pecuniariam multam exigebant		423
		Portulaca menducata, sitim tollit		449
		Pos pro pons scriptum aliquoties		291
		Positur apud Sisennam & alios		222
		Postes lana cincti in nuptiis		486
		Postes templorum osculabantur Romanam		776
		Postidea, id est, postea		336. 411
		Postilla, verbum antiquum, idem quod postea		281
				Tit
				Postic-

Postremissimus natorum, id est, hominum	767	Privum, id est, singulum	468
Tostumia lex Regis Numiz, convivalis	377	Procopius illustratus	667. 787
Tote, veteribus pro potest	577	Prolubium, lubido,	412
Totestur, apud Ennium, Lucretium, Pacuvium	222	Promulsidaria	517
Potientem circumferre quid?	381	Promulsis, secunda coenae pars	376
Potissimum, antiquum verbum	221	Promulsidis vox metaphoricè ad alia translata	ibid.
Præcedit, pro, præcidit	548	Pronuntiatio linguæ Latinæ veteribus longè alia quàm recentioribus	291
Præcones, inter ministeria magistratuum	723	Pronuntiatio præca difficilis inquisitionis 9. recta quæ, eaq; ad usum non ad rationem exigenda 15. 16. Est verò dup ex, elementaris & accentualis 16	
Præconis voce producebantur scorta in scenam	676	Pronuntiationis Linguæ Latinæ variantis causa prima 13. 14. corruptæ potissima 14. præca & veræ reducendæ anniti debeant doctores juventutis ad dignitatem Linguæ, & ad cetera variarum vocum	60
Præfecti annonæ initium sub Augusto 663. servabat is tabulas, in quibus nomina frumentantium 662. arduum munus, & quæ præterea ejus officii, ejusque initio dignitas, post villas	664	Pronuntiandi literas ratio ex Martino Capella. Terentiano Mauro & Victorino Afro	65. 66. 67. 68
Præfecti urbis per absentiam Cæsaris	812	Propertius tres tantum annorum libros scripsisse, & qui nunc quartus Elegiarum præfertur, singularem titulum habuisse videtur 223. 224. male Propertius à Criticis neglectus 261. de cognomine ejus quæsitum 295 de patre & patria 256. sæpè uritur verbis simplicibus pro compositis 276. Græcos imitatus	316. 331
Præfectus ergastuli	801	Propertius emendatus 209. 217. 237. 242. 247. 254. 261. 269. 281. 287. 316. 317. 331. 345. 346. 357. 358. 406. 407. 408. 427. 437. 705. Idem explicatus aut citatus 227. 234. 258. 259. 276. 277. 343. 392. 393. 683. 696. 699. 745. 806	
Præfectus mulierum apud Græcos	208	Propinquantibus quomodo responderint Romani 390. in Prioris navium prætoriarum stabant lictores	729
Præfectus familiæ, virgam dextra gestabat	730	Proscenium sæpè scortis oblectum	677
Prægnantium malicia	393	Prostibula per ludos publicos in scena aliquando producebantur	677
Prætor lictorum anteq Magistram qualis?	726	Prothyra Latinis, quæ Græcis Diatyra	450
Prætor ingredi	248	Proverbium vetus, omnia erat	518
Præsidium, pro præsidium	372	Provinciarum solitudo, ob ergastula	307
Præspicio, quid?	656	Proximis planum facere, id est, per proximos docere	256
Prætor antiquis, qui postea Consul dictus	585	Proximus lictor quis,	727
Prætor referebat consulibus absentibus	597	Irudentius Poëta citatus & sæpè illustratus	353. 639. 667. 681
Prætores nondum creati temporibus decem virorum	585	Publii Africani locus contra Agellium correctus	268
Prætori lictores sex erant	732	Publii Clodii annonaria lex 660. is à probro vindicatus	212
Prætoriarum cohortes	819	Publii Mimi versus, qui Senecæ valde plac	
Prætoriarum navis insignæ	729		
Prædium, pro prima parte coenæ	375		
Præfatus, paratus, vulgata loquendi formula 243. talis titulus fuit Varonianæ Satyræ	244		
Præfata factio aurigarum	457		
Præfatus, pro præfatus, scribebant antiqui	291		
Præfate	610		
Præfata emendata 320. 392. explicata 390. 392			
Præfatus lictor, ejusque munus	727		
Præfatus Juventutis 757. Juvenum ibid. Senatus	ibid.		
Præfatus Africæ qui,	700		
Præfatus correctus 281. Idem citatus & aliquando explicatus 237. 239. 293. 304. 323. 327. 330. 467. 507. 595. 767. 806			

placuit	673
Publii Rùpili lex	280
Publius Rutilius quare damnatus	251
Pueri ante pubertatem à balneis & lavationibus publicis arcebantur	418
Pueri literas & notas edocti	814
Pueria, pro, pueritia	522
Pueris meritoriis, & cauponis, quales tunicæ	404
Palla vestis plebeja, ac præsertim tenuiorum	685
Pallati qui;	ibid.
Pallus color olim tantum funebris	622
paullatim Romæ vulgò invaluit	683
Pavlinus in lectica	704
Pulvis feminino genere	331. 332
Punicum malum in prægnantium malicia utile	893
Pupulus, parvus pupus	652
Purimè pro putissime	538
Purpureæ penulæ lautiorum	684. ut & lacernæ
Purpureo, nomen celebris aurigæ	457
Fygisma quid Juvenali	880
Pythagorea scena	376
ad Fran: Pythæum epistola Lipsii	560
Petrus Pythæus laudatus & commendatus ejusque variz correctiones relatz, pleræque probæ	470. 521. 524. 543. 643. ad eum epistola Lipsii
	470. 478. 516. 609.

Q.



Q, litera superare videtur: & quomodo formata	39
Quadrigæ abæ	320
Quadrigarius correctus	465. 547. 548. 656
Quadrigis abire, pro celeriter abire, fugere	320
Quæstior, ut epistolæ quæstiores	768
Quæstio tecum, prisca phrasis	718
Quæstionibus nec viatores nec lectores erant	732
Quæstuaria meretrix	389
Quam dictio, sine præeunte comparatione, aut potius, vel magis, Tacito & nonnullis aliis frequens	411. 613. 846
Quamde, pro quàm	538
Quantitas syllabarum non semper adstringit in tenorem	56
Quæsto pressum scortum	229
Querelæ de calamitate patris	362. 363
Quianam	421

Quies animi vera à Deo primùm, deinde à sapientia & literis	462
Quies tunicata quids	458
Quiescere pugna	557
Quietum esse, summum manium votum	675
Quintilianus paucis verbis omnem accentuum legem complexus	52.
ejus sententia de sono literarum	29.
in litera F. is iniquus	35.
ejus de litera K opinio	38.
literam Q duritiei damnat	39.
judicium ejus literam S. aspersum & rixantem criminantis, tum Græcos passim supra Latinos extollentis, elusum	43.
quid de literis Z & Y censet	46.
an ille auctor dialogi de causis corruptæ eloquentiæ	15.
Quintilianus correctus	350. explicatus 208. 391. Idem citatus 208. 301. 323. 337. 431. 685. 713. 733. 820.
Quintilianus in libro de caus: corruptæ eloq: malè Ciceronem reprehendit	252
Quindecim viri fatalium librorum	671.
Quingenta jugera tantum possidere uni soli licuit per legem Stolonis	798
Quinquatria, titulus Varronianæ satyræ	257.
Quinquennalia festa celebrata in honorem Imp:	498.
Quintus Catulus primus Ciceronem patrem patriæ appellavit	292.
Quit, pro quid	303
Quoniam, de futuro tempore	235.
Quotiens an benè scriptum	17

R.

R, litera omnes rectè pronuntiant, nisi quos ligavit aut vetuit natura	42.
R, pro D, sæpè ponitur	431. 585. cum S. etiam vitio scriptorum sæpè alternat
	339.
Ravardus allegatus	585.
Ramus quo interdum significatur	474.
ad Ramum J. C. epistola Lipsii	608.
ad Raphelengii epistolæ Lipsii	549. 612.
Re, pro rei	401.
Recensus populi, quid propriè Suetonio	660. non omnes cives in eo recensiti
	661. non est census
	660.
Recipiem, pro recipiam	431.
Redemptores qui	248.
Redespice, pro respice	411.
Regisicè instructa	260.
Regia vini, quid Floratio	378.
	T. 1. 2.
	Regno

Regno imminent, qui detestantur	904	Ruffata, aurigarum factio	457
Rei fordidiati	682.	corum habitus proprius	680
Relegatio servorum, in ergastula, in campos &c.	807. 808.		
Rem gerere	570		
Remota templi	847		
Repigrandi verbum erectum	830		
Respersum vinum, id quod rogis inspergebatur	377		
Respicis fortuna	356		
Respondendi formulæ in compotationibus	390		
Rex & regnum, quis & quod verè, aut contra	900		
Regibus timendi semper quos offenderunt	904		
Regibus Rom: quot olim lectores	731		
Regum libri Bibli: citati	774		
Regna vini quid Horatio	378		
Rhenani errores & ofcitantia	410. 472.		
	478. 511. 524. 599		
Ricina quid?	463		
Ritualia Sacrorum notatu digna	903		
Rituum antiquorum res ab usu potius spectanda quam à ratione	764		
Roaldus	466		
Robor pro robor, & plura talia	44		
Roma cur frequentata	670.	ejus situs & forma, tum de magnitudinè ejus indagatum	798
Romanæ faminz sanctificò & texitinz vacabant	696.	idque plerumque in arrio adium	ibid.
Romani ex consuetudine capite infecto, sine petalo aut pileo	725.	accombabant ante mensam non affidebant	371.
qui inter eos nobiles, novi &c.	742.	rebus ignotis dabant nomina nova, et si ineptè	770.
albaros eos in die festo, quomodo intelligendum	681		
Romanis quando peccare libuit	781		
Rosa tinctæ cruore Adonis	648		
Roscia lex	689		
Rota fortunæ	252		
Rudzus, Rudinus, Rudius	421		
Rudis in auditiones, phrasis vetus	522		
Rufinus de Metris comicis	264.	ejus lectio in Cicerone probata	284
Rufinus Grammaticus citatus	264		
Rufus Festus correctus	351.	citatus	665
Rumex reli genus	653		
Rumificare	522		
Rumilix Dez nomen vitiosum apud Plutarchum	355		
Rumina Dea	355. 819		
		Rustici Romani tunicati	733
		S.	
		S litæx verus sonus	45.
		pro sibilò tantum à multis habita & spreta, imò rejecta, non benè	43.
		contra aliis affectatè præ inserta ex supervacuo, quibusdam & pro R. usurpata	44.
		germinatam eam Latini usurpant sæpe pro Z. ut patristo &c.	46.
		de S. liber Messallæ Oratoris	9. 10
		S & R sæpe alternant	339
		Sabbathis accendi solitz lucernæ	629
		Sabini, quod volunt, somniant, proverbium	588
		M. Sabinus	657. 719
		Sacer quid? 585; sacer Cereri, Jovi &c.	ibid.
		Sacri vox ambigui intellectus	330
		Sacerdos Nicetes, rhetor Nobilis	328
		Sacerdotes Salii	671
		Sacra nocturna Triviz	906
		Sacra pro diis ipsi	353
		Sacrorum veterum ritus	903
		Sæculares ludi	850
		Sagari vel Sagarii qui, videntur munus aliquod theatrale functi, & Sagariam facere quid Appulejo	458
		Salacio à Salacitate	812
		Salii Sacerdotes	671
		Saliorum magister quotannis ancilia proferebat	434
		Sallustius Historicus correctus	215. 339
		521. 556. 659. 762. idem citatus aut verba ejus & sententiæ interjectæ	236. 240. 374. 462. 562. 665. 725. 727
		Salvus sullonius quid?	682
		Salvus obscena significatione	398
		Salutationes matutinæ deorum, item Principum solennes apud Rom:	820. 821
		Salutigeri, internuntii	507
		Samzua, navis genus	804
		Sambucus	436. 513.
		ad eum epistola Lipsii	547
		Sandapila, hominum quatuor	701
		pro sano loqui, facere	349
		Sapientis descriptio	224. 226
		Sardinia, provincia populi	280
		J. Saxiberiensis laudatus & allegatus	485
		Satagiùs à Satagendo	768
		Satine,	

Satine, exordium, 'Comicis familiare	589	mos ibidi: ad Marfyz statuum pro-	stabant 388. sub vespera prostabant	ad lucernas	639
Satis agere, quid propriè?	719	Scortum quasillo pressum	229		
Saturnalibus Saturnus iterum regnare	532	Scriba, inter ministros magistratum	723		
Saturnalibus servi dominantur 510. iis		Scribendi alia longè ratio veteribus			
diebus Claudius Imp: regnum liber-	ibid.	quam recentioribus 291. scribendi			
tis permisit	ibid.	veteri consuetudine non temerè re-			
Saturno hostiz humanz immolatz	917	cedendum	303		
Satyrarum scriptioni sua quzdam pecu-	829	Scribularius & scriblita, quida	339		
liaris dictio	829	Scribonius Largus emendatus	804		
Satyrz Varronianz titulus quzfitus	216	Scriptores veteres tam multos interiis-			
		se, damnum	561		
Satyrica signa contra fascinum valent	823	Scriptores rei agrariæ	688		
Saxz &  uli seditiosi tela	888	Scriptorum alius in aliam rem utilis	610		
Se quomodo efferendum	38	Scripturarij zra seu multam pecunia-			
J. Scaliger laudatus 21. quod Juvena-		riam exigebant	422		
lem in Satyra Horatio præferat, benè		Se. id est Senatus in lib: veti:	236		
judicat 491. non tam commodè de		Se fugere, magna virtus	225		
Catullo 492. de Martiale iudici-		Secius, adverbium	335		
um ejus probum 456. de Tragoe-		Sectari, pro insectari, apud Propertium	276		
diis, quz Seneca nomen præferunt,		Sector Atticus, Phidias unde Statio			
haud rigide verum 873. litteram R.		dictus	795		
difficul' ex is pronuntiabat 42. sen-		Secundas sortiri, facere, aut augere,			
tentia ejus de litera F infirmata 35.		quid?	432		
argutiz de accentibus verz non ve-	53. 55	Secures prælatz magistratibus extra ur-			
Jose: Scaliger aliquoties eximie lauda-		berm, soli dictatori in ipsa urbe, quan-			
datus 467. 527. 531. 568. 815. 820.		do & ubi ademptz fascibus listorum			
Lipsii ad eum epistolæ 453. 464.		727. 728. eas deponendi mos obvio			
473. 521. 556. miscellanæ quz-		extra urbem terrâ marivè majore			
dam ejus correctiones, & opiniones,		magistratu	728. 729		
maximam partem acutæ & probæ	494. 511. 531. 651.	Secus, pro sexu	655		
Scelerum memoria de nocte inquietat	907	Segeta à Duilio obsidione liberata	351		
Scelus Polymnestoris, pro ipso Polym-	227	Sella gestatoria differt à lectica 706.			
nestore	227	709. Græci <i>διέγειν</i> veniant 706. in			
Scematicum, falsus titulus comoediæ	474	usum venit duce Claudio Xyp: 707.			
Plautinæ	474	ante vix ejus mentio 711. postquam			
Scenam sæpè scorta obsidebant	677	recepta dignior lectica 712. in ea			
Schema, id est, gestus	412	non lectus, sed cervical 712. laxa			
Schemasin, pro schemati  ripit Var-	317	aut minuta, pro cujusque conditione			
ro, & alia familia	317	710. Græcis Asiaticisque populis o-			
<i>Σχηματισμός</i> quid?	706	lim ignota	712		
Schortus è primis & interioribus ami-		Sellarii, à fecditate loci dicti	700		
cis Lipsii, isque laudatus 828. ad		Seminarium hilaritatis vivunt	376		
eum epistolæ Lipsii 501. 575. 595		Simirasi ii, qui in opus damnati, et			
Scientia nihil sine sapientiâ	592	gastuli etiam, & omnes servi vilio-			
Scipio Africanus in Sulpicium	404.	res	866.		
contra Ti: Agellium correctus	268	Semones dii	354.		
Scipio Nasica Corculum dictus	457	Semproniz leges Senatorem eximebant			
Scorpus agitator	459	virgis & securibus listorum	984		
Scorta aliquando in scenam introduce-		Senatoria vestis, toga	683.		
bantur 676. quàm antiqua ille		Senatorii census, summa quanta	812		
		Senatoribus abientibus multam dice-			
		bat: consul	341.		

Senatui interesse nulli licitum, nisi Senatori	980	Serta, terras & sertos, promiscuè dicebant antiqui, 388. unde dicta sarta	ibid.																																																																							
Senatus literas ad provinciales magistratus mittebat	598	Sertz demissa	ib d.																																																																							
Senatus Princeps, quis?	557	Q Sertorius Carthagine Nova in Mauritaniam traiecit	561																																																																							
Senatus iuratus, quis?	554	Servandum omnia monumenta & c. vetus phrasis	850																																																																							
Senecæ utriusque patris & filii, illius Rhetoris, huius Philosophi ætas	631	Servilli Vatii villa	692																																																																							
632. vanissimum mendacium de Philosophi longo ævo 631. utriusque vitæ ratio, styli discrepantia	632.	Servi à liberis vestitu vix distincti, quæ olim servorum vestes	683. 734. Imperatorum servi ab aliorum ira veste discreti, ut albat, etiam aurati essent	735 736																																																																						
633. & Senecarum stemma	633	Servi omnes viliores seminati, ut bustuarii, sed propter ergastula damnati aut ad opus	806. in ergastulis duum generum, mali, in poenam, innocentes ob robur	802. ii vocati ergastuli, & quæ eorum conditio	796. 797. & c sed qui interdum ad tempus in agros relegati non pro ergastulis habendi	808																																																																				
Senecæ Pater Rhetor fuit	633 auctor controversiarum & Suasoriarum	ibid: pater fuit Senecæ Philolophi Novati & Melæ	634	Servi publici & servitus publica quid?	720. annexa aut eorum victum	ibid: agnominatio eorum à provinciis, Brutiani, Cyprii, Picentes & Lucani	ibid: à personis, Clodiani, Porciani, Cornelian, Gelliani	ibid																																																																		
Seneca pater seu Rhetor emendatus	368. 634 732. 806 idem explicatus aut citatus	328. 631. 633. 659. 693. 725. 744	Servi fugitivi capite velati expressi in mimis & comædiis	541	Servi ferendis lecticis, aut sellis gestatoriis & c.	582. 707. 708	Servitantum permissum anulis ferreis uti, idq; ad ulum non ad ornatum, eorum tamen fraus & occulta superbia in anulis	782																																																																		
Senecæ Philosophi patria & parentes	633	Seneca Philosophus supra omnes doctoratus eximie laudatus, in primis ejus scripta	736	Servius notatus	760. 771	Sesqui-Vlysses, Saryra Varronis	329	Sevestus, pro seorsum vestus, an Latinum	282	Severus Imp: tribunis annulos aureos ademit	783. militibus aureis annulis uti indulsit	ibid: primus staram olei largitionem plebi instituit	670																																																													
Seneca Philosophus, filius illius, qui Rhetor librum scripsit de superstitione	819. item exhortationes	ibid: reprehendit Virgilium	693. reprehenditur ab Agellio	673. ejus elogium de Publii mimi versu	ibid: male negligitur à Criticis	783	Seneca tragedus longè alius à Philosopho	872. emendatus atque explicatus	226. 391	Senica, pro femina senem	330	Senicem, pro senem	330. 543	Sententiarum affectatio improbata	873	Sententia in Senatu dicendi formulæ	984 986. 988. 989	Seorsum Diali, id est, separatim	717	Sequitur Kellis	826	Sermonem bibere, frequens Plauto phras	416																																																			
Seneca Philosophus correctus & emendatus,	369. 403. 417. 424. 468. 486. 493. 503. 509. 525. 541. 567. 652. 673. 674. 675. 685. 692. 694. 709. 710. 724. 730. 733. 758. 783. 784. 803. 808. 818. 819 Idem citatus, & plerumque explicatus	374. 389. 405 426. 428. 432. 494. 535. 593. 631. 632. 634. 638. 639 640. 652. 655. 659. 661. 664. 668. 673. 675. 682. 683. 684. 693. 698. 704. 707. 709. 725. 734. 735. 736 743. 768. 777. 786. 790. 798. 801. 803. 805. 807. 820. 879	Seneca tragedus longè alius à Philosopho	872. emendatus atque explicatus	226. 391	Senica, pro femina senem	330	Senicem, pro senem	330. 543	Sententiarum affectatio improbata	873	Sententia in Senatu dicendi formulæ	984 986. 988. 989	Seorsum Diali, id est, separatim	717	Sequitur Kellis	826	Sermonem bibere, frequens Plauto phras	416	Serta, terras & sertos, promiscuè dicebant antiqui, 388. unde dicta sarta	ibid.	Sertz demissa	ib d.	Q Sertorius Carthagine Nova in Mauritaniam traiecit	561	Servandum omnia monumenta & c. vetus phrasis	850	Servilli Vatii villa	692	Servi à liberis vestitu vix distincti, quæ olim servorum vestes	683. 734. Imperatorum servi ab aliorum ira veste discreti, ut albat, etiam aurati essent	735 736	Servi omnes viliores seminati, ut bustuarii, sed propter ergastula damnati aut ad opus	806. in ergastulis duum generum, mali, in poenam, innocentes ob robur	802. ii vocati ergastuli, & quæ eorum conditio	796. 797. & c sed qui interdum ad tempus in agros relegati non pro ergastulis habendi	808	Servi publici & servitus publica quid?	720. annexa aut eorum victum	ibid: agnominatio eorum à provinciis, Brutiani, Cyprii, Picentes & Lucani	ibid: à personis, Clodiani, Porciani, Cornelian, Gelliani	ibid	Servi fugitivi capite velati expressi in mimis & comædiis	541	Servi ferendis lecticis, aut sellis gestatoriis & c.	582. 707. 708	Servitantum permissum anulis ferreis uti, idq; ad ulum non ad ornatum, eorum tamen fraus & occulta superbia in anulis	782	Servius notatus	760. 771	Sesqui-Vlysses, Saryra Varronis	329	Sevestus, pro seorsum vestus, an Latinum	282	Severus Imp: tribunis annulos aureos ademit	783. militibus aureis annulis uti indulsit	ibid: primus staram olei largitionem plebi instituit	670	Seviri Juniores	453	Sextans, cyathos duos efficit	382	Si, conjunctio eleganter aliquando ommissa	332	Sicare, pro secare	700	Siderum incerta cognitio	791	Sidonius citatus aut explicatus	571.	Sigmæ Græcicæ duplex forma, lunaris C. & flexa S, quando hæc vel illa in usu	372. 49	Sigma literarum Pindarus adulterinam	Dio.

Dionysius Rhetor serpentum instar sibilantem appellat : Attici reji- ciunt, substituunt T. & omnibus responsum 43	Solonis lex 453
Sigisbertus, vir doctus, qui Gem- blaciante annos sexcentos claruit 237	Sordidus qui ? 682
Sigma in conviviis quid A 372	Soror quid præter vulgarem significa- tionem designet antiquis 234
Sigma litera, qua forma veteribus ibid.	Sortes quæ ? 792. earum usus ibi de- tenuatur aut extenuatur sortes, quid portendat ibid.
Signa Satyrica contra fascinum valere credita 823	Spartianus emendatus 320. 470. 610 666. 684. 747. explicatus aut cita- tus 471. 662. 670. 683 732. 807
Signorum imagines aureæ aut argenteæ 356	Species operis Latinis, quod Græcis Ichnographia 718
Silanus cur occisus 310	Specula diis apponebantur ad cultum 821
Silenium in conviviis indictum 385	Spes & metus in verum regem haud cadunt 899
Silius Italicus emendatus 334. ejus de Asconio Pedanio elogium 697. e- mendatus 334	Spiræ magnum, phasis 332
Silvanus, rei rusticæ præfex 530	Sponsa ad maritum veniens ex ritu tres asses ferebat 440
Sima frons 424	Squalis, id est, squalidus 411
Simpinium, simpulum, simpulium, pro- miscuè scribi solet 400	Stacta 402
Simul filio, hellenismus 602	Stagnum, solium in balneo, & stagna pro balneis 900
Singularis, singularis 522	Stajenus Ligur Ælium Pacetum se ado- pravit 521
Similes: locus honestior apud Turcas hodie 764	Stare voluptatibus, caligine, sentibus, id est, refertum aut oppletum esse 589
Sinistra auguria bona 760. unde id 760. 561	Statio mihi ad ludos 535
Sinistri est pati & moveri : contra dex- tri 764. multa porro de loco ho- noratione, sinistro an dextro 759. 760. seq.	Stationarii milites per totam Italiani ibid.
Siremps, verbum solenne in legibus scribendis, pro sumi vel eodem 313	Statius Papinius correctus 671. 676. 744. 775. 784. 785. idem cita- tus & quandoque explicatus 548. 597. 612. 656. 668. 676. 680. 782. 513
Sisenna emendatus 569. explicatus 259	Statores 723
Silentare, antiquum verbum, pro osien- tare 403. ne Sit tibi adire, flere &c. id est, ne adieris flere is &c. 317	Statua aurata, quando Romæ primu posita 658
Situs cadaveris quis observatus Romæ 652	Statuæ feminis etiam positæ 687
Sociemus, idem quod socius 347	Statuas coronabant meretrices 389
Socrates male audiit ob puerorum amo- rem 570. mulieres non amabat ibid.	Statuas inscribendi mos vetus 687. illis etiam vela oppandebant Romæ 820
Socrates historiz Ecclesiasticæ scriptor citarus 802	Statuas Cæsaribus ponere testamento quandoque iustum 672
Solaridus 767	Statuæ damnatorum abolitæ, fia- tæ, laqueis, restibusque ex alto detrahit 916. sicut in statuas, ni- hil additamenti præter nomen, proverbiale in nobiles ierentes 215. 521
Sol Medæ avus 874	Stellis iter sequi, navigantium 826
Sol meridies 767	Stenhanus Pighius 465. 540. 551 610. ejus conjectura proba 353. lauria- tus 789
Soleas demebant Romani ante discubi- tum 372	
Soleas poscere, surgentium à cœna 373	
Soleimani in liberos suos crudelitas 540	
Solinus emendatus 339. 769	
Soli autem sacrificium proprium omni- um lustrationum 854	

Stephanus, de urbibus scriptor, emendatus	550	Suetonius Tranquillus laudatus & commendatus	311. varii ejusdem
ad Hen: Stephanum epistolæ Lipsii	591	diffensus à Tacito	344. ejusdem à se ipso
Stigmata vultibus servorum aut damnatorum inusta, stigmatis ali-		diffensus	678. à Dione sed conciliatus
quando atramentum infusum	805.	Suetonius emendatus	336. 343. 584. 637. 655. 660. 663. 677. 678. 679. 711. 713. 714. 742. 808. 812.
ea stigmata Columellæ signa focorum dicta	806	& seq.	
Stigmatiz, damnati, item ergastularii, quo essent noscibiles	804	Suetonius illustratus explicatus aut citatus	333. 382. 434. 451. 463. 471. 535. 542. 636. 646. 651. 660. 662. 663. 665. 670. 671. 675. 677. 682. 683. 685. 696. 697. 703. 705. 706. 710. 711. 724. 729. 736. 740. 743. 746. 759. 762. 763. 774. 776. 783. 786. 792. 794. 799. 802. 804. 834
Stipendii militaris initium, ex Livio	635.	Suffetes magistratus Punicus	475
quàm exiguus ibid: Græcanici stipendii, modus	636.	Sugambri in alias sedes translati & à quo	319
prima accessio ad stipendium	636.	Suggestus imaginum, pro congerie imag-	596
tertia ibid: quarta	637	Suidæ ridiculum acumen	665
Stoici Philosopheri descriptio ex Varro-		Suidas citatus	390 468. 571. 639. 667. 704. 718
ne	225	Sulci obscena significatio	422
Stola vestis matronalis	370	Sulla primus servos proscriptorum publicavit, & à se Cornelianos cognominavit	720. Tribuniæ potestati contundendæ multa innovavit
Strabo correctus	328. idem citatus		794
Strategus convivii apud Plautum quid?	476. 505. 654. 720. 769	Sulla frumentariam legem abrogavit	658. Pompejo ut imperatori assurrexit, & caput aperuit
	378	Sum totus rerum mearum, novarum &c. elegans dicendi genus	578. 579
Strigiles & lintea, quasi in usum deorum	821	Summa dies, id est suprema	401
Structores in conviviiis qui	374	Summus in decubitu is qui ad caput lecti decumbebat	373
Struthio, vel struthio camelus, priscis Romanis passer marinus vocatus	770. in spectaculis crebro dati	Summus liCTOR quis?	727
	556	Supra, pro supra	689
ad Nic: Sturionem epistola Lipsii	613	Superfieri quid	596
Suarii sub præfecto annonæ, qui	670	Superior ædes, seu superiores ædes, quid apud Suetonium	677
Suasoriarum Senecæ inscriptarum, quis auctor	631	Supplieia, pro supplicatione	464 in iis templa passis civibus verrebant
Subducendi verbum, quid significet	258		776
Sublectare os, quid?	430	Susii correctiones	580. 687. adeum epistolæ Lipsii
Sublegere, id est, surripere	456		486. 516. 597
Submittere fasces, id est, cedere alteri	729	Suspectio, suspicio	532
Submorio quid? 723 primo liCTORIS propria	727	Suspendiosi clavis utebantur	698
Submovendi munus non sine invidia	724	Sustinere, id est, sistere, reprimere	346
Subrectus quid? 823. subrecti enses	822		
Subrectum moctinum	728	Syllabæ vocum quoræ tenore accentue	
Subsellii imi vir	374		
Subsellii digniores non usi in conviviiis Romani	371. 372		
Suecessum, id est, successus	408		
Succido, pro succedo	717		
Succollandi verbum unde Suetonio	709		
Sudandi mos in balneis siccis	692		

tuve notandæ , & quo 53. plurisyl-
labarum vocum ultima nullo ibid.
sed peccari ea in re vulgò , etiam ex
quorundam præcepto : & quatenus
obsecundandum 53. 54
Symmachus primum in lucem editus
à Martino Lipsio propatruo Justi
567. Symmachus citatus 567. 669
Syri servi robusti 582
Syria dea , Juno 831

T

T litera , ut literæ Ð , adsonat , ita pro
, illa sæpe scribitur & contra , Be-
nè etiam plerumque effertur , nisi
quod malè à nonnullis , cum voca-
lem I. anteit & hæc aliam , pronun-
tiatur ut z . & quis erroris istius au-
dior 40. 41. pro S. sæpè ponitur 372.
in recensu plurimum nominum , qui-
bus T. præpositum , viventes deno-
tasse , non verisimile 41. T. litera
formam crucis examussum refert 45

Tabella damnatoria , turpis vel tristis
dicta 398
Tabellariz naves , quæ ? 668
Tabere , id est , languere , deficere 412
Tabulæ frumentariæ 662
Tacitæ induciæ 536
Taciti fragmentum apud Orosium 344
Tacitus , nullo modo adulator fuit 524
Tacitus semper Senecam laudanti
propior , quàm carpenti 632. alii
eiusdem dissensus à Suetonio 343
Tacitus correctus 352. 414. 461. 466.
549. 614. 614. Idem illustratus aut
citatus 326. 434. 452. 461. 505. 519
527. 535. 549. 597. 602. 633. 634.
636. 642. 646. 654. 661. 664. 668
670. 701. 704. 707. 711. 712. 723.
726. 730. 745. 772. 774. 788
Tacitus Imperator Romæ 748
Tænix in sacris 792
Tagit , pro tangit apud Plautum 419
Talis fortiebatur magistratum convi-
vii 378
Talorum iactus variis ibid.
Tam , pro tamen 538
Tam maximè , phrasis vetus 718
Tamde , pro tam 538
Tangendi oculos , mos in obsecratione
699
Taphe Menippi . Satyra Varronis 211

Tatius Cyrillus Historicus 748
Techniloquides 495
Tales Philolophorum , Varroni quidæ
231. 232
Temperint , pro temperent 421
Templi abdita & remota , id est , adyta
847
Templorum postes osculabatur Ro-
mani 776
Tempus seu quantitas syllabæ non
semper adstringit in tenorem 56
Tenor , inter accentus generaliter vo-
catus , præcipuus , variè olim dictus ,
sed exoche quadam simpliciter ac-
centus 48. quid , quod duplex & quæ
singulorum signa ibid : quæ signa
tamen aut notulæ , nec Latinis olim,
nec Græcis scriptitata 50. quomodo
tenores accentusve efferrandi 53.
ejus mos vetus indagatus obscurus
56 leges tamen pauculæ eorum à
Grammaticis Latinis præscriptæ 51.
sed mos sæpè adversus legem aut
Grammaticorum scita est 50. tenor
verò non perperim adstrictus in tem-
pus aut quantitatem , sonumve e-
lementarem ibid : ejusque rei exem-
pla ibid.
Terentianus Maurus aliquoties citatus ,
laudatus , explicatus aut correctus
872. 15. 20. 25. 26. 35. 38. 39. 44.
45. 49
Terentius emendatus 222. 239. cita-
tus 562. 654. ejus cum Plauto com-
paratio 501. locus ejus de Alexide
expressus 279
Terentius Scaurus Grammaticus , ni
erraverit emendatus 17. correctus
& explicatus 21. 36. porro citatus
23. 32. 40.
Teridates rex , cur Neroni à latere
dextro 759
Terrestriali , populi in Hispania 562
Terræ motus in Asia famosus impe-
rante Trajano 573
Terrestres corna 370
Terstis pro torstis 461
Terta , pro tersa 327
Tertullianus à Pamelio edendus 596
Tertullianus emendatus 596 819
idem citatus & ut plurimum expli-
catus 464. 544. 638. 676. 677. 684.
700. 708. 737. 798. 804
Tersuor Horatio , quidæ 683
Tesseræ frumentariæ ubi capere soli-
tæ , & quando 664. 665.
Testari , pro decessari apud Propertium
276

Ttt ; Testi-

Testibus placum facere, id est, per testes	256	tus 216 alius 225. alius 243. alius corruptus	279. 293
Testis, dictionibus neutris adjunctum	331	Titus Ampius	577
Testudo militaris 560. etiam in Circo	ibid.	Titus Livius vide Livius	
Tetivero, pro tenuero	538	Toga vestis forensis 734. propriæque Romana vestis, adeo ut mortui in ea collocarentur ut in pallio Græci	652 653. mansit postea apud solos honestiores 633. tarus ejus usus in municipiis aut rure
Textrina, & quicquid eò pertinet, muliebre aut matronale opus olim, idque in atriis ædium plerumque	636	Toga Romanorum alba, quomodo ea differat à candida, in qua candidati, quorum quandoque creata	679 680
Thalamus, viri nomen	457	Togas ante accubitorum ad mensam mutabant Romani	372
Thallus agitator	460	Torna pro veste aut redi, Italicissimus hodiernus, non hodiernus	14
Thallus à manu liberti nomen	678	Torrentius laudatus & allegatus	814. aliz ejus correptiones non recepit etiam acutæ
Theatralis honos & dedecus	786	Totiens an bene scriptum	17
Theatrum Veneri sacrum, scortis obseffum	677	Tragœdia qualis esse debeat	501
Theatra intrantibus viris virtute conspicuis & insignibus quales honores exhibiti. & contra	786	Tragœdiarum, quæ L. Annæ Senecæ tribuuntur, quattuor diversi scriptores 871. 872. ex iis Medæ Senecæ Philosophi & Thebais incerti auctoris, maximè laudabiles	872. Octavia præ cæteris vilis
Theatrum orbis terrarum Ortelii laudatum	550	873. singulæ ordine explicatæ atque emendatæ à pag. 875. usque ad	916
Thebais ignoti Poëtæ tragœdia va de laudata	873	Trajanus Imp. summopere primum quinquennium Neronis predicabat	704. pueros is admisit ad frumentationem publicam
Themis dea	227	Transactio tutoris cum pupillo, Justiniano xvo, lingua Italica vulgari scripta, adservata in bibliotheca Regia Lutetiæ	14
Themison medicus	700	Translativum aut tralaticium, id est, crebrum, receptum, frequens vulgare	850
Theocritus liberior in obscenis, quam Virgilius 393. idem citatus	383	Trebellius Pollio emendatus	747
Theodorus Canernus	578	Tremor amantes potius occupat, quam timor	601
Theodorus Pulmannus	491	Trephallo corollæ donatæ à meretricibus	359
Theophrasti Philosophi laus	245	Tres lecti Romanis circa unam mensam	373
Thermopolia quæ fuerint? eaque vetita ab Imp. Claudio	641	Tribonianus Jurisconsultus & doctus vulgo audit	926
Theus pagani habitantes Athenienses in urbem conduxit	859	Tribules qui	678
Thucydides citatus	636. 902.	Tribuni plebis olim tantum è plebe lecti, postea tantum è patribus	793
Thyestes Egypti pater & avus	911	nec quidem ex Equitibus, quando facta hæc innovatio 793. 794 iis viatores, non lictores 732. anulo a-	100
Thyniasin Græcia terminatione apud Propertium	317		
Tiberius Imp. Germanicum ob virtutes, Drusum ob vitia oderat	742		
Tibia Gallorum propria	913		
Tibullus correctus, aut vetus quandoque in eo lectio stabilita 246. 387. 747. idem citatus & explicatus	229 233. 235. 384. 390. 647. 776.		
Timæus auctor antiquus	245		
Timon Sillographus citatus	454		
Tingere humum vino &c.	435		
Tironis Tullii apud Agellium allucinatio	722		
Titinius Poëta apud Nonium correctus 402. 431. 441. 532. 569. idem citatus	679. 682.		
Titulus sub quaque imagine sive index	744		
T	præ restitui-		

reo usi 783
 Tribuo, pro, distribuo Ciceroni 277
 Tribus xxxv. Romæ 677. in quibus
 tribubus Augustus 678. tribules, id
 est, qui ejusdem tribus ibid.
 Triclinium unde dictum 372
 Tricongius potor 381. 386
 Trifax teli genus 654
 Tripes mensa tenuiorum 371
 Tristitas, pro tristitia 339
 Trivix sacra nocturna 906
 Triumphantium in Capitolio convi-
 tium 298. 263.
 Triumvralis lex de lictoribus 723
 Troja Hectore stante, stetit 908
 Troja ludicrum 453
 Trofili qui 757. inter eos cooptari
 quid? ibid. pro juvenibus ponitur ea
 vox 753
 Tubulus homo projectè improbus 322
 Tullus vir nobilis, ad quem Elegia
 Propertii 209
 Tumulti & tumulto dicebāt antiqui 517
 Tunica Romanorum alba. eaque ho-
 minum liberorum 679. 686. tunica
 solæ, propriæ servorum item iustico-
 rum 734
 Tunicæ manuleatæ puerorum merito-
 riorum 404
 Tunicata quies, quid? 458 734
 Turcæ, cur sinistrum locum habeant
 honestiorem 764. unde iis semiluna
 in labaribus 471
 Turconius, juvenis Nobilis 508
 Turdus, proverbialiter, in hominem
 mollem & ignavum, unde 693
 Turnebus aliquoties laudatus: ejusque
 correctiones aliquot aut opiniones,
 probatæ interdum, interdum non re-
 ceptæ 229 289. 323. 333. 354. 369
 381. 388. 404. 407. 409. 411. 424
 434. 461. 510. 602. 606. 607. 641.
 653 666. 727. 748. 763. 823 828.
 Turpilius emendatus 474. 589. 590. 600
 Tufus pro tunsus 291
 Tutilina Dea 693

V

V vocalis longa effertur ut z. Græ-
 corum 351. 26. scribitur aut soli-
 taria cum apice, aut geminata Vv, aut
 OV. Brevis autem effertur ut γ Græ-
 cum & aliquando ut O. hinc & pro
 V. interdum scribitur O, imo etiam
 V. sed male 26. 27. breve quoque V.
 nonnunquam elatum ut I. confusè
 quoque atque alternatim scripta 303
 413 28. præterea in multis

tionibus eliditur, ut factz. Poëta,
 Poplus, spe&acula &c. 318
 V. Consonans (zpe cum B in scriptione
 & pronuntiatione alternat 265. 470.
 33 deque iis literis tractatum scrip-
 sit Adamantius Martyr 266. 33.
 efferenda autem V. consona quasi
 VV, idque vādis argumentis proba-
 tum 33 34. Claudius Imp. γ. figu-
 ram pro ea invehere conatus 36.
 Græci quomodo eam expresse-
 rint 34 39. V. litera, consonam signifi-
 cans, viventium nominibus in in-
 scriptionibus &c. prænotata 41. V.
 transversum quid Victorino Afro 48
 Vaala, pro Vala 19
 Varus, pro. Varus ibid
 Vernalitii, pro Vernalitarii, Ciceroni u-
 surpatum 300
 Vago, & vagor antiquis promiscuè 438
 Valerius M. emendatus atque expli-
 catus 789. 790. à Dionysio Plu-
 tarcho, D. Augustino dissentit 847.
 848. à Cicerone dissentire videtur
 280. ejus de Diphilo Tragædo error
 218
 Valer: Maximus emendatus & illu-
 stratus peculiari libello 843. usque
 ad 867 extra eum libellum emenda-
 tus 789. 790. idem extra eundem
 libellum explicatus aut citatus 463
 658. 723 226. 745. 762 763. 777. 808
 18
 Valerius Probus soli Criticæ deditus
 citatus 298
 Valefi pro Valerii. & alia talia 45
 Valgius Rufus, Grammaticus 722
 L. Valla nonnunquam de correctioni-
 bus eorum Rege Alfonso discepavit
 508. ejus correctiones 464 488. 598
 Vapos pro vapor & plura alia 45
 Vandalorum &c. invasiones Latinam
 Linguam planè corruerunt 14
 Varro in libris qui exstant, item passim
 in fragmentis emendatus 211. 216.
 225 231. 235. 243. 257. 260. 270. 278.
 279. 298. 299. 324. 329. 354 355 370
 400. 405. 422 428. 433 464. 489 494
 577. 585. Idem explicatus, citatus 291
 327. 276. 378. 381. 407 457 470. 668.
 732
 Vasa & vasculum inter obsecra, & hinc
 bene vasatus 320
 Vascones B ut V consonam pronunti-
 ant 32
 Vastus, id est, solus & desertus 557
 Vatibus, lucerna laurus ignis &c. præla-
 639.
 Vattæ

Vattæ villæ, apud Senecam	692	Vertumnus custos horri	367
Ubi, pro ibi	535	Vespillones in lecto mortuos efferunt	459
Udi, pro bibaculis	460	Vesta dea, & ejus ignes	242
Udisles, pro Ulysses	422	Vestali virgini lictor unus erat	732
Udus pro Bibaculo	460	Vestem mutabant liberti 680. veste in-	
Vestigalia elocata apud Rom. per cen-		ternoscebatur discrimen personarum	
sores	248	ut Senatoriæ vestes, plebeiæ, servo-	
Vegetius citatus	747	rum item olim propriæ	682. 684.
Vehemens vox, nata è Veemens	19		685. 734
Vehementius, æquo bonove	823	Vestes omnes Rom. albæ: in latis &	
Vela oppensa aris & statuis.	820	sacris etiam aliarum gentium	679.
Velo lectica tecta	704	682. plebeiæ pereunte toga, omnes	
Velamen quid Papiniano	490	tandem pullæ	685
Velenensis tunica quæ Isidoro	569	Vestes etiam ad coenam propriæ	372
Velia & antium amœna & apta seces-		Vestis gratuita, quando sine ulla sti-	
sui loca	675	pendiî detractioe militi è publico	
Velii Fidi libellus citatus	246	data, aut non data	636
Velitares hastæ 349. parmæ	ibid.	Vestes cum mortuæ condendi aut u-	
Velitari & velitatio, quid aliquando		rendi ritus	463
significent	285. 286	Vestis domestica, id est domi confe-	
Vellem quæ velles, formula in conso-		cta, Suetonio	697
latione	369	Vestis ejus quem venerantur particu-	
Velleius Paterculus Historicus scodus		lam ad os suum referre, adulatorii	
Viberii & Sejanî adulator 599. ejus		hodie aulicorum mos	775
prænomen, nomen, genus, vita, scri-		Vestitores deorum	821
pta	524	Vetera Hispaniæ locus	828
Velleius Paterculus emendatus	524.	Veteres in Theatris, quibus opponun-	
599. idem citatus & explicatus	812	tur Juvenes	453
	13.	Vettius homo impurus à Cæsare subor-	
Velum tegebat lecticas	705	natus	272
Veneris ædem Theatro suo superposuit		Verulonia urbs Etruriæ, unde origo	
Pompejus	677	fascium lictoriorum	727
Venerius iactus 334. is magistrum		Vi syllaba iniriium dictionis faciens,	
conviviî faciebat	378	quomodo Prisciano videatur pro-	
Veneta factio aurigarum	457	nuntianda	22
Venus nata è spuma & sanguine	647	Viatores inter ministeria Magistratuum	
Venus an Afrorum Cælestis	612		723
Venus olera significabat Antiquis		vicensimus an benè scriptum	17
	366	Vicepota Dea	494
Venus cognomen meretricum	510	Vicesimalia festa in honorem Imp.	
Ver renatus orbis est, vel annus rena-			498
scens	647	Vicia pro victoria	494
Verba quædam activa occulta patiendi		Victor Grælinus	466. 489. 493. 499
significatione, ut minuerunt pro			511. 525. 537. 542. 554. 566. 571.
mituta sunt & plura alia	860		576. 599. 614.
Verba dicundo utilia	767	Victorinus Afer illustratus aut citatus	
Verbum sat est Plauto, pro verborum			303. 327. 17. 35. 48. 53. idem cor-
sat est	360. 361	rectus 23. 24. Eiusdem ratio pronun-	
Veneri alienjus	402	tiandi literas 68. 69. notatur ejus	
Vergobreti, magistratus Gallorum		locus 29. 30. ejusdem ineptiæ	22
	475	Vicorum Magistris Romæ per certos	
Veritas sæpè ex alternantium, imò &		dies bini lictores	732
altercantium sermonum conspectu		Vile quid cuiquam esse	266
elicitur	46	Villa Vatiæ	652
Verres quid?	252	Villator, pro cavillator	425
C. Verres validis lateribus à Cicerone		Vinalia rustica honori Veneris instituta	
accusatus	230		366
Verus convivialis	355	Vi-	

Vincta in lectica	704	Ulpianus citatus	575.665.807
Vincti, vinctorumque greges	303	Umbones in toga	680
Vinearia lex	663	Umbri, antiquissimus Italix populus	823
Vini reliquias cum fontiu in terram e-		Unctio ante cornam, apud Rom.	369
lidere Græcorum mos	385.386		318
Vini regna quid Horatio	378	Unctores decorum	318
In vino scriptum proverbiale	390	Ungo & unctio, quomodo, breve	58
Vinum à Magistratibus dabatur in sacri-		& longum habere dicantur	58
ficiis publicis	400	hoc Ungue, non decedam, abiero, &c.	318
Vinum respersum, id quod rogis &		Flægius ad hunc sermo	318
sepulchris inspergebatur	377	Unityllabæ voces omnes aut acciuntur	
Vinum Chium, in pretio	576	aut flectuntur, & quo discrimine	55
Vinum edentulum, Plauto	356		
Virga multa, pro multi lictores	564	Unus, una declinata ut dominus,	
Virgæ aliud à fascibus, bacilli, insigne		Domina	317
lictorum, & cui ului 729. 730. præ-		Vocales primos naturæ affectus ex-	
latæ xdilibus quinquennialibus,		primunt & plurimum mortis	18
duumviris, seviris, etiam magistra-		Latinæ omnes ancipites, plures	
tibus colonicis & municipalibus	731	singularum soni 16. eorum quanti-	
Virgilius in summo honore Romæ, a-		tas enuntiati dignota, etiam scri-	
deo ut ei ab universo populo in		ptura, & quomodo 17.18. longarum	
theatris adfurgeretur 786. verecun-		geminatio dudum aboluit	17
dior in lascivis quam Theocritus 393		Vocales inyersu aliquando non elisæ,	
reprehensus à Seneca 693 defensus		per hiatum	346
ibid.		Vocalis eadem, quomodo sono longa,	
Virgilius elatus & aliquando explica-		tenore brevis, & contra, dici pos-	
tus 235. 283 343. 355. 374 383.		sit	57
387. 393. 416. 421. 422 428. 463.		Vocificant apud Varronem & Agel-	
585. 760 769. 771. 888		lium	522
Virgineale, natura feminea virginis		Vocationes, id est, accentus seu	
830		tenores	48
Virgines à balneis & lavationibus pu-		Voleris, pro volueris	538
blicis arcebantur apud Rom.	418	Volsicum, pro Volscorum, apud Pro-	
Virgines papillæ, nondum compressæ		pertium	357
645		Volturius iactus quis	338
Virgines Lacedæm: in palæstra ad Eu-		Voluntas peccantis legibus punitur,	
rotam nudabantur, instituto Lycæ-		non eventus	988
gi	383	Vomer quid Lucretio	422
Virgatus L. Crassi, pro ipso Crasso	228	Vonones Armeniæ Rex, remotus à	
Vitare, videre	514	Germanico	815
Vita Fulgentii Episc. Afri	638	Vopiscus correctus 678. 686. 748 cita-	
Vita in agris laudata	883	tus & interdum explicatus 471 670.	
Vita & victoria, adclamatio popula-		678. 681. 686. 736. 744. 778. 787.	
ris	787	788. novus in eo intellectus 788.	
De vita populi Rom. Varronis libri		Vota manium, ut quieti essent	675
298. 299		Voti compotire, compotem facere,	
Vita aurea, quam Hierosolymis Tom-		phrasîs Plautina	831
pejus vidisse dicitur, quid 772		Vox, sive dictio nulla, etiam si mono-	
773. gentibus suspicionem dabat		syllaba sit, sine acuta est	55
Bacchi à Judæis culti	772	Urania Dioni, Astrorum Dea, quæ	
Vitis insigne Centurionum	543	Latinis cœlestis	613
Vitium propagines subire nefas flami-		Urgus, id est, Orcus	538
ni	717	Urnarium in ædibus Veterum	211
Vitta duplex, propria matronarum		Ursi an in Africa 1769. frigore delectan-	
370		tur ibid. unde illis etiam epitheta	
Vitulari quid, & unde	440	ibid	
Vivebo, pro vivam	571	Ursi Numidici in annalibus actis positi	
		pro	

pro Leonibus 770. qua ratione 771
Ursinus laudatus 726 ejus bona corre-
ctio 724. ad eundem epistolæ Lipsii

488. 589.

Ufus, Plinio ille Deus, qui agricolis
oracula dictat 487

Ufus regnum possidet apud omnes gen-
tes in efferendo sono & tono vo-
cum 56

Uter, utrim, utris, utros, pro uterque
utrimque 548

Uterus solarium parasito 766

Uti rogatus, formula legis probatur 780.
385

Utile dicundo 767

Utrinsecus adverbium 331

Vulcatius emendatus 612

Vulturis, pro vultur, Ennio 467

Vultus inscriptio in servis, pistrinis
bus, ergastulis &c. & qualis illa
304. 305. multorum sæpe verborum,
imò & versuum & aliquando vi in
liberis personis exercita 804

Uxore nova, novus lectus genialis 696

Uxorem sapienti non ducendam qui-
dam censent 518

Uxoris sci cura summæ Romæ curæ
208

W

W duplex sive Digamma, per V.
, consonam expressum à Ro-
manis 33. litterarum suavissima 37.
sæpe mutatur 36

Wancetus epistolam à Lipsio accepit
584

X

X, litera, crucis decessit formam
refert, ut CS. aut GS. effertur
in quorum locum successit 45. idque
2vo Augusti 45. 46

Xenocrates munerum spreto 389 in
academia leges convivales scripsit
377

Xenophon de philosophicis egit in com-
viviis 385. minuta ei pocula placue-
re 382. citatus 764-779

Xiphilinus abbreviator Dionis 555.
ejus sententia mira & interpretis
ejus error ibid. explicatus aut citatus
404. 612. 638. 687-726

Xylandri error 705-706

Z

Z, litera valet DS. & sic efferenda,
non quod pessime hodie, ut Si-
gma, sæpe autem mutat in D. &
contra, sæpe & SS. usurpatur pro Z.
ut patrisso &c. 46

Zaleucus Rex paucas & simplices le-
ges dedit. 245

Zeno Armeniæ Rex 315

Zuociac, usitatum in symposiis Græcis,
id est, vivas aut bene vivas 390

Zuociac in conviviis proponebant
Romani 385

Zeuxis quomodo Helenā pinxerit 270

Zona, pro polo 896

Zonaras recte asserit Consules ante
Prætores vocatos 585. Citatus 637

772 805
Zosimus citatus 667. 669.

Zygia Juno 821

F I N I S.



